xvij	A xvj.cal.	17	Damasi papę confess. ix.lect. fuit xj.huiꝰ.	297
vj	b xv.cal.	18	Commemoratio annunciationis beatę Marię	
			vj.cap.dup.maius ix.lect.	297
	c xiiij.cal.	19	Anastasięvirg.mar. ix.lect.erit xxv.huius.	300
xiiij.	d xiij.cal.	20	Dominici de Silos confess. ix.lect. ¶ Vigilia	
			Ieiunij tantum.	300
iij	e xij.cal.	21	Thomę apostoli vj.cap.dup.ma.ix.lect. ✠	301
	f xj.cal.	22	Translatio sancti Isidori episcopi iiij. capa.	
			duplex minus ix.lect.	303
xj	g x.cal.	23	Colūbę virg.ꝛ mar.ix.lect. erit xxxj.huiꝰ.	304
xix	A ix.cal.	24	Vigilia natiuitatis Dñi Ieiunij et officij iiij.	
			capa.duplex minus iij.lect.	97
	b viij.cal.	25	Natiuitatis Dñi nostri Iesu Christi vj. capa.	
			duplex maius ix.lect. ✠ ¶ Octauarius.	98
viij	c vij.cal.	26	Stephani protomartyꝛ vj.cap.dup. maius	
			ix.lect. ✠ ¶ Octauarius. ¶ Cõme. Mati.	304
	d vj.cal.	27	Ioannis apli ꝛ euangelistę vj.cap.dup.maius	
			ix.lec. ✠ ¶ Octauar. ¶ Cõme.octa. Mati.	307
xvj	e v.calen.	28	Sanctorū Innocētiū iiij.cap.dup.mi.ix.lec. ✠	
			¶ Octauarius. ¶ Cõme.de octauis.	309
v	f iiij.cal.	29	Thomę archiepiscopi Cantuariensis martyꝛ.	
			iiij.cap.dup.mi.ix.lect. ¶ Cõme.de octa.	312
	g iij.cal.	30	Translatio sancti Iacobi apostoli vj.cap.dup.	
			maius ix.lect. ✠	313
xiij	A prid.cal.	31	Siluestri papę confess. iiij.capa.dup.mi.ix.lec.	
			¶ Commemoratio de octauis.	316

HAc tabula hac Literam Dominicalem singulis annis sic inue-nies, Primam literam quę est G. tribue anno 1565. Sequen-tem quę est F. tribue anno 1566. Sicq; deinceps progredere quo usque perueniasad numerum anni cuius literam scire vis. Quia li tera super quã cadit numerus illiusanni, erit litera Dñicalis. Quę si vnica occurrerit annũ cõmunẽ esse intelliges: si duplex bis, vtilẽ, Et tũc superior vsq; ad festũ beatę Matthię apostoli deseruiet, infe rior aũt, ad reliquã anni partẽ accõmodabitur. Sciẽdũ aũt quod si-nitis 28. annis redeundũ est ad principiũ cũ annis tũc currẽtibus.

g f e d b A g f d c b A f e d c A g f e c b A g e d c b
c e g b d f A

Aureus numerus.

SImili modo vt dictum est de litera Dñicali deprehendes etiã Aureũ numerũ in infrascripta tabula, nã primũ numerum qui est. viij. tribue anno 1565. Sequẽtem vero qui est. ix. tribue anno. 1566. et sic deinceps, donec ad Annum tuum peruenias & finitis, 19. annis regredere iterum ad principium.

viij ix x xj xij xiij xiiij xv xvj xvij xviij xix. j ij iij iiij v vj vij.

Indictio.

HAec vltima tabula seruit indictioni Romanę, quę literis a posto licis solita est inscribi, cuius primus numerus est viij. & finitis xv. annis ad principium erit redeundum.

viij ix x xj xij xiij xiiij xv. j ij iij iiij v vj vij.

Aureorum Canon.

QUilibet singulis mensibus sic reperitur. Habito aureo nu mero anni tui, vbicumq; ille in ordine aurei numeri in Kalen-dario positi, tibi occurrerit a loco illius diei iuxta posti sequentium verborũ syllabas sursum cõputa In cęlis est hic. Vnicuiq; diei accõ modãdo syllabã vnã, dieq; ille supra quẽ syllaba hic. ceciderit dies est nouilunij.

Mobilium festorum Canon.

QMobilia igitur festa comperto aureo numero ac litera Domi-nicali currenti anno deseruientibus, sic inuenies in serie tabu lę prędecentis. Considera vbi aureus numerus, Anni illius sedẽ ha-beat, quo inuẽto deorsum descẽdendo, accipe literã Dñicalem eius-dẽ anni vnicã vel duplicẽ quę nullo modo cõcurrat cũ Aureo nume ro in eadẽ linea. Perge Deinde pertrãsuersum a sinistra in dextrã per lineã literę Dñicalis. Et primo loco inuenies. Septuagesimã.

Deinde

Deinde, Cinerē Postea Pascha. Rogationes. Pēthecost. Corpus Chr̄i Exēpli gratia, si Aureus numerus sit viij. ⁊ ista Dñicalis G Septuagesima celebrabitur xviij Februarij, ⁊ Cinis vij. Martij ⁊ sic de aliis. In anno vero bisextili quia occurrūt duę literę, aduertendū est quod nec prima, nec secūda litera cōcurrat cū Aureo numero, in eadē linea. Quod si altera ipsarū cōcurrat cū Aureo numero, descēde ad alteras similes literas propinquiores sub ipso Aureo numero, ⁊ per ipsas festa require. Septuagesimā vero per priorē literā quęrere debes, Pascha aūt ac festa sequentia per secundā literā. Cinis vero modo per primā, modo per secundā inquiritur. Sed inuēta Septuagesima additis decē ⁊ septē diebus statim Cinerē facile inuenies. Sciendū est etiā quod quādo occurrit Aureꝰ numerꝰ viij ⁊ ista Dñicalis O. ⁊ C. necesse est die vnū addere scilicet xi. Februarij in quo Septuagesima celebrabitur ne ista C. cōcurrat cum Aureo numero. Cinis vero erit x. die Martij Pascha xxv Aprilis.

Aur. num.	Litere Dñics.	Septuag. Januarij.	Cinis. Martij.	Pascha. April.	Rogat. Maij.	Pēthe. Maij.	Cor. xpi.
xvj	d	xviij*	iiij	xxij	xxvij	x	xxj
v	e	xix	v	xxiij	xxviij	xj	xxij
xviij	f	xx	vj	xxiiij	xxix	xij	xxiij
ij	g	xxj	vij	xxv	xxx	xiij	xxiiij
	A	xxij	viij	xxvj	‖ Maij.	xiiij	xxv
x	b	xxiij	ix	xxvij	ij	xv	xxvj
	c	xxiiij	x	xxviij	iij	xvj	xxvij
xviij	d	xxv	xj	xxix	iiij	xvij	xxviij
vij	e	xxvj	xij	xxx	v	xviij	xxix
	f	xxvij	xiij	xxxj	vj	xix	xxx
xv	g	xxviij	xiiij	‖ Aprilis	vij	xx	xxxj
iiij	A	xxix	xv	ij	viij	xxj	‖ Junij.
	b	xxx	xvj	iij	ix	xxij	ij
xij	c	xxxj	xvij	iiij	x	xxiij	iij
	d	‖ Febr.	xviij	v	xj	xxiiij	iiij
	e	ij	xix	vj	xij	xxv	v
ix	f	iij	xx	vij	xiij	xxvj	vj
	g	iiij	xxj	viij	xiiij	xxvj	vij
xviij	A	v	xxij	ix	xv	xxviij	viij
vj	b	vj	xxiij	x	xvj	xxix	ix

Aur. num.	Lfe	Dñi cultu.	Sept. Jan.	Cinis Feb.	Paſcha Mart.	Rogat. Aprił.	Pẽthe. Maii.	Cor. Chri. Maſt.
	c	vij	xxiiij	xj	xvij	xxx	x
xviij	d	viij	xxv	xij	xviij	xxxj	xj
iij	e	ix	xxvj	xiij	xix	j Junij	xij
	f	x	xxij	xiiij	xx	ij	xiij
xj	g	xj	xxviij	xv	xxj	iij	xiiij
	A	xij	j Mar.	xvj	xxij	iiij	xv
xix	b	xiij	ij	xvij	xxiij	v	xvj
viij	c	xiiij	iij	xviij	xxiiij	vj	xvij
	d	xv	iiij	xix	xxv	vij	xviij
	e	xvj	v	xx	xxvj	viij	xix
	f	xvij	vj	xxj	xxvij	ix	xx
	g	xviij	vij	xxij	xxviij	x	xxj
	A	xix	viij	xxiij	xxix	xj	xxij
	b	xx	ix	xxiiij	xxx	xij	xxiij
	c	xxj	x	xxv	xxxj	xiij	xxiiij

Regulæ generales ad diuini officij inſtructionem.

SAluator noſter Dñs Ieſus Chriſtus generis humani redemptor, videſ fragilitatem humanam, & ſemper nos paratos inuenire deſiderans, in euangelio nos docet Lucæ 18. cap. dicens Oportet vos ſemper orare & non deficere, & in Exodo cap. 25. legitur dominum dixiſſe ad Moyſen. Omnia fac ſecundũ exemplar quod tibi in monte monſtratum eſt. Quo circa ſacerdotes conformari conuenit illi cæleſti Hieruſalem quæ dominum laudare iubetur iuxta illud. Super muros tuos Hieruſalẽ cõſtitui cuſtodes, qui tota die ac nocte non ceſſabunt laudare nomen Dñi. Et iuxta illud Apocalypſis cap. 4. Quod animalia requiem non habebunt dicẽtia, Sanctus, Sanctus, Sanctus, &c. Verum quia militans eccleſia plene imitari nequit triumphantem, ſacerdotes enim inceſſanter diuinis laudibus inſiſtere nequeunt, infirmitate carnis præpediente vt habetur ſapientiæ 9. cap. Corpus quod corrumpitur aggrauat animã: & terrena inhabitatio deprimit ſenſum multa cogitantẽ. Iccirco certe diei naturalis horæ ad laudandum Deũ deſignãtur per prophetam pſal. 18. dicentem

in die laudem dixi tibi. Et rurſus. Media nocte ſurgebam ad confitendũ tibi, &c. Ideo ſancta mater eccleſia ſpiritu ſancto illuſtrata inſtituit nos

orare

re septem horis (hoc est) in Matutinis, Prima, Tertia, Sexta, Nona, Vesperis, & Completorio, & hæ sunt septem horæ quæ canonicæ dicuntur, vt habetur de celebratione missarum cap. 1. Et decreto sacri Basiliensis, concilij admonetur. Et cap. 6. distinctio. 92. Et cap. Dolentes de celebratione missarum Vt omnes clerici in sacris constituti deuote pariter & attente eas persoluant, & non in gutture, vel interdentes, seu deglutiendo, aut syncopando dictiones, nec eloquia vel risus intermiscendo, siue soli, siue associati dictum diurnum, nocturnumq; officium, sed reuerenter verbisq; distinctis peragant, ac tali in loco vbi a deuotione non retrahatur, ad quæ se disponere & præparare debent, & in principio officij habeant intentionem satisfaciendi & inter orandum, non distrahantur voluntarie iuxta id quod scriptum est, Ante orationem prepara animam tuam, ne sis quasi qui tentat Deum.

QVicumq; in sacris constitutus etiam si non habeat beneficiū, & qui habet beneficium etiam si non sit in sacris constitutus, tenetur officium diurnum debite & integre persoluere.

EXcommunicati, suspensi, & degradati, non excusantur a debite persoluendi officio, tamen tenentur illud dicere soli, nec possunt dicere. Dominus vobiscum.

INfirmus si probabiliter timetur, quod sibi nocumentum inferret, non tenetur dicere officium, nec de necessitate tenetur illud audire, cum non potest dicere, nec tenetur illud (infirmitate cessante) resumere.

HOræ etiam quando priuatim dicuntur, deberent dici congruo tempore, licet hoc non sit de necessitate, si tamen per occupationes cō mode fieri non potest, melius est præuenire quam tardare, quia preuenire est prouidentia, tardare vero negligentia.

SI quis ex obliuione pretermissa vna hora, dicit aliam vel alias sequentes, sufficit quod postea dicat illam quā dimisit, nec tenetur alias iam dictas repetere, licet indebito ordine dictæ sint. Sed pœniteat de negligentia. Et si dicendo vnam horam, recordatur precedentem non dixisse vel psalmum, vel lectionem, aut hymnum, vel aliud de illa hora, non turbetur, sed procedat ad finem, & postea suppleat quod recolit se nō dixisse vel omisisse: & hoc sufficit. Nec tenetur illam horam repetere licet in congruo ordine dictam.

OPortet vt clericus ante incohationem vesperarū semper aspiciat Calendarium, vt comperiat si sequenti die dicendum est de Dominica, vel festo vel feria, & si debent fieri commemorationes aliquæ. Et dicendo officiū nūquam credat memorie, sed omnia dicenda, inspiciens librū

proferat ne deficiens sibi confusionem pariat, & Deum offendat, aliter faciens, aperte se committit discrimini.

DEinde sciãt omnes clerici huius diæcesis quòd nõ ex præcepto, sed ex deuotione ante officium Matutinũ dicturi sunt Aue Maria &c. Cum Aña. Aue regina cælorum & oratione, Concede nos famulos tuos &c. Orationem vero Dominicam hoc est. Pater noster tenẽtur dicere in principio Matutinorum & cæterarum horarum & in fine iuxta textũ Id semper placuit. De consecratione distinct. 5. & quod prædicta oratio in fine horarum dicatur consuetudo tenet.

MAtutini incipiuntur signando os cum pollice a versu Domine labia mea aperies. Resp. Et os meum annuntiabit laudem tuam. Deinde dicens officium totum se signando manu dicet, Deus in adiutorium meum intende. Resp. Domine ad adiuuandum me festina. Gloria patri. &c. Alleluya. Omnes alię horæ diurnę incipiuntur a versu, Deus in adiutorium &c. Cum prædicta manus signatione, præter Completoriũ, quod incipitur signato pectore a versu. Conuerte nos Deus salutaris noster. Resp. Et auerte iram tuam a nobis. Deus in adiutorium meum &c. cum Alleluya in fine. Sed illud. Alleluya. non dicitur a Completorio Sabbati ante Septuagesimam, vsq; ad Sabbatũ Paschæ. Et in loco eius dicetur ad omnes horas. Laus tibi domine, Rex æternæ gloriæ. Et hic ordo inciendi horas canonicas, communiter est seruandus per totum annum. Preterquam in horis aliquorum dierum de quibus suis locis videbitur.

DIcto principio sequitur Inuitatorium, quod est dicendum bis ante Psalmum. Venite exultemus. Et post primum versum dicti psalmi repetatur dictum Inuitatorium, & post secundum versum psalmi dicetur à presla. & sic alternatim dicetur vsque ad finem psalmi, sed post Gloria patri dicetura presla. Et postea totũ Inuitatorium. Et sic fiet per totum annum, præter quam a Dominica in passione vsque ad feriã quartam Hebdomadæ sanctæ inclusiuę, vt in eadem Dominica annotatum est Deinde dicetur Hymnus, & statim incipietur primus nocturnus, quo finito dicetur versus, qui est ante primam lectionem. Deinde Pater noster, &c. In silentio vsque ad Ne nos, &c. quod dicetur alte. Resp. Sed libera nos a malo. Deinde dicetur versus. Ostende nobis &c. Resp. Et saluta re, &c. Consequenter sequitur iube dñe benedicere. Et si duo clerici aut plures horas dicant, qui lectionem lecturus est, petat hãc benedictionem ab altero, & si vnus solus sit, benedictionẽ petat vt supra, cui alius vel ipse met benedictionem dicet. Et nota quòd versiculi ante benedictiones & lectiones Matutinales per totum annum inuenientur ante primam Dominicam

minicam Aduentus Domini. fol. 82. Deinde dicentur tres lectiones cũ tribus Responsorijs ad quamlibet lectionem, vnum Responsorium. Et in tertio Responsorio cuiuslibet nocturni post vers. & reuersionem dicetur Gloria patri & filio & spiritui sancto. Et non plus & repetatur a presſa. Deinde incipiatur secundus nocturnus modo supradicto, quo finito post vers. dicetur Pater noster &c. Deinde, Et ne nos &c. Et dicetur vers. Veniat supernos, &c. Resp. Et lucere eum Et dicentur aliæ tres lectiones cum alijs tribus Responsorijs modo supradicto. Deinde dicetur tertius nocturnus, & post vers. dicetur. Pater noster, &c. Et ne nos, &c. vers. Aduersorium nostrum &c. Resp. Qui fecit, &c. Deinde dicetur euangelium cũ tribus sequentibus lectionibus, & Respõsorijs modo supradicto. Et omnes lectiones terminabuntur cum Tu autem Domine miserere nostri. Resp. Deo gratias. Præter lectiones defunctorum & tenebrarum quæ finiuntur absolute, & lectiones Lamentationum quæ finiuntur cum Hierusalem convertere ad Dominum Deum tuum absq; aliqua responsione, & lectiones Prophetarum scilicet Isaiæ, Hieremiæ, & Ezechielis quæ finiuntur per hæc verba Dominus conuertimini ad me & viui eritis. Et respondebitur. Deo gratias. Et post vltimum Responsorium dicitur. Te Deum laudamus. Per totum annum præterquam in diebus infra annotatis.

ET etiam aduertendum quòd quando officium fit de aliquo sancto, si talis sanctus habuerit ix. lectiones dicentur, vt est ordinatum in breuiario, & Euangelium cum reliquis erit de communi, si proprium nõ habuerit, si vero habuerit ix. tunc iij. primæ lectiones erũt de communi & aliæ tres videlicet iij. vt & vj. erunt de festo. Si vero non habuerit nisi vnam lectionem tunc illa erit ix. & omnia alia de communi.

SCiendum est quod tam in Dominicis diebus aduentus Domini quam Dominicis a Septuagesima inclusiue vsque ad Dominicam in ramis palmarum inclusiue repetetur vltimum Responsorium post presſa. De gloria patri à principio quia in eis non dicitur. Te Deum laudamus.

ET etiam aduertendum quòd si festum Conceptionis beatæ Mariæ euenerit in ij. dominica aduentus dñi, dominica transfertur in feria ij. & ibi repetetur vltimum Responsorium vt dictum est quia non dicitur Te Deũ laudamus. & sic fiet in iij. feria Cineris & vigilia Penthecostes.

NOtandum est insuper quòd in vigilia natalis dñi, & Apostolorũ Petri & Pauli, & beati Iacobi Zebedæi, & Assumptionis beatæ Mariæ virginis, & omnium sanctorum, & in die sanctorum Innocentium modo supradicto repetetur vltimum responsorium, & non dicetur Te Deũ laudamus;

damus, niſi occurrerint die Dominica. Id quoq; erit intelligendũ de tribus diebus Rogationum quando in eis agetur de feria.

NOtandũ eſt præterea quòd in diebus ferialibus à Dominica in paſſione, vſque ad feriam iiij. Hebdomadæ ſanctæ incluſiuè eodẽ modo erunt reperenda vltima Reſponſoria, nec dicetur Te Deum laudamus vt ibi dictum eſt.

ET dicto Te Deum laudamus vel reſponſorio dicetur. verſ. ante laudes, præter quam in diebus tenebrarum in quibus non dicetur verſ. ante laudes. Poſt dictum verſum dicitur. Deus in adiutorium meũ intende, &c. vt in alijs horis diei, deinde dicentur quinq; pſalmi, & totidẽ Antiphonæ ad vnum quemq; pſalmum vna Aña, poſtmodum dicetur. Capitulum, Hymnus & verſ. Deinde Aña, & Benedictus, quibus dictis ſacerdos dicet Dominus vobiſcum &c. Et orationem quę cõcludetur cũ fine conuenienti, & reſpondetur. Amen. Dicetur iterum. Dominus vobiſcum. Reſp. Et cum ſpiritu tuo, Benedicamus domino. Reſp. Deo gratias. Poſtea ſi commemorationes agendæ ſint dicetur. Aña, verſ. & oratio quæ finietur cũ Per Dñm noſtrum &c. Dñs vobiſcũ &c. Benedicamus dño.

PRædictus modus dicendi horas obſeruabitur tam in dominicis quã feſtis. Sed non in feſtis iij. lectionum, nec in vigilijs, nec in feriis & à Paſcha vſque ad Dominicam Trinitatis, excluſiue, & quando infra octauas fit de eis, vbi tantum vnus nocturnus, & tres lectiones dicetur, vt ſuis locis videbitur.

PRima incipitur per Deus in adiutorium meum intende, &c. vt ſupra. Deinde dicitur Hymnus. Iã lucis orto, &c. Et inchoatur Aña. prout fuerit dies. Deinde pſalmus. Deus in nomine tuo, cum Gloria patri, cum alijs ſequentibus eo ordine quo ſunt poſiti in pſalterio. Additur autẽ primæ Symbolum Athanaſij per totum annum præterquam à feria v. Hebdomadę ſanctę incluſiuę vſque ad Sabbatũ ante dominicã in Albis incluſiuæ, & in prędictis diebus ad primã, nec ad alias horas vt ſuis locis videbitur, non dicitur Hymnus. Diebus vero dominicis aduentus domini, & dominica prima poſt octauas Epiphaniæ quæ dicitur, Domine ne in ira tua & Septuageſima, & alijs dominicis vſque ad Paſcha excluſiuæ & in dominicis hiſtoriatis ſcilicet, Deus omnium vſque ad Vidi dominum incluſiue, præponuntur pſalmi. Deus, Deus meus reſpice in me cum alijs eo ordine quo ante Primam longam notatur in pſalterio. fol 13. Et poſt vltimum Gloria patri repetatur tota Aña. quam ſequitur Capitulum.

PRima differt ab alijs horis diei, eo quòd habet proprium Capitulum, aliud proferijs quadrageſimæ ſcilicet Pacem & veritatem &c. Aliud

pro

pro anni tempore videlicet pro dominicis & ferijs Resurrectionis & quibuscumq; festis sanctorum scilicet Regi autem sæculorum. &c. & habet proprium Resp. vers. & orationem. Alteram pro festis, alterã vero pro ferijs quadragesimæ, habetq; aliam à Sabbato sancto inclusiue, vsque ad Sabbatum sequens exclusiue, videlicet Spiritũ nobis domine. &c. & post Capitulum dicitur Resp. vers. & oratio, vt suis locis videbitur, & dicitur Pretiosa. &c. prout fuerit tempus.

ADuertendum tamen est quòd quando dicitur de Capitulo vel oratione quòd dicantur ad omnes horas diei non intelligitur de Prima nec Completorio.

TErtia, Sexta, & Nona, incipiuntur modo prædicto, sed nunquam mutantur Hymnum nisi aliter in breuiario expressum fuerit. Deinde incipiatur Aña. postea psalmi eo ordine quo sunt positi in psalterio, & post vltimum Gloria patri, repetatur tota Aña. Deinde dicantur Capitulum, Resp. vers. & oratio. prout ordo recitandi postulauerit.

VEspere etiam modo supradicto incipientur, nisi aliter in breuiario inuenietur, & statim dicentur Añæ, & alia necessaria vt suis locis assignatum est.

COmpletorium vero incipitur muniẽdo se signo Crucis per versum Conuerte nos Deus. &c. vt supra. Deinde vers. Deus in adiutorium meum intende &c. Et statim incipitur Aña. Deinde dicentur psalmi, vt in psalterio, quibus finitis repetatur tota Aña. & dicatur Capitulũ Resp. Hymnus, vers. & Aña. Ad nunc dimittis cũ eodẽ cantico, quo finito repetatur tota Aña. & oratio prout tẽpus postulauerit dicetur, & terminetur cum Benedicamus domino. Resp. Deo gratias. & sic dicetur per totũ annum, nisi aliter assignetur in breuiario.

ADuertendum etiam est quòd regulæ speciales semper præferuntur generalibus, quantuncumq; enim in his regulis generalibus aliquid præcipiatur, si in breuiario aliud ordinetur in proprijs diebus, illud speciale tenetur, & non hoc generale, erit enim illæ specialis ordo velut exceptio regulæ generalis hic positæ.

SEcundo quia tres dies ante Pascha, in quibus celebramus Christi passionem specialem habent modum dicendi officium, effugiunt has regulas generales, & ideo regulandæ sunt per suas speciales.

TErtio, horæ canonicæ semper dicuntur, vel de tempore, vel de sanctis, de tempore vt est in festis paschalibus domini nostri Iesu Christi, & in dominicis aut ferijs, quæ quidem mobilia sunt, nec ipsis certus

locus in Calendario assignari potest. De sanctis vt videbis in suis diebus, vel octauis, quibus certus dies in Calendario assignatur.

Prima regula de Dominicis.

NOtandum quòd propter honorē Dominicæ Resurrectionis, & propter multa & insignia mysteria quæ sacra concilia referunt in die dominico à domino fuisse operata, ob quæ multum deferunt dominicæ diei, visum est quòd semper solenniter dominicale officium suo die agatur. Quare ordinauimus, vt nullum festum in dominica die celebretur ni si fuerit festum duplex vel octaua solennis. Et de festo nouem vel trium lectionum ibi occurrente fiat commemoratio in primis Vesperis, & Matutinis, per Anam, vers. & orationem.

ADuertendum etiam est quòd dominicæ in triplici sunt differentia, videlicet quædam necessariæ, & immobiles, quædam vero simplices, aliæ vero de quibus non recitabitur, necessariæ & immobiles sunt scilicet, quatuor dominicæ aduetus domini, & Prima dominica post octauas Epiphaniæ quæ dicitur historia, Domine ne in ira tua Et omnes dominicæ à Septuagesima, vsque ad domicā ij. post Pascha inclusiuæ, quę vocatur Ego sum pastor bonus. Et dominica iij. post Pascha quæ appellatur, Si oblitus fuero, & dominicæ in die sancto Penthecostes, & sanctissimæ Trinitatis. Et dominicæ historiatæ videlicet prima dominica post octauas Corporis Christi quæ assignatur Deus omniū, in principio, Sibona, Peto domine, Adaperiat, & Vidi dominum, in quibus de nullo festo agitur, & festa duplicia in eisdem occurrentia in proximum diem duplici festo vacantem sunt transferenda: & de festis nouem lectionum ibi occurrentibus fiat commemoratio vt in prima regula notatur, Et dicuntur necessariæ & immobiles siue ineuitabiles, quia in primis vesperis habent proprium Responsorium. Tamen si festum Conceptionis beatæ Mariæ virginis euenerit in ij. Dominica aduentus. Vide regulam in prædicto festo assignatā. Et si in dominica Deus omnium aliquod festū duplex occurerit vide etiam regulam in prædicta dominica positam, præ dictæq; dominicæ historiatæ denominantur à primo Responsorio, cuiuslibet dominicæ, & domnica Ego sum pastor bonus. à suo euangelio denominatur. De dominicis vero seu dominica quæ inciderint à die Natalis domini exclusiuæ, vsque ad vigiliam Epiphaniæ etiam exclusiuæ nihil fit, & super hoc inuenies regulam in dicta vigilia. fol. 106

NOta quod dominicę Resurrectionis, in Albis, Penthecostes, & sanctissimæ Trinitatis habent primas vesperas integras, vt suis locis videbitur.

videbitur. Reliquæ vero dominicæ supra annotatæ, quanuis in Sabbato recitetur de festo duplci semper à Capitulo, incipiuntur. Si vero festum Purificationis beatæ Mariæ in Sabbato ante Septuagesimam, Sexagesimam, vel Quinquagesimam occurrerit vide regulam positã in Septuagesima. fo. 127. Et si Natiuitas S. Ioãnis Baptistæ, in Sabbato euenerit & dominica sequenti poni debeat, dominica Deus omnium, vide regulam in prædicto festo positam. fol. 410.

DOminicæ vero simplices sunt de quibus fiet officium, quando in eis non euenerit festum duplex vel octaua solennis. Sed quandocumque in Sabbato præcedenti agitur de festo duplici, fiat officium integrũ de festo, & de dominica tantummodo fiat commemoratio per Aũam, versum, & orationem, quando vero in Sabbato præcedenti agitur de festo nouem vel trium lectionum, Antiphonæ, & psalmi erunt de festo Capitulum, & alia erunt de dominica. Sed post Capitulum, non dicitur Responsorium, Et post Benedicamus fiet commemotatio de festo diei per Antiphonam, versum, & orationem, de festis vero ix. vel iij. lectionum, in his dominicis occurrentibus fiat commemoratio in primis vesperis, & Matutinis. Et dicuntur huiusmodi dominicæ simplices eo quòd non habent in primis vesperis post Capitulum, propria Responsoria.

POstremo, dominicæ de quibus non dicitur officium, sunt in quibus festa duplicia vel octaua solennis euenerint, & totum officium erit de festo vel de octaua & post Benedicamus in primis vesperis de dominica fiat commemoratio per Aũam versum & orationem. Et in Matutinis ix. lectio erit euangelium de dominica cum sua homilia, & post Benedicamus fiat commemoratio de dominica, & similiter in secundis vesperis.

De Ferijs.

FEriæ quædam sunt duplices, quædam vero simplices: duplices autem sunt, Vigilia Natalis domini, Feria ij. & iij. post diem sanctum Paschæ quæ sunt iiij. caparum dupl. minor. Simplices vero sunt Feria iiij. Cinerum, & dies feriales Hebdomadæ passionis. vsque ad Sabbatum sanctum Paschæ ad Nonam, & à feria iiij. post Pascha inclusiuæ vsque ad Sabbatum sequens ad Nonam, & tres dies Rogationum, & tam de dupli. quam de semidupl. recitabis vt in suis locis est positũ, & feriæ semper incipiuntur à Matutinis.

De festis sanctorum.

Festa sanctorum in quadruplici sunt differentia quædam vj. caparum dupl. maio. Quædam vero iiij. capa. dupl. minor. alia ix. lectio. alia vero iij. lectio. Sed festa vj. & iiij. capa. Semper in primis vesperis habent Aũam, super psalmos, & psalmos feriales nisi aliud in breuiario annotetur, & fiet de eis vt in suis locis annotatur. Sed aduerte quando recitaueris de aliquo festo vj. capar. & sequenti die occurrerit aliud festum æquale in secundis vesperis Antiphonæ, & psalmi, erunt de festo diei. Capitulum, vero & alia erunt de festo occurrenti, nisi aliud in breuiario expressum inuenietur, & post Benedicamus fiet commemoratio de festo diei. Id quoque intelligendum est de festis iiij. capar. Aduertendum est insuper quod si recitaueris de festo vj. capa. & sequenti die occurrerit festum iiij. capa. totum officium erit de festo. vj. capa. cũ cõmemoratione festiuitatis iiij. capar. per Antiphonam, versum & orationem. Similiter aduertendum est, quod si officium fiet de festo iiij. capa. & occurrat festum vj. capar. Vesperæ integre erunt de festo vi. capar. & post Benedicamus, fiet commemoratio de festo iiij. capar. Tandem si agitur de festo ix. lectio. & occurrat aliud festum ix. lectionum in secundis vesperis Antiphonæ, & psalmi erunt de festo Capitulum, vero & alia erunt de festo occurrenti, & post Benedicamus fiet commemoratio diei. Sed si occurrat feria totum officium erit de festo & de feria nihil fiet vsque ad Matutinos. Præterea si agitur de festo ix. lectionum, & occurrerit festum iij. lectionum, dicentur vesperæ vt supra. Et eodem modo si cum festo iij. lectionum occurrerit festum ix. lectionum. Et si occurrerit feria fiet vt supra. Tamen si agitur de feria & occurrat festum ix. vel iij. lectionum in secundis vesperis, Aũæ, & psalmi erũt de feria & Capitulum cum reliquis erunt de festo occurrenti, & post Benedicamus, fiet commemoratio de feria, & si occurrerit festum duplex de feria, fiet commemoratio.

De Antiphonis per totum annum.

Quadruplicantur in primis septem Antiphonæ de O. & Antiphonæ, ad Magnificat in primis vesperis Natalis domini, & ad Benedictus, & Antiphonæ ad primas vesperas dominicæ Resurrectionis domini, vt suis locis videbitur. In festis vero duplicibus vj. & iiij. capar. duplicantur Antiphonæ ad omnes horas, videlicet priusquam incipiatur psalmus dicitur tota Antiphona, & post Gloria patri repetitur integra, præterquam ad Primam, Tertiam, Sextam, Nonam, & Completorium. ibi enim incipitur tantum, & post vltimum Gloria patri dicitur integra

integra. In diebus vero ix. vel iij. lectio incipitur Añ. ante psalmum & finito post Gloria patri, dicitur integra. Sed Añæ ad Magnificat & Benedic. ante & post semper duplicantur. In diebus autem dominicis vt in festis ix vel iij lectio dicuntur, Sed Añæ ad Magnificat & Benedictus non duplicantur sed incipiuntur tantum ante Canticum & post Gloria patri dicũtur integre exceptis dominicis resurrectionis domini, quia in eis duplicanrur. In ferialibus tamen diebus dicũtur, vt in dominicis præterquã à feria iij. post Pascha inclusiue vsque ad Sabbarum sequens inclusiue, ibi enim Añæ ad Magnificat & Benedictus duplicantur, & si sint dies festiales, agitur tamen de octaua Paschæ. Est aduertendum quòd omnibus diebus festiuis, vbi non assignatur Añæ propria ad Completorium vltimæ Añæ laudum erit ad Completorium, & penultima Ad nunc dimittis.

De commemorationibus consuetis per totum annum.

COmmemorationes consuetæ semper dicuntur, vt in communi sanctorum positum est. fol. 543.

Quando quatuor tempora celebrantur.

NOtandum quod quatuor tempora semper celebrantur in ferijs iiij. vj. & Sabbatis post dies sanctæ Luciæ, Cinerũ, Penthecostes, & Exaltationis sanctæ Crucis. Notandum præterea, quod post festum Luciæ, & Cinerum ix. lectio erit Euangelium cum sua Homilia de iij. temporibus & ad Benedictus post Benedicamus non dicitur Añæ nec oratio de illis. Sed quando inciderit in prædictis iiij. temporibus vigilia alicuius sancti, tunc viij. lectio erit Euangelium cum sua Homilia de vigilia, & ix de quatuor temporibus vt dictum est.

INsuper in iiij. temporibus post Penthecostem, officium fiet vt in breuiario ordinatum est. Post crucem vero ix. lectio erit Euangelium & Homilia de iij. temporibus & post Benedicamus ad Benedictus tantum fiet cõmemoratio per Añam versũ & orationem de iij. temporibus.

De Vigilijs.

NOtandum quod in vigilia Natiuitatis Domini, Penthecostes, Apostolorum Petri & Pauli, Dini Iacobi Zebedei, Assumptionis beatæ Mariæ & omnium sanctorum dicitur officium, vt in Breuiario suis locis ordinatum est, in reliquis vero ad Matutinas ix lectio erit Euãgelium & Homilia de eiusdem vigilijs. Et post Benedicamus, nulla de eis fiet commemoratio.

De officio Beatæ Mariæ virginis.

NOtandum quod in omnibus Sabbatis totius anni fit officiũ de beata virgine Maria modo in Breuiario scripto quando non occurre-

fit festum duplex aut octaua. Præterquam in vigilijs Epiphaniæ, Penthecostes, Apostolorū Petri & Pauli, & in Sabbatis à vigilia Natiuitatis Domini, vsque ad octauam Epiphaniæ inclusiuæ, & à dominica in Passione vsque ad dominicam in Albis occurrentibus, & de festo occurrenti in Sabbatis fit commemoratio in primis Vesperis & Matutinis per Antiphonam, versum, & orationem.

De officio diui Iacobi.

NOtandum quòd in omnibus ferijs quintis totius anni fit officium diui Iacobi Zebedæi patroni nostri, vt in Breuiario ordinatum est fol. 570. quando non occurrerit festum duplex aut octaua præterquam in vigilijs Epiphaniæ, & apostolorum Petri & Pauli, & à vigilia Natiuitatis Domini vsque ad octauam Epiphaniæ inclusiuæ, & à dominica Passionis vsque ad dominicam in Albis, & de festo occurrenti fit commemoratio in primis Vesperis, & Matutinis per Antiphonam versum, & orationem.

De octauis.

NOtandum quòd secundum Almæ ecclesiæ Compostellanæ consuetudinem, festa duplicia octauas generales habentia, sunt quatuordecim, videlicet Epiphania, Resurrectio, Ascensio, Pentecoste, Trinitas, Corpus Christi, Natiuitas Ioannis Baptistæ, Festiuitas apostolorum Petri & Pauli, Visitatio virginis Mariæ, solennitas diui Iacobi Zebedæi, Assumptio virginis Mariæ, Natiuitas eiusdem, Festiuitas omnium sanctorum, & Conceptio virginis Mariæ, quarum vndecim solenniter celebrantur videlicet Epiphania, Resurrectio, Ascensio, Corpus Christi, Visitatio virginis, festiuitas diui Iacobi, Assumptio, Natiuitas, & Conceptio virginis Mariæ, & festiuitas omnium sanctorum, de quibus agitur officium vt in Calendario & suis locis videbitur. Est autem aduertendum, quòd prima die est duplex maius, secunda vero, tertia, & octaua duplex minus. Si autem in secunda vel tertia die aliud festum duplex inciderit, de quo agendum sit officium, reputabitur pro octaua duplici. In reliquis vero tribus octauis scilicet Trinitatis, Natiuitatis Ioannis Baptistæ, & apostolorum Petri & Pauli, fiat officiū prima die, & in octaua erit duplex minus, intra octauam vero de festis occurrentibus cum commemoratione octauæ in vtrisq; Vesperis Matutinis. Est autem aduertendum quòd intra octauam Natiuitatis Domini, fit officium de festis ibi occurrentibus prout est assignatū in Calendario, cum commemoratione octauæ. Et in octaua sancti Stephani fit commemoratio de eo. In octaua vero Ioannis Euangelistæ, & Innocentium fit officiū vt in Breuiario continetur quia sunt ij. lectiones.

De festis aduocationum ecclesiarum.

Intelli-

Regulæ generales.

INtelligatur regula de illis festis quorum altare est principale in vnaquaque ecclesia, quod dicitur altare maius. Sciendum est quòd festum aduocationis erit tale, & eiusdem qualitatis, cuius est signatum in Calendario, & si sit ix lectionum aut duplex minus. In prima die fiet solenniter sicut fit in duplicibus maioribus tantum.

De officio defunctorum & Cantici graduum.

QVibus diebus & quomodo dicendum sit officiũ defunctorũ & Canticũ graduũ, inuenies in suis locis assignatum. fol. 587. fol. 590.

De Psalmis pœnitentialibus & præcibus.

PSalmi pœnitentiales, & preces dicentur alternatim, in ferijs a dominica in passione vsque ad feriã iiij Hæbdomadæ sanctæ sicut in illis est assignatum.

Quod fiet commemoratio aduentus & Quadragesimæ.

ESt autem aduertendum, quòd in aduentu & Quadragesima, singulis diebus fiet commemoratio Aduentus & Quadragesimæ in vtriusq; Vesperis & Matutinis, per Añam, versum, & orationem vt in prima dominica Aduentus & feria iiij. Cinerum est assignatũ. fol. 84. & fol. 134.

Errata sit corrigito: prior numerus folium, posterior paginam indicat.

Fol. 8. pag. 2. Aña 1. Sponsus, lege, de thalamo sponsus. fol. 86. pag. 2. à capite, vsque ad pressam, lege, adversum. fol. 92. pag. 1. in reg. O. repetitur Aña à principio, lege à pressa. fol. 144. pag. 2. Angelus Domini descendit, leg. descendebat. fol. 147. pag. 2. Angelis suis, lege, superaspidẽ. fol. 149. pag. 2. Et dicit, lege, dixit. fol. 167. pag. 2. Et non cognouimus, lege, nos cognouimus. fol. 259. pag. 1. vnumquosq; lege, vnũquodque fol. 260. pag. 1. in ij. lectione. Tu autem. lege, Hæc dicit dominus. fol. 261. pag. 1. & 2. post. ij. iiij. & v. lectio, Tu aũt, leg. Hæc dicit dñs.

Regulæ generales.

IN NOMINE sanctæ Trinitatis PSALTERIVM secundùm Ecclesiæ Compostellanæ ritum, incipit feliciter.

★

℣. Ad Inuitatorium per totum annum. Psalmus.

VEnite, exultemꝰ Domino, iubilemus Deo saluatori nostro, præoccupemus faciem eius in confessione, ℟ in psalmis iubilemus ei.

Quoniã Deus, magnus Dominꝰ, ℟ rex magnus super omnes deos: quoniam non repellet Dominꝰ plebem suam, quia in manu eius sunt omnes fines terræ, ℟ altitudines montium ipse conspicit.

Quoniam ipsius est mare, ℟ ipse fecit illud, ℟ aridam fundauerunt manus eius. Venite, adoremus, ℟ procidamꝰ ante Deũ, ploremus coram Dño, qui fecit nos: quia ipse est dñs Deus noster, nos autẽ populus eius, ℟ oues pascuæ eius.

Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra, sicut in exacerbatione secundum diẽ tẽtationis in deserto: vbi tentauerũt me patres vestri, probauerunt, ℟ viderunt opera mea.

Quadraginta annis proximꝰ fui generationi huic, ℟ dixi, Sẽper hi errãt corde, ipsi vero non cognouerunt

runt vias meas, quib⁹ iura
ti in ira mea, Si introibũt
in requiem meam.
℣. Iozia Pat. ℟. ℟. icut.
℣ Hymnus sequens dici-
tur ad horas nocturnas
i diebus Dñice, a Dñica.
Dñe ne in ira tua, inclusi-
ue vsq; ad Dñicam primã
Quadragesimę exclusiue,
a Dñica. Vidi Dominũ,
inclusiue, vsque ad Adue
ntum Domini exclusiue.

Hymnus.

Primo dierũ omniũ,
Quo mũd⁹ extat cõditus:
Vel quo refurgẽs cõditor,
Nos morte victa liberat:
Vulsis pcul torporibus,
Surgamus omnes ocyus:
Et nocte quęramus piũ,
Sicut prophetã nouim⁹.
Nostras preces vt audiat,
Suãq; dextrã porrigat,
Et expiatos sordibus,
Reddat polorũ sedibus.
Vt quiq; sacratissimo
Huius diei tempore,
Horis quietis psallimus,
Donis beatis muneret.
Iã nũc paterna claritas
Te postulamus affatim,
Absit libido sordidans,
Omnisq; actus noxius.
Ne fęda sit, vel lubrica
Cõpago nostri corporis,
Per quã, Auerni ignib⁹
Ipsi crepemur acrius.
O b hc, Redẽptor, qsum⁹,
Vt probra nostra diluas,
Vitę perennis cõmoda,
Nobis benigne conferas.
Quo carnis actu exules
Effecti, ipsi cęlibes,
Vt pręstolamur cernui,
Melos canamus glorię.
Pręsta Pater piissime,
Patriq; compar vnice,
Cum Spiritu paracleto
Regnãs p oẽ seculũ. Amẽ.
℣ Hymnus sequens dici-
tur ad horas nocturn. in
Dominicis dieb⁹, a Dñica
Deus omnium, inclusiue,
vsq; ad Dnicam. Vidi Do
minum, exclusiue. Hymnus

Nocte surgentes, vi-
gilemus omnes,
Semper in psalmis medi-
temur, atq;
Virib⁹ totis Dño canam⁹
Dulciter hymnos.
Vt pio regi pariter ca-
nentes,
Cum suis sanctis mereas-
mur aulam
Ingredi cęli, simul ẽbeatã
Ducere vitam.
Pręstet hoc nobis, deita-
tis beata
Patris, ac Nati, pariter-
que sancti
Spirit⁹, cui⁹ reboat in ol
Gloria mundo. Amen.

℣ Scien-

¶ Sciendum est, quod in Dñicali officio ad Matutinum sunt decem & octo psalmi, distributi per Dominicas, ita, vt nouem primi psalmi deseruiãt vni Dominicę, & totidem alteri, & supr̃ quolibet psalm. Añas vt fuerit tempus. ¶ Prima Aña. **Pro fidei meritis.** & omnes primę Añę in nocturnis infrascriptę dicũt in Dñica. **Dñe ne in ira tua.** & sequentibus vsq; ad Dñicam in ramis palmarum inclusiue, & in Dñica. **Vidi Dominum.** & sequentibus, vsq; ad Dñicam vltimam Aduentus Dñi inclusiue, & Aña. **Novit Dñs.** & omnes secũdę Añę, dicũt in Dñica. **Deus omnium.** & sequẽtibus vsque ad Dominicã. **Vidi dñm.** exclusiue. Aña prima. **Pro fidei meritis.** Aña secunda. **Novit Dñs.**

Psalmus. i.

BEatus vir, qui non abijt in consilio impioꝝ, & in via peccatorum nõ stetit, & in cathedra pestilentię non sedit.

Sed in lege Domini voluntas eius: & in lege eius meditabitur die, ac nocte.

Et erit tanquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum: quod fructum suũ dabit in tempore suo.

Et folium eius nõ defluet: & omnia quęcunq; faciet, prosperabuntur.

Non sic impij, nõ sic: sed tanquam puluis, quẽ proijcit ventus a facie terrę.

Ideo non resurgunt impij in iudicio: neq; peccatores in concilio iustoꝝ.

Quoniam nouit Dominus viam iustorum: & iter impiorum peribit.

Gloria Patri, & Filio, et Spiritui sancto.

Sicut erat in principio, & nunc, & semper, & in secula seculorum. Amen.

¶ In fine vnuscuiusque Psalmi. Aña. i. Pro fidei meritis vocatur iure beatus, Legem (qui Dñi meditatur nocte, dieq;. Aña. ij. Novit Dominus viam iustorum, & iter impiorum peribit. Aña. j. Seruite Domino. Aña. ij. Beati omnes.

Psalmus ii.

QUare fremuerũt gẽtes, & populi meditati sunt inania?

Astiterunt reges terrę, & prin-

principes conuenerunt in vnum, aduersus Dñm, et aduersus Xpistū eius.

Dirūpamus vincula eorū: et proiiciamus a nobis iugum ipsorum.

Qui habitat in cęlis irridebit eos: et Dñs subsannabit eos.

Tunc loquetur ad eos in ira sua: et in furore suo cōturbabit eos.

Ego autem constitutus sum rex ab eo, super Sion montem sanctū eius, prędicans pręceptū eius.

Dñs dixit ad me, Filius meus es tu: ego hodie genui te.

Postula a me, et dabo tibi gentes hęreditatem tuā: et possessionem tuam terminos terrę.

Reges eos in virga ferrea: et tanquam vas figuli confringes eos.

Et nunc reges intelligite: eruditimini, qui iudicatis terram.

Seruite Dño in timore: et exultate ei cū tremore.

Apprehēdite disciplinā, ne quando irascatur Dñs: et pereatis de via iusta.

Cum exarserit in breui ira eius: beati omnes qui confidunt in eo.

Gloria Patri. &c. Ant. Seruite Dño in timore, et exultate ei cū tremore. Ps. ii. Beati omnes, qui confidunt in eo. Ant. i. Super populū. Ant. ii. Dominus susceptor.

Domine, Psal. iii. Quid multiplicati sūt, qui tribulāt me? multi insurgunt aduersum me.

Multi dicunt animę meę, Nō est salus ipsi in Deo ei⁹. Tu autē Dñe, susceptor meus es: gloria mea, et exaltans caput meum.

Voce mea ad Dominum clamaui: et exaudiuit me de monte sancto suo.

Ego dormiui, et soporatus sum: et exurrexi, quia Dominus suscepit me.

Non timebo millia populi circundantis me: exurge Domine, saluum me fac, Deus meus.

Quoniam tu percussisti omnes aduersantes mihi sine causa: dentes peccatorum contriuisti.

Dñi est salus: et super populū tuū benedictio tua.

Gloria Patri. &c. Ant. i. Super populum tuum Dñe, benedictio tua. Ant. ii. Dñs susceptor meus, et gloria mea.

℣. Memor fui nocte nominis tui Domine. ℟. Et custodiui le-

dī legem tuam. Pater nr. ℣. In. i. nocturno. Ant. i. Saluū me fac. Ant. ii. Exaudiuit. Psalmus. vj.

DOmine, ne i furore tuo arguas me: nec i ira tua corripias me.

Miserere mei Dñe, quoniam infirmus sum: sana me Domine, quoniā conturbata sunt ossa mea.

Et anima mea turbata est valde: sed tu Domine vsque quo?

Conuertere Domine, & eripe animam meam: saluum me fac propter misericordiam tuam.

Quoniam non est in morte, qui memor sit tui: in inferno autem, quis confitebitur tibi?

Laboraui i gemitu meo, lauabo p singulas noctes lectum meum: lachrymis meis stratū meū rigabo.

Turbat⁹ est a furore oculus meus: inueteraui inter oēs inimicos meos.

Discedite a me oēs, qui operamini iniquitatē: quoniam exaudiuit Dominus vocem fletus mei.

Exaudiuit Dñs deprecationem meam: Dominus orationem meā suscepit.

Erubescant, & cōturbentur vehementer oēs inimici mei: conuertantur, & erubescāt valde velociter.

Gloria. Sicut. Ant. i. Saluum me fac Dñe propter misericordiam tuā. Ant. ii. Exaudiuit Dñs deprecationem meam, Dñs orationem meam suscepit. Ant. i. Juste Deus. Ant. ii. Dñe Deus.

DOmine Psal. vij. Deus me⁹ in te speraui: saluū me fac ex omnibus persequentibus me, & libera me.

Ne quādo rapiat, vt leo, animam meam: dum non est qui redimat, neque qui saluum faciat.

Dñe Deus meus, si feci istud: si est iniquitas in manibus meis.

Si reddidi retribuentib⁹ mihi mala, decidā merito ab inimicis meis inanis.

Persequat inimicus animam meam: & comprehendat, & conculcet in terra vitam meā: & gloriā meam in puluerem deducat.

Exurge Dñe in ira tua: & exaltare in finibus inimicorum meorum.

Et exurge Domine Deus

meus in pręcepto, quod mandasti: ꝛ synagoga populorum circundabit te.

Et propter hanc in altũ regredere: Dominus iudicat populos.

Iudica me Domine secundum iustitiam meam: ꝛ secundum innocentiam meam super me.

Consumet nequitia peccatorum: ꝛ diriges iustũ, scrutans corda, ꝛ renes Deus.

Iustum adiutoriũ meũ a Domino: qui saluos facit rectos corde.

Deus iudex iustus, fortis, ꝛ patiens: nũquid irascitur per singulos dies?

Nisi cõuersi fueritis, gladium suum vibrabit: arcũ suũ tetẽdit, ꝛ parauit illũ.

Et in eo parauit vasa mortis: sagittas suas ardentibus effecit.

Ecce parturit iniustitiã: concepit dolorem, ꝛ peperit iniquitatem.

Lacum aperuit, ꝛ effodit eum: ꝛ incidit in foueam, quam fecit.

Conuertetur dolor eius in caput eius: ꝛ in verticem ipsius iniquitas eius descendet.

Confitebor Domino secundum iustitiam eius: ꝛ psallam nomini Domini altissimi.

Gloria Patri. Sicut. ℟. Ant. i. Juste Deus, Judex fortis, patiensque, benignus, In te sperantes muni miserando fideles Ant. ii. Dñe Deus meus in te speraui. Ant. iii. Quam admirabile. Ant. iv. Eleuata. Psa. viii.

Domine, Dominus noster, quã admirabile est nomen tuum in vniuersa terra.

Quoniã eleuata est magnificẽtia tua sup cęlos.

Ex ore infantium, ꝛ lactentium perfeciſti laudẽ ppter inimicos tuos: vt destruas inimicũ, ꝛ vltorẽ.

Quoniam videbo cęlos tuos, opera digitorũ tuorum, Lunam, ꝛ stellas, quę tu fundasti.

Quid est homo, quod memor es eius: aut filius hominis, quoniã visitas eũ?

Minuisti eũ paulominus ab angelis: gloria, ꝛ honore coronasti eum: ꝛ constituisti eũ super opera manuum tuarum.

Omnia subiecisti sub pedibus eius: oues, ꝛ boues vniuersas, insuper ꝛ pecora campi.


Volu-

et volucres cęli, et pisces maris, qui perambulant semitas maris.

Domine Dñs noster, qm admirabile est nomen tuū in vniuersa terra.

Gloria Patri. Sicut. ℣. Ant. j. Quā admirabile est nomen tuum Dñe in vniuersa terra: Ant. ij. Elevata est magnificentia tua super celos. ℣. Media nocte surgebam ad cōfitendum tibi. ℟. Super iudicia iustificationis tue. Pater noster.

℣n. iij. nocturno. Ant. j. Letabor. Ant. ij. Sperent in te. Psalm. ix.



Confitebor tibi Dñe in toto corde meo: narrabo oīa mirabilia tua.

Lętabor, et exultabo in te: psallam nomini tuo Altissime.

In conuertendo inimicum meum retrorsum: infirmabuntur, et peribunt a facie tua.

Quoniam fecisti iudiciū meum, et causam meam: sedisti super thronum, qui iudicas iustitiam.

Increpasti gentes, et periſt impius: nomē eorum delesti in ęternum, et in ſęculum ſęculi.

Inimici defecerunt framęę in finem: et ciuitates eorum destruxisti.

Perist memoria eorum cum sonitu: et Dominus in ęternum permanet.

Parauit in iudicio thronum suum: et ipse iudicabit orbem terrę in equitate, iudicabit populos in iustitia.

Et factus est Dominus refugium pauperi: adiutor in opportunitatibus, in tribulatione.

Et sperent in te, qui nouerunt nomē tuum: quoniā non dereliquisti quęrentes te Domine.

Psallite Domino, qui habitat in Sion: annuntiate inter gētes studia eius.

Quoniam requirēs sanguinem eorū recordatus est: non est oblitus clamorem pauperum.

Miserere mei Dñe: vide humilitatem meam de inimicis meis.

Qui exaltas me de portis mortis, vt annuntiem omnes laudationes tuas in portis filię Sion.

Exultabo i salutari tuo: infixę sunt gentes in interitu,

ritu, quem fecerunt.
In laqueo isto, quem absconderunt, comprehensus est pes eorum.
Cognoscetur Dominus iudicia faciens: in operibus manuum suarū comprehensus est peccator.
Conuertantur peccatores in infernum: omnes gentes, quę obliuiscuntur Deum.
Quoniam non in finem obliuio erit pauperis: patientia pauperum nō peribit in finem.
Exurge Dñe, non cōfortetur homo: iudicentur gentes in conspectu tuo.
Constitue Dñe legislatorem super eos: vt sciant gentes, quoniam homines sunt.
Vt quid Domine recessisti longe: despicis in oportunitatibus, in tribulatione?
Dum superbit impius, incenditur pauper: comprehenduntur in cōsilijs, quibus cogitant.
Quoniam laudatur peccator in desideriis animę suę: et iniquus benedicit.
Exacerbauit Dñm peccator: secundum multitudinem iræ suę non quęret.
Non est Deus in conspectu ei⁹: inquinatę sunt vię illius in omni tempore.
Auferentur iudicia tua a facie eius: omnium inimicorū suorū dominabitur.
Dixit enim in corde suo, Non mouebor a generatione in generationē sine malo.
Cuius maledictione os plenum est, et amaritudine, et dolo: sub lingua eius labor, et dolor.
Sedet in insidijs cum divitibus in occultis, vt interficiat innocentem.
Oculi eius in pauperem respiciūt: insidiatur in abscondito, quasi leo in spelunca sua.
Insidiat, vt rapiat pauperem: rapere pauperem, dum attrahit eum.
In laqueo suo humiliabit eum: inclinabit se, et cadet, cum dominatus fuerit pauperum.
Dixit enim in corde suo, Oblitus est Deus: auertit faciē suā, ne videat in finē.
Exurge dñe Deus, et exaltetur manus tua: ne obliuiscaris pauperum.
Propter quid irritauit impius Deum: dixit enim in corde suo, Non requiret.
Vides, quoniā tu laborē, et dolo-

dolorem considera, vt tradas eos in manus tuas. Tibi derelictus est pauper: orphano tu eris adiutor.

Contere brachium peccatoris, & maligni: quæretur peccatum illius, & non inuenietur.

Dñs regnauit in æternū, & in sæculum sæculi: peribitis gentes de terra illius.

Desiderium pauperū exaudiuit Dominus: præparationem cordis eorū audiuit auris tua.

Iudicare pupillo & humili: vt non apponat vltra magnificare se homo super terram.

℣. Gloria. ℟. sicut. Ant. j. Lætabor, et exaltabo in te, psallā nomini tuo Altissime. Ant. ij. Sperēt in te, qui nouerunt nomē tuum Domine. Ant. j. Justus Dñs. Ant. ij. Dñs in templo. Psal. x.

IN Domino confido, quomodo dicitis animæ meæ, Transmigra in montem sicut passer?

Quoniam ecce peccatores intenderunt arcū: parauerunt sagittas suas in pharetra, vt sagittent in obscuro rectos corde.

Quoniam quæ perfecisti destruxerunt: iustus autē quid fecit?

Dñs in templo sancto suo: Dñs in cælo sedes eius.

Oculi eius in pauperem respiciunt: palpebræ eius interrogāt filios hominū.

Dñs interrogat iustum, & impiū: qui autē diligit iniquitatē, odit animā suam.

Pluet super peccatores laqueos: ignis, & sulphur, & spiritus procellarū, pars calicis eorum.

Quoniam iustus Dñs, et iustitias dilexit: æquitatem vidit vultus eius.

℣. Gloria. ℟. sicut. Ant. j. Justus Dñs, & iustitias dilexit. Ant. ij. Dñs in templo sancto suo, Dñs in cælo sedes eius. Ant. j. Surge. Ant. ij. Tu Domine. Psal. xi.

SAluum me fac Dñe, quoniam defecit sanctus: quoniam diminutæ sunt veritates a filijs hominum.

Vana loquuti sunt vnusquisq; ad proximum suū: labia dolosa in corde, et corde loquuti sunt.

Disperdat Dñs vniuersa labia dolosa, et linguam magniloquam.

Qui dixerūt, Linguā nostram magnificabimus, labia nostra a nobis sunt:

quis noster Dominus est? Propter miseriã inopũ, & gemitum pauperum: nũc exurgam dicit Dñs.

Ponam in salutari: fiducialiter agam in eo.

Eloquia Dñi, eloquia casta, argentum igne examinatum, probatum terræ, purgatum septuplum.

Tu Dñe seruabis nos: & custodies nos a generatione hac, in æternum.

In circuitu impij ambulant: secundum altitudinẽ tuã multiplicasti filios hominum.

Gloria. ℣ sicut. Ãña. i. Surge, et in eternum serua munimine sacro, Custodique tuos astri potens famulos.

Ãn. ii. Tu Dñe seruabi nos: & custodies nos in eternum. ℣. Exsultare Dñe in virtute tua. ℟. Cantabimꝰ, & psallemꝰ virtutes tuas. Pater nr. Tres nocturni præcedẽtes & alij tres sequentes deferuiẽt omnibus Dñicis totius anni, quando agitur officiũ de Dñica, dicendo eos alternati, præterq̃ in Dñicis tẽpore Resurrectiõis.

Secunda Psalmorum diuisio. Ãña. i. Ego autem. Ãña. ii. Cantabo Domino.

Psalmus. xij.

Vsq̃quo Dñe obliuiscẽris me in finẽ? vsq̃quo auertis faciẽ tuã a me.

Quãdiu ponam consilia in anima mea, dolorem in corde meo per diem?

Usquequo exaltabit inimicus meus super me? respice, & exaudi me domine Deus meus.

Illumina oculos meos, ne vnquam obdormiã in morte: nequando dicat inimicꝰ meus, Præualui aduersus eum.

Qui tribulãt me, exultabunt, si motus fuero: ego autem in mia tua speraui.

Exultabit cor meũ in salutari tuo, cantabo Dño, qui bona tribuit mihi: et psallam nomini Domini altissimi.

Gloria. ℣ sicut, &c. Ãña. i. Ego autem in misericordia tua speraui. Ãña. ii. Cantabo Domino, qui bona tribuit mihi. Ãn. i. Dominꝰ de celo. Ãña. ii. Spes. Psal. xiij.

Dixit insipiẽs in corde suo, Nõ est Deꝰ.

Corrupti sunt, & abominabiles facti sunt in studijs suis: nõ est, qui faciat

bonum

bonum, non est vsque ad vnum.

Dñs de cœlo prospexit super filios hominum, vt videat, si est intelligens, aut requirens Deum.

Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt: nō est qui faciat bonum, non est vsque ad vnum.

Sepulchrum patens est guttur eorū: linguis suis dolose agebant, venenum aspidum sub labijs eorū.

Quorum os, maledictione, & amaritudine plenum est: veloces pedes eorum ad effundendū sanguinē.

Contritio, et infelicitas in vijs eorum: & viam pacis non cognouerunt: non est timor Dei ante oculos eorum.

Nonne cognoscēt omnes, qui operantur iniquitatē: qui deuorāt plebem meā, sicut escam panis?

Dominum non inuocauerunt: illic trepidauerūt timore, vbi non erat timor.

Quoniam Dñs in generatione iusta est: consilium inopis cōfudistis: quoniā Dñs spes eius est.

Quis dabit ex Sion salutare Israēl? cum conuerterit Dñs captiuitatem plebis sue, exultabit Jacob & lętabitur Israēl.

O lozia. ℣ icut. ℟ Bñs. ℣. Dñs de celo prospexit super filios hominū Bna. ij. Spes & salus nra Dñs in eternum. Bñs. j. Qui operatur. Bna. ij. Timentes se. Psal. xiij.

Domine, quis habitabit in tabernaculo tuo? aut quis requiescet in monte sancto tuo.

Qui ingreditur sine macula, & operatur iustitiā.

Qui loquitur veritatem in corde suo: qui non egit dolum in lingua sua.

Nec fecit proximo suo malum: & opprobriū nō accepit aduersus proximos suos.

Ad nihilū deductus est in cōspectu eius malignus: timētes aūt Dñm glorificat.

Qui iurat proximo suo, & non decipit: qui pecuniam suam nō dedit ad vsuram: & munera super innocentem non accepit.

Qui facit hęc, non mouebitur in ęternum.

O lozia. ℣ icut. Bna. j. Qui operatur iustitiam, habitabit in tabernaculo tuo. Bna. ij. Timētes se Dñs glorificat. ℣ Memor fui nocte nominis tui Dñe. ℟ Et custodiui legē tuā. Pater nr.

Qui sic-

℣. In secundo nocturno. Ant. i. Nature genitor. Ant. ii. Conserua me Dñe. Ps. xv.

Conserua me Dñe, quoniã speraui in te: dixi Dño, Deus meus es tu: quoniam bonorũ meorũ non eges.

Sanctis qui sunt in terra eius, mirificauit omnes voluntates meas in eis.

Multiplicate sunt infirmitates eorum: postea accelerauerunt.

Non congregabo cõuenticula eorum de sanguinibus: nec memor ero nominum eorũ per labia mea.

Dominus pars hereditatis meę, et calicis mei: tu es, qui restitues hereditatem meam mihi.

Funes ceciderũt mihi in preclaris: etenim hereditas mea preclara est mihi.

Benedicam Dñm, qui tribuit mihi intellectum: insuper, et vsque ad noctẽ increpuerunt me renes mei.

Prouidebam Dñm in cõspectu meo semper: quoniam a dextris est mihi, ne commouear.

Propter hoc letatum est cor meum, et exultauit lingua mea: insuper, et caro mea requiescet in spe.

Quoniã non derelinques animam meam in inferno: nec dabis sanctum tuum videre corruptionem.

Notas mihi fecisti vias vitę: adimplebis me lętitia cum vultu tuo: delectationes in dextera tua vsque in finem.

Gloria. Sicut. Ant. i. Nature genitor, conserua a morte redemptos: Facq; tuo dignos seruitio famulos. Ant. ii. Conserua me Domine, quoniam in te speraui. Ant. i. pectora nra. Ant. ii. Ego clamaui. Psal. cvi.

Laudi Dñe iustitiam meam: intẽde deprecationem meam.

Auribꝰ percipe orationẽ meam nõ in labijs dolosis.

De vultu tuo iudicium meum prodeat: oculi tui videant equitatem.

Probasti cor meum, et visitasti nocte: igne me examinasti, et non est inuenta in me iniquitas.

Vt non loquatur os meũ opera hominum: propter verba labiorũ tuorũ ego custodiui vias duras.

Perfice gressus meos in semitis tuis, vt non moueantur

ueantur vestigia mea.

Ego clamaui, quoniã exaudisti me Deus: inclina aurem tuam mihi, & exaudi verba mea.

Mirifica misericordias tuas, qui saluos facis sperantes in te.

A resistentibꝰ dextere tuę custodi me, vt pupillam oculi.

Sub vmbra alarum tuarũ protege me, a facie impiorũ, qui me afflixerunt.

Inimici mei animã meã circundederunt: adipem suum concluserunt, os eorum locutũ est superbiã.

Proicientes me nũc circundederunt me: oculos suos statuerunt declinare in terram.

Susceperũt me, sicut leo parat⁹ ad prędam: & sicut catulus leonis habitans in abditis.

Surge Dñe, pręueni eũ, & supplanta eũ: eripe animam meam tuã ab impio: framea tua ab inimicis manus tuę.

Domine, a paucis de terra diuide eos in vita eorum: de absconditis tuis adimpletus est venter eorum.

Saturati sunt filijs, & dimiserunt reliquias suas parulis suis.

Ego autem in iustitia apparebo conspectui tuo: satiabor, cũ apparuerit gloria tua.

Gloria, &c. sicut. Ãña. Pectora nostra tibi tu conditor, & vio. adure: Igne pia purgans, atq; cremando proba, &c. u. Ego clamaui, quoniã exaudisti me. cũ. Ps. In populum. Ãña. Diligam te.

Diligam te Domine fortitudo mea: Dñs firmamentũ meum, & refugiũ meũ, & liberator meus.

Deus meus adiutor meus, & sperabo in eum.

Protector meus, & cornu salutis meę, et susceptor meus.

Laudans invocabo Dominum: & ab inimicis meis saluus ero.

Circundederunt me dolores mortis, & torrentes iniquitatis conturbauerunt me.

Dolores inferni circundederunt me: præoccupauerunt me laquei mortis.

In tribulatione mea invocaui Dñm, & ad Deum meum clamaui.

Et exaudiuit de templo sancto suo vocem meam: & cla-

clamor meus in conspectu ei⁹ introiuit in aures ei⁹.
¶ Commota est, & contremuit terra: fundamenta montium cōturbata sunt, & commota sunt, quoniam iratus est eis.
Ascendit fumus in ira eius, & ignis a facie ei⁹ exarsit: carbones succensi sunt ab eo.
Inclinauit cęlos, & descendit: & caligo sub pedib⁹ ei⁹.
Et ascendit super Cherubim, & volauit: volauit super pennas uentorum.
Et posuit tenebras latibulum suum, in circuitu eius tabernaculū eius: tenebrosa aqua in nubibus aēris.
Pręfulgore in conspectu ei⁹ nubes trāsierunt: grando, & carbones ignis.
Et intonuit de cęlo Dñs, & Altissim⁹ dedit uocē suā: grando, & carbones ignis.
Et misit sagittas suas, et dissipauit eos: fulgura multiplicauit, et conturbauit eos.
Et apparuerūt fontes aquarū: & reuelata sunt fundamenta orbis terrarū.
Ab increpatiōe tua Dñe: ab inspiratiōe spiritus iræ tuę.
Misit de summo, & accepit me: & assumpsit me de aquis multis.
Et eripuit me de inimicis meis fortissimis, & ab his qui oderunt me: quoniam confortati sunt super me.
Preuenerunt me in die afflictionis meę: & factus est Dñs protector meus.
Et eduxit me in latitudinem: saluum me fecit, quoniam uoluit me.
Et retribuet mihi Dñs secundū iustitiā meam: & secundum puritatē manuū mearum retribuet mihi.
Quia custodiui uias Dñi: nec impie gessi a Deo meo.
Quoniā oīa iudicia eius in conspectu meo: & iustitias eius nō repuli a me.
Et ero immaculatus cum eo: & obseruabo me ab iniquitate mea.
Et retribuet mihi Dñs secundum iustitiam meam: & secundum puritatem manuum mearum in conspectu oculorum eius.
Cū sancto, sanctus eris: & cum uiro innocente, innocens eris.
Et cum electo, electus eris, & cum peruerso, peruerteris.
Quoniā tu populū humilem saluū facies: & oculos super-

superbozum humiliabis.

Q. uoniã tu illuminas lucernam meam dñe Deus meus: illumina tenebras meas.

Q. uoniam in te eripiar a tentatione: & in Deo meo transgrediar murum.

D eus meus, impolluta via eius: eloquia Dñi igne examinata: protector est omnium sperantiũ in se.

Q. uoniã quis Deꝰ præter Dñm: aut quis Deus præter Deum nostrum?

D eꝰ, qui præcinxit me virtute: & posuit immaculatã viam meam.

Q. ui perfecit pedes meos tanq̃ ceruozum: et super excelsa statuens me.

Q. ui docet manus meas ad prælium: et posuisti vt arcum ereũ brachia mea.

Et dedisti mihi protectionem salutis tuæ: & dextera tua suscepit me.

Et disciplina tua correxit me in finem: & disciplina tua ipsa me docebit.

D ilatasti gressus meos subtus me: & non sunt infirmata vestigia mea.

P ersequar inimicos meos, & comprehẽdam illos: & non conuertar, donec deficiant.

Et confringam illos, nec poterunt stare: cadet subtus pedes meos.

Et præcinxisti me virtute ad bellum: supplantasti insurgentes in me subtus me.

Et inimicos meos dedisti mihi dorsum: & odientes me disperdidisti.

Et clamauerunt, nec erat qui saluos faceret, ad Dominum: nec exaudiuit eos.

Et comminuam eos, vt puluerem ante faciẽ venti: vt lutum platearum delebo eos.

Et ripies me de contradictionibus populi: constitues me in caput gentiũ.

P opulus, quem non cognoui, seruiuit mihi: in auditu auris obediuit mihi.

Et filij alieni mentiti sunt mihi: filij alieni inueterati sunt, & claudicauerunt a semitis suis.

Et uit Dñs, & benedictus Deus meus: et exaltetur Deus salutis meæ.

D eus, qui das vindictas mihi, & subdis populos sub me: liberator meus de inimicis meis iracundis.

Et ab insurgẽtibus in me exaltabis me: a viro iniquo eripies me.

Propterea confitebor tibi in nationibus Domine: & nomini tuo psalmū dicā. Qui magnificans salutes regis eius: & faciens misericordiam Christo suo Dauid, & semini eius vsque in seculum.

℣. Gloria. ℟. Sicut. Ant. Tu populum humilem saluū a morte Redemptor: atque supbos tuo colla premis tacnlo. Ant. ii. Dulcis amor te Dñe virtus mea. ℣. Media nocte surgebam ad confitendū tibi. ℟. Super iudicia iustificationis tue. Pater nr. ℣. In tertio nocturno secundū diuisionis. Ant. i. Sponsus. Ant. ii. Nō sunt loquele.

Psal. xviij.



Cli enarrant gloriam Dei, & opera manuū eius annūtiat firmamentum.

Dies diei eructat verbū: & nox nocti indicat sciētiā. Non sunt loquele, neque sermones, quorum non audiantur voces eorum.

In omnem terram exiuit sonus eorum: & in fines orbis terre verba eorum.

In Sole posuit tabernaculum suum: & ipse tanquā sponsus procedēs de thalamo suo.

Exultauit vt gigas ad currēdam viam: a summo cęlo egressio eius.

Et occursus eius vsq; ad summum eius: nec est, qui se abscondat a caloze eius.

Lex Dñi immaculata, cōuertens animas: testimonium Dñi fidele, sapientiā prestans paruulis.

Iustitie Dñi recte, lętificantes corda: preceptum Domini lucidum, illuminans oculos.

Timor Dñi sanctus permanens in seculum seculi: iudicia Dñi vera, iustificata in semetipsa.

Desiderabilia super aurum, & lapidem pręciosum multum: & dulciora super mel, & fauum.

Etenim seruus tuus custodit ea: in custodiendis illis retributio multa.

Delicta quis intelligit? ab occultis meis munda me: & ab alienis parce seruo tuo.

Si mei non fuerint dominati, tūc immaculatus ero: & emundabor a delicto maximo.

Et erunt, vt complaceāt eloquia oris mei: & meditatio

tatio cordis mei in conspectu tuo semper.

Domine adiutor meus, & redemptor meus.

Gloria Patri. Sicut. Ant. Descendens de thalamo vt sponsus processit Christus in orbē, descendens celo ture salutifero. Ant. Non sunt loquele, neq; sermones, quorum nō audiantur voces eorū. Ant. Auxiliū. Ant. Exaudiat.

Exaudiat te Dñs in die tribulationis: protegat te nomen Dei Iacob.

Mittat tibi auxiliū de sancto: & de Sion tueatur te.

Memor sit omnis sacrificij tui: & holocaustum tuū pingue fiat.

Tribuat tibi secundū cor tuum: & omne consiliū tuū confirmet.

Lętabimr in salutari tuo: & in nomine Dei nostri magnificabimur.

Impleat Dñs omnes petitiones tuas: nunc cognoui, quoniam saluum fecit Dñs Christum suum.

Exaudiet illū de celo sancto suo: in potentatibus salus dexterę eius.

Hi, in curribus, et hi, in equis: nos autem in nomine Dei nri inuocabimus.

Ipsi obligati sunt, & ceciderūt: nos autem surreximus, & erecti sumus.

Domine saluum fac regē: & exaudi nos in die, qua inuocauerimus te.

Gloria. Sicut. Ant. Auxilium nobis salutator mitte salutis, Et tribuas vitam tempore perpetuo. Ant. Exaudiat te Dñs in die tribulationis. Ant. Rex sine fine. Ant. Dñe, in virtute tua.

Domine, in virtute tua lętabit rex: & super salutare tuum exultabit vehementer.

Desiderium cordis eius tribuisti ei: & voluntate labiorum eius non fraudasti eum.

Quoniam prȩueniisti eum in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite eius coronā de lapide pretioso.

Vitā petijt a te, & tribuisti ei lōgitudinem dierum in sęculū, & in sęculū sęculi.

Magna est gloria eius in salutari tuo: gloriam, & magnum decorē impones super eum.

Quoniam dabis eū in benedictionem in sęculum sęculi: lętificabis eum in gaudio cum vultu tuo.

Quoniam rex sperat in

Dño: ⁊ in misericordia Altissimi nō cōmouebitur.

Inueniatur manus tua omnibus inimicis tuis: dextera tua inueniat omnes, qui te oderunt.

Pones eos vt clibanum ignis in tēpore vultus tui: Dñs in ira sua cōturbabit eos: ⁊ deuorabit eos ignis.

Fructum eorum de terra perdes: et semen eorum a filijs hominum.

Quoniam declinauerunt in te mala: cogitauerunt consilia, quę non potuerūt stabilire.

Quoniam pones eos dorsum: in reliquijs tuis prę parabis vultum eorum.

Exaltare Dñe in virtute tua: cantabimus, ⁊ psallemus virtutes tuas.

Gloria. ℣ icut. Añs. i. Rex sine finē manens, miseris tu parce ruinis, Premia cōcedes, ⁊ tua cūcta rege. Añ. ii. Dñe in virtute tua letabitur rex. ℣. Exaltare Dñe in virtute tua. ℟. Cātabim⁹ ⁊ psallem⁹ virtutes tuas. Pr nr.

Canticum Sanctorum, Ambrosij ⁊ Augustini.

TE Deum laudamus: te Dñm confitemur.

Te eternū Patrē omnis terra veneratur.

Tibi omnes angeli, tibi cęli, ⁊ vniuersę potestates.

Tibi Cherubim, et Seraphim incessabili voce proclamant.

℟ anct⁹, ℟ anct⁹, ℟ anct⁹, Deus sabaoth.

Pleni sunt cęli, ⁊ terra maiestatis glorię tuę.

Te gloriosus apostolorū chorus.

Te prophetarum laudabilis numerus.

Te martyrum candidat⁹ laudat exercitus.

Te per orbem terrarum sancta confitetur ecclesia.

Patrē immēsę maiestatis.

Venerādum tuum verū, ⁊ vnicum Filium.

℟ anctum quoque paracletum Spiritum.

Tu rex glorię Christe.

Tu Patris sempiternus es Filius.

Tu ad liberandum suscepturus hominem, non horruisti virginis vterum.

Tu deuicto mortis aculeo, aperuisti credentibus regna cęlorum.

Tu ad dexteram Dei sedes in gloria Patris.

Iudex crederis esse venturus.

Te ergo quęsumus tuis famulis subueni, quos pretioso sanguine redemisti.

℟ terna fac cum sanctis tuis gloria munerari.
℣ aliũ fac populũ tuum Domine: ⁊ benedic hęreditati tuę.
℟ trege eos, ⁊ extolle illos vsque in ęternum.
℣ er singulos dies benedicimus te.
℟ laudam⁹ nomen tuum in sęculũ, ⁊ in sęculũ sęculi.
℣ ignare Dñe die isto sine peccato nos custodire.
℟ iserere nostri Domine, miserere nostri.
℣ iat misericordia tua Dñe super nos, quemadmodum sperauimus in te.
℟ in te Dñe sperauimꝰ nõ cõfundar in ęternum.

Non dicit hic ℣ la Patri.

℣d Laudes. ℣. Excelsus super omnes gẽtes Dñs. ℟. Et super celos gloria eius.
℣. eus in adiutoriũ. ⁊c. Gloria. ℣ icut. Ant. 1. Regnauit Dominus, decorẽ. Hec ãna prima cum alijs in primo ordine Laudam̃ ponitis, dicentur a Dñica Dñe ne in ira tua. vsq; ad Sepuagesimã, ⁊ a Dñica Vidi Dominum. vsque ad quintam Dñicam Aduent⁹ Dñi ter cxlvsue. Ant. ij. Regnauit Dñs precinctus. cũ alijs in secũdo ordine Laudũ ponitis, dicent a Dñica Deus omnium. vsque ad Dñicam Vidi Dominum. exclusiue. Psalmus. xcij.

DOminus regnauit, decorem indutus est: indutus est Dominus fortitudinem, ⁊ pręcinxit se.
℟ tenim firmauit orbẽ terrę, qui non cõmouebitur.
℣ parata sedes tua Deus ex tunc: a sęculo tu es.
℟ leuauerunt flumina Domine: eleuauerũt flumina vocem suam.
℣ leuauerunt flumina fluctus suos: a vocib⁹ aquarum multarum.
℟ irabiles elatiões maris: mirabilis in altis Dñs.
℣ stimõnia tua credibilia facta sunt nimis: domum tuã decet sanctitudo Dñe, in longitudine dierum.

Gloria. ℣ icut. Ant. 1. Regnauit Dñs, decorem indutus est, ⁊ nunc precinxit se fortitudine. Ant. ij. Regnauit Dominus precinctus fortitudine, cum decore virtutũ, cuius sedes parata est in eternum. Ant. j. Laudate Dominum. Ant. ij. Sciamus omnes. Psalmus. xcix.

Ubilate Deo omnis terra: seruite Domino in lętitia.

Introite in cōspectu ei⁹, in exultatione.

Scitote, quoniam Dominus ipse est Deus: ipse fecit nos, & non ipsi nos.

Populus eius, & oues pascuę eius, introite portas ei⁹ in cōfessione: atria eius in hymnis confitemini illi.

Laudate nomē eius, quoniam suauis est Dominus: in ętern ū misericordia ei⁹; & vsque in generatione, et generationē veritas eius.

Gloria. ℣ Sicut. Ant. i. Laudate Dñm, quoniā suauis est: & vsq; in eternum misericordia eius. Ant. ij. Sciamus omnes, quia Dñs ipse est Deus, cui iubilemus, & seruiamus, & laudemus nomen eius in lętitia. Ant. iij. Letentur. Ant. iiij. Benedicam te Domine.

Psalmus. lxij.

Deus, Deus meus, ad te de luce vigilo, sitiuit in te anima mea: cōmultipliciter tibi caro mea.

In terra deserta, inuia, & inaquosa, sic in sancto apparui tibi: vt viderem virtutem tuā, & gloriā tuam.

Quoniam melior est misericordia tua super vitas: labia mea laudabunt te.

Sic benedicam te in vita mea: & in nomine tuo leuabo manus meas.

Sicut adipe, & pinguedine repleatur anima mea: & labijs exultationis laudabit os meum.

Si memor fui tui super stratum meū: in matutinis meditabor in te, quia fuisti adiutor meus.

Et in velamento alarum tuarum exultabo: adhęsit anima mea post te: me suscepit dextera tua.

Ipsi vero in vanum quęsierunt animam meam: introibūt in inferiora terrę: tradētur in manus gladij, partes vulpium erunt.

Rex vero lętabit in Deo, laudabuntur omnes, qui iurāt in eo: quia obstructū est os loquentium iniqua.

Psalmus. lxvi.

Deus misereatur nostri, & benedicat nobis: illuminet vultum suū sup nos, & misereat nostri.

Et cognoscamus in terra viam tuā: in omnibus gentibus salutare tuum.

Confiteantur tibi populi Deus: confiteātur tibi populi omnes.

Lętentur, & exultent gentes,

tes, quoniã iudicas populos in ęquitate: et gentes in terra dirigis.

Confiteantur tibi populi Deus: confiteantur tibi populi omnes: terra dedit fructum suum.

Benedicat nos Deꝰ, Deꝰ noster: benedicat nos Deꝰ, ⁊ metuant eum omnes fines terrę.

Gloria. Sicut. Ant. Letentur, ⁊ exultent omnes fines terre, quoniã iudex noster, factus est aduocatus noster. alt. ant. Benedicam te Dñe in vita mea, vt videã virtutem tuã, ⁊ gloriã tuam: Ant. Omnia opera Domini. Ant. Omnis creatura.

Canticum trium puerorum.

Benedicite omnia opera Domini, Dño, laudate, ⁊ superexaltate eum in sęcula.

Benedicite angeli Dñi, Dño: benedicite cęli Dño.

Benedicite aquę omnes, quę super cęlos sunt, Dño: benedicite omnes virtutes Dñi, Dño.

Benedicite Sol, ⁊ Luna Domino: benedicite stellę cęli Domino.

Benedicite imber, et ros Domino: benedicite oẽs spiritus Dei, Domino.

Benedicite ignis, ⁊ ęstus Domino: benedicite frigꝰ, ⁊ ęstas Domino.

Benedicite rores, ⁊ pruina Domino: benedicite gelu, ⁊ frigus Domino.

Benedicite glacies, ⁊ nives Domino: benedicite noctes, ⁊ dies Domino.

Benedicite lux, ⁊ tenebrę Domino: benedicite fulgura, ⁊ nubes Domino.

Benedicat terra Dominum: laudet, ⁊ superexaltet eum in sęcula.

Benedicite montes, ⁊ colles Domino: benedicite vniuersa germinãtia in terra Domino.

Benedicite fontes Dño: benedicite maria, ⁊ flumina Domino.

Benedicite cete, ⁊ omnia, quę mouetur in aquis Domino, benedicite omnes volucres cęli Domino.

Benedicite omnes bestię, ⁊ pecora Domino, benedicite filij hominum Dño.

Benedicat Israël Dominum: laudet, ⁊ superexaltet eum in sęcula.

Benedicite sacerdotes domini, Dño: benedicite serui Domini, Domino.

Benedicite spiritus, ⁊ anime iustorum Domino: be-

nedicite sancti, & humiles corde Domino.

Benedicite Anania, Azaria, Misaël Dominum: laudate, & superexaltate eum in sęcula.

Benedicamus Patrem, & Filium, cum sancto Spiritu: laudemus, & superexaltemus eum in sęcula.

Benedictus es Dñe in firmamento cęli: laudabilis, & gloriosus, & superexaltat' in sęcula. Amen, non dicatur Gloria Patri. Ana. j. Omnia opera Dñi, Dominũ benedicite in eternum. alia. Ana. ij. Omnis creatura benedicat Dominum: hymnum dicat, & superexaltet eum in sęcula. Ana. j. Laus Dei. Ana. ij. Spiritus omnis.

Psalmus. cxlviij.

Laudate Dominum de cęlis: laudate eum in excelsis.

Laudate eum omnes angeli eius: laudate eum omnes virtutes eius.

Laudate eum Sol, & Luna: laudate eum omnes stellę, & lumen.

Laudate eum cęli cęlorum: et aquę quę super cęlos sunt, laudent nomen Dñi.

Quia ipse dixit, et facta sunt: ipse mandauit, & creata sunt.

Statuit ea in eternum, & in sęculũ sęculi: pręceptũ posuit, et non prętеribit.

Laudate Dñm de terra, dracones, & omnes abyssi.

Ignis, grando, nix, glacies, spiritus procellarum, quę faciunt verbum eius.

Montes, & omnes colles: ligna fructifera, & omnes cedri.

Bestię et vniuersa pecora, serpentes, et volucres pennatę.

Reges terrę, & omnes populi: principes, & omnes iudices terrę.

Iuuenes, & virgines, senes cũ iunioribus laudent nomen Dñi: quia exaltatũ est nomen eius solius.

Confessio eius super cęlum, & terram: & exaltauit cornu populi sui.

Hymnus omnib' sanctis eius: filijs Israël, populo appropinquanti sibi.

Psalmus. cxlix.

Cantate Domino cãticum nouum: laus eius in ecclesia sanctor.

Lętetur Israël in eo, qui fecit eum: & filię Sion exultent in rege suo.

Laudent nomen eius in choro: in tympano, & psalterio

terio psallant ei.

Quia beneplacitū est Domino in populo suo: et exaltauit mansuetos in salutē.

Exultabunt sancti in gloria: lętabuntur in cubilibus suis.

Exultationes Dei in gutture eorum: et gladij ancipites in manibus eorum.

Ad faciēdam vindictam in nationibus: increpationes in populis.

Ad alligandos reges eorum in compedibꝰ, et nobiles eorꝝ in manicis ferreis.

Vt faciant in eis iudiciū conscriptū: gloria hęc est omnibus sanctis eius.

Laudamus ei.

Laudate Dominū in sanctis eius: laudate eum in firmamento virtutis eius.

Laudate eum in virtutibus eius: laudate eum secundum multitudinē magnitudinis eius.

Laudate eum in sono tubę: laudate eum in psalterio, et cythara.

Laudate eum in tympano, et choro: laudate eū in chordis, et organo.

Laudate eum in cymbalis benesonantibus: laudate eum in cymbalis iubilationis: omnis spiritus laudet Dominum.

Gloria. Sicut. Ańa. s. Laus Dei in ecclesia sanctorū: et ideo, cantate illi canticū letitie. Alia. alia. Ańa. is. Spiritus omnis laudet Dominū, quia ipse dixit, et facta sunt omnia: mandauit, et creata sunt vniuersa.

¶ Capitulum sequens dicetur in diebus Dominicis per totum annū, ad Laudes, quando proprium nō assignatur. Capitulum.

Benedictio, et claritas, et sapientia, et gratiarū actio, honor, virtus, et fortitudo Deo nostro in sęcula sęculorum. Amen. Apocal. 7

℟. Deo gratias. ¶ Sequens hymnus dicitur ad Laudes quādo hymnus Prīmo dierum dicitur in aestate. Hymnus.

Æterne rerū cōditor,
Noctē, diemq; qui regis:
Et tempora das temporia,
Vt alleues fastidium.

Iam sęco diei iam sonat,
Noctis profunde pugil,
Nocturna lux viantibus,
A nocte noctē segregans.

Hoc excitatus Lucifer,
Soluit polum caligine:
Hoc ois erronū cohors
Viam nocendi deserit.

Hoc nauta vires colligit,
Pontiq; mitescunt freta:
Hoc ipsa petra ecclesię
Canente culpam diluit.
Surgamus ergo strenue,
Gallus iacentes excitat,
Et somnolētos increpat,
Gallus negantes arguit.
Gallo canente spes redit,
Egris salus refunditur,
Mucro latronis cōditur,
Lapsis fides reuertitur.
Iesu, labantes respice,
Et nos videndo corrige:
Si respicis, lapsus cadūt,
Fletuq; culpa soluitur.
Tu lux refulge sensibus,
Mentiq; somnū discute:
Te nra vox primū sonet,
Et ore psallamus tibi.
Deo Patri sit gloria,
Eiusque soli Filio,
Cum Spiritu paracleto
Nūc, & in perpetuū. Amē.

℣ Hymnus sequens dicit ad Laudes, quando hymnus Nocte surgentes, canitur in Matut. Hymnus.

Ecce, iam noctis tenuatur vmbra,
Lucis aurora rutilans coruscat,
Viribus totis rogitemus omnes
Cuncti potentem,
Vt Deus nostri miserat⁹, omnem
Pellat angorem, tribuat salutem:
Donet et nobis pietate Patris
Regna polorum.
Præstet hoc nobis deitas beata
Patris, ac Nati, pariterque Sancti
Spiritus, cuius reboat in omni
Gloria mundo. Amen.

℣ Versus sequens dicatur a Dñica Dñe ne in ira tua, vsque ad Septuagesimā exclusiue. ℟ Dñs regit me, & nihil mihi deerit. ℣ In loco pascue, ibi me collocauit.

℣ Sequēs versus dicitur a Dñica Deus omnium. vsq; ad Dñicam Vidi Dominum. exclusiue. ℟ Dñs regnauit. ℣ decorē indutus.

Versus sequens dicitur a Dñica Vidi Dñm. vsq; ad primam Dñicam Aduentus exclusiue, & a Septuagesima, vsque ad Dñicam primā Quadragesimę exclusiue. ℟ Dñe, refugium factus es nobis. ℣ A generatione, & progenie.

Canticum Zacharię.

Benedictus Dominus Deus Israēl: quia visitauit, & fecit redemptionem plebis suę.

Vt ere-

Et erexit cornu salutis nobis, in domo Dauid pueri sui.

Sicut locutus est per os sanctorũ, qui a seculo sunt prophetarum eius.

Salutem ex inimicis nostris, & de manu omniũ, qui oderunt nos.

Ad faciendam misericordiam cũ patribus nostris: & memorari testamenti sui sancti.

Iusiurandum, quod iurauit ad Abraham patrem nostrum, daturũ se nobis.

Ut sine timore de manu inimicorum nostrorum liberati, seruiamus illi.

In sanctitate, et iustitia coram ipso, omnibus diebus nostris.

Et tu puer, propheta Altissimi vocaberis: præibis enim ante faciem Domini, parare vias eius.

Ad dandam scientiam salutis plebi eius, in remissionem peccatorum eorum.

Per viscera misericordiæ Dei nostri, in quibus visitauit nos oriens ex alto.

Illuminare his, qui in tenebris, & vmbra mortis sedent, ad dirigẽdos pedes nostros in viam pacis.

Gloria Patri. Sicut. &c.

Ant ad Benedict⁹, & oratio, de Dñica occurrente.

¶ Ordo ad Primam longam recitandam. Notandum, quod Prima longa recitatur hoc modo. videlicet, in Dñicis, quibus in primis vesperis propria assignantur responsoria, post inchoationẽ antiphonæ, dicuntur psalmi, Deus Deus meus, respice. fol. 13. Et, Deus in nomine tuo. fol. 58. sub vno Gloria Patri. Deinde, Beati immaculati. fol. 58. cum cæteris, vt mos est, præterquam a Dñica Paschæ vsque ad Dominicam Deus omniũ, quia in hac Dñica incipit Prima longa. In Dñicis vero Quadragesimæ, post inchoationem antiphonæ, dicuntur psalmi, Deus, Deus meus, respice. fol. 13. cum cæteris sequentibus, bini, sub vno Gloria Patri: & finito psalmo Deus in nomine tuo. cum Gloria Patri, dicitur psalmus Dñs regnauit, decorem. cũ Gloria Patri. fol. 10. deinde Beati immaculati in via. vt prædictũ est.

¶ Aduertendum insuper, quod quãdo de Dñicis recitatur, a Dñica, Dñe ne

in ira tua. vsq; ad Septuagesimã exclusiue. Ad primam dicitur añ. Dispersit me, & nihil mihi deerit: In loco pascue, ibi me collocauit. Psalmi vt supra. ¶ Dominica vero Deus omniũ. vsque ad primam Dnicam Aduentus exclusiue, dicitur sequens añ. Gloria, perpes honor tibi sit, o trina potestas: Laus ingis, & virtus eadem, cõmune tropheũ: personet hec concors heroam cantus in eum. Psalmi vt supra. ¶ In Dominicis vero non habentibus propria respons. in primis vesperis non dicitur Prima lõga. Ps. xxi.

DEus, Deus meus, respice in me: quare me dereliquisti: longe a salute mea, verba delictorum meorũ.

DEus meus, clamabo per diẽ, & nõ exaudies: & nocte, & non ad insipientiã mihi.

TU autem in sancto habitas, laus Israël.

IN te sperauerũt patres nostri: sperauerunt, & liberasti eos.

AD te clamauerunt, & salui facti sunt: in te sperauerunt, & non sunt confusi.

EGo autem sum vermis, & non homo: opprobrium hominũ, & abiectio plebis.

OMnes videntes me, deriserunt me: loquuti sunt labijs, & mouerunt caput.

SPerauit in Domino, eripiat eum: saluum faciat eum, quoniam vult eum.

QUoniam tu es, qui extraxisti me de ventre, spes mea ab vberibus matris meę: in te proiectus sum ex vtero.

DE ventre matris meę Deus meus es tu: ne discesseris a me.

QUoniam tribulatio proxima est: quoniam non est, qui adiuuet.

CIrcundederunt me vituli multi: tauri pingues obsederunt me.

APeruerunt super me os suum, sicut leo rapiens, et rugiens.

SIcut aqua effusus sum: & dispersa sunt oia ossa mea.

FActum est cor meũ tanquam cera liquescens in medio ventris mei.

ARuit tanquam testa virtus mea, & lingua mea adhęsit faucib⁹ meis: & in puluerẽ mortis deduxisti me.

QUoniam circundederũt me ca-

me canes multi: concilium malignantiū obsedit me.
Foderunt manus meas, & pedes meos: dinumerauerunt omnia ossa mea.
Ipsi vero cōsiderauerūt, & inspexerunt me: diuiserunt sibi vestimenta mea, et super vestem meam miserunt sortem.
Tu autē Dñe, ne elongaueris auxiliū tuū a me: ad defensionē meā cōspice.
Erue a framea Deus animam meam: & de manu canis vnicam meam.
Saluа me ex ore leonis: et a cornibus vnicornium humilitatem meam.
Narrabo nomen tuū fratribus meis: in medio ecclesię laudabo te.
Qui timetis Dominum, laudate eū: vniuersum semen Jacob glorificate eū.
Timeat eum omne semē Jsrāēl: quoniam non sprevit, neque despexit deprecationem pauperis.
Nec auertit faciem suam a me: et cum clamarem ad eum, exaudiuit me.
Apud te laus mea in ecclesia magna: vota mea reddā in conspectu timentium eum.
Edent pauperes, & saturabuntur, & laudabūt Dñm, qui requirūt eū: viuēt corda eorū in sęculum sęculi.
Reminiscentur, & conuertentur ad Dominum vniuersi fines terrę.
Et adorabūt in cōspectu ei⁹ vniuersę familię gentiū.
Quoniā Dñi est regnū: & ipse dominabitur gentiū.
Manducauerunt, & adorauerunt omnes pingues terrę: in conspectu eius cadent omnes, qui descēdunt in terram.
Et anima mea illi viuet: & semen meum seruiet ipsi.
Annuntiabitur Domino generatio ventura: & annūtiabunt cęli iustitiam eius populo, qui nascetur, quē fecit Dñs. Psal. xxij.

Dominus regit me, & nihil mihi deerit: in loco pascuę ibi me collocauit.
Super aquam refectionis educauit me: animam meam conuertit.
Deduxit me sup semitas iustitię: propter nomē suū.
Nam etsi ambulauero in medio vmbrę mortis, nō timebo mala, qm̄ tu mecū es.
Virga tua, & baculus tu⁹, ipsa me consolata sunt.
Parasti in cōspectu meo men-

mensam, aduersus eos, qui tribulant me.

Impinguasti in oleo caput meum: & calix meus inebrians, quã præclarus est.

Et misericordia tua subsequetur me, omnibus diebus vitæ meæ.

Et, vt inhabitem in domo Dñi, in longitudine dierũ.

Gloria. Sicut erat. &c.

Psalmus. xxiij.

Domini est terra, et plenitudo eius: orbis terrarũ, & vniuersi, qui habitant in eo.

Quia ipse super maria fũdauit eũ: et super flumina præparauit eum.

Quis ascendet in mõtem Domini: aut quis stabit in loco sancto eius?

Innocens manibus, & mũdo corde: qui non accepit in vanũ animã suã, nec iurauit in dolo proximo suo.

Hic accipiet benedictionem a Dño: & misericordiã a Deo salutari suo.

Hæc est generatio quærẽtium eum: quærentium faciem Dei Jacob.

Attollite portas principes vestras, et eleuamini portæ æternales: & introibit rex gloriæ.

Quis est iste rex gloriæ? Dominus fortis, & potẽs, Dñs potens in prælio.

Attollite portas principes vestras, et eleuamini portæ æternales: & introibit rex gloriæ.

Quis est iste rex gloriæ? Dominus virtutũ, ipse est rex gloriæ. Psal. xxiij.

Ad te Dñe leuaui animam meam: Deus meus in te confido, nõ erubescam.

Neque irrideant me inimici mei: etenim vniuersi, qui sustinent te, non confundentur.

Confundãtur omnes iniqua agentes superuacue.

Vias tuas Dñe demonstra mihi: et semitas tuas edoce me.

Dirige me in veritate tua, & doce me: quia tu es Deus saluator meus, & te sustinui tota die.

Reminiscere miserationum tuarum Domine, et misericordiarũ tuarũ, quæ a sæculo sunt.

Delicta iuuentutis meæ, & ignorantias meas ne memineris.

Secundum misericordiã tuam memẽto mei tu, propter bonitatẽ tuam Dñe.

Dulcis, & rectus Dominus, propter

propter hoc legem dabit delinquentibus in via.

Q Iriget mansuetos in iudicio: docebit mites vias suas.

V niuersę vię Dñi misericordia, ꝛ veritas requirentibus testamentum eius, ꝛ testimonia eius.

P ropter nomen tuũ Domine, propitiaberis peccato meo, multum est enim.

Q uis est homo, qui timet Dominum ꝛ legem statuit ei in via, quam elegit.

A nima eius in bonis demorabitur: ꝛ semẽ eius hęreditabit terram.

F irmamentum est Dñs timentibus eũ: ꝛ testamentum ipsius, vt manifestetur illis.

O culi mei semper ad Dominum: quoniam ipse euellet ꝺ laqueo pedes meos.

R espice in me, ꝛ miserere mei: quia vnicus, ꝛ pauper sum ego.

T ribulatiões cordis mei multiplicatę sunt: de necessitatibus meis erue me.

V ide humilitatem meã, ꝛ laborem meum: ꝛ dimitte vniuersa delicta mea.

R espice inimicos meos, quoniã multiplicati sunt: ꝛ odio iniquo oderũt me.

C ustodi animam meam, ꝛ erue me: nõ erubescam, quoniam speraui in te.

I nnocentes, ꝛ recti adhęserũt mihi, quia sustinui te.

V ibera Deus Israël ex omnib⁹ tribulationib⁹ suis.

G loria. ℣ icut erat. ꝛc.

Psalmus. xxv.

I Udica me Dñe, quoniam ego in innocentia mea ingressus sum: ꝛ in Domino sperãs, non infirmabor.

P roba me Dñe, et tenta me: vre renes meos, ꝛ cor meum.

Q uoniã misericordia tua ante oculos meos est: ꝛ cõplacui in veritate tua.

N on sedi cum cõcilio vanitatis: ꝛ cũ iniqua gerentibus non introibo.

O diui ecclesiã malignantiũ: ꝛ cũ impijs nõ sedebo.

L auabo inter innocẽtes manus meas: ꝛ circundabo altare tuum Domine.

V t audiam vocem laudis tuę: et enarrem vniuersa mirabilia tua.

D ñe, dilexi decorem domus tuę: ꝛ locum habitationis glorię tuę.

N e perdas cum impijs Deus animam meam: ꝛ cũ viris sanguinũ vitam meã.

In quorum manibus iniquitates sunt: dextera eorum repleta est muneribꝰ. Ego autem in innocentia mea ingressus sum: redime me, & miserere mei. Pes meꝰ stetit indirecto: in ecclesijs bñedicã te Dñe. Deinde, Deus in nomine tuo saluum me fac. &c. Requirit fol. 58. Ad Matut. Feria. ij. Inuitatorium. Venite, exultemꝰ Dño. ℣. Jubilemꝰ Deo salutari nro. ℟.

VEnite, exult. &c. Domino refectꝫ artubꝰ, Spreto cubili surgimus, Nobis Pater canentibꝰ Adesse te deposcimus. Te lingua primũ cõcinat, Te mentis ardor ambiat, Ut actuum sequentium Tu sancte sis exordium. Cedant tenebrꝫ lumini, Et nox diurno syderi, Ut culpa quã nox intulit, Lucis labascat munere. Precamur ijdẽ supplices, Ut omnes noxas amputes, Ut ore te canentium Lauderis in perpetuum. Presta Pater piissime, Patriꝫ compar vnice, Cum Spiritu paracleto In sẽpiterna sęcula. Amẽ. Ant. Illuminatio mea.

DOminus illuminatio mea, & salus mea, quẽ timebo? Dominus protector vitę meę, a quo trepidabo? Dum approprĩant super me nocentes, vt edant carnes meas. Qui tribulant me inimici mei, ipsi infirmati sunt, et ceciderunt. Si cõsistãt aduersum me castra, nõ timebit cor meũ. Si exurgat aduersum me pręliũ, in hoc ego sperabo. Una petij a Dño, hanc requiram, vt inhabitem in domo Domini omnibꝰ diebus vitę meę. Vt videã voluntatẽ Dñi: & visitem templum eius. Quoniam abscõdit me in tabernaculo suo: in die malorum protexit me, in abscondito tabernaculi sui. In petra exaltauit me: et nunc exaltauit caput meũ super inimicos meos. Circuiui, & immolaui in tabernaculo eius hostiam vociferationis: cantabo, & psalmum dicam Dño. Exaudi Dñe vocem meã, qua clamaui ad te: miserere mei, & exaudi me.

Tibi dixit cor meum, exquisiuit te facies mea: faciem tuam Dñe requirã.
Ne auertas faciem tuam a me: ne declines in ira a seruo tuo.
Adiutor meus esto, ne derelinquas me: neq; despicias me Deꝰ salutaris meꝰ.
Quoniã pater meus, & mater mea dereliquerũt me: Dñs autem assumpsit me.
Legem pone mihi Domine in via tua: et dirige me in semita recta, propter inimicos meos.
Ne tradideris me in animas tribulantiũ me: quoniam insurrexerunt in me testes iniqui, & mentita est iniquitas sibi.
Credo videre bona Dñi in terra viuentium.
Expecta Dñm, viriliter age: & confortetur cor tuũ, & sustine Dñm. Ps. xxvij.
Ad te Domine clamabo: Deus meus ne sileas a me, nequando taceas a me, & assimilabor descendentibus in lacum.
Exaudi Dñe vocẽ deprecationis meę, dum oro ad te: dũ extollo manus meas ad templum sanctũ tuum.
Ne simul tradas me cum peccatoribus: & cum operãtibus iniquitatẽ ne perdas me.
Qui loquuntur pacem cũ proximo suo, mala autem in cordibus eorum.
Da illis secundum opera eor̃, & secundum nequitiã adinuentionem ipsorum.
Secundum opera manuũ eorum tribue illis: redde retributionem eor̃ ipsis.
Quoniam non intellexerunt opera Dñi: & in opera manuum eius destrues illos, & non ędificabis eos.
Benedictus Dñs: quoniã exaudiuit vocem deprecationis meę.
Dñs adiutor meus, & protector meus: & in ipso sperauit cor meũ, & adiutus sum.
Et refloruit caro mea: et ex voluntate mea confitebor ei.
Dñs fortitudo plebis suę: et protector saluationum Christi sui est.
Saluum fac populũ tuũ Dñe, & benedic hęreditati tuę: & rege eos, & extolle illos vsque in ęternum.
Gloria. Sicut. Ant. Illuminatio mea, & salus mea Dominus. Ant. Adorate Dñm.

Psalmus. xxviij.

Afferte Dño filij Dei, afferte Dño filios arietũ.

Afferte

Afferte Dño gloriam, et honorem, afferte Dño gloriam nomini eius: adorate Dñm in atrio sancto eius.

Vox Domini sup aquas; Deus maiestatis intonuit Dñs super aquas multas.

Vox Dñi in virtute: vox Dñi in magnificentia.

Vox Dñi cõfringentis cedros: et confringet Dominus cedros Libani.

Et comminuet eas tanq̃ vitulum Libani: et dilectus, quemadmodum filius vnicornium.

Vox Domini intercidentis flammã ignis, vox Dñi concutientis desertum: et commouebit Dominꝰ desertum Cades.

Vox Dñi preparantis cervos, et reuelabit condensa: et in templo eius omnes dicent gloriam.

Dominus diluuium inhabitare facit: et sedebit Dominus rex in eternum.

Dominus virtutẽ populo suo dabit: Dñs benedicet populo suo in pace.

Psalmus. cxix.

Exaltabo te Dñe, quoniã suscepisti me: nec delectasti inimicos meos super me.

Domine Deus meus clamani ad te: et sanasti me.

Domine, eduxisti ab inferno animam meam: saluasti me a descẽdentib⁹ in lacũ.

Psallite Dño sancti eius: et cõfitemini memorie sanctitatis eius.

Quoniam ira in indignatione eius: et vita in voluntate eius.

Ad vesperum demorabitur fletus: et ad matutinum letitia.

Ego autem dixi in abundantia mea, Nõ mouebor in eternum.

Dñe, in volũtate tua prestitisti decori meo virtutẽ.

Auertisti faciem tuam a me: et factꝰ sum cõturbatꝰ.

Ad te Dñe clamabo: et ad Deum meum deprecabor.

Que vtilitas in sanguine meo, dum descendo in corruptionem?

Quunquid confitebitur tibi pulus? aut annuntiabit veritatem tuam?

Audiuit Dñs, et misertus est mei: Dominus factus est adiutor meus.

Conuertisti planctũ meũ in gaudium mihi: conscidisti saccum meum, et circundedisti me letitia.

Vt cãtet tibi gloria mea, et non compungar: domine

Deus

Deus meus in ęternū confitebor tibi.

Gloria. Sicut. ℣. Alle. Adorate Dñm in aula sancta eius. ℟. Alle. In tua iustitia.

In te Dñe ℣. exxx. speraui, non confundar in ęternum: in iustitia tua libera me.

Inclina ad me aurē tuā: accelera, vt eruas me.

Esto mihi in Deum protectorem, & in domum refugij, vt saluum me facias.

Quoniā fortitudo mea, & refugium meum es tu: et propter nomen tuum deduces me, & enutries me.

Educes me ō laqueo hoc, quem absconderunt mihi: quoniam tu es protector meus.

In manus tuas commēdo spiritum meū: redemisti me Dñe De⁹ veritatis.

Odisti obseruantes vanitates superuacue.

Ego autem in Dño speraui: exultabo, et lętabor in misericordia tua.

Quoniam respexisti humilitatem meam: saluasti de necessitatibus animam meam.

Neque conclusisti me in manib⁹ inimici: statuisti in loco spatioso pedes meos.

Miserere mei Dñe, quoniā tribulor: conturbatus est in ira oculus meus, anima mea, & venter meus.

Quoniam defecit in dolore vita mea: et anni mei in gemitibus.

Infirmata est in paupertate virt⁹ mea: & ossa mea conturbata sunt.

Super omnes inimicos meos factus sum opprobriū, & vicinis meis valde, & timor notis meis.

Qui videbant me foras, fugerunt a me: obliuioni datus sum, tanquam mortuus a corde.

Factus sum tanquā vas perditum: quoniam audiui vituperationē multorū commorantiū in circuitu.

In eo dum conuenirent simul aduersum me: accipere animam meam consiliati sunt.

Ego autem in te speraui Dñe: dixi, De⁹ meus es tu: in manib⁹ tuis sortes meę.

Eripe me de manu inimicorum meorum: & a persequentibus me.

Illustra faciem tuam super seruum tuum: saluum me fac in misericordia tua: Domine non confundar, quoniam inuocauit te.

Erubescant impij, & deducantur in infernum: mutafiant labia dolosa.

Quę loquuntur aduersus iustum iniquitatem: in superbia, & in abusione.

Quam magna multitudo dulcedinis tuę Dñe, quam abscondisti timentibus te.

Perfecisti eis, qui sperāt in te: in conspectu filioꝝ hominum.

Protteges eos in tabernaculo tuo, a cōturbatione linguarum.

Benedictus Dñs, qñ mirificauit misericordiā suā mihi, in ciuitate munita.

Ego autem dixi in excessu mentis meę, Proiectus sum a facie oculoꝝ tuoꝝ.

Exaudisti vocē orationis meę, dum clamarē ad te.

Diligite Dominū omnes sancti eius: quoniam veritatem requiret Dñs, et retribuet abundanter facientibus superbiam.

Viriliter agite, & confortetur cor vestrum omnes, qui speratis in Domino.

Psalmus. xxxi.

Beati, quoꝝ remissę sunt iniquitates, et quoꝝ tecta sunt peccata.

Beatus vir, cui non imputauit Dominus peccatū: nec est in spiritu eius dolus.

Quoniam tacui, inueterauerunt ossa mea, dū clamarem tota die.

Quoniam die ac nocte grauata est supèr me manus tua: conuersus sum in ęrumna mea, dum configitur spina.

Delictū meum cognitum tibi feci: & iniustitiam meā non abscondi.

Dixi, Confitebor aduersum me iniustitiam meam Dño: & tu remisisti impietatem peccati mei.

Pro hac orabit ad te omnis sanctus in tēpore opportuno.

Verumtamen, in diluuio aquarum multarū ad eum non approximabunt.

Tu es refugiū meū a tribulatione, quę circūdedit me: exultatio mea, erue me a circūdantibus me.

Intellectum tibi dabo, & instruā te in via hac, qua gradieris: firmabo super te oculos meos.

Nolite fieri sicut equus, & mulus, quibus non est intellectus.

In chamo, & fręno maxillas eorum constringe, qui non approximant ad te.

Multa

Multa flagella peccatoris: sperantem autem in Domino misericordia circundabit.

Lętamini in Dño, et exultate iusti: et gloriamini omnes recti corde.

Gloria. Sicut. Ant. In tua iustitia libera me Domine. Ps. Rectos decet.

EXultate iusti in Dño: rectos decet collaudatio.

Confitemini Dño in cithara: in psalterio decem chordarum psallite illi.

Cantate ei canticum nouum: bene psallite ei in uociferatione.

Quia rectum est verbum Domini: et omnia opera eius in fide.

Diligit misericordiam, et iudiciū: misericordia Domini plena est terra.

Verbo Domini cęli firmati sunt: et spiritu oris eius omnis virtus eorum.

Congregans sicut in utre aquas maris: ponens in thesauris abyssos.

Timeat Dñm omnis terra: ab eo autē cōmoueant omnes inhabitantes orbē.

Quoniam ipse dixit, et facta sunt: ipse mandauit, et creata sunt.

Dominus dissipat cōsilia gentiū: reprobat autē cogitationes populorū: et reprobat consilia principū.

Consilium autem Dñi in ęternū manet: cogitationes cordis eius in generatione, et generationem.

Beata gēs, cuius est Dñs Deus eius: populus, quē elegit in hęreditatē sibi.

De cęlo respexit Dñs: vidit omnes filios hominū.

De prępparato habitaculo suo respexit super omnes, qui habitant terram.

Qui finxit sigillatim corda eorū: qui intelligit omnia opera eorum.

Nō saluatur rex per multam virtutem: et gigas nō saluabitur in multitudine virtutis suę.

Fallax equus ad salutē: in abundantia autem virtutis suę non saluabitur.

Ecce, oculi Dñi sup metuētes eū: et in eis, qui spērāt super misericordia eius.

Vt eruat a morte animas eorū: et alat eos in fame.

Anima nra sustinet Dominum: quoniam adiutor, et protector noster est.

Quia in eo lętabitur cor nostrum: et in nomine sancto eius speramus.

Fiat misericordia tua Dñe super nos, quemadmodum speravimus in te.

Psalmus. xxxiij.

Benedicam Dñm in omni tẽpore: semper laus eius in ore meo.

In Domino laudabitur anima mea: audiant mansueti, & lętentur.

Magnificate Dñm mecũ: et exaltemus nomen eius in idipsum.

Exquisiui Dñm, & exaudiuit me: & ex omnibus tribulationib⁹ meis eripuit me.

Accedite ad eũ, & illuminamini: & facies vestrę nõ confundentur.

Iste pauper clamauit, et Dñs exaudiuit eum: & de omnibus tribulationibus eius saluauit eum.

Immittet angelus Dñi in circuitu timentium eũ: & eripiet eos.

Gustate, & videte quoniã suauis est Dñs: beat⁹ vir, qui sperat in eo.

Timete Dñm omnes sancti eius, quoniam non est inopia timentibus eum.

Diuites egerunt, & esurierunt: inquirentes autẽ Dominum, nõ minuentur omni bono.

Venite filij, audite me: timorem Dñi docebo vos.

Quis est homo, qui vult vitam, diligẽs dies videre bonos?

Prohibe linguam tuam a malo: & labia tua ne loquãtur dolum.

Diuerte a malo, & fac bonum: inquire pacem, & persequere eam.

Oculi Dñi super iustos: & aures eius in prẽces eor̃.

Vultus autem Dñi super facientes mala, vt perdat de terra memoriam eor̃.

Clamauerũt iusti, & Dñs exaudiuit eos: & ex omnibus tribulationibus eorũ liberauit eos.

Iuxta est Dñs ijs, qui tribulato sunt corde: & humiles spiritu saluabit.

Multę tribulationes iustorum: & de omnibus his liberabit eos Dñs.

Custodit Dñs omnia ossa eor̃: vnum ex his non conteretur.

Mors peccatorum pessima: & qui oderunt iustum, delinquent.

Redimet Dñs animas seruor̃ suor̃: & non delinquẽt omnes, qui sperant in eo.

Gloria. Sicut. &c. Dñs.

Rectos decet collaudatio.

Dñe. Expugna. Dñe. xxxiij.

Iudi-

IUdica Domine nocentes me: expugna impugnantes me.

Apprehende arma, & scutum: & exurge in adiutorium mihi.

Effunde frameã, & cõclude aduersus eos, qui persequunt me: dic animę meę, Salus tua ego sum.

Confundãtur, & reuereãtur quęrentes animã meã.

Auertantur retrorsum, & confundantur cogitantes mihi mala.

Fiant tanquam puluis ante faciem venti: & angelus Dñi coarctans eos.

Fiat via illorũ tenebrę, & lubricum: & angelus Domini persequens eos.

Quoniam gratis abscondérũt mihi interitũ laquei sui: superuacue exprobrauerunt animam meam.

Veniat illi laqueus, quẽ ignorat, & captio, quã abscõdit, apprehẽdat eũ: & in laqueũ cadat in idipsum.

Anima autem mea exultabit in Dño: & delectabitur in salutari suo.

Omnia ossa mea dicent, Domine quis similis tibi?

Eripiens inopẽ de manu fortiorũ eius: egenũ, & pauperẽ a diripientibus eũ.

Surgẽtes testes iniqui, quę ignorabã, interrogabant me.

Retribuebant mihi mala pro bonis: et sterilitatem animę meę.

Ego autẽ, cũ mihi molesti essent, induebar cilicio.

Humiliabã in ieiunio animam meam: & oratio mea in sinu meo conuertetur.

Quasi proximum, & quasi fratrem nostrũ, sic complacebam: quasi lugens, & contristatus, sic humiliabar.

Et aduersum me lętati sunt, & conuenerunt: congregata sunt super me flagella, & ignorauí.

Dissipati sunt, nec compuncti: tentauerunt me, subsannauerũt me subsannatione: frenduerunt super me dentibus suis.

Dñe, quando respicies, restitue animam meam a malignitate eorum: a leonibus vnicam meam.

Confiteboꝛ tibi in ecclesia magna: in populo graui laudabo te.

Non supergaudeant mihi, qui aduersantur mihi inique: qui oderũt me gratis, & annuunt oculis.

Quoniam mihi quidem pacifice loquebantur: & in

fracundia terrę loquẽtes, dolos cogitabant.

Et dilatauerũt super me os suum: dixerunt, Euge, euge, viderũt oculi nostri.

Vidisti Dñe, ne sileas: Domine, ne discedas a me.

Exurge, et intẽde iudicio meo: Deus meus, et Dñs meus in causam meam.

Iudica me secundũ iustitiam tuã dñe Deus meus: et non supergaudeãt mihi.

Nec dicãt in cordibus suis, Euge, euge animęnr̃e: nec dicãt, Deuorauimus eũ.

Erubescant, et reuereantur simul, qui gratulantur malis meis.

Induantur confusione, et reuerentia, qui maligna loquuntur super me.

Exultent, et lętentur, qui volunt iustitiam meam: et dicãt semper, Magnificetur Dominus, qui volunt pacem serui eius.

Et lingua mea meditabitur iustitiã tuam: tota die laudẽ tuã.

Dixit iniustus, vt delinquat i semetipso: non est timor Dei ante oculos eius.

Qñ dolose egit in cõspectu eius, vt inueniatur iniquitas eius ad odium.

Verba oris eius iniquitas, et dolus: noluit intelligere, vt bene ageret.

Iniquitatẽ meditatus est in cubili suo: astitit omni vię non bonę: malitiã autem non odiuit.

Domine, in cęlo misericordia tua: et veritas tua vsque ad nubes.

Iustitia tua, sicut montes Dei: iudicia tua, abyssus multa.

Homines, et iumenta saluabis Dñe: quemadmodũ multiplicasti misericordiã tuam Deus.

Filij autem hominum, in tegmine alarum tuarum sperabunt.

Inebriabũtur ab vberta te domus tuę: et torrente voluptatis tuę potabis eos.

Quoniã, apud te est fons vitę: et in lumine tuo videbimus lumen.

Prętende misericordiam tuam scientibus te: et iustitiam tuam his, qui recto sunt corde.

Non veniat mihi pes superbię: et manus peccatoris non moueat me.

Ibi ceciderunt, qui operantur iniquitatẽ: expulsi sunt, nec potuerunt stare.

Gloria. Sicut. ꝛc.

Expugna

Expugna impugnantes me. Reuela. Ps. xxxvi.

Noli æmulari in malignantibus: neq; zelaueris faciẽtes iniquitatẽ.

Quoniam tanquã fœnum velociter arescent: & quẽadmodum olera herbarũ cito decident.

Spera in Dño, et fac bonitatẽ: & inhabita terram, & pascẽris in diuitijs eius.

Delectare i Dño: & dabit tibi petitiões cordis tui.

Reuela Dño viã tuam, & spera in eo: & ipse faciet.

Et educet quasi lumẽ iustitiã tuã: & iudicium tuum tanquam meridiem: subditus esto Dño, & ora eum.

Noli æmulari in eo, qui prosperatur in via sua: in homine faciẽte iniustitias.

Desine ab ira, & derelinque furorẽ: noli æmulari, vt malignẽris.

Quoniã qui malignãtur, exterminabuntur: sustinẽtes autem Dñm, ipsi hæreditabunt terram.

Et adhuc pusillum, & non erit peccator: & quæres locum eius, & non inuenies.

Mansueti autem hæreditabũt terrã: & delectabuntur in multitudine pacis.

Obseruabit peccator iustum: et stridebit super eũ dentibus suis.

Dñs autem irridebit eũ, quoniam prospicit, quod veniet dies eius.

Gladium euaginauerunt peccatores: intenderunt arcum suum.

Vt decipiant pauperem, & inopem: vt trucident rectos corde.

Gladius eorum intret in corda ipsorum: & arcus eorum confringatur.

Melius est modicum iusto, super diuitias peccatorum multas.

Quoniam brachia peccatorum conterentur: confirmat autem iustos Dñs.

Nouit Dñs dies immaculatorum: & hæreditas eorũ in æternum erit.

Non confundentur in tẽpore malo, & in diebus famis saturabũtur, quia peccatores peribunt.

Inimici vero Dñi, mox vt honorificati fuerint, et exaltati: deficientes quẽadmodũ fumus deficient.

Mutuabitur peccator, et non soluet: iustus autem miseretur, & retribuet.

Quia benedicẽtes ei hæreditabũt terrã: maledicẽtes autẽ ei, disperibunt.

A pud Dominum gressus hominis dirigẽtur: & viam eius volet.

C um ceciderit, non collidetur: quia Dominus supponit manum suam.

I unior fui, etenim senui: & nõ vidi iustũ derelictum, nec semẽ eius quærẽs panẽ.

T ota die miseretur, & cõmodat: et semen illius in benedictione erit.

D eclina a malo, & fac bonum: & inhabita in sæculũ sæculi.

Q uia Dominus amat iudicium, & non derelinquet sanctos suos: in æternum conseruabuntur.

I niusti punientur: & semẽ impiorum peribit.

I usti autẽ hæreditabunt terram: & inhabitabunt in sæculũ sæculi super eam.

O s iusti meditabitur sapientiam: & lingua eius loquetur iudicium.

L ex Dei eius, in corde ipsius: & nõ supplantabuntur gressus eius.

C õsiderat peccator iustũ: & quærit mortificare eum.

D ñs autem non derelinquet eũ in manibus eius: nec damnabit eum, cũ iudicabitur illi.

E xspecta Dñm, & custodi viam eius, et exaltabit te, vt hæreditate capias terrã: cum perierint peccatores, videbis.

V idi impium superexaltatum, et eleuatum, sicut cedros Libani.

E t trãsiui, & ecce nõ erat: & quæsiui eum, & non est inuentus locus eius.

C ustodi innocentiã, & vide æquitatẽ: quoniã sunt reliquiæ homini pacifico.

I niusti autẽ disperibunt simul: reliquiæ impiorum interibunt.

S alus autem iustorum a Dño: et protector eorum in tempore tribulationis.

E t adiuuabit eos Dñs, & liberabit eos: & eruet eos a peccatoribus, & saluabit eos, quia speraverũt in eo

Psalmus. xxxvij.

D Omine, ne in furore tuo arguas me, neq; in ira tua corripias me.

Q uoniam sagittæ tuæ infixæ sunt mihi: & cõfirmasti super me manum tuam.

N on est sanitas in carne mea, a facie iræ tuæ: non est pax ossibus meis, a facie peccatorum meorum.

Q uoniã iniquitates meæ supgressæ sunt caput meũ: & sicut onus graue grauatæ sunt

tę sunt super me.
℟. utruerunt, et corruptę sunt cicatrices meę, a facie insipientię meę.
℣. iser factus sum, et curua tus sum vsq; in finē: tota die cōtristat' ingrediebar.
℟. uoniā lumbi mei impleti sunt illusionibus: et non est sanitas in carne mea.
℣. fflictus sum, et humiliatus sum nimis: rugiebam, a gemitu cordis mei.
℟. ñe, ante te omne desiderium meum: et gemitus meus a te non est absconditus.
℣. or meū conturbatū est, dereliquit me virtus mea: et lumen oculor̄ meorum, et ipsum non est mecum.
℟. mici mei, et proximi mei aduersum me appropinquauerunt, et steterunt.
℣. t qui iuxta me erant, de longe steterunt: et vim faciebant, qui quęrebant animam meam.
℟. t qui inquirebant mala mihi, loquuti sunt vanitates: et dolos tota die meditabantur.
℣. go autē, tanq; surdus non audiebam: et sicut mutus nō aperiens os suū.
℟. t factus sum sicut homo non audiens: et non habēs in ore suo redargutiones.
℣. uoniam in te Dñe speraui, tu exaudies me Domine Deus meus.
℟. uia dixi, Nequando supergaudeāt mihi inimici mei: et dum commouentur pedes mei, super me magna loquuti sunt.
℣. uoniam ego in flagella paratus sum: et dolor meus in conspectu meo semper.
℟. uoniā iniquitatē meā annuntiabo: et cogitabo pro peccato meo.
℣. nimici autē mei viuūt, et confirmati sunt super me: et multiplicati sunt, qui oderunt me inique.
℟. ui retribuūt mala pro bonis, detrahebant mihi: quoniā sequebar bonitatē
℣. e derelinquas me Domine Deus meus: ne discesseris a me.
℟. ntende in adiutorium meū dñe Dei salutis meę.
℣. loria. ℟. icut erat. ꝛc.
Ant. Reuela Domino viā tuam. ℣. Domine, in celo misericordia tua. ℟. Et veritas tua vsque ad nubes.
℣. Ad Laudes. ℟. Fiat misericordia tua Domine super nos. ℟. Quemadmodū speraui' in te. ℣. eus in adiutorium. ꝛc. Ant. Miserere mei. Psalmus.

MIserere mei Deus secundū magnam miam tuā. Et secūdū multitudinē miserationum tuarum, dele iniquitatem meam.

Amplius lava me ab iniquitate mea: et a peccato meo munda me.

Quoniā iniquitatē meā ego cognosco: et peccatū meū cōtra me est semper.

Tibi soli peccaui, et malū coram te feci, vt iustificeris in sermonibus tuis, et vincas, cum iudicaris.

Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum: et in peccatis concepit me mater mea,

Ecce enim veritatē dilexisti: incerta, et occulta sapiētię tuę manifestasti mihi.

Asperges me Dñe hyssopo, et mūdabor: lauabis me, et super niuē dealbabor.

Auditui meo dabis gaudiū, et lętitiam: et exultabūt ossa humiliata.

Auerte faciem tuā a peccatis meis: et omnes iniquitates meas dele.

Cor mundum crea in me Deus: et spiritū rectū innoua in visceribus meis.

Ne proiscias me a facie tua: et spiritum sanctū tuū ne auferas a me.

Redde mihi lętitiam salutaris tui: et spiritu principali confirma me.

Docebo iniquos vias tuas: et impij ad te conuertentur.

Libera me de sanguinibus Deus, Deus salutis meę: et exaltabit lingua mea iustitiam tuam.

Domine, labia mea aperies: et os meum anūntiabit laudem tuam.

Quoniā si voluisses sacrificiū, dedissem vtiq; holocaustis nō delectaberis.

Sacrificium Deo, spiritus contribulatus: cor cōtritum, et humiliatū Deus non despicies.

Benigne fac Dñe in bona volūtate tua Sion: vt ędificētur muri Hierusalem.

Tunc acceptabis sacrificium iustitię, oblationes, et holocausta: tunc imponēt super altare tuū vitulos.

Gloria. Sicut. &c. Ańa. Miserere mei Deus. Ańa. Intellige. Psalmus. v.

VErba mea auribus percipe Dñe: intelli ge clamorem meum.

Intende voci orationis meę:

meꝰ rex meꝰ, ⁊ Deus meꝰ.
Quoniã ad te orabo Domine: mane exaudies vocem meam.
Mane astabo tibi, ⁊ videbo: quoniã non Deus volens iniquitatem tu es.
Neꝙ habitabit iuxta te malignꝰ: neꝙ permanebũt iniusti ante oculos tuos.
Odisti omnes, qui operantur iniquitatem: perdes omnes, qui loquuntur mẽdacium.
Virum sanguinum, ⁊ dolosum abominabitur Dñs: ego autem in multitudine misericordię tuę.
Introibo in domũ tuam: adorabo ad templum sanctum tuũ in timore tuo.
Dñe, deduc me in iustitia tua: propter inimicos meos dirige in cõspectu tuo viam meam.
Quoniam non est in ore eorum veritas: cor eorum vanum est.
Sepulchrum patens est guttur eorum: linguis suis dolose agebant, iudica illos Deus.
Decidant a cogitationibus suis: secundum multitudinem impietatũ eorꝝ expelle eos, quoniam irritauerunt te Domine.
Et lętẽtur omnes, qui sperant in te: in ęternum exultabunt, ⁊ habitabis in eis.
Et gloriabũtur in te omnes qui diligunt nomen tuum: quoniam tu benedices iusto.
Dñe, vt scuto bonę voluntatis tuę coronasti nos.
Gloria. ℣ Sicut. ℟c. Dñe. Intellige clamorẽ meũ Dñe. Dñe. Deus Deus meꝰ ad te de luce vigilo. ℣. Deus Deꝰ meꝰ. fol. 10. Dñe. Cõuersus. Canticu Ysaię. xij.

Confiteor tibi Dñe, quoniã iratus es mihi: cõuersus est furor tuꝰ, ⁊ consolatus est me.
Ecce Deus saluator meꝰ: fiducialiter agam, ⁊ non timebo.
Quia fortitudo mea, et laus mea dñs Deus: ⁊ factus est mihi in salutem.
Hauritis aquas in gaudio de fontibus saluatoris: ⁊ dicetis in illa die, Confitemini Domino, ⁊ inuocate nomen eius.
Notas facite in populis adinuentiones eius: mementote, quoniam excelsum est nomen eius.
Cantate Dño, quoniam magnifice fecit: annuntiate hęc in vniuersa terra.

Exulta

Exulta, et lauda habitatio Sion: quia magnus in medio tui sanctus Israël. Gloria. Sicut. &c. Ant. Conversus est furor tuus Domine, et consolatus est me. Ant. In excelsis. Psa. Laudate Dñm de cęl. fol. 11.

Rom. 13. NOx pręcessit, Capl. dies autem appropinquauit. Abiciamus ergo opera tenebrarũ, et induamur arma lucis, sicut in die honeste ambulemus. Hymnus.

SPlendor paternę glorię,
De luce lucẽ proferens,
Lux lucis, et fons luminis,
Dies, diem illuminans.
Et verusq; Sol illabere
Micans nitore perpeti:
Iubarq; sancti Spiritus
Infunde nostris sensibus.
Et votis vocem⁹ te Patrẽ,
Patrẽ perennis glorię,
Patrẽ potentis gratię,
Culpam releget lubricã.
Confirmet act⁹ strenuos:
Ventem retundat inuidi:
Casus secundet asperos:
Donet ferendi gratiam.
Mentẽ gubernet, et regat
Castam fideli corpore:
Fides calore ferueat,
Fraudis venena nesciat.
Christusq; nobis sit cibus,
Potusq; noster sit fides:
Lęti bibamus sobrie
Ebrietatem Spiritus.
Vt cętus dies hic transeat,
Pudor sit vt diluculum,
Fides sit vt meridies,
Crepusculũ mens nesciat.
Aurora cursus proueheat,
Aurora totus prodeat,
In Patre totus Filius,
Et tot⁹ in Verbo Pater.
Præsta Pater piissime.
℣. In matutinis Domine me dilabor in te. ℟. Quia fuisti adiutor meus. Ant. Benedict⁹ Deus Israël. Psa. Benedict⁹ Dñs. fol. 12. Sicut in Dñica currente. &c.

Feria. iii. ad Maturin.

Inuitator. Jubilem⁹ Deo. ℣. Salutari nostro. Psalm. Venite exultemus. fol. 1.

Hymnus. (minis,

ORtus paterni luminis
Lux ipse lucis, et dies,
Noctẽ canendo rũpimus:
Assiste postulantibus.
Aufer tenebras mentium:
Fuga caterua dęmonũ:
Expelle somnolentiam,
Ne pigritantes obruat.
Da Christe nob⁹ omnib⁹
Indulgeas credentibus:
Vt prosit exorantibus,
Quod pœnitentes psallim⁹.
Præsta Pater. &c. Ant. Ut nõ deficiam. Psa. xxviii.

Dixi,

Dixi, Custodiam vias meas: vt non delinquã in lingua mea.

Posui ori meo custodiã, cum consisteret peccator aduersum me.

Obmutui, et humiliatus sum, & silui a bonis: & dolor meus renouatus est.

Concaluit cor meũ intra me: & in meditatione mea exardescet ignis.

Loquutus sum in lingua mea: Notum fac mihi Domine finem meum.

Et numerum dierũ meorum quis est? vt sciã quid desit mihi.

Ecce, mẽsurabiles posuisti dies meos: & substantia mea tanq̃ nihilũ ante te.

Veruntamẽ vniuersa vanitas, omnis homo viuẽs.

Veruntamen in imagine pertransit homo: sed et frustra conturbatur.

Thesaurizat: et ignorat, cui congregabit ea.

Et nũc, quę est expectatio mea? nonne Dñs? & substantia mea apud te est.

Ab omnib⁹ iniquitatibus meis erue me: opprobriũ insipienti dedisti me.

Obmutui, & nõ aperui os meum, quoniam tu fecisti: amoue a me plagas tuas.

A fortitudine manus tuę ego defeci: in increpationibus propter iniquitatẽ corripuisti hominem.

Et tabescere fecisti sicut araneã animam eius: veruntamen vane conturbatur omnis homo.

Exaudi orationem meã Domine, et deprecationẽ meam: auribus percipe lachrymas meas.

Ne sileas, quoniam aduena ego sum apud te, & peregrinus, sicut omnes patres mei.

Remitte mihi, vt refrigerer prius q̃ abeã: & ampli⁹ non ero. Psal. xxxix.

Expectãs, expectaui Dñm: & intẽdit mihi.

Et exaudiuit preces meas: & eduxit me de lacu miserię, & de luto fęcis.

Et statuit supra petram pedes meos: & direxit gressus meos.

Et immisit in os meum canticum nouum: carmen Deo nostro.

Videbunt multi, et timebũt: & sperabũt in Dño.

Beatus vir, cuius est nomen Domini spes eius: et non respexit in vanitates, & insa-

et infanias falsas.
Multa feciſti tu Dñe Deus meus mirabilia tua: et cogitationibus tuis nō eſt, qui ſimilis ſit tibi.
Annuntiaui, & loquutus ſum: multiplicati ſunt ſuper numerum.
Sacrificium, & oblationē noluiſti: aures autem perfeciſti mihi.
Holocauſtum, & pro peccato non poſtulaſti: tunc dixi, Ecce venio.
In capite libri ſcriptum eſt de me, vt facerem voluntatem tuam: Deus meus volui, & legem tuam in medio cordis mei.
Annuntiaui iuſtitiā tuā in eccleſia magna: ecce labia mea non prohibebo, Domine, tu ſciſti.
Iuſtitiā tuā nō abſcondi in corde meo: veritatē tuā & ſalutare tuum dixi.
Non abſcondi miſericordiā tuam, & veritatem tuā a concilio multo.
Tu autem Domine, ne lōge facias miſerationes tuas a me: miſericordia tua, & veritas tua ſemper ſuſceperunt me.
Quoniam circundederūt me mala, quoꝝ non eſt numerus: comprehenderunt me iniquitates meę, & non potui, vt viderem.
Multiplicatę ſunt ſuper capillos capitis mei: et cor meum dereliquit me.
Complaceat tibi Dñe, vt eruas me: Dñe, ad adiuuandum me reſpice.
Confundātur, & reuereātur ſimul, qui quęrūt animā meā, vt auferant eam.
Conuertātur retrorſum, & reuereantur, qui volunt mihi mala.
Erant confeſtim confuſionē ſuam, qui dicunt mihi, Euge, euge.
Exultēt, & lętentur ſuper te oēs quęrentes te: & dicant ſemper, Magnificet Dñs, qui diligūt ſalutare tuū.
Ego autē mendicus ſum, & pauper: Dominus ſollicitus eſt mei.
Adiutor meus, & protector meus es tu: Deus meus, ne tardaueris.
Gloria. Sicut. ℟c. Ant. Ut non declinquam in lingua mea. Ant. Sana Domine.

Pſalmus. xl.

Beatus vir, qui intelligit ſuper egenum, et pauperem: in die mala liberabit eum Dominus.
Dominus conſeruet eū, & viuificet eum, & beatum faciat

faciat eum in terra: & non tradat eum in animam inimicorum eius.

Dñs opem ferat illi super lectum doloris eius: universum stratum eius versasti in infirmitate eius.

Ego dixi, Dñe, miserere mei: sana animam meam, quia peccaui tibi.

Inimici mei dixerunt mala mihi, Quãdo morietur, & peribit nomen eius?

Et si ingrediebatur, vt videret, vana loquebatur cor eius: congregauit iniquitatem sibi.

Egrediebatur foras: & loquebatur in idipsum.

Aduersum me susurrabant omnes inimici mei: aduersum me cogitabant mala mihi.

Verbum iniquum constituerunt aduersum me: nũquid qui dormit, non adijciet, vt resurgat?

Etenim homo pacis meę in quo speraui, qui edebat panes meos, magnificauit super me supplantationẽ.

Tu autem Domine miserere mei, & resuscita me: et retribuam eis.

In hoc cognoui, quoniã voluisti me: qm̃ nõ gaudebit inimicus meus super me.

Me autem propter innocentiam suscepisti: & confirmasti me in conspectu tuo in æternum.

Benedictus dominus Deus Israël a sęculo, & vsque in sęculum: fiat, fiat.

Psalmus. xli.

Quemadmodum desiderat cervus ad fontes aquarum: ita desiderat anima mea ad te Deus.

Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuũ: quando veniam, & apparebo ante faciem Dei?

Fuerunt mihi lachrymę meę panes die ac nocte: dũ dicitur mihi quotidie, Vbi est Deus tuus?

Hęc recordatus sum, et effudi in me animam meã: quoniã trãsibo in locũ tabernaculi admirabilis vsque ad domum Dei.

In voce exultationis, et cõfessionis sonus epulãtis.

Quare tristis es anima mea, & quare conturbas me?

Spera in Deo, qm̃ adhuc cõfitebor illi: salutare vultus mei, & Deus meus.

Ad meipsum anima mea conturbata est: propterea memor ero tui de terra Jordanis, et Hermonijm a monte modico.

Abyssus

Abyss⁹ abyssum inuocat, in voce cataractaꝝ tuaꝝ.
Omnia excelsa tua, & fluctus tui sup me trāsierūt.
In die mādabit Dñs misericordiam suam: & nocte canticum eius.
Apud me oratio Deo vitę meę: dicam Deo, Suscepto⁹ meus es.
Quare oblitus es mei, et quare cōtristatus incedo, dū affligit me inimicus?
Dū cōfringunt ossa mea, exprobrauerunt mihi, qui tribulāt me inimici mei.
Dum dicūt mihi per singulos dies, Vbi est Deus tu⁹? quare tristis es anima mea, & quare cōturbas me?
Spera in Deo, quoniam adhuc cōfitebor illi: salutare vultus mei, & De⁹ me⁹.
Gloria. Sicut. &c. Añs. Sana Dñe animam meam, quia peccaui tibi. Ad. Eructauit. Psalmus. xliij.

DEus auribꝰ nostris audiuimus: patres nr̄i annūtiauerūt nobis.
Opus, quod operatus es in diebus eorum, & in diebus antiquis.
Manus tua gētes dispersit, & plātasti eos: afflixisti populos, & expulisti eos.
Neq; enim in gladio suo possederunt terram: & brachiū eoꝝ nō saluauit eos.
Sed dextera tua, et brachium tuū, et illuminatio vultus tui: quoniam complacuisti in eis.
Tu es ipse rex meus, et Deus meus, qui mandas salutes Jacob.
In te inimicos nostros ventilabimus cornu: et in nomine tuo spernemus insurgentes in nobis.
Nō enim in arcu meo sperabo: & gladius meus non saluabit me.
Saluasti enim nos de affligentibus nos: & odientes nos confudisti.
In Deo laudabimur tota die: & in nomine tuo cōfitebimur in sęculum.
Nunc aūt repulisti, & cōfudisti nos: & nō egredieris Deus in virtutibꝰ nostris.
Auertisti nos retrorsum post inimicos nostros: et qui oderunt nos, diripiebant sibi.
Dedisti nos tanquā oues escarum: & in gentibus dispersisti nos.
Vendidisti populum tuū sine precio: & non fuit multitudo in cōmutationibus eorum.
Posuisti nos opprobrium vicinis

vicinis nostris: subsannationem, & derisum his, qui in circuitu nostro sunt.

Posuisti nos in similitudinem gentibus: commotionē capitis in populis.

Tota die, verecūdia mea cōtra me est: & confusio faciei meę cooperuit me.

A voce exprobrantis, et obloquentis: a facie inimici, & persequentis.

Hęc omnia venerunt super nos, nec obliti sumus te: et inique non egimus in testamento tuo.

Et non recessit retro cor nostrum: & declinasti semitas nostras a via tua.

Quoniam humiliasti nos in loco afflictionis: & cooperuit nos umbra mortis.

Si obliti sumus nomen Dei nostri: et si expandimus manus nostras ad Deum alienum.

Nonne Deus requiret ista? ipse enim novit abscondita cordis.

Quoniā propter te mortificamur tota die: ęstimati sumus, sicut oues occisionis.

Exurge, quare obdormis Domine? & exurge, & ne repellas in finem.

Quare faciē tuam avertis? obliuiscēris inopię nostrę, & tribulatiōis nostrę?

Quoniam humiliata est in pulvere anima nostra: conglutinatus est in terra venter noster.

Exurge Dñe, adiuva nos: & redime nos propter nomen tuum.

Eructavit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi.

Lingua mea, calamus scribę velociter scribentis.

Speciosus forma prę filijs hominum, diffusa est gratia in labijs tuis: propterea benedixit te Deus in ęternum.

Accingere gladio tuo super femur tuum Potentissime.

Specie tua, & pulchritudine tua, intende, prospere procede, & regna.

Propter veritatem, & mānsuetudinem, & iustitiam: & deducet te mirabiliter dextera tua.

Sagittę tuę acutę: populi sub te cadent in corde inimicorum regis.

Sedes tua Deus in sęculum sęculi: virga directionis, virga regni tui.

Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem: propterea

vnxit te Deꝰ Deꝰ tuꝰ oleo lętitię prę cōsortibꝰ tuis.
Myrrha, et gutta, et casia a vestimentis tuis, a domibꝰ eburneis: ex quibus, delectauerunt te filię regis in honore tuo.
Astitit regina a dexteris tuis: in vestitu deaurato circundata varietate.
Audi filia, et vide, et inclina aurem tuam: et obliuiscere populum tuum, et domum patris tui.
Et cōcupiscet rex decorē tuū: qm̄ ipse est dns Deus tuus, et adorabunt eum.
Et filię Tyri in muneribus: vultū tuū deprecabūtur omnes diuites plebis.
Omnis gloria eius filię regis ab intus, in fimbrijs aureis circumamicta varietatibus.
Adducentur regi virgines post eam: proximę eius afferentur tibi.
Afferentur in lętitia, et exultatione: adducentur in templum regis.
Pro patribꝰ tuis nati sūt tibi filij: cōstitues eos principes super omnē terrā.
Memores erūt nominis tui Dne, in omni generatione, et generatione.
Propterea populi confitebuntur tibi in ęternum, et in ęculum ęculi.

Gloria. etc. Ant. Eructauit cor meū verbum bonum. Ant. Adiutor. Ps. xlv.

Deus noster, refugiū, et virtus: adiutor in tribulationibus, quę inuenerunt nos nimis.
Propterea non timebimus, dum turbabitur terra: et transferentur montes in cor maris.
Sonuerūt, et turbatę sunt aquę eor: conturbati sunt mōtes in fortitudine eius.
Fluminis impetus lętificat ciuitatem Dei: sanctificauit tabernaculum suū Altissimus.
Deus in medio eius, non cōmouebitur: adiuuabit eam Deus mane diluculo.
Conturbatę sunt gētes, et inclinata sūt regna: dedit vocē suā, mota est terra.
Dominus virtutum nobiscum: susceptor noster Deus Jacob.
Venite, et videte opera Dñi, quę posuit prodigia super terrā, auferēs bella vsque ad finem terrę.
Arcum conteret, et confringet arma: et scuta comburet igni.
Vacate, et videte, qm̄ ego sum

fuum Deus: exaltabor in gẽtib⁹, ⁊ exaltabor in terra.
Dominus virtutũ nobiscũ: susceptor noster Deus Jacob. Psalmus. xlvij.
Omnes gẽtes plaudite manibus: iubilate Deo in voce exultationis
Quoniam Dñs excelsus, terribilis: rex magnus super omnem terram.
Subiecit populos nobis: ⁊ gẽtes sub pedib⁹ nostris.
Elegit nobis hereditatẽ suam: speciem Jacob, quẽ dilexit.
Ascendit Deus in iubilo: ⁊ Dñs in voce tubę.
Psallite Deo nostro, psallite: psallite regi nostro, psallite.
Quoniã rex omnis terrę Deus: psallite sapienter.
Regnauit Deus super gẽtes: Deus sedet super sedem sanctam suam.
Principes populor⁹ congregati sunt cũ Deo Abrahã: quoniã dij fortes terrę vehemẽter eleuati sunt.
Gloria. ℟. Adiutor in tribulationibus. ℣. Auribus. Psalm. xlvij.
Magnus Dñs, ⁊ laudabilis nimis in ciuitate Dei nostri, in monte sancto eius.
Fundak exultatione vniuersę terrę: mons Sion, latera Aquilonis, ciuitas regis magni.
Deus in domib⁹ eius cognoscet, cũ suscipiet eam.
Quoniã ecce reges terrę congregati sunt: conuenerunt in vnum.
Ipsi videtes, sic admirati sunt, conturbati sunt, cõmoti sunt: tremor apprehendit eos.
Ibi dolores, vt parturiẽtis: in spiritu vehementi conteres naues Tharsis.
Sicut audiuim⁹, sic vidim⁹ i ciuitate Dñi virtutũ, in ciuitate Dei nr̃i: Deus fundauit eã in eternum.
Suscepimus Deus miam tuam, in medio tẽpli tui.
Secundum nomẽ tuum Deus, sic ⁊ laus tua in fines terrę: iustitia plena est dextera tua.
Letetur mons Sion, et exultent filię Judę, propter iudicia tua Domine.
Circundate Sion, ⁊ complectimini eam: narrate in turribus eius.
Ponite cor̃da vestra in virtute eius: ⁊ distribuite domos eius, vt enarretis in progenie altera.
Quoniam hic est Deus,

Deus noster in æternum, & in sæculũ sæculi: ipse reget nos in sæcula. Ps. xlviij.

AUdite hæc oẽs gentes, auribus percipite omnes, qui habitatis orbem.

Qui cũq; terrigenę, et filij hominum: simul in vnum diues, & pauper.

Os meũ loquetur sapientiam: & meditatio cordis mei prudentiam.

Inclinabo in parabolam aurem meam: aperiam in psalterio propositionem meam.

Cur timebo in die malaꝝ iniquitas calcanei mei circundabit me.

Qui confidunt in virtute sua: & in multitudine diuitiarum suarũ gloriantur.

Frater non redimit, redimet homò: non dabit Deo placationem suam.

Et pretium redemptiõis animę suę: et laborabit in æternum, & viuet adhuc in finem.

Non videbit interitum, cum viderit sapientes morientes: simul insipiens, et stultus peribunt.

Et relinquẽt alienis diuitias suas: & sepulchra eoꝝ, domus illoꝝ in æternum.

Tabernacula eoꝝ in progenie & progenie: vocauerũt nomina sua in terris suis.

Et homo, cũ in honore esset, non intellexit: cõparatus est iumentis insipiẽtibus, & similis factꝰ est illis.

Hæc via illorum scandalum ipsis: et postea in ore suo complacebunt.

Sicut oues in inferno positi sũt: mors depascet eos.

Et dominabũtur eorum iusti in matutino: et auxilium eorum veterascet in inferno, a gloria eorum.

Veruntamen Deus redimet animam meam de manu inferi, cũ acceperit me.

Ne timueris, cũ diues factus fuerit homo: & cum multiplicata fuerit gloria domus eius.

Quoniam cũ interierit, nõ sumet omnia: neq; descendet cũ eo gloria eius.

Quia anima eius in vita ipsius benedicet: cõfitebitur tibi, cũ benefeceris ei.

Introibit vsq; in progenies patrũ suoꝝ: & vsq; in æternum non videbit lumen.

Homo, cum in honore esset, nõ intellexit: cõparatꝰ est iumẽtis insipientibus, & similis factus est illis.

℣. Gloria. Sicut. ꝛc. Ant.

Auri-

Auribus percipite, qui habitatis orbem. Cant. Deus.

DEus deor. Ps. xlix. Dñs loquutus est: & vocauit terram.

A Solis ortu vsq; ad occasum: ex Sion species decoris eius.

D eus manifeste veniet: Deus noster & nõ silebit.

I gnis in conspectu eius exardescet: et in circuitu eius tempestas valida.

A duocauit cęlum desursum: et terram discernere populum suum.

C ongregate illi sanctos eius, qui ordinant testamentũ eius sup sacrificia.

E t annuntiabũt cęli iustitiã ei⁹, qm̃ Deus iudex est.

A udi populus meus, & loquar Israël: & testificabor tibi, De⁹ Deus tu⁹ ego sũ.

N on in sacrificijs tuis arguã te: holocausta aũt tua in cõspectu meo sũt semp.

N on accipiam de domo tua vitulos: neque de gregibus tuis hircos.

Q uoniã mec̃ sunt omnes ferę siluarum: iumenta in montibus, & boues.

C ognouí omnia volatilia cęli: & pulchritudo agri mecum est.

S i esuriero, non dicam tibi: meus est enim orbis terrę, & plenitudo eius.

N unquid mãducabo carnes taurorum, aut sanguinem hircorum potabo?

I mmola Deo sacrificiũ laudis: & redde Altissimo vota tua.

E t invoca me in die tribulationis: & eruam te, et honorificabis me.

Peccatori aũt dixit De⁹, Quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamentũ meũ per os tuum?

T u vero odisti disciplinam: & proiecisti sermones meos retrorsum.

S i videbas furem, curre bas cũ eo: & cum adulteris portionem tuã ponebas.

O s tuum abundauit malitia: & lingua tua concinnabat dolos.

S edens, aduersus fratrẽ tuũ loquebaris, & aduersus filiũ matris tuę ponebas scãdalũ: hęc fecisti, & tacui.

E xistimasti inique, q̃ ero tui similis: arguam te, & statuam contra faciem tuã.

I ntelligite hęc, qui obliuiscimini Deũ: nequando rapiat, & nõ sit, qui eripiat.

S acrificiũ laudis honorificabit me: & illic iter, quo ostendã illi salutare Dei.

Psalmus. lij.

QUid gloriaris in malitia, qui potens es in iniquitate?

Tota die iniustitiã cogitauit lingua tua: sicut nouacula acuta fecisti dolũ.

Dilexisti malitiam super benignitatẽ: iniquitatem magis, q̃ loqui ẽquitatẽ.

Dilexisti omnia ꝟba p̃cipitationis, lingua dolosa.

Propterea Deꝰ destruet te in finẽ: euellet te, & emigrabit te de tabernaculo tuo, et radicem tuam de terra viuentium.

Videbũt iusti, & timebũt, & super eũ ridebunt, & dicẽt: Ecce homo, qui nõ posuit Deũ adiutorẽ suum.

Sed sperauit in multitudine diuitiarũ suarũ: & p̃ualuit in vanitate sua.

Ego autẽ, sicut oliua fructifera in domo Dei, speraui in mia Dei in ẽternũ, & in sẽculum sẽculi.

Cõfitebor tibi in sẽculũ, quia fecisti: & exspectabo nomẽ tuũ: q̃m bonũ est in conspectu sanctorũ tuorũ.

Gloria. Sicut. &c. Ant. Deus deorũ Dñs loquutus est. ℣. Immola Deo sacrificiũ laudis. ℟. Et redde Altissimo vota tua. ℣ Benedicam. ℟. Fiat mia tua Domine super nos. ℣. Quẽad modum speranimus in te. ℟. Ad Lauden. &c. ℣. Secũdũ magnã miam tuã. ℟. Miserere mei Deꝰ. fol. 21 Ant. Salutare. Ps. Exaudi.

IUdica me Deus, & discerne causam meã de gẽte nõ sãcta: ab homine iniquo, & doloso erue me.

Quia tu es Deus fortitudo mea: quare me repulisti, & quare tristis incedo, dũ affligit me inimicus?

Emitte lucem tuam, & veritatem tuam: ipsa me deduxerunt, et adduxerunt in montem sanctum tuũ, & in tabernacula tua.

Et introibo ad altare Dei: ad Deum, qui lẽtificat iuuentutem meam.

Confitebor tibi in cithara Deus, Deus meꝰ: quare tristis es anima mea, & quare conturbas me?

Spera in Deo, q̃m adhuc cõfitebor illi: salutare vultus mei, & Deus meus.

Gloria. Sicut. &c. Ant. Salutare vultꝰ mei, & Deus meus. Ant. Ad te de luce vigilo Deus. ℣. Deus, Deus meus. fol. 10. Ant. Cunctis diebus.

Canticum. Exxviij.

Ego

Ego dixi, In dimidio dierum meorum, vadam ad portas inferi.
Quæsiui residuum annorum meorum. Dixi, Non videbo dñm Deū in terra viuentiū.
Non aspiciā hominē vltra: & habitatorē quietis.
Generatio mea ablata est, & cōuoluta est a me, quasi tabernaculum pastorum.
Præcisa est velut a texente vita mea: dum adhuc ordirer, succidit me: de mane vsq; ad vesperā finies me.
Sperabam vsque ad mane: quasi leo, sic contriuit omnia ossa mea.
De mane vsq; ad vesperā finies me: sicut pullus hirundinis, sic clamabo: meditabor vt columba.
Attenuati sunt oculi mei suspicientes in excelsum.
Dñe, vim patior, responde pro me. Quid dicā, aut quid respondebit mihi, cū ipse fecerit?
Recogitabo tibi omnes annos meos, in amaritudine animæ meæ.
Dñe, si sic viuitur, & in talibus vita spiritus mei: corripies me, & viuificabis me: ecce, in pace amaritudo mea amarissima.
Tu autē eruisti animam meā, vt non periret: proiecisti post tergum tuum omnia peccata mea.
Quia non infernus confitebitur tibi, nec mors laudabit te: non exspectabūt qui descendunt in lacum, veritatem tuam.
Viuens, viuens ipse confitebitur tibi, sicut et ego hodie: pater filijs notam faciet veritatem tuam.
Dñe, saluū me fac: & psalmos nostros cantabimus cunctis diebus vitæ nostræ in domo Domini.
Gloria. &c. Ańa. Cunctis diebus vitæ nostræ saluos nos fac Dñe. Ańa. Omnes angeli eius laudate Dñm de celis. Psal. Laudate, fol. 11. Capit. Nox præcessit. vt supra in feria. ij. Hym.

Hes diei nuntius
Lucē ppiquā pcinit:
Nos excitator mentium
Jā Christus ad vitā vocat.
Auferte clamat lectulos
Ægros sopore desides:
Castiq;, recti, ac sobrij
Vigilate, iā sum pximus.
Ie sum sciamus vocibus
Flentes, precātes sobrie:
Intenta supplicatio
Dormire cor mūdū vetat.
Tu Christe sōnū discute,
Tu rūpe noctis vincula,

Tu solue peccatū vetus,
Nouumq; lumen ingere.
Presta Pater pijssime. ꝛc.
℣. Immutauit Dñe meditatiõr in re, ℟. Quia fuisti adiutor meus. Ad Bened. Ant. In domo Dauid pueri sui, fecit redemptionē Dominus plebi sue. Oratio de Dominica currente.

℣ Feria. iiij. In Matut. Inuitat. In manu tua Dñe. ℟. Oēs fines terre. Hym. Te nite, exultemus.

RErū creator optime,
Rectorq; nr̄ aspice:
Nos a quiete noxia
Mersos sopore libera.
Ne sācte Christe poscim⁹,
Ignosce tu criminibus:
Ad confitendū surgimus,
Mœrasq; noctis rūpim⁹.
Mentes, manusq; tollim⁹,
Sicut prophēta nouim⁹:
Nobis gerendū precipit,
Paulusq; gestis censuit.
Tu ides malū qđ gessim⁹,
Occulta nostra pādimus,
Preces gemētes fūdim⁹,
Dimitte qđ peccauimus.
Presta Pater. ꝛc. Ant. Auertit Dñs. Psal. iij.

DIxit insipiēs in corde suo, Nō est Deus. Corrupti sunt, ꝛ abominabiles facti sunt in iniquitatibus: non est, qui faciat bonum.

Deus de cęlo prospexit super filios hominum, vt videat, si est intelligens, aut requirens Deum.

Omnes declinauerūt, simul inutiles facti sunt: nō est, qui faciat bonum, non est vsque ad vnum.

Nonne sciēt omnes, qui operantur iniquitatē, qui deuorant plebem meam, vt cibum panis?

Deum non inuocauerūt: illic trepidauerunt timore, vbi non erat timor.

Quoniam Deus dissipauit ossa eorū, qui hominibus placent: confusi sunt, quoniā Deus sprecuit eos.

Quis dabit ex Sion salutare Israēl? cum conuerterit Deus captiuitatem plebis suę, exultabit Iacob, ꝛ lętabitur Israel.

Psalmus. iiij.

EXaudi Deus orationem meā, ꝛ ne despexeris deprecationē meā: intēde mihi, ꝛ exaudi me.

Contristatus sum in exercitatione mea: conturbatus sum a voce inimici, et a tribulatiõe peccatoris.

Quoniā declinauerūt in me ini-

me iniquitates: et in ira molesti erant mihi.
Cor meum cõturbatum est in me: & formido mortis cecidit super me.
Timor, & tremor venerũt super me: et contexerunt me tenebræ.
Et dixi, Quis dabit mihi pennas sicut columbæ, et volabo, & requiescam?
Ecce elongaui fugiens: & mansi in solitudine.
Exspectabam eũ, qui saluum me fecit a pusillanimitate spiritꝰ, & tempestate.
Præcipita Dñe, & diuide linguas eorum: quoniam vidi iniquitatem, & cõtradictionem in ciuitate.
Die, ac nocte circundabit eam super muros eius iniquitas: et labor in medio eius, & iniustitia.
Et nõ defecit de plateis eius vsura, & dolus.
Quoniã si inimicus meus maledixisset mihi, sustinuissem vtique.
Et si is, qui oderat me, super me magna loquutus fuisset, abscondissem me forsitan ab eo.
Tu vero, homo vnanimis, dux meus, & notus meus.
Qui simul mecum dulces capiebas cibos: in domo Dei ãbulauimꝰ cũ cõsensu.
Veniat mors super illos: & descendant in infernum viuentes.
Quoniã nequitiæ in habitaculis eorũ, in medio eorũ.
Ego autẽ ad Deũ clamaui: & Dñs saluabit me.
Vespere, & mane, & meridie narrabo, & annũtiabo: & exaudiet vocem meam.
Redimet in pace animã meã ab his, qui appropinquant mihi: quoniã inter multos erant mecum.
Exaudiet Deus, & humiliabit illos, qui est ãte sæcula.
Non enim est illis cõmutatio, & nõ timuerũt Deũ: extendit manum suam in retribuendo.
Contaminauerunt testamentũ eius: diuisi sunt ab ira vultus eius: & appropinquauit cor illius.
Mollti sunt sermones eius super oleũ: & ipsi sũt iacula.
Iacta super Dominũ curam tuam, et ipse te enutriet: non dabit in æternũ fluctuationem iusto.
Tu vero Deus deduces eos in puteum interitus.
Viri sanguinũ, et dolosi, non dimidiabũt dies suos: ego aũt sperabo in te Dñe.
Gloria, &c. sicut. &c. Kyrie.

Auertit Dominus captiuita
tem plebis sue. Rñs. Quo
niam in te. Psal. lv.

MIserere mei Deus,
quoniã conculcauit
me homo: tota die impu
gnans, tribulauit me.
Conculcauerũt me inimi
ci mei tota die: quoniam
multi belliãtes aduersũ me.
A altitudine diei timebo: ego vero in te sperabo
In Deo laudabo sermones meos, in Deo speraui: non timebo, quid faciat mihi caro.
Tota die verba mea execrabant: aduersũ me oẽs cogitatiões eor in malũ.
Inhabitabunt, & abscondent: ipsi calcaneum meũ obseruabunt.
Sicut sustinuerunt animam meã, pro nihilo saluos facies illos: in ira populos confringes.
Deus, vitã meã annũtiauit tibi: posuisti lachrymas meas in conspectu tuo.
Sicut et in promissione tua: tũc conuertentur inimici mei retrorsum.
In quacunque die inuocauero te: ecce cognoui, quoniã Deus meus es tu.
In Deo laudabo verbũ, in Dño laudabo sermonẽ:
in Deo speraui, nõ timebo, quid faciat mihi homo.
In me sũt Deo vota tua: quę reddã laudatiões tibi.
Quoñ eripuisti animã meã de morte: & pedes meos à lapsu, vt placeã coram Deo, in lumine viuẽtiũ.

MIserere mei Deus, miserere mei: quñ in te confidit anima mea.
Et in vmbra alarum tuarum sperabo, donec trãseat iniquitas.
Clamabo ad Deũ altissimũ: Deũ, qui bñfecit mihi
Misit de cęlo, & liberauit me: dedit in opprobrium conculcantes me.
Misit Deus misericordiã suam, & veritatem suam: & eripuit animam meam de medio catulorum leonũ: dormiui conturbatus.
Filij hominum, dentes eorum arma, & sagittę: et lingua eor gladius acut⁹.
Exaltare sup cęlos Deꝰ: & sup oẽm terrã gloria tua.
Laqueũ parauerunt pedibus meis: & incuruauerunt animam meam.
Foderũt ante faciẽ meã foueã: & inciderunt in eã.
Paratum cor meũ Deus, paratum cor meũ: cantabo, & psalmum dicã Dño.

Exur-

Exurge gloria mea, exurge psalterium, & cithara: exurgam diluculo.
Confitebor tibi in populis Dñe: et psalmum dicã tibi in gentibus.
Quñ magnificata est vsq; ad cælos misericordia tua: & vsq; ad nubes veritas tua
Exaltare super cælos Deus: & super omnem terrã gloria tua.
Gloria. Sicut. &c. Vñs. Quoniam in te confidit anima mea. Rñs. Recte iudicate. Psalmus. lviij.

SI vere vtiq; iustitiã loquimini, recte iudicate filij hominum.
Etenim in corde iniquitates operamini in terra: iniustitias manus vestre cõcinnãt.
Alienati sunt peccatores a vulua: errauerũt ab vtero, loquuti sunt falsa.
Furor illis secundum similitudinem serpentis: sicut aspidis surdæ, & obturantis aures suas.
Que nõ exaudiet vocem incantantium: et venefici incantantis sapienter.
Deus cõteret dẽtes eorũ in ore ipsorum: molas leonum confringet Dñs.
Ad nihilũ deuenient, tanquam aqua decurrens: intendit arcum suum, donec infirmentur.
Sicut cera quæ fluit, auferent: supercecidit ignis, & non viderunt Solem.
Priusq; intelligerẽt spinæ vestræ rhamnũ: sicut viuentes, sic in ira absorbet eos.
Lætabitur iustus, cũ viderit vindictam: manus suas lauabit in sanguine peccatoris.
Et dicet homo, Si vtiq; est fructus iusto: vtiq; est Deus iudicãs eos in terra.
Psalmus. lviij.

ERipe me de inimicis meis Deus meus: & ab insurgẽtibus in me liberame.
Eripe me de operãtibus iniquitatem: & de viris sanguinum salua me.
Quia, ecce ceperunt animam meam: irruerunt in me fortes.
Neq; iniquitas mea, neq; peccatũ meũ Dñe, sine iniquitate cucurri, & direxi.
Exurge in occursũ meũ, & vide: & tu dñe Deus virtutum Deus Israël.
Intẽde ad visitãdas oẽs gẽtes: nõ miserearis omnibus, qui operant iniquitatẽ.
Conuertent ad vesperã, & famẽ patiẽtur vt canes: & circuibunt ciuitatem.

Ecce loquent in ore suo, & gladius in labijs eorum: quoniam quis audiuit?
Et tu Domine deridebis eos: ad nihilum deduces omnes gentes.
Fortitudinē meā ad te custodiā: quia Deus susceptor meus es: Deus meus, misericordia ei⁹ p̄ueniet me.
Deus ostēdit mihi super inimicos meos, ne occidas eos: nequando obliuiscā-tur populi mei.
Disperge illos in virtute tua: & depone eos protector meus Domine.
Delictū oris eorū, sermōes labiorū ipsorum: & comp̄he ndātur in superbia sua.
Et de execratione, & mendacio annuntiabuntur in consumatione: in ira consumationis, & non erunt.
Et scient, quia Deus dominabit Iacob, & finiū terræ.
Conuertent ad vesperā; & famē patiētur vt canes: & circuibunt ciuitatem.
Ipsi dispergent ad manducādū: si vero nō fuerint saturati, & murmurabunt.
Ego autē cāntabo fortitudinē tuā: & exaltabo mane misericordiam tuam.
Quia factus es susceptor meus, & refugiū meum, in die tribulationis meæ.
Adiutor meus, tibi psallam, quia Deus susceptor meus es: Deus meus, misericordia mea.

Gloria. Sicut. &c. Ant. Recte iudicate filij hominū. Ant. Da nobis. Psal. lix.

Deus, repulisti nos, & destruxisti nos: iratus es, & misertus es nobis.
Commouisti terrā, & conturbasti eā: sana cōtritiones eius, quia cōmota est.
Ostēdisti populo tuo dura: potasti nos vino compunctionis.
Dedisti metuentibus te significationem, vt fugiāt, a facie arcus.
Vt liberētur dilecti tui, saluum fac dextera tua, & exaudi me.
Deus loquutus est in sancto suo, Lætabor, & partibor Sichimā: & cōuallē tabernaculorū metibor.
Meus est Galaad, & meus est Manasses: & Ephraim, fortitudo capitis mei.
Iuda, rex meus: Moab, olla spei meæ.
In Idumeā extendā calceamentū meū: mihi alienigenæ subditi sunt.
Quis deducet me in ciuitatē munitam? quis deducet me

eet me vsq; in Idumeã?
Nõne tu Deus, qui repulisti nos, & non egredieris Deus in virtutibus nris?
Da nobis auxiliũ de tribulatione, quia vana salus hominis.
In Deo faciem⁹ virtutẽ: et ipse ad nihilũ deducet tribulantes nos. Ps. lx.
Exaudi Deus deprecationem meã: intende orationi meę.
A finibus terrę ad te clamaui, dũ anxiaretur cor meũ: in petra exaltastime.
Deduxisti me, quia factꝰ es spes mea: turris fortitudinis a facie inimici.
Inhabitabo in tabernaculo tuo in sęcula: ptegar in velamẽto alaꝝ tuarũ.
Quoniã tu Deus meus exaudisti orationẽ meam: dedisti hereditatẽ timentibus nomen tuum.
Dies sup dies regis adijcies: annos eius vsq; in diẽ generatiõis, & generatiõis.
Permanet in ęternũ in cõspectu Dei: misericordiã, & veritatẽ eiꝰ quis requiret?
Sic psalmũ dicã nomini tuo in sęculũ sęculi: vt reddã vota mea de die in diẽ.
Gloria. Sicut. &c. Ãna. Da nobis Dñe auxilium de tribulatione. Ps. A timore.

Psalmus. lxi.

Nonne Deo subiecta erit anima mea? ab ipso enim salutare meũ.
Nã & ipse Deus meus, & saluator meus: susceptor meus, nõ mouebor amplius.
Quousq; irruitis in hominẽ, interficitis vniuersi vos, tanq; parieti inclinato, & macerie depulsę?
Verumtamẽ prerũ meũ cogitauerũt repellere: cucurri in siti.
Ore suo benedicebant: et corde suo maledicebant.
Verumtamen Deo subiecta esto anima mea: quoniã ab ipso patiẽtia mea.
Quia ipse Deus meus, & saluator meus: adiutor meus, non emigrabo.
In Deo salutare meũ, et gloria mea: Deus auxilij mei, & spes mea in Deo est.
Sperate in eo omnis cõgregatio populi: effundite corã illo corda vestra: Deus, adiutor noster in ęternum.
Verumtamẽ, vani filij hominũ, mẽdaces filij hominũ in stateris vt decipiãt: ipsi de vanitate, in idipsũ.
Nolite sperare in iniquitate, & rapinas nolite cõcupiscere:

cupiscere: diuitiæ si affluãt. nolite cor apponere.

Semel loquutus est Deus, duo hæc audiui: quia potestas Dei est, & tibi Dñe misericordia, quia tu reddes vnicuiq; iuxta opera sua.

Psalmus. lxiij.

Exaudi Deus orationem meam, eũ deprecor: a timore inimici eripe animam meam.

Protexisti me a cõuentu malignantiũ: a multitudine operantiũ iniquitatẽ.

Qui exacuerũt vt gladiũ linguas suas: intenderũt arcum, rem amaram: vt sagittent in occultis immaculatum.

Subito sagittabunt eũ, & nõ timebũt: firmauerunt sibi sermonẽ nequam.

Narrauerunt, vt absconderent laqueos: dixerunt, Quis videbit eos?

Scrutati sunt iniquitates: defecerũt scrutantes scrutinio.

Accedet homo ad cor altum: & exaltabitur Deus.

Sagittæ paruulorum factæ sunt plagæ eorum: & infirmatæ sunt contra eos linguæ eorum.

Conturbati sunt omnes, qui videbant eos: et timuit omnis homo.

Et annuntiauerunt opera Dei: & facta eius intellexerunt.

Lætabitur iustus in Dño, & sperabit in eo: & laudabũtur omnes recti corde.

Gloria. Sicut. &c. Ant. A timore inimici eripe Dñe animam meam. Ant. Bene dicite gentes. Psal. lxv.

Iubilate Deo omnis terra, psalmum dicite nomini eius: date gloriam laudi eius.

Dicite Deo, Quã terribilia sunt opera tua Dñe: in multitudine virtutis tuæ mentientẽ tibi inimici tui.

Omnis terra adoret te, & psallat tibi: psalmũ dicat nomini tuo.

Venite, et videte opera Dei: terribilis in cõsilijs, super filios hominum.

Qui cõuertit mare in aridã, in flumine pertrãsibũt pede, ibi lætabimur in ipso.

Qui dominatur in virtute sua in æternum, oculi eius super gẽtes respiciũt: qui exasperant, non exaltentur in semetipsis.

Benedicite gẽtes Deum nostrum: & auditam facite vocem laudis eius.

Qui posuit animam meã

ad vi-

ad vitam: et non dedit in cõmotionẽ pedes meos.
Quoniã pbasti nos Deꝰ: igne nos examinasti, sicut examinatur argentum.
Induxisti nos in laqueũ, posuisti tribulationes in dorso nostro: imposuisti hominꝫ sup capita nra.
Transiuimus per ignem, et aquam: et eduxisti nos in refrigerium.
Introibo in domũ tuã in holocaustis: reddã tibi vota mea, quę distinxerunt labia mea.
Et loquutum est os meũ in tribulatione mea.
Holocausta medullata offerã tibi, cũ incẽso arietũ: offerã tibi boues, cũ hircis.
Venite, audite, et narrabo, omnes qui timetis Deũ, quãta fecit animę meę.
Ad ipsũ ore meo clamaui: et exaltaui sub lingua mea.
Iniquitatẽ si aspexi in corde meo, non exaudiet Dominus.
Propterea exaudiuit Deus: et attendit voci deprecationis meę.
Benedictus Deus, qui nõ amouit orationẽ meam, et misericordiã suam a me.

EXurgat Psal. lxvii. Deus, et dissipentur inimici eius: et fugiant, qui oderunt eũ a facie eius.
Sicut deficit fumus, deficiant: sicut fluit cera a facie ignis, sic pereant peccatores a facie Dei.
Et iusti epulentur: et exultent in conspectu Dei: et delectentur in lętitia.
Cantate Deo, psalmum dicite nomini eius: iter facite ei, qui ascendit super occasum: Dominus nomen illi.
Exultate in cõspectu eius: turbabuntur a facie eius, patris orphanorum, et iudicis viduarum.
Deus in loco sancto suo, Deus, qui inhabitare facit vnius moris in domo.
Qui educit victos in fortitudine: similiter eos, qui exasperant, qui habitant in sepulchris.
Deus, cũ egrederis in cõspectu populi tui, cũ pertransires in deserto:
Terra mota est: etenim cęli distillauerunt a facie Dei Sinai, a facie Dei Israel.
Pluuiam voluntariam segregabis Deus hęreditati tuę, et infirmata est: tu vero perfeciſti eam.
Animalia tua habitabũt in ea: parasti in dulcedine tua

dine tua pauperi Deus.
Dñs dabit verbū euangelizantibus virtute multa.
Rex virtutum dilecti, dilecti: & speciei domus dividere spolia.
Si dormiatis inter medios cleros, pennę columbę deargētate: & posteriora dorsi eius in pallore auri.
Dum discernit cęlestis reges super eam, nive dealbabūtur in Selmon: mōs Dei, mons pinguis.
Mons coagulatus, mons pinguis: ut quid suspicamini montes coagulatos?
Mōs in quo beneplacitū est Deo habitare in eo: etenim Dñs habitabit in finē.
Currus Dei decem millibus multiplex: millia lętātium: Dominus in eis, in Sinaï, in sancto.
Ascendisti in altū, cepisti captiuitatē, accepisti dona in hominibus.
Etenim non credentes inhabitare dñm Deum.
Benedict⁹ Dñs die quotidie: prosperū iter faciet nobis Deus salutarium nostrorum.
Deus noster, Deus salvos faciendi: et Domini Domini exitus mortis.
Veruntamen Deus confringet capita inimicorū suorum: verticē capilli perambulantiū in delictis suis.
Dixit Dñs, Ex Basan cōuertam, conuertā in profundum maris.
Ut intinguatur pes tuus in sanguine: lingua canū tuorum ex inimicis ab ipso.
Viderūt ingressus tuos Deus, ingressus Dei mei, regis mei, qui est in sācto.
Prævenerūt principes cōiuncti psallētib⁹, in medio iuuencularū tympanistriarū.
In ecclesiis benedicite Deo dño ō fontib⁹ Israēl.
Ibi Beniamin adolescētulus in mētis excessu.
Principes Iuda duces eorū, principes Zabulon, & principes Nephthalim.
Mānda Deus virtuti tuę: confirma hoc Deus, quod operatus es in nobis.
A templo tuo in Hierusalem tibi offerent reges munera.
Increpa feras arūdinis: cōgregatio taurorū in vaccis populorū, vt excludāt eos, qui pbati sūt argēto.
Dissipa gentes, quę bella volunt: venient legati ex Ægypto: Ethiopia prævenit manus eius Deo.
Regna terrę cātate Deo, psallite

psallite Domino.

℣. Psallite Deo, qui ascēdit super cęlū cęli ad orientē. ℟. Ecce, dabit voci suę vocē virtutis, date gloriā Deo: super Israel magnificētia ei⁹, ⁊ virtꝰ eius in nubibus.

℣. Mirabilis Deꝰ in sanctis suis Deus Israel: ipse dabit virtutē, ⁊ fortitudinem plebi suę: benedictus Deꝰ ℟. Gloria. ana. Benedicite gētes Deo nr̄o. ℣. Deus vitam meā annuntiauit tibi. ℟. Posuisti lachrymas meas in cōspectu tuo. Pater nr̄. Ante Laud. ℣. Fiat misericordia tua Dñe super nos. ℟. Quē admodum sperauimus in te.

℣ Ad Laudes. ana. Amplius lava me ab iniustitia mea. Psal. Miserere mei Deus. fo. 21. Antipho Te decet. Canticum prophetarum. Psal. lxxxiij.

℣ Te decet hymnꝰ Deus in Sion, ⁊ tibi reddetur votum in Hierusalem. ℟. Exaudi orationē meam: ad te omnis caro veniet. ℣. Verba iniquorum prevaluerūt super nos: ⁊ impietatibꝰ nr̄is tu ꝓpitiaberis, ℟. Beatus quem elegisti, et assumpsisti: inhabitabit in atriis tuis.

℣. Replebimur in bonis domus tuę: sanctū est templum tuū, mirabile in equitate. ℟. Exaudi nos Deus salutaris noster, spes omniū finiū terrę, ⁊ in mari longe. ℣. Preparans mōtes in virtute tua, accinctus potentia: qui conturbas profundū maris, sonū fluctuum eius. ℟. Turbabūtur gentes, ⁊ timebunt, qui habitant terminos a signis tuis: exitus matutini, ⁊ vespere delectabis.

℣. Visitasti terram, ⁊ inebriasti eam: multiplicasti locupletare eam. ℟. Flumen Dei repletum est aquis: parasti cibum illorum, quoniā ita est ꝓparatio eius.

℣. Sulcos eius inebriās, multiplica genimina eius: in stillicidijs eius lętabitur germinans. ℟. Benedicet corōnę anni benignitatis tuę: ⁊ campi tui replebuntur vbertate. ℣. Pinguescent speciosa deserti: ⁊ exultatione colles accingentur. ℟. Induti sunt arietes ouiū, ⁊ valles abundabunt frumento: clamabunt, etenim hymnū dicent. Gloria. &c.

ana. Te decet hymnꝰ Deus in Sion. ana. Labia mea laudabunt te in vita mea, Deus meus. ꝓs. Deus Deus meus.

fol. 11. Aū Dñs iudicabit.

1. re. 2. Exultauit cor meū in domino: z exaltatum est cornu meū in Deo meo Dilatatū est os meum super inimicos meos: quia lętata sum in salutari tuo.

Non est sanctus, vt est dominus: neq; esn est alius extra te, z non est fortis, sicut Deus noster.

Nolite multiplicare loqui: sublimia gloriantes.

Recedant vetera de ore vestro, quia Deus scientiarum Dominꝰ est: z ipsi præparantur cogitationes.

Arcus fortium superatus est: z infirmi accincti sunt robore.

Repleti prius pro panibꝰ se locauerunt: z famelici saturati sunt.

Donec sterilis peperit plurimos: z quę multos habebat filios infirmata est.

Dominus mortificat, z viuificat: deducit ad inferos, z reducit.

Dominꝰ pauperem facit, z ditat: humiliat, z subleuat

Suscitat de puluere egenum: z de stercore eleuat pauperem.

Vt sedeat cū principibus: z solium glorię teneat.

Domini enn sunt cardines terrę: z posuit sup eos orbē.

Pedes sanctorū suorum seruabit, z impij in tenebris conticescēt: quia nō in fortitudine roborabitur vir.

Dominū formidabunt aduersarij eius: z super ipsos in cęlis tonabit.

Dominus iudicabit fines terrę, z dabit imperium regi suo: z sublimabit cornu Christi sui. Gloria ꝛc. ana. Dominꝰ iudicabit fines terre. Hym. Celi celorum laudate Deum. ps. Laudate Dñm de. fol. 11. Capl. Hoc przcesſit. vt supra in feria

Hymnus.

Nox z tenebrę, nubila
Confusa mūdi, z turbida,
Lux intrat, albescit polus,
Christus venit, discedite.
Caligo terrę scinditur
Percussa solis spiculo:
Rebusq; iam color redit
Vultu nitentis syderis.
Te Christe solū nouimus,
Te mente pura, z simplici
Flēdo, z canēdo, quęsum?
Intende nostris sensibus.
Sunt multa fucis illita,
Quę luce purgentur tua,
Tu lux eoi syderis
Vultu sereno illumina.
Pręsta Pater. ꝛc. ℟. In matutinis Dñe meditabor in te. ℣. quia fuisti adiutor meus. Ad Benedictus ana. Saluti ex inimicis nostris, z

de

hemanu omniũ qui nos oderũt, libera nos Dñe. Oro, vt in Dominica currente.

℣. Feria quinta ad Matu. Inuitat. Adoremus Dñm.

℟. Qm ipse fecit nos. Ps. Venite exul. fol. 1. Hymnus.

Qx atra terrę cõtegit
Rerũ colores oium:
Nos confitẽtes poscimus
Te iuste iudex cordium:

Ut auferas piacula,
Sordesq; mentis abluas:
Donesque Christe gratiã,
Ut arceantur crimina.

Mens ecce torpet impia,
Quã culpa mordet noxia:
Obscura gestit tollere,
Et te Redẽptor quęrere.

Repelle tu caliginem
Intrinsecus q̃ maxime,
Ut in beato gaudeat
Se collocari lumine.

Presta Pater. ꝛc. Ant. Querite Dñm. Ps. Ieoqui.



Aluũ me fac Deus, qm̃ intrauerunt aquę vsque ad animam meã. Infixus sum in limo profundi: & non est substantia.

Venit in altitudinẽ maris: & tempestas demersit me. Laborauj clamans, rauce factę sunt fauces meę: defecerunt oculi mei, dũ spero in Deum meum.

Multiplicati sunt super capillos capitis mei: qui oderunt me gratis.

Confortati sunt, qui persequuti sũt me inimici mei iniuste: quę non rapui, tunc exoluebam.

Deus tu scis insipientiam meã: & delicta mea a te nõ sunt abscondita.

Non erubescãt in me, qui expectant te Domine, Domine virtutum.

Non cõfundãtur sup me, qui quærũt te Deus Israel.

Quoniam propter te sustinui opprobriũ: operuit confusio faciem meam.

Extraneus factus sũ fratribus meis: & peregrinus filijs matris meę.

Quoniã zelus domus tuę cõmedit me: & opprobria exprobrantium tibi ceciderunt super me.

Et operui in ieiunio animam meam: & factum est in opprobrium mihi.

Et posui vestimentũ meũ cilicium: & factus sum illis in parabolam.

Adversum me loquebantur, qui sedebant in porta: & in me psallebant, qui bibebant vinum.

Ego vero orationem meã ad te Domine: tempus be-

ne placiti Deus.
In multitudine misericor
dię tuę exaudi me: in veri-
tate salutis tuę exime me
de luto, vt non infigar.
Libera me ab his, qui ode
rūt me: & de profundis aquaꝝ.
Non me demergat tempe
stas aquę, neque absorbeat
me profūdum: neq; vrgeat
super me puteus os suum.
Exaudi me Dñe, quoniam
benigna est mia tua: secun
dum multitudinem misera
tionū tuarū respice in me.
Et ne auertas faciem tuā
a puero tuo, quoniam tri-
bulor: velociter exaudi me
Intende animę meę, & li-
bera eam: ꝓpter inimicos
meos eripe me.
Tu scis improperium meū,
& confusionem meam, & re-
uerentiam meam.
In cōspectu tuo sunt oēs
qui tribulāt me: improperiū
expectauit cor meū, & mi-
seriam.
Et sustinui, qui simul con-
tristaretur, & non fuit, & qui
cōsolaretur, & non inuem.
Et dederūt in escā meam
fel: & in siti mea potauerūt
me aceto.
Fiat mensa eorum coram
ipsis in laqueum, & in retri
butiones, & in scandalum.
Obscurentur oculi eorum
ne videant, & dorsum eorū
semper incurua.
Effunde super eos iram
tuam: & furor irę tuę com-
prehendat eos.
Fiat habitatio eorum de
serta: & in tabernaculis eo
rum non sit, qui inhabitet.
Quoniam, quē tu percus-
sisti, persequuti sunt: & su-
per dolorem vulnerū meo
rum addiderunt.
Appone iniquitatē super
iniquitatem eorum: & non
intrent in iustitiam tuam.
Deleantur de libro viuen
tiū: & cū iustis nō scribant.
Ego sum pauper, & dolēs:
salꝰ tua Deus suscepit me.
Laudabo nomē Dei cum
cantico: & magnificabo eū
in laude.
Et placebit Deo super vi
tulum nouellū, cornua pro
ducentem, & vngulas.
Videant pauperes, & lę-
tētur: quęrite Deū, & viuet
anima vestra.
Quoniā exaudiuit paupe
res Dñs: & vinctos suos nō
despexit.
Laudent illū cęli, & terra:
mare, & oīa reptilia in eis.
Quoniam Deus saluū fa-
ciet Sion: & ędificabuntur
ciuitates Iudę.
Et inhabitabunt ibi, & hę-
reditate acquirent eam.

Et

Et semen seruorum eius possidebit eam: & qui diligunt nomen eius, habitabunt in ea. Psal.lxix.

DEus in adiutorium meum intende: Dñe, ad adiuuādum me festina.

Confundantur, et reuereantur, qui quærunt animam meam.

Auertantur retrorsum, & erubescant, qui volunt mihi mala.

Auertātur statim erubescentes, qui dicunt mihi, Euge, euge.

Exultent, & lætentur in te omnes, qui quærunt te.

Et dicant semp, Magnificetur Dominus, qui diligunt salutare tuum.

Ego vero egenus, & pauper sum: Deus adiuua me.

Adiutor meus, & liberator meus es tu: Domine ne moreris.

Gloria. &c. Ant. Quærite Dñm, & viuet anima vestra. Ant. Esto mihi. Psal.lxx.

IN te Dñe speraui, nō confundar in æternū: in iustitia tua libera me, & eripe me.

Inclina ad me aurē tuā, & salua me.

Esto mihi in Deum protectorem, & in locum munitū, vt saluum me facias.

Quia firmamentum meum, & refugium meum es tu.

Deus meus, eripe me de manu peccatoris: & de manu contra legem agentis, & iniqui.

Quia tu es patientia mea Dñe: Domine spes mea a iuuentute mea.

In te confirmatus sum ex vtero: de ventre matris meæ tu es protector meus.

In te cantatio mea semp, tanq̄ prodigiū factus sum multis: & tu adiutor fortis.

Repleatur os meū laude, vt cantem gloriam tuā, tota die magnitudinē tuam.

Ne proijcias me in tpe senectutis: cū defecerit virtus mea, ne derelinquas me.

Quia dixerūt inimici mei mihi: & qui custodiebant animam meam, consilium fecerunt in vnum.

Dicentes, Deus dereliquit eum, persequimini, & comprehendite eum, quia non est, qui eripiat.

Deus, ne elongeris a me: Deus meus, in auxilium meum respice.

Confundantur, & deficiāt detrahētes animæ meæ, operiantur confusione, & pudore qui quærunt mala mihi.

Ego autem semper sperabo: & adiiciam super omnē

laudem tuam.

OS meum annuntiabit iustitiam tuam: tota die salutare tuum.

QUoniam non cognoui literaturam, introibo in potentias Dñi: Dñe memorabor iustitię tuę solius.

DEus docuisti me a iuuentute mea: & vsque nũc pronuntiabo mirabilia tua.

ET vsq; in senectã, & senũ: Deus ne derelinquas me.

DONec annuntiem brachium tuum generationi omni: quę ventura est.

POtẽtiam tuã, & iustitiam tuã Deus vsq; in altissima, quę fecisti magnalia: Deus quis similis tibi?

QUantas ostendisti mihi tribulationes, multas, et malas, & conuersus viuificasti me: & de abyssis terrę iterum reduxisti me.

MUltiplicasti magnificentiam tuam: & cõuersus consolatus es me.

NAm & ego confitebor tibi in vasis psalmi veritatẽ tuam, Deus: psallam tibi in cithara sanctus Israel.

EXultabũt labia mea, cũ cantauero tibi: et anima mea, quam redemisti.

SED et lingua mea, tota die meditabitur iustitiam tuam: cum confusi, & reuerti fuerint, qui querunt mala mihi. Psalmus. lxxi.

DEus, iudicium tuum regi da: et iustitiam tuam filio regis.

IUdicare populum tuum in iustitia: et pauperes tuos in iudicio.

SUscipiant montes pacẽ populo: & colles iustitiam.

IUdicabit pauperes populi, & saluos faciet filios pauperum: & humiliabit calumniatorem.

ET permanebit cũ Sole, et ante Lunam: in generatione, & generationem.

DEscẽdet sicut pluuia in vellus: & sicut stillicidia stillantia super terram.

ORietur in diebus eius iustitia, & abundantia pacis: donec auferatur Luna.

ET dominabitur a mari vsq; ad mare: et a flumine vsque ad terminos orbis terrarum.

CORam illo procident Ethiopes: & inimici eius terram lingent.

REges Tharsis, & insulę munera offerẽt: reges Arabũ, & Saba dona adducẽt.

ET adorabũt eum omnes reges terrę: omnes gẽtes seruient ei.

QUia liberabit pauperẽ a potente: & pauperem, cui non

non erat adiutor.

Parcet pauperi, & inopi: et animas pauperum saluas faciet.

Et a vsuris, & iniquitate redimet animas eorum: & honorabile nomen eorum coram illo.

Et viuet, & dabitur ei de auro Arabię, & adorabunt de ipso semper. tota die benedicent ei.

Et erit firmamentum in terra, in summis montium: super extolletur super Libanum fructus eius: & florebunt de ciuitate, sicut fęnum terrę.

Sit nomen eius benedictum in sęcula: ante Solē permanet nomen eius.

Et benedicentur in ipso oēs tribus terrę: oēs gentes magnificabunt eum.

Benedictus Dñs Deus Israel: qui facit mirabilia solus.

Et benedictū nomen maiestatis eius in ęternum: & replebitur maiestatē eius omnis terra, fiat, fiat.

Glo. Ant. Estomihi in Deum protectorem. cetera. Quam bonus. Ps. Dixit.

Quam bonus Israel Deus his, qui recto sunt corde.

Mei autē pene moti sunt pedes: pene effusi sūt gressus mei.

Quia zelaui sup iniquos: pacem peccatorū videns.

Quia non est respectus morti eorum: & firmamentum in plaga eorum.

In labore hominum non sunt: & cum hominibus nō flagellabuntur.

Ideo tenuit eos superbia: operti sūt iniquitate, et impietate sua.

Prodijt quasi ex adipe iniquitas eor: transierunt in affectum cordis.

Cogitauerunt, & loquuti sunt nequitiam: iniquitatē in excelso loquuti sunt.

Posuerunt in cęlum os suum: & lingua eorū transiuit in terra.

Ideo conuertetur populus meus hic: & dies pleni inuenientur in eis.

Et dixerunt, Quomodo scit Deus: & si est scientia in excelso?

Ecce ipsi peccatores, et abundantes in sęculo: obtinuerunt diuitias.

Et dixi, ergo sine causa iustificaui cor meum: & laui inter innocentes manus meas.

Et fui flagellat⁹ tota die: & castigatio mea in matutinis.

Si dicebam, Narrabo sic, ecce nationem filiorū tuorum reprobaui.

Existimabā, vt cognoscerē hoc, labor est ante me.

Donec intrem in sanctuarium Dei: & intelligam in nouissimis eorum.

Veruntamen propter dolos posuisti eis: dieciſti eos, dum alleuarentur.

Quomodo facti sunt in desolationem? subito defecerunt: perierunt propter iniquitatem suam.

Velut somniū surgentium Dñe, in ciuitate tua imaginē ipsorū ad nihilū rediges.

Quia inflammatū est cor meum: & renes mei cōmutati sunt: & ego ad nihilum redactus sum, & nesciui.

Ut iumentum factus sum apud te: & ego semp tecū.

Tenuisti manū dexteram meam: & in voluntate tua deduxisti me, & cum gloria suscepisti me.

Quid est mihi est in cęlo? & a te quid volui sup terrā.

Defecit caro mea, & cor meum: Deus cordis mei, & pars mea Deus in ęternū.

Quia ecce, qui elongant se a te, peribunt: perdidisti oēs qui fornicant abs te.

Mihi aūt adhęrere Deo bonum est: ponere in Dño Deo spem meam.

Vt annuntiē oēs prędicationes tuas: in portis filię Sion. Psal. xxxvj.

UT quid Deus repulisti in finem: iratus est furor tuus super oues pascuę tuę?

Memor esto cōgregationis tuę, quam possedisti ab initio.

Redemisti virgam hęreditatis tuę: mons Sion, in quo habitasti in eo.

Leua manus tuas in superbias eorum in finem: quāta malignatus est inimicus in sancto?

Et gloriati sunt, qui oderunt te, in medio solennitatis tuę.

Posuerunt signa sua, & signa: & non cognouerunt sicut in exitu super summū.

Quasi in sylua lignorum, securibus exciderunt ianuas eius in idipsum: in securi, & ascia deiecerunt eam.

Incēderūt igni sanctuarium tuū in terra: polluerūt tabernaculū nois tui.

Dixerūt in corde suo cognatio eorum simul, Quiescere faciamus oēs dies festos Dei a terra.

Signa nostra non vidimus, iā non est prophęta: & nos non cognoscet amplius.

Vsquequo

Usquequo Deus improperabit inimicus: irritat aduersarius nomen tuum in finem?

Ut quid auertis manum tuã, & dexterã tuam de medio sinu tuo in finem?

Deus aũt rex noster ante secula, operatus est salutẽ in medio terrę.

Tu confirmasti in virtute tua mare: contribulasti capita draconum in aquis.

Tu confregisti capita draconis: dedisti eum escam populis Ethiopum.

Tu dirupisti fontes, & torrentes: tu siccasti fluuios Etham.

Tuus est dies, & tua est nox: tu fabricatus es auroram, & Solem.

Tu fecisti oẽs terminos terrę: æstatem, & ver, tu plasmasti ea.

Memor esto huius, inimicus improperauit Dño, & populus insipiens incitauit nomen tuum.

Ne tradas bestijs animas confitentium tibi: animas pauperum tuorum ne obliuiscaris in finem.

Respice in testamentum tuũ: quia repleti sunt, qui obscurati sunt terrę domibus iniquitatum.

Ne auertatur humilis factus confusus, pauper, & inops laudabũt nomẽ tuũ.

Exurge Deus, iudica causam tuam: memor esto improperiorũ tuorũ, eorũ, quę ab insipiente sunt tota die.

Ne obliuiscaris voces inimicorum tuorum: superbia eorum, qui te oderunt, ascendit semper.

Gloria. &c. Ãña. Quã bonus Deus Israel. Ãña. Et inuocabimus. Ps. lxxiiij.

Confitebimur tibi Deus: confitebimur, et inuocabimus nomen tuũ. Narrabum⁹ mirabilia tua: cũ accepero tempus, ego iustitias iudicabo.

Liquefacta est terra, & omnes qui habitãt in ea: ego confirmaui colũnas eius.

Dixi iniquis, Nolite inique agere: & delinquẽtibus, Nolite exaltare cornu.

Nolite extollere in altum cornu vestrũ: nolite loqui aduersus Deũ iniquitatẽ.

Quia neq; ab oriente, neque ab occidente, neque a desertis montibus, quoniã Deus iudex est.

Hunc humiliat, & hunc exaltat: quia calix in manu Dñi vini meri plen⁹ mixto

Et inclinauit ex hoc, in hoc, veruntamen fex eius non est exinanita: bibent

omnes peccatores terræ.
Ego autem annuntiabo in sæculum: cantabo Deo Jacob.
Et omnia cornua peccatorum confringam: et exaltabuntur cornua iusti. Psal. lxxv.
Notus in Judæa Deus: in Israel magnum nomen eius.
Et factus est in pace locus eius: et habitatio eius in Sion.
Ibi confregit potentias, arcum: scutum, gladium, et bellum.
Illuminans tu mirabiliter a montibus æternis: turbati sunt omnes insipientes corde.
Dormierunt somnum suum: et nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus suis.
Ab increpatione tua Deus Jacob dormitauerunt: qui ascenderunt equos.
Tu terribilis es, et quis resistet tibi: ex tunc ira tua.
De cælo auditum fecisti iudicium: terra tremuit, et quieuit.
Cum exurgeret in iudicium Deus, vt saluos faceret omnes mansuetos terræ.
Quoniam cogitatio hominis confitebitur tibi: et reliquiæ cogitationis diem festum agent tibi.
Vouete, et reddite Domino Deo vestro omnes qui in circuitu eius affertis munera.
Terribili, et ei qui auferet spiritum principum: terribili apud reges terræ.
Gloria. &c. An. Et inuocabimus nomen tuum Domine. An. Tu es Deus. Psal. lxxvi.
Voce mea ad Dominum clamaui: voce mea ad Deum, et intendit mihi.
In die tribulationis meæ Deum exquisiui manibus meis nocte contra eum: et non sum deceptus.
Renuit consolari anima mea: memor fui Dei, et delectatus sum: et exercitatus sum, et defecit spiritus meus.
Anticipauerunt vigilias oculi mei: turbatus sum, et non sum loquutus.
Cogitaui dies antiquos: et annos æternos in mente habui.
Et meditatus sum nocte cum corde meo: et exercitabar, et scopebã spiritum meum.
Numquid in æternum proiiciet Deus: aut non apponet, vt complacitior sit adhuc?
Aut in finem misericordiam suam abscondet: a generatione in generationem?
Aut obliuiscetur misereri Deus: aut continebit in ira

sua misericordias suas:
Et dixi, Nūc cepi: hæc mutatio dexteræ Excelsi.
Memor fui operum Dñi: quia memor ero ab initio mirabilium tuorum.
Et meditabor in omnibus operibus tuis: et in adinuentionibus tuis exercebor.
Deus in sancto via tua: quis Deus magnus, sicut Deus noster: tu es Deus, qui facis mirabilia.
Notam fecisti in populis virtutem tuam: redemisti in brachio tuo populū tuū, filios Jacob, et Joseph.
Viderunt te aquæ Deus, viderunt te aquæ, et timuerunt: et turbatæ sunt abyssi.
Multitudo sonitus aquarum: vocem dederūt nubes.
Etenim sagittæ tuæ trānsierūt: vox tonitrui tui in rota.
Illuxerūt coruscationes tuæ orbi terræ: cōmota est, et contremuit terra.
In mari via tua, et semitæ tuæ in aquis multis: et vestigia tua nō cognoscent.
Deduxisti sicut oues populū tuū: in manu Moysi, et Aaron.

Psal. lxxvii.

Attēdite populе meus legem meam: inclinate aurem vestram in verba oris mei.
Aperiā in parabolis os meum: loquar propositiones ab initio.
Quanta audiuimus, et cognouimus ea: et patres nostri narrauerunt nobis.
Non sunt occultata a filijs eorum: in generatione altera.
Narrantes laudes Dñi, et virtutes eius: et mirabilia eius, quæ fecit.
Et suscitauit testimoniū in Jacob: et legem posuit in Israel.
Quanta mandauit patribus nostris, nota facere ea filijs suis: vt cognoscat generatio altera.
Filij, qui nascent, et exurgēt, et narrabūt filijs suis.
Vt ponant in Deo spem suam, et non obliuiscantur operum Dei: et mandata eius exquirant.
Ne fiant, sicut patres eorum: generatio prāua, et exasperans.
Generatio, quæ nō direxit cor suū: et non est creditus cum Deo spiritus eius.
Filij Ephrem intendentes, et mittentes arcū: conuersi sunt in die belli.
Non custodierunt testamentū Dei: et in lege eius noluerunt ambulare.
Et obliti sūt benefactorē eius: et mirabilium eius, quæ

que ostendit eis.
Coram patribus eorum fecit mirabilia, in terra Egypti: in campo Taneos.
Interrupit mare, & perduxit eos: & statuit aquas quasi in vtre.
Et deduxit eos in nube diei: & tota nocte in illuminatione ignis.
Interrupit petrã in eremo: et adaquauit eos velut in abysso multa.
Et eduxit aquam de petra: & eduxit tanquam flumina aquas.
Et appositerũt adhuc peccare ei: in irã excitauerunt Excelsum in inaquoso.
Et tentauerunt Deum in cordibus suis: vt peterent escas animabus suis.
Et male loquuti sunt de Deo: dixerunt, Nunquid poterit Deus parare mensam in deserto?
Quoniam percussit petrã, & fluxerunt aquæ: & torrentes inundauerunt.
Numquid & panem poterit dare: aut parare mensam populo suo?
Ideo audiuit Dñs, & distulit: & ignis accensus est in Jacob, & ira Dei ascendit in Jsrael.
Quia non crediderunt in Deo: nec sperauerunt in salutari eius.
Et mandauit nubibus desuper: & ianuas cæli aperuit.
Et pluit illis manna ad manducandum: & panem cæli dedit eis.
Panem angelorum manducauit homo: cibaria misit eis in abundantia.
Transtulit Austrũ de cælo: & induxit in virtute sua Africum.
Et pluit sup eos, sicut puluerẽ, carnes: & sicut arenã maris, volatilia pennata.
Et ceciderũt in medio castrorum eorũ: circa tabernacula eorum.
Et manducauerunt, & saturati sunt nimis: & desiderium eorum attulit eis: nõ sũt fraudati a desiderio suo.
Adhuc esca eorum erant in ore ipsorum: & ira Dei ascendit super eos.
Et occidit pingues eorum: & electos Jsrael impedivit.
In omnibus his peccauerunt adhuc: & nõ crediderũt in mirabilibus eius.
Et defecerunt in vanitate dies eorũ: & anni eorum cum festinatione.
Cum occideret eos, quærebãt eum: & reuertebantur, & diluculo veniebãt ad eũ.
Et rememorati sunt, quia Deus adiutor est eorum: &

Deus

Deus excelsus redemptor eorum est.
Et dilexerūt eū i ore suo: et lingua sua mēciti sunt ei.
Cor aūt eorum nō erat rectum cū eo: nec fideles habiti sunt in testamēto eius.
Ipse autē est misericors, et propitius fiet peccatis eor: et non disperdet eos.
Et abundauit, vt auerteret iram suam: et non accēdit omnem iram suam.
Et recordatus est, quia caro sunt: spiritus vadens, et non rediens.
Quoties exacerbauerūt eū in deserto: in ira cōcitauerūt eum in inaquoso.
Et conuersi sunt, et tentauerunt Deum, et sanctum Israel exacerbauerunt.
Non sunt recordati manus eius die: qua redemit eos de manu tribulantis.
Sicut posuit in Egypto signa sua: et prodigia sua in campo Taneos.
Et cōuertit in sanguinem flumina eorum, et imbres eorum, ne biberent.
Misit in eos cynomyiam et comedit eos: et ranā, et disperdidit eos.
Et dedit erugini fructus eor, et labores eor locustę.
Et occidit in grandine vineas eorum, et moros eorū in pruina.
Et tradidit grandini iumenta eorum: et possessiones eorum igni.
Misit in eos iram indignationis suę, indignationē, et irā, et tribulationē: immissiones per angelos malos.
Viam fecit semitę irę suę, et non pepercit a morte animabus eorū: et iumenta eorum in morte conclusit.
Et percussit omne primogenitum in terra Egypti: primitias omnis laboris eor in tabernaculis Cham.
Et abstulit sicut oues populū suum: et perduxit eos tanq̄ gregem in deserto.
Et deduxit eos in spe, et non timuerunt, et inimicos eorum operuit mare.
Et induxit eos in montē sanctificationis suę: montem, quē acquisiuit dextera eius.
Et eiecit a facie eor gentes, et sortitus est eis terrā in funiculo distributionis.
Et habitare fecit in tabernaculis eor tribus Israel.
Et tētauerūt, et exacerbauerūt Deū excelsū: et testimonia eius nō custodierūt.
Et auerterunt se, et nō seruauerunt pactum: quemadmodum patres eor, cōuersi sunt in arcū prauum.
In ira cōcitauerunt eum

in

in collibus suis: & in sculptilibus suis ad æmulationem eum prouocauerunt.
Audiuit Deus, & spreuit: & ad nihilum redegit valde Israel.
Et repulit tabernaculum Silo, tabernaculum suum: vbi habitauit in hominib⁹.
Et tradidit in captiuitatem virtutē eorum: & pulchritudinem eor⁹ in manū inimici.
Et conclusit in gladio populum suum: & hereditatē suam spreuit.
Iuuenes eorum comedit ignis: & virgines eor⁹ non sunt lamentatę.
Sacerdotes eorū in gladio cecidērūt: & viduę eor⁹ non plorabantur.
Et excitatus est tanquā dormiens Dñs: tanquam potēs crapulatus a vino.
Et percussit inimicos suos in posteriora: opprobriū sempiternum dedit illis.
Et repulit tabernaculum Joseph: & tribū Ephraim non elegit.
Sed elegit tribum Juda, montē Sion: quē dilexit.
Et ędificauit sicut vnicornium sanctificiū suū in terra: quam fundauit in sęcula.
Et elegit Dauid seruum suum: & sustulit eū de gregibus ouium: de post fętantes accepit eum.
Pascere Jacob seruū suū: & Israel hęreditatem suā.
Et pauit eos in innocentia cordis sui: & in intellectibus manuum suarum deduxit eos.

Gloria Patri. Sic. Tu es Deus qui facis mirabilia. Alla. Propter nomen.

Psalmus. lxxviii.

DEus venerunt gentes in hęreditatem tuā: polluerūt templū sanctū tuū: posuerunt Jerusalē in pomorum custodiam.
Posuerūt mortalia seruorum tuorum escas volatilibus cęli: carnes sanctorum tuorum bestijs terrę.
Effuderūt sanguinē ipsorum tanquā aquam in circuitu Jerusalem: et non erat, qui sepeliret.
Facti sumus opprobriū vicinis nostris: subsannatio, et illusio his, qui in circuitu nostro sunt.
Usquequo Dñe irascēris in finem: accendetur velut ignis zelus tuus?
Effunde iram tuā in gentes, quę te non nouerunt: & in regna, quę nomen tuū non inuocauerunt.
Quia comederūt Jacob: & locū eius desolauerunt.

Ne memineris iniquitatum nostrarū antiquarū: cito anticipent nos miseri cordię tuę, quia pauperes facti sumus nimis.

Adiuua nos Deus salutaris noster: & propter gloriam nominis tui Domine libera nos.

Et propitius esto peccatis nostris, propter nomen tuum.

Ne forte dicant in gentibus, Vbi est Deus eorū? & innotescat in nationibus coram oculis nostris.

Vltio sanguinis seruorū tuorum, qui effusus est: introeat in conspectu tuo gemitus compeditorum.

Secundum magnitudinē brachii tui: posside filios mortificatorum.

Et redde vicinis nostris septuplum in sinu eorū: improperium ipsorum, quod exprobauerunt tibi Dñe.

Nos autē populus tuus, & oues pascuę tuę: confitebimur tibi in sęculum.

In generatione, et generationem: annunciabimus laudem tuam. Psal. lxxix.

QVi regis Israel intende: qui deducis velut ouem Joseph.

Qui sedes super Cherubim, manifestare coram Ephraim: Beniamin, & Manasse.

Excita potentiā tuam, et veni: vt saluos facias nos.

Deus conuerte nos, & ostē de faciē tuā: & salui erimus.

Domine Deus virtutū: quousque irascēris super orationem serui tui?

Cibabis nos pane lachrymarū: & potū dabis nobis in lachrymis in mensura.

Posuisti nos in contradictionē vicinis nostris: & inimici nri subsannauerunt nos.

Deus virtutū, conuerte nos: et ostende faciem tuā, et salui erimus.

Vineam de Egypto transtulisti: eiecisti gentes, et plantasti eam.

Dux itineris fuisti in conspectu ei⁹: et plātasti radices eius, et impleuit terrā.

Operuit montes vmbra eius: et arbusta eius cedros Dei.

Extendit palmites suos vsq; ad mare: et vsq; ad flumen propagines eius.

Vt quid destruxisti macerią ei⁹: et vindemiāt eā oēs qui prętergrediuntur viā?

Exterminauit eam aper de sylua: et singularis ferus depastus est eam.

Deus virtutum, conuertere, respice de cęlo, et vide: et

de:& visita vineam istam.
Et perfice eam,quã plantauit dextera tua:& super filium hominis,quem confirmasti tibi.
Incensa igni,& suffossa: ab increpatione vultus tui peribunt.
Fiat manus tua super virum dextrę tuę:& super filium hominis,quem confirmasti tibi.
Et non discedimus a te, viuificabis nos:& nomen tuum inuocabimus.
Deus virtutum,cõuerte nos:& ostẽde faciem tuam,& salui erimus.
Gloria. &c. Ant. Propter nomen tuum propitius esto peccatis nostris Domine. ℣. Saluebunt labia mea, dum cãtauero tibi. ℟. Et anima mea,quã redemisti. Pater noster. Cum laudibus. ℣. Fiat misericordia tua. ℟. super nos. Ant. Tibi soli peccaui, Dñe miserere mei. ℣. Miserere mei. ℟. Ant. Dñe refugiũ. ℣. Domine. ℟. Ant.

Domine, refugiũ factus es nobis a generatione in generationẽ. Priusquam montes fierent,& formaretur terra,& orbis: a sęculo & in sęculũ tu es Deus.
Ne auertas hominem in humilitatẽ:& dixisti, Conuertimini filij hominum.
Quoniam mille anni ante oculos tuos: tanquam dies hesterna,quę pteriit.
Et custodia in nocte: quę pro nihilo habentur, eorũ anni erunt.
Mane sicut herba trãseat, mane floreat,& trãseat: vespe decidat,induret,& arescat
Quia defecimus in ira tua:& in furore tuo turbati sumus.
Posuisti iniquitates nostras in conspectu tuo: sęculum nostrum in illuminatione vultus tui.
Quoniam oẽs dies nostri defecerunt:& in ira tua defecimus.
Anni nostri sicut aranea meditabuntur: dies annorum nostrorum in ipsis septuaginta anni.
Si autẽ in potentatibus octoginta anni:& amplius eorum labor,& dolor.
Quoniam superuenit mã suetudo:& corripiemur.
Quis nouit potestatẽ irę tuę:& pr̃ timore tuo iram tuam dinumerare?
Dexteram tuam sic notã fac,& eruditos corde in sapientia.
Conuertere Domine vsquequo:& deprecabilis esto su-

esto super seruos tuos.

Repleti sumus mane misericordia tua: et exultauimus, et delectati sumus in omnibus diebus nostris.

Letati sumus, pro diebus quibus nos humiliasti: annis, quibus vidimus mala.

Respice in seruos tuos, et in opera tua: et dirige filios eorum.

Et sit splendor dñi Dei nostri super nos, et opera manuum nostrarum dirige super nos: et opus manuum nostrarum dirige.

Gloria. Ant. Dñe refugium factus es nobis. Ant. In matutinis Dñe meditabor in te. Ps. Deus, Deus meus. vt sup. fol. 10. Ant. In eternum. Capitulum Osee.

Exo. 15. Cantemus Dño, gloriose enim magnificatus est: equum, et ascensorem dejecit in mare.

Fortitudo mea, et laus mea Dñs: et factus est mihi in salutem.

Iste Deus meus, et glorificabo eum: Deus patris mei, et exaltabo eum.

Dñs quasi vir pugnator, omnipotens nomen eius: currus Pharaonis, et exercitum eius jecit in mare.

Electi principes eius submersi sunt in mari rubro.

Abyssi operuerunt eos: descenderunt in profundum quasi lapis.

Dextera tua Dñe magnificata est in fortitudine: dextera tua Domine percussit inimicum.

Et in multitudine gloriæ tuæ, deposuisti aduersarios tuos.

Misisti iram tuam, quæ deuorauit eos sicut stipulam.

Et in spiritu furoris tui congregatæ sunt aquæ.

Stetit vnda fluens: congregatæ sunt abyssi in medio mari.

Dixit inimicus, Persequar, et comprehendam, diuidam spolia, implebitur anima mea.

Euaginabo gladium meum: interficiet eos manus mea.

Flauit spiritus tuus, et operuit eos mare: submersi sunt, quasi plumbum in aquis vehementibus.

Quis similis tui in fortibus Dñe? quis similis tui? magnificus in sanctitate, terribilis, atq; laudabilis, et faciens mirabilia.

Extendisti manum tuam, et deuorauit eos terra: dux fuisti in misericordia tua populo, quem redemisti.

Et ascendisti cum in fortitudine tua, ad habitaculū sanctum tuum.
Audierūt populi, et irati sunt: dolores obtinuerūt habitatores Philisthiim.
Tunc cōturbati sunt principes Edō: robustos Moab obtinuit tremor: obriguerunt omnes habitatores Chanaam.
Irruat super eos formido, et pauor, in magnitudine brachij tui.
Fiant immobiles, quasi lapis, donec pertranseat populus tuus Dñe: donec pertranseat populus tuus iste, quem possedisti.
Introduces eos, et plantabis in monte hereditatis tuę: firmissimo habitaculo tuo, quod operatus es Dñe.
Sanctuariū tuum Dñe, quod firmauerūt manus tuę: Dñs regnabit in eternum, et vltra.
Ingressus est enim eques Pharao cum curribus, et equitibus eius in mare: et reduxit super eos Dominus aquas maris.
Filij autem Israël ambulauerunt per siccum in medio eius.
Gloria Patri. In eternum Dñs regnabit, et vltra. Alia. In sanctis eius laudate Deum. Psalm. Laudate. fol. 11. Caplm. Vox precessit. vt supra. Hymnus.

Ecce surgit aurea:
Pallens fatiscat cecitas,
Quę nos inet in precepta dum
Errore traxit deuio.
Hęc lux serenū conferat,
Puros (q) nos prestet sibi:
Nihil loquamur subdolū:
Voluamus obscurū nihil.
Sic tota decurrat dies:
Nec lingua mendax, nec manus,
Oculi nec peccēt lubrici,
Nec nox a corpus inquinet.
Speculator adstat desuper,
Qui nos diebus omnibus
Actusq (q) nostros prospicit,
A luce prima in vesperū.
Presta Pater. ℣. In matutinis Dñe meditabor in te, ℟. Quia fuisti adiutor meus. Alia. In sanctitate seruiamus Dño, et liberabit nos ab inimicis nostris. Pos. Benedicts. vt supra fo. 12. Oratio vt in Dñica currente.

Feria sexta Inuitator. Dñm qui fecit nos. ℣. Venite, adoremus. Psalm. Venite, exultemus. fol. 1. Hymnus.

O Trinitatis vnitas
Orbē potēter q regis,
Attende laudum cantica,
Quę excubātes psallimus.

Nam

In lectulo confurginus,
Noctis quieto tempore,
Ut flagitemus vulnerum
A te medelam omnium.

Quo fraude quicquid de
monum
In noctibus deliquimus,
Abstergat illud cælitus
Tuę potestas glorię.

Fiat corpus adsit fortitudo,
Nec torpor instet cordiu,
Nec criminis contagio
Tepescat ardor spiritus.

Ob hoc Redęptor qsume,
Reple tuo nos lumine,
Per quod dierū circulis
Nullis ruamur actibus.

Præsta Pater. Exultate Deo. Psal. xxxx.

EXultate Deo adiutori nostro, iubilate Deo Jacob.

Sumite psalmū, & date tympanū: psalterium incundū cū cithara.

Buccinate in Neomenia tuba, in insigni die solennitatis vestrę.

Quia præceptū in Jsrael est: & iudiciū Deo Jacob.

Testimonium in Joseph posuit illud, cum exiret de terra Ægypti: linguā, quā non nouerat, audiuit.

Diuertit ab oneribus dorsum eius: manus eius in cophino seruierunt.

In tribulatiōe inuocasti me, & liberaui te: exaudiui te in absc̄dito tempestatis: probaui te apud aquā contradictionis.

Audi populus meus, & cōtestabor te: Jsrael, si audieris me, nō erit in te Deus recens, neq; adorabis Deū alienū.

Ego enim sum dns Deus tuus, qui eduxi te de terra Ægypti: dilata os tuū, & implebo illud.

Et non audiuit populus meus vocē meā: & Jsrael non intendit mihi.

Et dimisi eos secundū desideria cordis eorū: ibunt in adinuentionibus suis.

Si populus meus audisset me, Jsrael si in viis meis ambulasset.

Vt nihilo fortasse inimicos eorū humiliassem: & super tribulantes eos misissem manum meam.

Inimici Domini mentiti sunt ei: & erit tempus eorū in sęcula.

Et cibauit eos ex adipe frumēti: & de petra melle saturauit eos. Psal. lxxxi.

DEus stetit in synagoga deorū: in medio autem deos dijudicat.

Vsquo iudicatis iniqui

tatem: & facies peccatoꝝ sumitis?

Iudicate egeno, & pupillo: humilem, & pauperem iustificate.

Eripite pauperem: & egenum de manu peccatoris liberate.

Nescierunt, neq; intellexerunt, in tenebris ambulant: mouebuntur omnia fundamenta terræ.

Ego dixi, Dij estis, & filij Excelsi omnes.

Vos autem sicut homines moriemini: & sicut vnus de principibus cadetis.

Surge Deus, iudica terram: quoniam tu hereditabis in omnibus gentibus.

Glo. &c. Ant. Exultate Deo adiutori nostro. Ant. Tu solus. Psal. lxxxij.

Deus, quis similis erit tibi? ne taceas, neq; compescaris Deus.

Quoniã ecce inimici tui sonuerunt: & qui oderunt te, extulerunt caput.

Super populum tuũ malignauerunt consilium: et cogitauerũt aduersus sanctos tuos.

Dixerunt, Venite, et disperdamus eos de gente: et non memoretur nomen Israël vltra.

Quoniam cogitauerunt vnanimiter simul: aduersũ te testamẽtũ disposuerũt.

Tabernacula Idumæoꝝ, & Ismaëlitæ, Moab, & Agareni, Gebal, & Ammon, et Amalec: alienigenæ, cũ habitantibus Tyrum.

Etenim Assur venit cum illis: facti sunt in adiutorium filijs Lot.

Fac illis sicut Madian, & Sisarę: sicut Jabin in torrente Cisson.

Disperierunt in Endor: facti sunt vt stercus terræ:

Pone principes eorum, sicut Oreb, et Zeb, et Zebee, & Salmana.

Qui principes eorũ, qui dixerunt, Hereditate possideamus sanctuariũ Dei.

Deus meus, pone illos vt rotam: & sicut stipulam ante faciem venti.

Sicut ignis, qui comburit syluam: & sicut flamma comburens montes.

Ita persequeris illos in tempestate tua: et in ira tua turbabis eos.

Imple facies eoꝝ ignominia: et quærent nomen tuum Domine.

Erubescant, & conturbentur in sæculũ sæculi: & confundantur, & pereant.

Et

Et cognoscant, quia nomen tibi Dñs: tu solus altissimus in omni terra.

Psalmus. lxxxiij.

QUam dilecta tabernacula tua Dñe virtutū: concupiscit, & deficit anima mea in atria Dñi.

Cor meum, et caro mea exultauerūt in Deū viuū.

Etenim passer inuenit sibi domū: & turtur nidū sibi, vbi ponat pullos suos.

Altaria tua Dñe virtutū, rex meus, & Deus meus.

Beati, qui habitant in domo tua Dñe: in sęcula sęculoꝝ laudabunt te.

Beatus vir, cuius est auxilium abs te, ascensiones in corde suo disposuit: in valle lachrymarum, in loco, quem posuit.

Etenim benedictiones dabit legislator, ibunt de virtute in virtutē: videbitur Deus deorum in Sion.

Dñe Deus virtutū, exaudi orationē meā: auribus percipe Deus Jacob.

Protector noster aspice Deus: & respice in faciem Christi tui.

Quia melior est dies vna in atrijs tuis super millia.

Elegi abiectus esse in domo Dei mei, magis quam habitare in tabernaculis peccatorum.

Quia misericordiā & veritatem diligit Deus: gratiam, & gloriā dabit Dñs.

Non priuabit bonis eos, qui ambulant in innocentia: Dñe virtutum, beatus homo, qui sperat in te.

Gloria. &c. Ant. Tu solus altissimus super omnē terram. Alia. Benedixisti.

Psalmus. lxxxiv.

BEnedixisti Dñe terram tuam: auertisti captiuitatem Jacob.

Remisisti iniquitatē plebis tuę: operuisti omnia peccata eorum.

Mitigasti omnem irā tuā: auertisti ab ira indignationis tuę.

Conuerte nos Deus salutaris noster: et auerte iram tuam a nobis.

Numquid in ęternū irasceris nobis? aut extēdes iram tuam a generatione in generationem?

Deus, tu conuersus viuificabis nos: & plebs tua lętabitur in te.

Ostende nobis Dñe misericordiam tuam: & salutare tuum da nobis.

Audiam quid loquatur in me dñs Deus: quoniam

loquetur pacem in plebē suam.

Et super sanctos suos: et in eos, qui conuertuntur ad cor.

Verumtamēprope timentes eum salutare ipsius: vt inhabitet gloria in terra nostra.

Misericordia, et veritas obuiauerunt sibi: iustitia, et pax osculate sunt.

Veritas de terra orta est: et iustitia de cēlo prospexit.

Etenim Dominus dabit benignitatem: et terra nostra dabit fructum suum.

Iustitia ante eum ambulabit: et ponet in via gressus suos.

Psal. lxxxv.

Inclina Domine aurem tuam, et exaudi me: quoniam inops, et pauper sum ego.

Custodi animā meā, quoniam sanctus sum: saluū fac seruum tuum Deus meus sperantem in te.

Miserere mei Dñe, quoniam ad te clamaui tota die: lętifica animam serui tui, quoniam ad te Domine animam meam leuaui.

Quoniā tu Domine suauis, et mitis, et multę misericordię omnibus inuocātibus te.

Auribus percipe Dñe orationem meam: et intēde voci deprecationis meę.

In die tribulationis meę clamaui ad te: quia exaudisti me.

Non est similis tui in diis Domine: et non est secundum opera tua.

Omnes gentes quascunque fecisti, venient, et adorabunt coram te Dñe: et glorificabunt nomē tuū.

Quoniam magnus es tu, et faciens mirabilia: tu es Deus solus.

Deduc me Dñe in via tua, et ingrediar in veritate tua: lętetur cor meum, vt timeat nomen tuum.

Confitebor tibi domine Deus meus in toto corde meo: et glorificabo nomen tuum in ęternum.

Quia misericordia tua magna est super me: et eruisti animam meam ex inferno inferiori.

Dei, iniqui insurrexerūt super me, et synagoga potentium quęsierunt animam meā: et nō proposuerunt te in conspectu suo.

Et tu Dñe Deus miserator, et misericors: patiēs, et multę misericordię, et verax.

Respice in me, et miserere mei:

mei: da imperium tuū puero tuo: & saluum fac filium ancille tue.

Fac mecum signū in bonū, vt videant, qui oderūt me, & confundantur: quoniam tu Dñe adiuuisti me, & consolatus es me.

Gloria, &c. icut. &c. Ant. Benedixisti Domine terram tuam. Ant. Intret oratio.

Fundamenta eius in montibus sanctis: diligit Dñs portas Sion super omnia tabernacula Iacob.

Gloriosa dicta sunt de te, ciuitas Dei.

Memor ero Raab, & Babylonis scientium me.

Ecce, alienigenę, & Tyri, & populus Ethiopum, hi fuerunt illic.

Numquid Sion dicet, Homo, et homo natus est in ea, et ipse fundauit eam Altissimus?

Dñs narrabit in scripturis populorū, & principum horum, qui fuerunt in ea.

Sicut lętantium omnium habitatio est in te. Ps. lxxxvij.

Domine Deus salutis meę, in die clamaui, & nocte coram te.

Intret in conspectu tuo oratio mea: inclina aurem tuam ad precem meam.

Quia repleta est malis anima mea: & vita mea inferno appropinquauit.

Estimatus sum cū descendentibus in lacum: factus sum sicut homo sine adiutorio, inter mortuos liber.

Sicut vulnerati dormientes in sepulchris, quorum non es memor amplius: et ipsi de manu tua repulsi sunt.

Posuerunt me in lacu inferiori, in tenebrosis, et in vmbra mortis.

Super me confirmatus est furor tuus: et omnes fluctus tuos induxisti super me.

Nōne feciſti notos meos a me: posuerunt me abominationem sibi.

Traditus sum, & nō egrediebar: oculi mei languerunt prę inopia.

Clamaui ad te Domine tota die: expādi ad te manus meas.

Numquid mortuis facies mirabilia: aut medici suscitabunt, et confitębuntur tibi?

Numquid narrabit aliquis in sepulchro misericordiā tuam: & veritatem tuam in perditione?

Q unquid cognoscentur in tenebris mirabilia tua: ⁊ iustitia tua in terra obliuionis?

E t ego ad te Domine clamaui: ⁊ mane oratio mea prꝛeueniet te.

V t quid Dñe repellis orationem meam: auertis faciem tuam a me?

P auper sum ego, ⁊ in laboribus, a iuuẽtute mea: exaltatus autem humiliatus sum, ⁊ conturbatus.

I n me transierũt irꝛe tuꝛ: et terrores tui conturbauerunt me.

C ircundederũt me sicut aqua: tota die circundederunt me simul.

E longasti a me amicum, ⁊ prꝛoximũ: ⁊ notos meos a miseria.

G loria. ꝛc. Ant. Intret oratio mea in conspectu tuo Dñe. Ant. Benedictus Dominus. Psal. lxxxvii.

M Isericordias Dñi in ꝛternum cantabo.

I n generationẽ, ⁊ generationem annuntiabo veritatem tuam in oꝛe meo.

Q uoniam dixisti, In ꝛternum misericordia ꝛdificabitur: in cꝛlis prꝛparabitur veritas tua in eis.

D isposui testamẽtũ meũ electis meis: iuraui Dauid seruo meo, Usqꝫ in ꝛternũ prꝛparabo semen tuũ.

E t ꝛdificabo in generationem, et generationem sedem tuam.

C onfitebuntur cꝛli mirabilia tua Dñe: etenim veritatem tuam in ecclesia sanctorum.

Q uoniam quis in nubibus ꝛquabitur Dño? similis erit Deo in filijs Dei?

D eus, qui glorificatur in concilio sanctorum, magnus, et terribilis super omnes, qui in circuitu ejus sunt.

D omine Deus virtutũ, quis similis tibi? potens es Domine, ⁊ veritas tua in circuitu tuo.

T u dominaris potestati maris: motum autem fluctuum eius tu mitigas.

T u humiliasti sicut vulneratum, superbũ: in bꝛachio virtutis tuꝛ dispersisti inimicos tuos.

T ui sunt cꝛli, ⁊ tua est terra: orbẽ terrꝛ, ⁊ plenitudinẽ eius tu fundasti: Aquilonem, ⁊ mare tu creasti.

T habor, ⁊ Hermon in nomine tuo exultabunt: tuũ bꝛachium cum potentia.

F irmetur manus tua, et exal-

exaltetur dextera tua: iustitia, ⁊ iudicium preparatio sedis tue.

Misericordia, et veritas precedent faciem tuam: beatus populus, qui scit iubilationem.

Domine, in lumine vultus tui ambulabunt: et in nomine tuo exultabunt tota die: ⁊ in iustitia tua exaltabuntur.

Quoniam gloria virtutis eorum tu es: ⁊ in beneplacito tuo exaltabitur cornu nostrum.

Quia Domini est assumptio nostra, ⁊ sancti Israël regis nostri.

Tunc loquutus es in visione sanctis tuis, ⁊ dixisti, Posui adiutorium in potente: ⁊ exaltaui electum de plebe mea.

Inueni Dauid seruum meum: oleo sancto meo vnxi eum.

Manus enim mea auxiliabitur ei: ⁊ brachium meum confortabit eum.

Nihil proficiet inimicus in eo: et filius iniquitatis non apponet nocere ei.

Et concidam a facie ipsius inimicos eius: ⁊ odientes eum in fugam conuertam.

Et veritas mea, ⁊ misericordia mea cum ipso, ⁊ in nomine meo exaltabitur cornu eius.

Et ponam in mari manum eius: et in fluminibus dexteram eius.

Ipse inuocauit me, Pater meus es tu: Deus meus, ⁊ susceptor salutis mee.

Et ego primogenitum ponam illum: excelsum pre regibus terre.

In eternum seruabo illi misericordiam meam: ⁊ testamentum meum fidele ipsi.

Et ponam in seculum seculi semen eius: et thronum eius, sicut dies celi.

Si autem dereliquerint filii eius legem meam: ⁊ in iudiciis meis non ambulauerint.

Si iustitias meas profanauerint: ⁊ mandata mea non custodierint.

Visitabo in virga iniquitates eorum: ⁊ in verberibus peccata eorum.

Misericordiam autem meam non dispergam ab eo: neque nocebo in veritate mea.

Neque profanabo testamentum meum: ⁊ que procedunt de labiis meis non faciam irrita.

Semel iuraui in sancto meo, si Dauid mentiar: semen eius in eternum manebit.

Et thron⁹ eius sicut Sol in conspectu meo, & sicut Luna perfecta in ęternū: & testis in cęlo fidelis.

Tu vero repulisti, & despexisti: distulisti Christū tuū.

Auertisti testamentū serui tui: prophanasti in terra sanctuarium eius.

Destruxisti omnes sepes eius: posuisti firmamentū eius formidinem.

Diripuerunt eum omnes transeuntes viam: factus est opprobriū vicinis suis.

Exaltasti dexterā deprimentium eum: lętificasti omnes inimicos eius.

Auertisti adiutoriū gladij eius: & non es auxiliatus ei in bello.

Destruxisti eū ab emundatione: et sedem eius in terra collisisti.

Minorasti dies temporis eius: perfudisti eum confusione.

Usquequo Domine auertis in finem: exardescet sicut ignis ira tua?

Memorare, quę mea substantia: nūquid enim vane cōstituisti omnes filios hominum?

Quis est homo, qui viuet & non videbit mortē, eruet animā suā de manu inferi?

Vbi sūt misericordię tuę antiquę Dñe, sicut iurasti Dauid in veritate tua?

Memor esto Dñe opprobrij seruorum tuorū, quod continui in sinu meo multarum gentium.

Quod exprobrauerūt inimici tui Domine: quod exprobrauerunt commutationem Christi tui.

Benedictus Dñs in ęternū: fiat, fiat. Psal. xciij.

Deus vltionū Dñs: Deus vltionū libere egit.

Exaltare, qui iudicas terram: redde retributionem superbis.

Usquequo peccatores Domine, vsquequo peccatores gloriabuntur?

Effabuntur, et loquentur iniquitatē: loquentur oēs, qui operantur iniustitiā?

Populum tuum Dñe humiliauerunt: & hęreditatē tuam vexauerunt.

Viduam, et aduenam interfecerunt: & pupillos occiderunt.

Et dixerūt, Non videbit Dominus: neque intelliget Deus Iacob.

Intelligite insipientes in populo: & stulti aliquando sapite.

Qui

Qui plantauit aurem, nõ audiet? aut qui finxit oculum, non considerat?

Qui corripit gentes, non arguet? qui docet hominẽ scientiam?

Dñs scit cogitationes hominũ, quoniam vanæ sunt.

Beatus homo, quem tu erudieris Dñe: et de lege tua docueris eum.

Vt mitiges ei a diebꝰ malis: donec fodiatur peccatori fouea.

Quia non repellet Dñs plebem suam: et hæreditatem suã non derelinquet.

Quoadusq; iustitia cõuertat in iudiciũ: et qui iuxta illã, oẽs q̃ recto sũt corde.

Quis cõsurget mihi aduersus malignantes? aut quis stabit mecum aduersus operantes iniquitatẽ?

Nisi quia Dñs adiuuit me, paulomin⁹ habitasset in inferno anima mea.

Si dicebam, Motus est pes meus, misericordia tua Dñe adiuuabat me.

Secundum multitudinẽ dolorum meorum in corde meo, consolationes tuæ lætificauerũt animã meã.

Numquid adhæret tibi sedes iniquitatis, qui fingis laborem in præcepto?

Captabunt in animã iusti: et sanguinem innocentem condemnabunt.

Et factus est mihi Dñs in refugium: et Deus meus in adiutorium spei meæ.

Et reddet illis iniquitatẽ ipsorꝝ: et in malitia eorum disperdet eos: disperdet illos dñs Deus noster.

Gloria. &c. Ant. Benedictus Dñs in eternum. Ant. Cantate Dño. Psal. xcv.

Cantate Dño canticum nouũ: cantate Dño omnis terra.

Cantate Domino, et benedicite nomini eius: annuntiate de die in diem salutare eius.

Annuntiate inter gentes gloriã eius: in omnibus populis mirabilia eius.

Quoniã magnus Dñs, et laudabilis nimis: terribilis est super omnes deos.

Quoniam omnes dij gentium dæmonia: Dñs autẽ cælos fecit.

Confessio, et pulchritudo in conspectu eius: sanctimonia, et magnificentia in sanctificatione eius.

Afferte Dño patriæ gentium, afferte Dño gloriã, et honorẽ: afferte Dño gloriam nomini eius.

Vol-

Tollite hostias, & introite in atria eius: adorate Dñm in atrio sancto eius.
Commoueat a facie eius vniuersa terra: dicite in gentibus, quia Dñs regnauit.
Etenim correxit orbē terrę, qui nō commouebitur: iudicabit populos in equitate.
Lętentur cęli, et exultet terra, commoueatur mare, & plenitudo eius: gaudebunt campi, et omnia quę in eis sunt.
Tunc exultabunt omnia ligna syluarū a facie Dñi, quia venit, quoniā venit iudicare terram.
Iudicabit orbē terrę in equitate: & populos in veritate sua. Psal. xcvj.

Dominus regnauit, exultet terra: lętentur insulę multę.
Nubes, & caligo in circuitu eius: iustitia, & iudicium correctio sedis eius.
Ignis ante ipsum przecedet: & inflammabit in circuitu inimicos eius.
Illuxerunt fulgura eius orbi terrę: vidit, & commota est terra.
Montes sicut cera fluxerunt a facie Domini: a facie Dñi omnis terra.
Annuntiauerunt cęli iustitiam eius: et viderunt omnes populi gloriā eius.
Confundant omnes qui adorant sculptilia: et qui gloriantur in simulachris suis.
Adorate eum omnes angeli eius: audiuit, & lętata est Sion.
Et exultauerūt filię Iudę propter iudicia tua Dñe.
Quoniam tu Dñs altissimus super omnem terrā: nimis exaltatus es super omnes deos.
Qui diligitis Dñm, odite malum: custodit Dominus animas sanctorum suorum: de manu peccatoris liberabit eos.
Lux orta est iusto: et rectis corde lętitia.
Lętamini iusti in Dño: et confitemini memorię sanctificationis eius.
Gloria, &c. icut. &c. Ańa. Cantate Dño: & benedicite nomini eius. ℣. Beati qui habitant in domo tua Dñe. ℟. In secula seculorum laudabunt te. Ante Laudes. ℣. Fiat misericordia tua Domine super nos. ℟. Quemadmodum speravimus in te.
℣ In Laudibus. Ańa Sacrificium Deo spiritus contribulatus.

tribulatus. Psal. Miserere mei Deus. fol. 21. Añ. In veritate. Psal. cxlij.

DOmine, exaudi orationem meam: auribus percipe obsecrationē meam in veritate tua: exaudi me in tua iustitia.

Et nō intres in iudicium cum seruo tuo: quia non iustificabitur in cōspectu tuo omnis viuens.

Quia persecutus est inimicus animam meā: humiliauit in terra vitā meam.

Collocauit me in obscuris sicut mortuos seculi: et anxiatus est super me spiritus meus: in me turbatum est cor meum.

Memor fui dierum antiquorum, meditatus sum in omnibus operibus tuis: et in factis manuum tuarū meditabar.

Expandi manus meas ad te: anima mea sicut terra sine aqua tibi.

Velociter exaudi me Domine: defecit spiritus meus.

Non auertas faciem tuā a me: et similis ero descendentibus in lacum.

Auditam fac mihi mane misericordiam tuam: quia in te speraui.

Notam fac mihi viam in qua ambulem: quia ad te leuaui animam meam.

Eripe me ō inimicis meis, Dñe ad te confugi: doce me facere voluntatem tuā, quia Deus meus es tu.

Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectā: propter nomē tuū Dñe viuificabis me in equitate tua.

Educes de tribulatione animā meam: et in misericordia tua disperdes omnes inimicos meos.

Et perdes omnes, qui tribulant animam meam: quōm ego seruus tuus sum.

Gloria. Sicut. &c. Añ. In veritate tua exaudi me Dñe. Añ. Illumina Dñe vultum tuū super nos. Psō. Deus, Deus meus. fol. 10. Añ. Auditum tuum.

Canticum Habacuc. Ca. 3.

DOmine, audiui auditionem tuam, et timui.

Domine, opus tuū in medio annorum viuifica illud.

In medio annorum notum facies: cum iratus fueris, misericordię recordaberis.

Deus ab Austro veniet: et sanctus de mōte Pharan.

Operuit cęlos gloria eius: et laudis eius plena est terra.

Et plen-

Splēdor eius vt lux erit: cornua in manibus eius.
Ibi abscondita est fortitudo eius: ante faciem eius ibit mors.
Et egredietur diabolus ante pedes eius: stetit, et mensus est terram.
Respexit, et dissoluit gentes: et contriti sunt montes seculi.
Incuruati sūt colles mundi, ab itineribus eternitatis eius.
Pro iniquitate vidi tentoria Ethiopię: turbabuntur pelles terrę Madian.
Numquid in fluminibus iratus es Dñe? aut in fluminibus furor tuus? vel in mari indignatio tua?
Quia ascendis sup equos tuos, et quadrigę tuę saluatio?
Suscitans suscitabis arcum tuum: iuramenta tribubus, quę loquutus es.
Fluuios scindes terrę: viderunt te, et doluerunt montes, gurges aquarum transijt.
Dedit abyssus vocē suā: altitudo manus suas leuauit.
Sol, et Luna steterunt in habitaculo suo, in luce sagittarū tuarū ibūt, in splēdore fulgurātis hastę tuę.
In fremitu conculcabis terram: et in furore obstupefacies gentes.
Egressus es in salutē populi tui, in salutem cum Christo tuo.
Percussisti caput de domo impij: denudasti fundamentum eius vsque ad collum.
Maledixisti sceptris eius, capiti bellatorum eius: venientibus, vt turbo, ad dispergendum me.
Exultatio eorum, sicut eius qui deuorat pauperem in abscondito.
Et iā fecisti in mari equis tuis, in luto aquarum multarum.
Audiui, et cōturbatus est venter meus: a voce contremuerunt labia mea.
Ingrediatur putredo in ossibus meis: et subter me scateat.
Et requiescam in die tribulationis: vt ascendā ad populū accinctū nostrum.
Ficus enim non florebit: et non erit germē in vineis.
Mentietur opus oliuę: et arua non afferent cibum.
Abscindetur de ouili pecus: et non erit armentum in præsepibus.
Ego autem in Domino gaude-

gaudebo: et exultabo in Deo Jesu meo.

Deus Dominus fortitudo mea: et ponet pedes meos quasi cervorum.

Et super excelsa mea deducet me victor in psalmis canentem.

Gloria. Sicut. &c. Ant. Auditum tuum Domine audivi, & timui. Ant. In tympano, & choro, in chordis, et organo laudate Deum. Ps.

Laudate Dñm de cœlis. fol. 11. Caplm. Hor præcessit. vt in feria secunda ad Laudes. Hymnus.

Æterna cœli gloria,
Beata spes mortalium,
Celsitonantis vnice,
Castique proles virginis.
O sa dexterâ surgentibus,
Exurgat & mens sobria:
Flagransque in laudẽ Dei
Grates repẽdat debitas.
Ortus refulget Lucifer,
Sparsamque lucẽ nuntiat:
Cadit caligo noctium,
Lux sancta nos illuminet:
Mansensque nostris sensibus,
Noctem repellat sæculi:
Omnique fine diei
Purgata seruet pectora.
Quæsita iam primũ fides
Radicet altis sensibus,
Secunda spes congaudeat,
Queis maior exstat charitas.

Qæsta Pater piissime. &c. ℣. In matutinis Dñe mediabor in te. ℟. Quia fuisti adiutor meus. Ant. Per viscera misericordiæ Dei nostri, in quibus visitauit nos oriens ex alto. Psal. Benedictus dominus Deus. fol. 12.

Ofo de Dñica currente. Sabbato, Inuitatorium. Dominum Deum nostrũ. Venite adoremus. Psalm. Venite. fol. 1. Hymnus.

Summæ Deus clementiæ,
Mundique factor machinæ,
Vnus potentialiter,
Trinusque personaliter.
Vultus tuos precũ cantibus
Fletus benigne suscipe,
Quo, corde puro sordium,
Te perfruamur largius.
Lumbos, iecurque morbidum
Adure igne congruo,
Accincti vt sint perpetim,
Luxu remoto pessimo.
Et quique horas noctium
Nunc cõcinendo rũpimus,
Donis beatæ patriæ
Ditemur omnes affatim.
Qæsta Pater piissime,
Patriæque cõpar vnice. &c.
Ant. Quia mirabilia.
Psalmus. xcvii.

Can-

Cantate Domino canticum nouum: quia mirabilia fecit.

Saluauit sibi dextera eius: & brachiū sanctū eius.

Notum fecit Dñs salutare suum: in conspectu gentium reuelauit iustitiam suam.

Recordatus est misericordię suę, & veritatis suę domui Israēl.

Viderunt omnes termini terrę salutare Dei nři.

Iubilate Deo omnis terra: cantate, et exultate, et psallite.

Psallite Domino in cithara, in cithara, et voce psalmi: in tubis ductilib⁹, & voce tubę cornee.

Iubilate in conspectu regis Dñi: moueatur mare, & plenitudo eius: orbis terrarū, & qui habitant in eo.

Flumina plaudēt manu simul, montes exultabunt a conspectu Dñi: quoniā venit iudicare terram.

Iudicabit orbem terrarum in iustitia: & populos in equitate. Ps. xcviii.

Dominus regnauit, iracseantur populi: qui sedes super Cherubim, moueatur terra.

Dominus in Sion magnus: et excelsus super omnes populos.

Confiteātur nomini tuo magno, quoniam terribile, & sanctum est: & honor regis iudicium diligit.

Tu parasti directiones: iudiciū, & iustitiam in Jacob tu fecisti.

Exaltate dominum Deū nostrum: & adorate scabellum pedum eius, quoniā sanctus est.

Moyses, & Aaron in sacerdotibus eius: & Samuel inter eos, qui inuocāt nomen eius.

Inuocabant Dominum, et ipse exaudiebat eos: in columna nubis loquebatur ad eos.

Custodiebāt testimonia eius: et præceptum quod dedit illis.

Domine Deus noster tu exaudiebas eos: Deus tu propitius fuisti eis, et vlciscens in omnes adinuentiones eorum.

Exaltate dominū Deum nostrum: & adorate in mōte sancto eius, quoniā sanctus dñs Deus noster.

Gloria. Ān. Quia mirabilia fecit Dñs. Ān. Jubilate.

Psal.

Psalmus. xcix.

IUbilate Deo omnis terra: seruite Domino in lętitia.

Introite in cōspectu ęius in exultatione.

Scitote, quoniam Dñs ipse est Deus: ipse fecit nos, & non ipsi nos.

Populus eius, & oues pascuę eius, introite portas eius in confessione: atria eius in hymnis confitemini illi.

Laudate nomē ei⁹, quoniam suauis est Dñs, in ętern ̄u misericordia eius, & vsque in generationē, & generationi ̄e veritas eius.

MIsericordiā, ℣. c. & iudicium: cantabo tibi Domine.

Psallam, & intelligam in via immaculata, quando venies ad me.

Perambulabam in innocentia cordis mei, in medio domus meę.

Non proponebam ante oculos meos rem iniustā: facientes pręuaricationes odiui.

Non adhęsit mihi cor prauum: declinantē a me malignum non cognoscebā.

Detrahētē secreto proximo suo, hūc persequebar.

Superbo oculo, & insatiabili corde, cum hoc non edebam.

Oculi mei ad fideles terrę, vt sedeant mecum: ambulans in viā immaculata, hic mihi ministrabat.

Non habitabit in medio domus meę qui facit superbiam: qui loquitur iniqua, non direxit in conspectu oculorum meorum.

In matutino interficiēbam omnes peccatores terrę: vt disperderem de ciuitate Dñi omnes operantes iniquitatem.

Gloria. &c. Dña. Jubilate Deo omnis terra. Ibi. Clamor meus. Ibi. cj.

DOmine exaudi orationem meam: & clamor meus ad te veniat.

Non auertas faciem tuā a me: in quacunq; die tribulor, inclina ad me aurē tuam.

In quacunque die inuocauero te, velociter exaudi me.

Quia defecerunt sicut fumus dies mei: & ossa mea sicut creminum aruerunt.

Percussus sum vt fęnū, & aruit cor meū; quia oblitus sum comedere panē meum.

A voce gemitus mei adhesit os meum carni meę.
Similis factus sum pelicano solitudinis : factus sum sicut nycticorax in domicilio.
Vigilaui, et factus sum sicut passer solitarius in tecto.
Tota die exprobrabant mihi inimici mei: et qui laudabant me, aduersum me iurabant.
Quia cinerē tanq̃ panē manducabam: et potum meum cum fletu miscebā.
A facie irę indignationis tuę: quia eleuās allisisti me.
Dies mei sicut vmbra declinauerunt: et ego sicut fęnum arui.
Tu autem Dñe in ęternum permanes: et memoriale tuū in generatione et generationem.
Tu exurgēs Dñe misereberis Sion: quia tēpus miserēdi ei⁹, quia venit tēp⁹.
Quoniā placuerunt seruis tuis lapides ei⁹: et terręe eius miserebuntur.
Et timebunt gentes nomen tuum Dñe: et omnes reges terrę gloriā tuā.
Quia ędificabit Dñs Sion: et videbitur in gloria sua.
Respexit in orationē humilis: et nō sprevit precē eor⁹.
Scribātur hęc in generatione altera: et populus qui creabitur, laudabit Dñm.
Quia prospexit de excelso sancto suo: Dñs de cęlo in terram aspexit.
Vt audiret gemitus compeditorum: vt solueret filios interemptorum.
Vt annuncietur in Sion nomen Dñi: et laudem eius in Hierusalem.
In conueniēdo populos in vnū: et reges vt seruiāt Domino.
Respondit ei in via virtutis suę, Paucitatē dierū meorum nuntia mihi.
Ne reuoces me in dimidio dierū meor⁹: in generatiōe, et generationē anni tui.
Initio tu Dñe terrā fundasti: et opera manuū tuarum sunt cęli.
Ipsi peribūt, tu aūt permanes: et omnes sicut vestimentum veterascent.
Et sicut operturium mutabis eos, et mutabuntur: tu autem idem ipse es, et anni tui non deficient.
Et filij seruorum tuor⁹ habitabunt: et semen eorum in sęculum dirigetur.

Benedic anima mea Dño: et oīa

quę

que intra me sunt nomini sancto eius.
Benedic anima mea Domino: et noli obliuisci oēs retributiones eius.
Qui ppitiatur omnibus iniquitatibus tuis: qui sanat oēs infirmitates tuas.
Qui redimit de interitu vitā tuā: qui coronat te in miā, & miserationibus.
Qui replet in bonis desideriū tuū: renouabitur vt aquile iuuentus tua.
Faciēs misericordias Dominus & iudiciū: omnibus iniuriam patientibus.
Notas fecit vias suas Moysi: filijs Israēl voluntates suas.
Miserator, et misericors Dñs: longanimis, et multum miserator.
Nō in perpetuū irascet: neq; in ēternū cōminabit.
Non secundum peccata nostra fecit nobis: neq; secundū iniquitates nostras retribuit nobis.
Quoniā, secundū altitudinem cēli a terra, corroborauit misericordiā suā super timentes se.
Quantū distat ortus ab occidente, lōge fecit a nobis iniquitates nostras.
Quomodo miseretur pater filiorum, misertus est Dñs timentib⁹ se: quoniā ipse cognouit figmentum nostrum.
Recordatus est quoniā pulus sumus: homo sicut fenum, dies eius tanquā flos agri sic efflorebit.
Quoniam spiritus pertransibit in illo, & non subsistet: et non cognoscet amplius locum suum.
Misericordia autem Dñi ab ēterno & vsq; in ēternū super timentes eum.
Et iustitia illius in filios filiorum: his, qui seruant testamentum eius.
Et memores sunt mandatorum ipsius, ad faciendum ea.
Dns in cēlo parauit sedem suā: & regnum ipsius omnibus dominabitur.
Benedicite Dño omnes angeli eius: potentes virtute, facientes verbum illius, ad audiendam vocē sermonum eius.
Benedicite Dño oēs virtutes eius: ministri eius, qui facitis volūtatē eius.
Benedicite Dño omnia opera eius, in omni loco dominationis eius: benedic anima mea Dño.
Gloria. Sicut. &c. Dñs.

Clamor meus ad te veniat. Ant. Benedic. Ps. cuj.

BEnedic anima mea Dño: domine Deus meus, magnificatus es ve hementer.

Confessionem, & decorē induisti: amictus lumine sicut vestimento.

Extendens cælum sicut pellē: qui tegis aquis superiora eius.

Qui ponis nubem ascensum tuum: qui ambulas super pennas ventorum.

Qui facis angelos tuos spiritus: & ministros tuos ignem vrentem.

Qui fundasti terram super stabilitatem suam: nō inclinabitur in sęculum sęculi.

Abyssus sicut vestimentum amictus eius: super montes stabunt aquę.

Ab increpatione tua fugient: a voce tonitrui tui formidabunt.

Ascendunt montes, & descendunt campi: in locum quem fundasti eis.

Terminum posuisti, quē non transgredientur: neque conuertentur operire terram.

Qui emittis fontes in cōuallibus: inter mediū mōtium pertransibunt aquę.

Potabunt omnes bestię agri: expectabunt onagri in siti sua.

Super ea volucres cęli habitabunt: de medio petrarum dabunt voces.

Rigans montes de superioribus suis: de fructu operum tuorum satiabitur terra.

Producens fęnū iumentis, & herbam seruituti hominum.

Vt educas panem de terra: et vinum lętificet cor hominis.

Vt exhilaret faciem in oleo: & panis cor hominis confirmet.

Saturabūtur ligna campi, et cedri Libani, quas plantauit: illic passeres nidificabunt.

Herodij domus dux est eorū, mōtes excelsi ceruis: petra refugiū herinacijs.

Fecit Lunam in tempora: Sol cognouit occasū suum.

Posuisti tenebras, et facta est nox: in ipsa pertrāsibunt omnes bestię syluę.

Catuli leonū rugientes vt rapiant, et quęrant a Deo escam sibi.

Ortus est Sol, & congregati

gati sunt: et in cubilibus suis collocabuntur.

Exibit homo ad opꝰ suū: et ad operationem suam vsque ad vesperum.

Quam magnificata sunt opera tua Dñe: omnia in sapientia fecisti: impleta est terra possessione tua.

Hoc mare magnū, et spatiosum manibus: illic reptilia, quorum non est numerus.

Animalia pusilla cū magnis: illic naues pertransibunt.

Draco iste, quem formasti ad illudendum ei: omnia a te expectant, vt des illis escam in tempore.

Dante te illis, colligent: aperiente te manum tuā, oīa implebūtur bonitate.

Auertente autem te faciem, turbabuntur: auferes spiritum eorum, et deficient: et in puluerem suū reuertentur.

Emittes spiritum tuum, et creabuntur: et renouabis faciem terrę.

Sit gloria Dñi in sęculū: lętabitur Dominus in operibus suis.

Qui respicit terram, et facit eam tremere: qui tangit montes, et fumigant.

Cantabo Domino in vita mea: psallam Deo meo quandiu sum.

Iucundum sit ei eloquiū meum: ego vero delectabor in Domino.

Deficiant peccatores a terra, et iniqui, ita, vt non sint: benedic anima mea Domino. Psal. cuj.

Confitemini Dño, et inuocate nomen eius: annuntiate inter gentes opera eius.

Cantate ei, et psallite ei: narrate omnia mirabilia eius.

Laudamini in nomine sācto eius: lętetur cor quęrentium Dominum.

Quęrite Dñm, et confirmamini: quęrite faciē eius semper.

Mementote mirabilium eius quę fecit: prodigia eius, et iudicia oris eius.

Semen Abraham, serui eius: filij Jacob electi eiꝰ.

Ipse dñs Deus noster: in vniuersa terra iudicia eiꝰ.

Memor fuit in sęculū testamenti sui: verbi, quod mandauit in mille generationes.

Quod disposuit ad Abraham: iuramēti sui ad Jsaac.

Et statuit illud Jacob in

pręceptum: ꝛ Iſraël in teſtamentum ęternum.
Dicens, Tibi dabo terrã Chanaan, funiculum hęreditatis veſtrę.
Cum eſſent numero breui, pauciſſimi ꝛ incolę eius.
Et pertranſierũt de gente in gentem: et de regno ad populum alterum.
Nõ reliquit hõinẽ nocere eis: ꝛ corripuit p eis reges.
Nolite tangere chriſtos meos: ꝛ in prophetis meis nolite malignari.
Et vocauit famem ſuper terram: ꝛ omne firmamentum panis contriuit.
Miſit ante eos virũ: in ſeruũ venũdatus eſt Ioſeph.
Humiliauerunt in cõpedibus pedes eius, ferrum pertranſijt animam eius, donec veniret verbũ eius.
Eloquium Dñi inflãmauit eum: miſit rex, ꝛ ſoluit eum, princeps populoꝝ, ꝛ dimiſit eum.
Conſtituit eum dominũ domus ſuę: et principem omnis poſſeſſionis ſuę.
Vt erudiret principes eius ſicut ſemetipſum: ꝛ ſenes eius prudẽtiã doceret.
Et intrauit Iſraël in Egyptum: et Iacob accola fuit in terra Cham.
Et auxit populum ſuum vehementer: ꝛ firmauit eũ ſuper inimicos eius.
Conuertit cor eoꝝ, vt odirent populũ eius: ꝛ dolum facerẽt in ſeruos eius.
Miſit Moyſen ſeruũ ſuũ: Aaron, quẽ elegit ipſum.
Poſuit in eis verba ſignorum ſuorum: ꝛ prodigioꝝ in terra Cham.
Miſit tenebras, ꝛ obſcurauit: ꝛ non exacerbauit ſermones ſuos.
Conuertit aquas eoꝝ in ſãguinẽ: ꝛ occidit piſces eoꝝ
Edidit terra eoꝝ ranas, in penetralibꝰ regũ ipſoꝝ.
Dixit, ꝛ venit cynomyia, ꝛ cinifes, in omnibus finibus eorum.
Poſuit pluuias eoꝝ grãdinem: ignem comburentem in terra ipſorum.
Et percuſſit vineas eoꝝ, ꝛ ficulneas eoꝝ: ꝛ cõtriuit lignum finium eorum.
Dixit, ꝛ venit locuſta, et bruchus, cuius non erat numerus.
Et comedit omne fœnum in terra eorũ, et comedit omnẽ fructum terrę eoꝝ.
Et percuſſit omne primogenitũ in terra eoꝝ: primitias omnis laboris eoꝝ.
Et eduxit eos cũ argento, ꝛ

to, & auro: & nō erat in tribubus eorum infirmus.

Lętata est Egyptus in pfectione eoꝝ: quia incubuit timor eoꝝ super eos.

Expandit nubē in protectionem eoꝝ: & ignem, vt luceret eis per noctem.

Petierūt, & vēit coturnix: & pane cęli saturauit eos.

Dirupit petram, & fluxerunt aquę: abierunt in sicco flumina.

Quā memor fuit verbi sācti sui, quod habuit ad Abraham puerum suum.

Et eduxit populum suū in exultatione: et electos suos in lętitia.

Et dedit illis regiones gentium: & labores populorum possederunt.

Vt custodiant iustificationes eius: & legem eius exquirant.

Gloria. Ańa. Benedic anima mea Dominum. Ańa. Visita nos. ℣. Salv. ev.

CONfitemini dño qm bonus: qm in sęculū misericordia eius.

Quis loquetur potētias Dñi: auditas faciet oēs laudes eius?

Beati qui custodiunt iudicium: & faciūt iustitiam in omni tempore.

Memento nostri Dñe in beneplacito populi tui: visita nos in salutari tuo.

Ad videndum in bonitate electoꝝ tuoꝝ: ad lętandū in lętitia gentis tuę: vt laudeꝛ cū hęreditate tua.

Peccauimus cū patribus nostris: iniuste egimus, iniquitatem fecimus.

Patres nostri in Ægypto nō intellexerūt mirabilia tua: nō fuerunt memores multitudinis mię tuę.

Et irritauerūt ascēdētes in mare, Mare rubrum.

Et saluauit eos propter nomen suum, vt notam faceret potentiam suam.

Et increpuit mare rubrū & exiccatū est: & deduxit eos in abyssis sicut in deserto.

Et saluauit eos de manu odientium: & redemit eos de manu inimici.

Et operuit aqua tribulā tes eos: vnus ex eis non remansit.

Et crediderūt verbis eiꝰ: & laudauerūt laudē eius.

Cito fecerūt, obliti sunt operū eius: non sustinuerunt consilium eius.

Et concupierūt cōcupiscentiā in deserto: & tentauerunt Deū in inaquoso.

Et dedit eis petitionem

ipsorum: & misit saturitatem in animas eorum.
Et irritauerunt Moysen in castris: Aaron sanctum Domini.
Aperta est terra, & deglutiuit Dathã: & operuit super cõgregationẽ Abirõ.
Et exarsit ignis in synagoga eorum: flamma combussit peccatores.
Et fecerunt vitulum in Horeb: & adorauerũt sculptile.
Et mutauerunt gloriam suam, in similitudinem vituli comedentis fœnum.
Obliti sunt Deũ, qui saluauit eos, qui fecit magnalia in Egypto, mirabilia in terra Cham: terribilia in mari rubro.
Et dixit, vt disperderet eos: si non Moyses electus eius stetisset in cõfractione in conspectu eius.
Et auerteret iram eius ne disperderet eos: & pro nihilo habuerunt terram desiderabilem.
Non crediderunt verbo eius: & murmurauerunt in tabernaculis suis: non exaudierunt vocem Dñi.
Et eleuauit manum suã super eos: vt prosterneret eos in deserto.
Et vt deiceret semẽ eorum in nationibus, & disperderet eos in regionibus.
Et initiati sunt Beelphegor: & comederunt sacrificia mortuorum.
Et irritauerunt eũ in adinuentionibus suis: & multiplicata est in eis ruina.
Et stetit Phinees, & placauit: & cessauit quassatio.
Et reputatũ est ei in iustitiam, in generatione et generationem, vsq; in sempiternum.
Et irritauerunt eum ad Aquas contradictionis: & vexatus est Moyses propter eos, quia exacerbauerunt spiritum eius.
Et distinxit in labijs suis, Nõ disperdiderũt gẽtes, quas dixit Dñs illis.
Et commisti sunt inter gentes, & didicerunt opera eorum: & seruierũt sculptilibus eorũ: & factum est illis in scandalum.
Et immolauerũt filios suos, & filias suas dœmonijs.
Et effuderũt sanguinem innocentem, sanguinem filiorum suorum, & filiarum suarum, quas sacrificauerũt sculptilibꝰ Chanaan.
Et infecta est terra in sanguinibus: & contaminata

est in

est in operibus eorum: et fornicati sunt in adinuentionibus suis.

Et iratus est furore dñs in populum suum: et abominatus est hereditatem suam.

Et tradidit eos in manu gentium: et dominati sunt eorum, qui oderunt eos.

Et tribulauerunt eos inimici eorum, et humiliati sunt sub manibus eorum: sepe liberauit eos.

Ipsi autem exacerbauerunt eū in consilio suo: et humiliati sunt in iniquitatibus suis.

Et vidit cum tribularentur: et audiuit orationem eorum.

Et memor fuit testamenti sui: et penituit eū secundum multitudinem misericordię suę.

Et dedit eos in misericordias in conspectu omniū, qui ceperant eos.

Saluos nos fac domine Deus noster: et congrega nos de nationibus.

Ut confiteamur nomini sancto tuo: et gloriemur in laude tua.

Benedictus dñs Deus Israēl a sęculo, et vsque in sęculum: et dicet omnis populus, Fiat, fiat. Ps. cvi.

Confitemini Domino quoniam bonus: quoniam in sęculum misericordia eius.

Dicant qui redēpti sunt a dño, quos redemit de manu inimici: et de regionibus congregauit eos.

A Solis ortu, et occasu: ab Aquilone, et mari.

Errauerunt in solitudine in inaquoso: viam ciuitatis habitaculi non inuenerunt.

Esurientes, et sitientes: anima eorū in ipsis defecit.

Et clamauerunt ad Dominum cum tribularētur: et de necessitatibus eorum eripuit eos.

Et deduxit eos in viam rectam: vt irent in ciuitatem habitationis.

Confiteantur dño misericordię eius: et mirabilia eius filijs hominum.

Quia satiauit animā inanem: et animam esurientē satiauit bonis.

Sedentes in tenebris, et in vmbra mortis: vinctos in mendicitate, et ferro.

Quia exacerbauerūt eloquia Dei: et consilium Altissimi irritauerunt.

Et humiliatum est in la-

bozibus eoz eozum: infirmati sunt, nec fuit, qui adiuuaret.

Et clamauerunt ad Dominum cum tribularẽtur: et de necessitatibus eozum liberauit eos.

Et eduxit eos de tenebris, et umbra mortis: et vincula eozum disrupit.

Confiteantur Dño misericordię eius: et mirabilia eius filijs hominum.

Quia contriuit portas ereas, et vectes ferreos confregit.

Suscepit eos de via iniquitatis eozum: propter iniustitias enim suas humiliati sunt.

Omnem escam abominata est anima eozum: et appropinquauerunt vsq; ad portas mortis.

Et clamauerunt ad Dominum cum tribularẽtur: et de necessitatibus eozũ liberauit eos.

Misit verbum suum, et sanauit eos: et eripuit eos de interitionibus eoz.

Confiteantur Dño misericordię eius, et mirabilia eius filijs hominum.

Et sacrificẽt sacrificium laudis: et annuncient opera eius in exultatione.

Qui descendunt mare in nauibus, facientes operationem in aquis multis.

Ipsi viderunt opera Domini, et mirabilia eius in profundo.

Dixit, et stetit spiritus procellę: et exaltati sunt fluctus eius.

Ascendunt vsque ad cęlos, et descendũt vsque ad abyssos: anima eozum in malis tabescebat.

Turbati sunt, et moti sunt sicut ebrius: et omnis sapientia eoz deuozata est.

Et clamauerũt ad Dñm, cum tribularent: et de necessitatib⁹ eoz eduxit eos.

Et statuit procellã eius in auram: et siluerunt fluctus eius.

Et lętati sunt quia siluerunt: et deduxit eos in portum voluntatis eozum.

Confiteantur Dño misericordię eius: et mirabilia eius filijs hominum.

Et exaltent eum in ecclesia plebis: et in cathedra seniozum laudent eum.

Posuit flumina in dẽsertũ: et exitus aquarũ in sitim.

Terram fructiferã in salsuginem, a malitia inhabitantium in ea.

Posuit desertũ in stagna aquę:

aquarum: & terram sine aqua in exitus aquarum.

Et collocauit illic esurientes: & constituerunt ciuitatem habitationis.

Et seminauerũt agros, & plantauerunt vineas: & fecerũt fructũ natiuitatis.

Et benedixit eis, & multiplicati sunt nimis: & iumenta eorum non minorauit.

Et pauci facti sunt, & vexati sunt a tribulatione malorum, & dolore.

Effusa est contẽtio super principes: et errare fecit eos in inuio, & nõ in via.

Et adiuuit pauperem de inopia: & posuit sicut oues familias.

Videbũt recti, & lętabuntur: & omnis iniquitas opilabit os suum.

Quis sapiẽs, & custodiet hęc: & intelliget misericordias Dñi?

Gloria. Añs. Visita nos Dñe in salutari tuo. Añs. Confitebor. Psal. cvij.

PAratũ cor meũ Deꝰ, paratũ cor meũ: cãtabo, & psallã in gloria mea.

Et surge psalteriũ, & cithara: exurgam diluculo.

Confitebor tibi in populis Dñe: & psallam tibi in nationibus.

Quia magna est super cęlos misericordia tua: & vsque ad nubes veritas tua.

Exaltare super cęlos Deus, & super omnem terrã gloria tua: vt liberentur dilecti tui.

Saluũ fac dextera tua, & exaudi me: Deus loquutus est in sancto suo.

Exultabo, & diuidam Sichimam: & conuallem tabernaculorum dimetiar.

Meus est Galaad, et meus est Manasses: & Ephraim susceptio capitis mei.

Iuda rex meus: Moab lebes spei meę.

In Idumęam extendam calceamẽtũ meũ: mihi alienigenę amici facti sunt.

Quis deducet me in ciuitatem munitã? quis deducet me vsq; in Idumęam?

Nonne tu Deꝰ, qui repulisti nos? & non exibis Deꝰ in virtutibus nostris?

Da nobis auxiliũ de tribulatione: quia vana salus hominis.

In Deo faciemus virtutem: & ipse ad nihilum deducet inimicos nostros.

Psalmus. cviij.

DEus, laudem meã ne tacueris: quia os peccatoris, & os dolosi super

per

per me apertum est.
Locuti sunt aduersum me lingua dolosa: & sermonibus odij circundederũt me: & expugnauerunt me gratis.
Pro eo, vt me diligerent, detrahebant mihi: ego autem orabam.
Et posuerunt aduersum me mala pro bonis: & odiũ pro dilectione mea.
Constitue super eũ peccatorem: & diabolus stet a dextris eius.
Cum iudicatur, exeat cõdemnatus: et oratio eius fiat in peccatum.
Fiant dies eius pauci: & episcopatũ eius accipiat alter.
Fiant filij eius orphani: & vxor eius vidua.
Mutantes transferantur filij eius, & mendicent: et eiciantur de habitationibus suis.
Scrutetur fœnerator omnem substantiam eius: & diripiãt alieni labores eius.
Non sit illi adiutor: nec sit, qui misereatur pupillis eius.
Fiant nati eius in interitum: in generatione vna deleatur nomen eius.
In memoriã redeat iniquitas patrum eius in cõspectu Dñi: & peccatũ matris eius non deleatur.
Fiant contra Dñm semper, et dispereat de terra memoria eorum: pro eo, quod non est recordatus facere misericordiam.
Et persequutus est hominem inopem, & mendicum: & compunctum corde mortificare.
Et dilexit maledictionẽ, & veniet ei: & noluit benedictionem, & elongabitur ab eo.
Et induit maledictionẽ sicut vestimẽtum, & intrauit sicut aqua in interiora eius: & sicut oleum in ossibus eius.
Fiat ei sicut vestimentũ quo operitur: & sicut zona qua semper præcingitur.
Hoc opus eorum qui detrahunt mihi apud Dñm: & qui loquuntur mala aduersus animam meam.
Et tu Dñe, Domine, fac mecũ propter nomen tuũ: quia suauis est misericordia tua.
Libera me, quia egenus, & pauper ego sum: et cor meum conturbatũ est intra me.
Sicut vmbra cum declinat,

nat,ablatus sum: ꝛ excussus sum sicut locusta.

Genua mea infirmata sũt a ieiunio: et caro mea immutata est ꝓpter oleũ.

Et ego factus sum oppꝛobrium illis: viderunt me,ꝛ mouerunt capita sua.

Adiuua me domine Deus meus: saluum me fac, secundũ misericordiã tuã.

Et sciãt,quia manus tua hęc:ꝛ tu Dñe fecisti eam.

Maledicent illi, et tu benedices: qui insurgunt in me,confundantur:seruus autem tuus lętabitur.

Induãtur, qui detrahũt mihi,pudoꝛe: ꝛ operiãtur sicut diploide confusione sua.

Confiteboꝛ Dño nimis in oꝛe meo: ꝛ i medio multoꝛum laudabo eum.

Quia astitit a dextꝛis pauperis:vt saluam faceret a persequentibus animam meam.

Gloꝛia. Sicut. ꝛc. Ant. Confiteboꝛ Dño nimis in ore meo:ꝛ in medio multoꝛum laudabo eum. ℣. Dñe exaudi oꝛationem meam. ℟. Et clamoꝛ meus ad te veniat. ℣. Fiat misericordia tua Dñe super nos. ℟. Quemadmodum speꝛauimus in te.

℣ Ad Laudes. Ant. Benigne fac in bona voluntate tua Dñe. Pſ. Miserere mei. fol.21. Ant. Bonum est.

Psalmus. xci.

Bonum est cõfiteri Domino:ꝛ psallere nomini tuo Altissime.

Ad annunciandum mane misericoꝛdiam tuam,ꝛ veritatem tuam per noctẽ.

In decachoꝛdo psalterio:cũ cantico,in cithara.

Quia delectasti me Dñe in factura tua:ꝛ in operibus manuum tuarum exultabo.

Quam magnificata sunt opera tua Dñe: nimis ꝓfunde facte sunt cogitationes tuę.

Vir insipiens non cognoscet, ꝛ stultus non intelliget hęc.

Cum exoꝛti fuerint peccatoꝛes sicut fœnum:ꝛ apparuerint omnes qui operantur iniquitatem.

Vt intereant in sęculum sęculi:tu autem altissimus in ęternum Domine.

Quoniã ecce inimici tui Dñe, qm̃ ecce inimici tui peribũt: ꝛ dispergent oẽs qui operantur iniquitatẽ.

Et ex-

Et exaltabitur, sicut vnicornis cornu meum: & senectus mea in misericordia vberi.

Et despexit oculus meus inimicos meos: et insurgentibus in me malignantibus audiet auris mea.

Iustus vt palma florebit: sicut cedrus Libani multiplicabitur.

Plantati in domo Dñi, in atrijs domus Dei nostri florebunt.

Adhuc multiplicabuntur in senecta vberi: & bene patientes erunt: vt annuncient.

Quoniã rectus dominus Deus noster: & non est iniquitas in eo.

Gloria. &c. Sicut. Alla. Bonũ est confiteri Dño. Alla. Metuant Dñm omnes fines terre. Psal. Deus, Deus. fol. 10. Alla. Et in seruis.

Canticum Moysi.

Deut. 32

AUdite cęli quę loquor: & audiat terra verba oris mei.

Concrescat in pluuiam doctrina mea: fluat vt ros eloquium meum.

Quasi imber super herbã, & quasi stillę super gramina: quia nomen Domini inuocabo.

Date magnificentiã Deo nostro, Dei perfecta sũt opera: & oẽs vię eius iudicia.

Deus fidelis & absq; vlla iniquitate, iustus & rectus: peccauerunt ei & non filij eius in sordibus.

Generatio praua atque peruersa: Hęccine reddis Domino, popule stulte et insipiens?

Numquid non ipse est pater tuus, qui possedit te, & fecit, & creauit te?

Memento dierum antiquorum: cogita generationes singulas.

Interroga patrem tuũ, & annunciabit tibi: maiores tuos, & dicent tibi.

Quando diuidebat Altissimus gentes: quando separabat filios Adam.

Constituit terminos populorum: iuxta numerum filiorum Israẽl.

Pars autem Dñi populus eius: Jacob funiculus hęreditatis eius.

Inuenit eum in terra deserta: in loco horroris, et vastę solitudinis.

Circunduxit eum & docuit: & custodiuit quasi pupillam oculi sui.

Sicut aquila prouocãs ad volandũ pullos suos: & su-

& super eos volitans.
Expandit alas suas, et assumpsit eum: atque portauit in humeris suis.
Dominus solus dux eius fuit: et non erat cum eo Deus alienus.
Constituit eum super excelsam terram: vt comederet fructus agrorum.
Et suggeret mel de petra, oleumque de saxo durissimo.
Butyr de armento et lac de ouib⁹ cū adipe agnor: & arietum filior Basan.
Et hircos cum medulla tritici: & sanguinem vuę biberet meracissimum.
Incrassatus est dilectus, & recalcitrauit: incrassat⁹, impinguatus, dilatatus.
Dereliquit Deum factorem suū: & recessit a Deo salutari suo.
Prouocauerunt eum in diis alienis: & in abominationibus ad iracundiam concitauerunt.
Immolauerūt dęmoniis, & non Deo: diis quos ignorabant.
Noui, recentesque venerunt: quos non coluerunt patres eorum.
De eum qui te genuit dereliquisti: & oblitus es Domini creatoris tui.
Vidit Dns, & ad iracundiam concitatus est: quia prouocauerunt eum filii sui, & filię.
Et ait, Abscondam faciē meam ab eis: & considerabo nouissima eorum.
Generatio enim peruersa est: & infideles filii.
Ipsi me puocauerunt in eo qui nō erat Deus: & irritauerūt in vanitatib⁹ suis.
Et ego puocabo eos in eo qui nō est populus: & in gēte stulta irritabo illos.
Ignis succensus est in furore meo: & ardebit vsque ad inferni nouissima.
Deuorabitque terram cū germine suo: et montium fundamenta comburet.
Congregabo super eos mala, & sagittas meas cōplebo in eis.
Consumentur fame: et deuorabūt eos aues morsu amarissimo.
Dentes bestiarū immittam in eos: cū furore trahentium super terram atque serpentium.
Foris vastabit eos gladius, & intus pauor: iuuenem simul ac virginem, lactentem, cū homine sene.
Et dixi, Vbi nā sunt? cessare faciam ex hominibus

memo-

memoriam eorum.
Sed propter iram inimi corum distuli: ne forte superbirent hostes eorum.
Et dicerēt, Manus nra excelsa: et non Dñs fecit hęc omnia.
Gens absq; cōsilio est, et sine prudentia: vtinam saperent, & intelligerēt, atq; nouissima prouiderent.
Quomodo persequebatur vnus mille: & duo fugarent decem millia?
Nonne ideo, quia Deus suus vendidit eos: & Dñs conclusit illos?
Non enim est Deus noster vt dij eorum: & inimici nostri sunt iudices.
De vinea Sodomorum, vinea eorum: & de suburbanis Gomorrhę.
Vua eorum vua fellis: et botrus amaritsimus.
Fel draconum vinū eorum: & venenum aspidum insanabile.
Nonne hęc condita sunt apud me: & signata in thesauris meis?
Mea est vltio, & ego retribuam eis in tempore: vt labatur pes eorum.
Iuxta est dies perditionis: & adesse festinant tempora.
Iudicabit Dominus populū suum, & in seruis suis miserebitur.
Videbit quod infirmata sit manus: & clausi quoq; defecerunt: reliquiq; consumpti sunt.
Et dicēt, Vbi sunt dij eorum, in quibus habebant fiduciam?
De quorum victimis comedebant adipes, & bibebant vinum libaminum.
Surgant, & opitulentur vobis: & in necessitate vos protegant.
Videte quod ego sim solus, & non sit alius Deus præter me.
Ego occidam, & ego viuere faciam: percutiam, et ego sanabo: et non est qui de manu mea possit eruere.
Leuabo ad cęlum manū meam, & dicam: Viuo ego in ęternum.
Si acuero vt fulgur gladium meum: & arripuerit iudicium manus mea.
Reddam vltionem hostibus meis: et his qui oderunt me retribuam.
Inebriabo sagittas meas sanguine: & gladius meus deuorabit carnes.
De cruore occisorum: et de captiuitate nudati inimicorum

micorum capitis.
Laudate gentes populum eius: quia sanguinē seruoꝝ suoꝝ vlciscetur.
Et vindictam tribuet in hostes eoꝝ: et propitius erit terrę populi sui.
Gloria. ℣. sicut. ꝛc. Ańs. Et in seruis suis Dñs miserebitur. Ańa. In cymbalis benesonātib⁹ laudate Deū. Psal. Laudate. fol. 11. Capl. Hoꝝ przcessit. fol. 22. Hymnus.

AUroꝛa iam spargit polum.
Terris dies illabitur:
Lucis resultat spiculum:
Discedat omne lubricū.
Hāta sma noctis, ōcidat,
Mentis reatus subruat:
Quicquid tenebꝛis hoꝛridum
Hoꝛ attulit culpę: cadat.
Ut mane illud vltimum,
Quod pstolamur cernui:
In lucem nobis effluat
Dū hoc canoꝛe cōcrepat.
Xęsta Pater. ꝛc. ℣. In maturinis Dñe meditaboꝛ in te. vt sup. fol 84. Ad Benedic. Ańa In viam pacis dirige nos Dñe. Ad Benedict⁹ Domin⁹. fol. 12.

Oratio de Dominica currente. Psal. cxvij.

COnfitemini Domino quoniam bonus: quoniam in sęculū misericoꝛdia eius.
Dicat nunc Jsrael quoniam bonus: quoniam in sęculū misericoꝛdia eius.
Dicat nunc domus Aaron: quoniam in sęculum misericoꝛdia eius.
Dicant nunc omnes qui timent Dñm: quoniam in sęculū misericoꝛdia eius.
De tribulatione inuocaui Dñm: et exaudiuit me in latitudine Dñs.
Dominus mihi adiutoꝛ: nō timebo quid faciat mihi homo.
Dñs mihi adiutoꝛ: ꝛ ego despiciā inimicos meos.
Bonum est confidere in Dño: quam confidere in homine.
Bonū est sperare in Domino: q̄ sperare in pꝛincipibus.
Omnes gentes circuierunt me: ꝛ in nomine Dñi, quia vltus sum in eos.
Circundantes circundederūt me: ꝛ i nomine Dñi quia vltus sum in eos.
Circundederūt me sicut apes: et exarserunt sicut ignis in spinis: ꝛ in nomine Domini quia vltus sū in eos.

Impulsus eversus sū, vt caderē, et Dñs suscepit me.
Fortitudo mea et laus mea Dñs: et factus est mihi in salutem.
Vox exultatiōis, et salutis: in tabernaculis iustoꝝ.
Dextera Dñi fecit virtutē, dextera Dñi exaltauit me: dextera Domini fecit virtutem.
Non moriar sed viuam: et narrabo opera Dñi.
Castigans castigauit me Dominus: et morti nō tradidit me.
Aperite mihi portas iustitię, ingressus in eas cōfitebor Dño: hęc porta Dñi iusti intrabunt in eam.
Cōfitebor tibi quoniam exaudisti me: et factus es mihi in salutem.
Lapidem, quem reprobauerunt ędificantes: hic factus est in caput anguli.
A Dño factum est istud, et est mirabile in oculis nr̄is.
Hęc est dies quam fecit Dominus: exultemus, et lętemur in ea.
O Dñe saluum me fac: o Domine bene prosperare: benedictus qui venit in nomine Domini.
Benedixmus vobis ꝺ domo Domini: Deus dominus, et illuxit nobis.
Constituite diem solennem in condensis: vsque ad cornu altaris.
Deus meus es tu, et confitebor tibi: Deus meus es tu, et exaltabo te.
Confitebor tibi, quoniā exaudisti me: et factus es mihi in salutem.
Confitemini Dño, quoniā bonus: qm̄ in sęculum misericordia eius.
Gloria. Sicut erat. ꝛc.

℣ Ad Primam. Hymn⁹.

TAm lucis orto sydere:
Deū precemr̄ supplices:
Vt in diurnis actibus,
Nos seruet a nocētibus.
Vinguā refrēnā, tēperet,
Ne litis horror insonet,
Visum fouendo cōtegat:
Ne vanitates hauriat.
Sint pura cordis intima:
Absistat et vecordia,
Carnis terat superbiam:
Potus, cibiq; parcitas.
Vt cum dies abscesserit:
Noctemq; fors reduxerit
Mundi per abstinentiam
Ipsi canamus gloriam.
Deo Patri sit gloria
Eiusq; soli Filio
Cum Spiritu paracleto
In sēpiterna sęcula. Amē.

℣ Dñs regit me et nihil mihi deerit in loco pascue ibi me

me collocauit. Hec Dña dicitur a Dñica Dñe ne in ira tua. In diebus Dñicis vsque ad Septuagesimã exclusiue. Dña. Gloria per pes honor tibi sit o trina potestas, laus ingis, & virtꝰ eadem, commune tropheũ personet hec concors heroum cõcentus in euũ. Dicitur hec Dña a Dnica. Deus omnium. in diebus Dnicis vsque ad aductum Dñi, vbi propria non assignantur. Dña in feriis. Beati qui ambulant in vijs tuis Dñe.

Psalmus. liij.

DEus in nomine tuo saluũ me fac et i virtute tua iudica me.

Deus exaudi orationem meã: auribus percipe verba oris mei.

Quoniam alieni insurrexerũt aduersum me: & fortes quęsierũt animã meã, & non proposuerunt Deũ ante conspectum suum.

Ecce enim Deus adiuuat me: et Dñs susceptor est animę meę.

Auerte mala inimicis meis: & in veritate tua disperde illos.

Uolũtarie sacrificabo tibi, & cõfitebor nomini tuo Dñe: quoniam bonũ est.

Quoniam ex omni tribulatione eripuisti me: & super inimicos meos despexit oculus meus.

Gloria. Psal. cxviij.

Beati immaculati in via: qui ambulant in lege Domini.

Beati qui scrutantur testimonia eius: in toto corde exquirunt eum.

Non enim qui operãtur iniquitatem: in vijs eius ambulauerunt.

Tu mandasti: mandata tua custodiri nimis.

Utinam dirigantur vię meę ad custodiendas iustificationes tuas.

Tunc non confundar: cũ perspexero in omnibꝰ mãdatis tuis.

Confitebor tibi in directione cordis: in eo quod didici iudicia iustitię tuę.

Iustificationes tuas custodiam: non me derelinquas vsquequaque.

In quo corrigit adolescẽtior viam suam? in custodiendo sermones tuos.

In toto corde meo exquisiui te: ne repellas me a mandatis tuis.

In corde meo abscondi

eloquia tua: vt non peccem tibi.
Benedictus es Dñe: doce me iustificatiões tuas.
In labijs meis pronunciaui, oia iudicia oris tui.
In via testimonioꝝ tuorum delectatus sum: sicut in omnibus diuitijs.
In mandatis tuis exercebor: & considerabo vias tuas.
In iustificationibus tuis meditabor: nõ obliuiscar sermones tuos.
℣ Gloria Ex psal. cxviij.
RETribue seruo tuo viuifica me: & custodiam sermones tuos.
Reuela oculos meos: et considerabo mirabilia de lege tua.
Incola ego sum in terra: non abscondas a me mandata tua.
Concupiuit anima mea desiderare iustificationes tuas: in omni tempore.
Increpasti superbos: maledicti qui declinãt a mãdatis tuis.
Rufer a me oppꝛobꝛiũ, & contemptũ: quia testimonia tua exquisiui.
Etenim sederunt pꝛincipes & aduersũ me loquebantur: seruus autẽ tuus exercebatur in iustificationibus tuis.
Nã & testimonia tua meditatio mea est: & consiliũ meum iustificationes tuę.
Adhęsit pauimento anima mea: viuifica me secundum verbum tuum.
Vias meas enunciaui, & exaudisti me: doce me iustificationes tuas.
Viam iustificationũ tuarum instrue me: & exercebor in mirabilibus tuis.
Dormitauit anima mea pꝛę tędio: confirma me in verbis tuis.
Viam iniquitatis amoue a me: et de lege tua miserere mei.
Viam veritatis elegi: iudicia tua nõ sum oblitus.
Adhęsi testimonijs tuis Dñe: noli me confundere.
Viam mãdatoꝝ tuoꝝ cucurri: cũ dilatasti cor meũ.
℣ Gloria Patri. Sicut.

Symbolum Athanasij.

QUicunque vult saluus esse: ante omnia opus est, vt teneat Catholicam fidem.
Quam nisi quisque integram, inuiolatamque seruauerit: absque dubio in ęternum peribit.
Fides autem Catholica

hęc est

hęc est, vt vnum Deum in trinitate: & trinitatem in vnitate veneremur.

Neque cõfundentes personas: neque substantiam separantes.

Alia est enim persona Patris, alia Filij: alia Spiritus sancti.

Sed Patris, et Filij, et Spiritus sancti: vna est diuinitas, æqualis gloria, coæterna maiestas.

Qualis Pater, talis Filius: talis Spiritus sanctus.

Increatus Pater, increatus Filius, increatus Spiritus sanctus.

Immensus Pater, immensus Filius: immensus Spiritus sanctus.

Æternus Pater, æternus Filius, æternus Spiritus sanctus.

Et tamen non tres æterni: sed vnus æternus.

Sicut non tres increati, nec tres immẽsi: sed vnus increatus, & vnus immẽsus.

Similiter õnipotẽs Pater, omnipotens Filius: omnipotẽs Spiritus sanctus.

Et tamen nõ tres omnipotentes: sed vnus omnipotens.

Ita Deus Pater, Deus Filius: Deus Spiritus sanctus.

Et tamen non tres Dij: sed vnus est Deus.

Ita dñs Pater, dñs Filius: dñs Spiritus sanctus.

Et tamen non tres Dñi: sed vnus est Dñs.

Quia sicut singillatim vnã quamque personam Deũ ac Dñm confiteri Christiana veritate compellimur: ita tres deos aut dominos dicere Catholica religione prohibemur.

Pater a nullo est factus: nec creatus, nec genitus.

Filius a Patre solo est, non factus, nec creatus: sed genitus.

Spiritus sanctus a Patre, et Filio: non factus, nec creatus, nec genitus: sed procedens.

Unus ergo Pater, non tres Patres: vnus Filius, non tres Filij: vnus Spiritus sanctus, nõ tres Spiritus sancti.

Et in hac trinitate nihil prius aut posterius: nihil maius, aut minus: sed totæ tres personæ coæternæ sibi sunt, & coæquales.

Ita vt per omnia, sicut iam supradictum est: & vnitas in trinitate, & Trini

tas i vnitate veneranda sit.
Q ui vult ergo saluus esse, ita de Trinitate sentiat.
Sed necessarium est ad eternam salutem: vt incarnationem quoq; Domini nostri Iesu Christi fideliter credat.
Est ergo fides recta vt credamus, & confiteamur: quia Dominus noster Iesus Christus Dei filius, Deus & homo est.
Deus est ex substantia Patris, ante secula genitus: et homo est ex substantia Matris in seculo natus.
Perfectus Deus, perfectus homo: ex anima rationali, et humana carne subsistens.
Q qualis Patri secundum diuinitatem: minor Patre secundum humanitatem.
Q ui licet Deus sit & homo: non duo tamen, sed vnus est Christus.
Vnus autem non conuersione diuinitatis in carnem: sed assumptione humanitatis in Deum.
Vnus omnino, non confusione substantię: sed vnitate personę.
Nam sicut anima rationalis, & caro vnus est homo: ita Deus & homo vnus est Christus.
Q ui passus est pro salute nostra, descendit ad inferos: tertia die resurrexit a mortuis.
Ascendit ad celos, sedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis: inde venturus est iudicare viuos, & mortuos.
A cuius aduentum, omnes homines resurgere habent, cum corporibus suis: & reddituri sunt de factis propriis rationem.
Et qui bona egerunt, ibunt in vitam eternam: qui vero mala in ignem eternum.
Hec est fides Catholica, quam nisi quisque fideliter, firmiterque crediderit: saluus esse non poterit.
Gloria. Sicut erat. &c.
℣ In Dominicis diebus & festiuis. Capit.

℟ Egi autem seculorum immortali, inuisibili, soli Deo honor, & gloria: in secula seculorum. Amen. 1. Ti. mo. 1

℣ Deo gratias. ℟ Christe Iesu fili Dei viui. ℣ Miserere nobis. ℟ Qui sedes ad dexteram patris. ℣ Miserere. ℟ Sta patri. ℣ Christe. ℟ Exurge Domine adiua nos. ℣ Et libera nos propter nomen tuum. ℟ In Dnicis diebus & festis. Dño.

IN hac hora huius diei quęsumus Domine, tua nos reple misericordia, vt per totum diem exultantes in tuis laudibus iugiter delectemur. Per Dominum. ℣. Dñs vobiscum. ℟. Et cũ spiritu tuo. ℣. Benedicamus. ℟. Deo gratias. ℣. Preciosa in conspectu Dñi. ℟. Mors sanctorum eius. Oratio.

SAncta Maria, & omnes sancti Dei intercedant pro nobis ad dñm Deum nostrũ: vt nos mereamur ab eo adiuuari, & saluari: qui in Trinitate perfecta viuit et regnat Deus per omnia sęcula sęculorum. Amen.

℟. yrie eleison. Christe eleison. ℟. yrie eleisõ. Pater noster. Et ne nos. ℣. Respice in seruos tuos, & in opa tua Dñe: & dirige filios eorum. ℟. Sit splendor dñi Dei nostri super nos, & opera manuum nostrarũ dirige. Oratio Patri. ℣. Sit nomen Dñi. ℟. Ex hoc. Benedica. Deo gratias. Pro fidelibus defunctis. Requiẽ eternam. Et lux. Pater nr̃. Et ne nos. Oratio. Deus cui proprium est. Deus venię largitor. Fidelium. vt in offi. defunctor, cũ requiescãt in pace. ℣. Et veniat super nos mia tua Dñe. ℟. Salutare tuũ & eloquiũ tuũ. Oratio

ACtiones nr̃as quęsumus Dñe aspirãdo pręueni: & adiuuando pse quere: vt cũcta nr̃a oratio & operatio a te semper incipiat, & per te cępta finiatur. Saluator mũdi salua nos: redẽptor mũdi adiua nos: libera nos: defende nos: qui in trinitate pfecta viuis & regnas Deus. Per oia sęcula sęculor. ℟. Amẽ. Dies & actus nr̃os in sua pace disponat Dñs omnipotẽs. Amen.

Hoc modo dicit Preciosa. in diebus Dñicis, & festiuis. In diebus ferialibus Quadragesimę tẽpus. Ad Primam. Capitm. Pacẽ & veritatẽ diligite: ait Dñs omnipotẽs. ℟. Deo. ℟. Christe Jesu. vt sup. ℣. Exurge Domine. vt supra. Preces yriel. ter. Christel. ter yriel. ter. Pater nr̃. ℣. Et ne. ℟. Sed libe. ℣. Tibi uet anima mea & laudabit te ℟. Et iudicia tua adiuuabũt me. ℣. Errani sicut ouis q̃ perierat. ℟. Require seruũ tuũ Dñe: quia mãdator tuorum nõ sum oblit. Credo in deũ.

Zach. ca. 8.

totum sub silentio vsque ad. ℟. Carnis resurrectionē. ℟. Vitam eternā amen. ℣. Et ego ad te Dñe clamabo. ℟. Et mane oratio mea preueniet te. ℣. Repleatur os meum laude tua. ℟. Ut possim cantare gloriam tuam: tota die magnificentias tuas. ℣. Dñe auerte faciem tuam a peccatis meis. ℟. Et oēs iniquitates meas dele. ℣. Cor mundum crea in me Deus. ℟. Spiritum rectum innoua in visceribus meis. ℣. Ne proijcias me a facie tua. ℟. Spiritum sanctum tuum ne auferas a me. ℣. Redde mihi letitiam salutaris tui. ℟. Et spiritu principali confirma me. ℣. Eripe me Dñe ab homine malo. ℟. A viro iniquo libera me. ℣. Et eripe me de inimicis meis Deus meus. ℟. Et ab insurgentibus in me libera me. ℣. Et eripe me de operantibus iniquitatē. ℟. Et de viris sanguinū saluame. ℣. Sic psalmū dicam nomini tuo Deꝰ in secula. ℟. Ut reddam vota mea de die in diem. ℣. Exaudi nos Deus saluaris noster. ℟. Spes omnium finiū terre & in mari longe. ℣. Deus in adiutorium meū intende. ℟. Dñe ad adiuuandū me festina. ℣. Sanctus Deus, Sanctus fortis: Sanctus & immortalis. ℟. Agnus Dei qui tollis peccata mundi, miserere nobis. ℣. Benedic anima mea Dño. ℟. Et omnia interiora mea nomini sancto eius. ℣. Benedic anima mea Dño. ℟. Et noli obliuisci omnes retributiones eius. ℣. Qui propitiatur omnib⁹ iniquitatibus tuis. ℟. Qui sanat omnes lāguores tuos. ℣. Qui redimit de interitu vitam tuam. ℟. Qui satiat in bonis desiderium tuū. ℣. Qui coronat te in miseratione, & misericordia. ℟. Et renouabitur sicut aquila iuuē tus tua. ¶ Dicatur confessio. Cōfiteor Deo. ꝛc. cum absolutione. ℣. Conuerte nos Deꝰ salutaris noster. ℟. Et auerte irā tuam a nobis. ℣. Dignare Dñe die isto. ℟. Sine peccato nos custodire. ℣. Dñe exaudi orationē meā. ℟. Et clamor meus ad te veniat. Psal. Miserere mei Deus. fol. 21. cum Gloria Patri. ℣. Dñe Deus virtutum conuerte nos. ℟. Ostende faciem tuam et salui erimus. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

In dieb⁹ ferialib⁹. Ofo. Omine De⁹ Pater omnipotēs, qui nos ad principium huius diei peruenire fecisti, tua nos hodie salua virtute, r̄ p̄ręsta: vt in hac die ad nullū declinemus peccatū: nec vllum incurramus periculum: sed semper ad tuam iustitiam faciendam nostra procedant eloquia: dirigantur cogitationes, et opera. Per Dñm nostrum. ℣. Dñs vobiscū. ℟. Et cum spiritu tuo. ℣. Benedicamus Dño. ℟. Deo gratias. C Psalmi pnitentiales. Añs. Uiuo ego dicit Dñs: nolo mortem peccatoris: sed vt conuertatur r̄ viuat. Ps̄. Dñe ne in furore. fol. 3. Psal. Beati quorum remissę. fol. 17. Ps̄. Dñe ne in furore. ij. fol. 20. Psal. Miserere mei Deus. fol. 21. Psal. Dñe exaudi orationem. j. fol. 49. Ps̄. De profundis. fol. 72. Ps̄. Dñe exaudi oratione. ij. fol. 47.

Litania.

Pyrie eleisō. C hriste eleisō. Ꝛ pyrie eleisō.
C hriste audi nos.
C hriste exaudi nos.
C hriste parce pcis nris.
P ater de celis Deus, Miserere nobis.
H ili redēptor mūdi De⁹. Miserere nobis.
S piritus sancte Deus, Miserere nobis.
S ācta trinitas vn⁹ De⁹, Miserere nobis.
S ancte sanctor̄ Deus, Miserere nobis.
S ancta Maria ora pro nobis.
S ācta Dei genitrix. ora
S ancta Virgo virginū. ora pro nobis.
S ancte Michaēl. ora
S ancte Gabriel. ora
S ancte Raphaēl. ora
O mnes sancti Angeli et Archāgeli Dei. orate.
O mnes sancti beatorum spirituū ordines. orate.
S ancte Joannes Baptista. ora pro nobis
O mnes sancti Patriarchę r̄ Prophetę. orate.
S ancte Petre. ora
S ancte Paule. ora
S ancte Andrea. ora
S ancte Jacobe. ora
S ancte Joannes. ora
S ancte Jacobe. ora
S ancte Philippe. ora
S ancte Thoma. ora
S ācte Bartholemęe. ora
S ancte Matthęe. ora
S ancte Simon. ora

Sancte Thadee. ora
Sancte Mathia. ora
Sancte Barnaba. ora
Sancte Luca. ora
Sancte Marce. ora
O mnes sancti Apostoli ⁊ Euangeliste. orate.
O mnes sancti Discipuli Domini. orate pro.
O mnes sancti Innocentes. orate pro nobis.
Sancte Stephane. ora
Sancte Laurenti. ora
Sancte Vincenti. ora
Sancte Fabiane. ora
Sancte Sebastiane. ora
Sancti Joannes ⁊ Paule. orate pro nobis.
Sancti Cosma ⁊ Damiane. orate pro nobis.
Sancti Gerualsi ⁊ Prothasi. orate pro nobis.
Sancte Syluester ⁊ Lucuphate. orate.
O mnes sancti Martyres Dei. orate pro nobis
Sancte Syluester. ora
Sancte Gregori. ora
Sancte Augustine. ora
Sancte Ambrosi. ora
Sancte Hieronyme. ora
Sancte Martine. ora
Sancte Nicolae. ora
Sancte Fructuose. ora
Sancte Illefonse. ora
O mnes sancti Pontifices ⁊ Confessores Dei. orate.
O mnes sancti Doctores. orate pro nobis.
Sancte Antoni. ora
Sancte Benedicte. ora
Sancte Francisce. ora
Sancte Dominice. ora
Sancte Bernarde. ora
O mnes sancti Monachi ⁊ Eremite. orate.
O mnes sancti Sacerdotes ⁊ Leuite. orate.
Sancta Anna. ora
Sancta Maria Magdalena. ora pro nobis.
Sancta Maria Salome. ora pro nobis.
Sancta Agnes. ora
Sancta Lucia. ora
Sancta Cecilia. ora
Sancta Agatha. ora
Sancta Catherina. ora
Sancta Susanna. ora
Sancta Eulalia. ora
Sancta Barbara. ora
O mnes sancte Virgines ⁊ Vidue. orate.
O es sancti ⁊ sancte Dei. Intercedite pro nobis.
℣ Propitius esto. Parce nobis Domine.
℣ Propitius esto. Exaudi nos Dñe.
℟ b omni malo. Libera nos Domine.
℟ b omni peccato. Libera nos Domine.
℟ b ira tua. Lib. nos Dñe

℟ subitanea ℣ improuisa morte. Libera nos Dñe
℟ b insidijs Diaboli. Lib.
℟ b ira, odio, ℣ omni mala voluntate. Libera.
℟ spiritu fornicationis. Libera nos Dñe.
℟ fulgure et tempestate. Libera nos Dñe.
℟ morte perpetua. Libe.
℣ er mysterium sancte incarnationis tue. Libe.
℣ er aduentū tuū. Libe.
℣ er natiuitatem tuam. Libera nos Dñe.
℣ er baptismum ℣ sanctū ieiunium tuū. Libera.
℣ er crucem ℣ passionem tuam. Libera nos Dñe.
℣ er mortem ℣ sepulturā tuam. Libera nos.
℣ er sanctam resurrectionem tuam. Libera.
℣ er admirabilem ascensionem tuam. Libera.
℣ er aduentum Spiritus sancti paracleti. Libe.
℣ n die iudicij. Libera.
℣ eccatores Te rogamus audi nos.
℟ t nobis parcas. Te ro.
℟ t nob̄ indulgeas. Te.
℟ t ad verā pēnitētiā nos ꝓducere digneris. Te.
℟ t ecclesiam tuam sanctam regere ℣ cōseruare digneris. Te roga.
℟ t donum apostolicum ℣ oēs ecclesiasticos ordines in sācta religione cōseruare digneris. Te.
℟ t inimicos sancte eccl̄ie humiliare digneris. Te.
℟ t regib⁹ ℣ principibus Christianis pacem ℣ veram concordiam donare digneris. Te roga.
℟ t cuncto populo Christiano pacem ℣ vnitatē largiri digneris. Te.
℟ t nosmetipsos in tuo sācto seruitio cōfortare, ℣ cōseruare digneris. Te.
℟ t mētes nras ad cēlestia desyderia erigas. Te.
℟ t omnib⁹ benefactoribus nostris sempiterna bona retribuas.
℟ t animas nostras, fratrum, propinquorum et benefactorum nostrorꝫ ab ēterna damnatione eripias. Te rogamus.
℟ t fructꝰ terrę dare ℣ cō seruare digneris. Te.
℟ t omnib⁹ fidelibus defunctis requiē ēternam donare digneris. Te.
℟ t nos exaudiri digneris. Te rogamus audi.
℟ ili Dei. iij. Te roga.
℟ gnꝰ Dei, qui tollis pec cata mundi. Parce nobis Domine.

℟ gnus

Agnꝰ Dei qui tollis peccata mundi: Exaudi nos Domine.

Agnꝰ Dei qui tollis peccata mundi: Miserere nobis.

Christe audi nos. Christe exaudi nos. Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster. Et ne nos. ℟. Sed libera. ℣. Et veniat super nos misericordia tua Dñe. ℟. Salutare tuum, & eloquium tuum. ℣. Esto nobis Dñe turris fortitudinis. ℟. A facie inimici & persequentis. ℣. Memor esto cõgregationis tue. ℟. Quam creasti ab initio. ℣. Dñe ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarũ. ℟. Cito anticipent nos misericordie tue, quia pauperes facti sumꝰ nimis. ℣. Adiuua nos Deus salutaris noster. ℟. Et propter gloriã nominis tui Dñe libera nos, & propitius esto peccatis nostris, ꝓpter nomen tuũ. ℣. Fiat misericordia tua Domine sup nos. ℟. Quemadmodũ speranimus in te. ℣. Sacerdotes tui induantur iustitia. ℟. Et sancti tui exultent. ℣. Oremus pro pastore nostro. ℟. Dñs conseruet eum & viuificet eum, & beatum faciat eum. ℣. Dñe saluum fac regem. ℟. Et exaudi nos in quacunque die inuocauerimus te. ℣. Saluum fac populum tuum Dñe, et benedic hereditati tue. ℟. Et rege eos & extolle illos vsq; in eternum. ℣. Fiat pax in virtute tua. ℟. Et abundantia in turribus tuis. ℣. Oremus pro fidelibus defunctis, & benefactoribus nostris. ℟. Requiem eternã dona eis Domine, & lux perpetua luceat eis. ℣. Requiescãt in pace. ℟. Amen. ℣. Pro fratribus nostris absentibus. ℟. Saluos fac seruos tuos, & ancillas tuas, dñe Deus meus sperantes in te. ℣. Pro afflictis & captiuis. ℟. Libera eos Deus Israel ab omnibꝰ angustijs & tribulationibus suis. ℣. Pro fidelibus iter agentibus. ℟. O Dñe saluos eos fac: O Dñe bonꝰ ꝓsperare. ℣. Mitte eis Dñe auxilium de sancto. ℟. Et ỏ Sion tuere eos. ℣. Domine exaudi oratione meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dñs vobiscũ. ℟. Et cũ spiritu tuo. Oratio.

Omnipotẽs sempiterne Deus, qui sitienti populo Israel ỏ petra & deserti

serti fontem aquę viuętis eduxisti: educ quęsumus de cordis nostri duritia, lachrymas cõpunctionis: vt peccata, quę fecim⁹ digne plangere valeamus: remissionẽq; te miserante cõsequi mereamur. Ofo.

DEus qui culpa offẽderis, pœnitẽtia placaris, preces populi tui supplicãtis propitius respice: & flagella tuę iracũdię quę pro peccatis nr̃is meremur auerte. Oratio.

DIe, & exaudibilis dñe Jesu Christe clementiam tuam cum omni supplicatione deposcimus: vt per interuentum, & meritum beatę, & gloriosę, semperq; virginis Marię, omniumq; sanctorum Angelorum, Archangelorũ, Patriarcharũ, Prophetarum, Apostolorum, Euangelistarũ, Martyrum, Confessorum, atq; Virginum, & omnium ciuium supernorũ: Ecclesię tuę sanctę Catholicę, fidem augeas, pacem tribuas, rectoribus nostris, et nobis indulgentiam, & remissionem peccatorum concedas: infirmis salutem, lapsis reparationem, nauigantibus aëris commoditatem, et salutis portum: iter agentibus fidelibus, iter prosperũ indulgeas: tribulatis gaudium, oppressis releuationem, captiuis vinctis, & peregrinis solutionẽ, & ad patrię reuersionem largiaris: actus & voluntates nostras in salutis tuę prosperitate disponas, benefactoribus nostris sempiterna bona retribuas: angelum tuum sanctum nobis hic & vbiq; custodem, & defensorem constituas, mutuã discordantibus charitatẽ, infidelibus veram fidem, et defunctis fidelibus requiem propitius donare digneris æternam. Qui cũ Patre, & Spiritu sancto viuis & regnas Deꝰ. Per oĩa sęcula sęculorũ. Amẽ.

℣n dieb⁹ ferialib⁹ Quadragesimę tãtũ. Preciosa. Preciosa in conspectu Dñi. ℟. Mors sanctorum eius.

SAncta Maria, et omnes sancti Dei intercedant pro nobis ad dñm Deum nostrũ: vt nos digne mereamur ab eo adiuuari et saluari, qui in trinitate perfecta viuit et regnat Deus per omnia

omnia secula seculoꝝ. Amē. ℣. Deus in adiutoriū meum intende. ℟. Dñe ad adiuuandum me festina. Et dicatur ter, & in fine. Gloria Pat. ℣. Sicut erat. ℟. Hyeleyson. Alleluia. Hyeleyson. Pater noster. Et ne nos. ℣. Sed libera nos. Oratio.

DIrigere & sanctificare dignare Dñe sancte pater omnipotēs eterne Deus hodie qñs, cordā, et corpora nra, sensus atq; sermones nostros: in lege tua, & in via tua, et in omnibus operibus mandatoꝝ tuoꝝ: ad dirigēdos pedes nostros in viam pacis: vt nunc et in eternum te auxiliante semper sani & salui, liberi, atq; redēpti, esse mereamur. Saluatoꝛ mundi salua nos, Redemptoꝛ mundi adiuua nos, libera nos, defende nos, qui in trinitate perfecta viuis & regnas Deus per omnia secula seculoꝝ. ℟. Amē. ℣. Adiutorium nostrū in nomine Dñi. ℟. Qui fecit celum & terram. ℣. Sit nomen Dñi benedictū. ℟. Ex hoc nunc & vsq; in seculū. ℣. Benedicamus Dño. ℟. Deo gratias. Dies & actus nros in sua pace disponat omnipotēs pater plus & misericors Dominus. Amen.

¶ Ad Tertiā. Hymnus.

NUnc sancte nobis Spiritus
Unum Patri cū Filio.
Dignare prōptus ingeri
Nostro refusus pectori.
Os, lingua, mens, sensus, vigoꝛ,
Confessione personent:
Flāmescat igne charitas:
Accēdat ardoꝛ proximos.
Quesita Pater pissime,
Patriq; compar vnice,
Cum Spiritu paracleto
Regnas per omne seculum. Amen.

Ant. Deus charitas est. Hec Ant dicitur in diebꝰ Dñicis, quando propria nō assignatur. ¶ Ant. Da mihi intellectum. & dicitur in diebꝰ feriatis quādo propria non assignatur.

Ex psalm. cxviij.

LEgē pone mihi Dñe, viam iustificationum tuarum: et exquiram eam semper.

Da mihi intellectū & scrutaboꝛ legē tuā: & custodiā illam in toto coꝛde meo.

Deduc me in semita mādato-

datorũ tuorũ: quia ipsam volui.

Inclina cor meum in testimonia tua: & non in auaritiam.

Auerte oculos meos ne videant vanitatem: in via tua viuifica me.

Statue seruo tuo eloquium tuũ: in timore tuo.

Amputa opprobriũ meũ quod suspicatus sum: quia iudicia tua iucunda.

Ecce concupiui mandata tua: in equitate tua viuifica me.

Et veniat super me misericordia tua Domine: salutare tuum secundum eloquium tuum.

Et respondebo exprobrantibus mihi verbum: quia speraui in sermonibus tuis.

Et ne auferas de ore meo verbum veritatis vsquequaque: quia in iudicijs tuis supersperaui,

Et custodiam legem tuã semper: in seculum, & in seculum seculi.

Et ambulabam in latitudine: quia mãdata tua exquisiui.

Et loquebar de testimonijs tuis in conspectu regum: & non confundebar.

Et meditabar in mandatis tuis: quę dilexi.

Et leuaui manus meas ad mandata tua, quę dilexi: & exercebor in iustificationibus tuis.

Gloria. Sicut erat. &c.

Ex psalm. cxviij.

Memor esto verbi tui seruo tuo: in quo mihi spem dedisti.

Hęc me consolata est in humilitate mea: quia eloquium tuũ viuificauit me.

Superbi inique agebant vsquequaque: a lege autẽ tua non declinaui.

Memor fui iudicioꝝ tuorum, a seculo Dñe: & consolatus sum.

Defectio tenuit me, pro peccatoribus derelinquẽtibus legem tuam.

Cantabiles mihi erãt iustificationes tuę: in locõ peregrinationis meę.

Memor fui nocte nominis tui Domine: & custodiui legem tuam.

Hęc facta est mihi: quia iustificationes tuas exquisiui.

Portio mea Dñe, dixi custodire legem tuam.

Deprecatus sum faciem tuam in toto corde meo: miserere mei secundum

elo-

eloquium tuum.

Cogitaui vias meas, et conuerti pedes meos: in testimonia tua.

Paratus sum, & non sum turbatus: vt custodiam mandata tua.

Funes peccatorum circumplexi sunt me: et legē tuam non sum oblitus.

Media nocte surgebam ad confitendum tibi: sup iudicia iustificationis tuę.

Particeps ego sum omnium timentium te: & custodientiū mandata tua.

LEctio quam audiuimus, sancti euangelij, & redemptionis nostrę nobis

nobis semper veneranda primordia predicat: et salutaria semper imitande humilitatis remedia commendat. Nam quia peste superbie attactum genus humanum perierat, decebat, vt medicamentum humilitatis quo sanaretur, prima mox incipientis salutis tempora prætenderent. Et quia per temeritatem seducte mulieris mortem mundum introierat congruum fuit, vt in indicium vite reuertentis; mulieres se deuote humilitatis inuicem, ac pietatis præuenirent obsequijs. Prior ergo nobis beata Dei genitrix ad sublimitatem patrie celestis iter ostendit humilitatis, non minus religionis, quam castitatis exemplo venerabilis. Siquidem gloria virginei, et intemerati corporis, qualis sit vita supernæ ciuitatis ad quam suspiramus, insinuat, vbi nec nubent, nec nubetur, sed sunt sicut angeli Dei in celis, ac virtute mentis eximia, qua ad hanc pertingere debeamus, indicat. Tu autem.

℣ Ad vesperas pro commemoratione. Asia. Oque euenerit.

℣ Sabbatho quatuor temporum.

℣ Lectio sancti euangelij secundum Lucam.

Anno quintodecimo imperij Tiberij Cesaris, procurante Pontio Pilato Judeam, tethrarca aute Galilee Herode, Philippo autem fratre eius tethrarca Ituree, et Trachonitidis regionis, et Lysania Abilene tethrarca, sub principibus sacerdotum Anna, et Caipha. Et reliqua. Cap: 3.

℣ Homilia Beati Gregorij pape.

Redemptoris precursor quo tempore verbum predicationis acceperit, memorato Romane reipublice principe, et Judee regibus designatur, cum dicitur, Anno quito decimo imperij Tyberij Cesaris, procurante Pontio Pilato Judeam, tethrarca autem Galilee Herode, Philippo autem fratre eius tethrarca, Ituree, et Trachonitidis regionis, et Lysania Abilene tethrarca, sub prin-

Sub principibus sacerdotum Anna, et Caipha, factum est verbum Dñi sup Joannē Zacharię filiū in deserto. Quia enim illum predicare veniebat, qui ex Judęa quoscā, et multos ex gentibus redempturus erat, per regem gentium, et principes Judęorum predicationis eius temporis designātur. Quia autem gentilitas colligenda erat, et Judęa pro culpa perfidię dispergēda, ipsa quoq; descriptio terreni principatus ostēdit, quoniam et in Romana republica vn⁹ prefuisse describitur, et in Judęę regno p quartam partem plurimi principabantur. Tu aute.

¶ Dominica quarta Aduentus. Capitulum.

Philip.4. Fratres, Gaudete in Dño semper, iterū dico, gaudete. Modestia vestra nota sit omnib⁹ hominibus. Dñs prope est. ℟. Deo gratias. ℟. Non auferetur. vt infra post. inj. lectio. Hymnus, et ℣. vt in prima dñica Aduentus. Ad Mag. Ańa. O, qualis euenerit. Oratio.

Excita quęsum⁹ Dñe potentiam tuam, et veni, et magna nobis virtute succurre: vt per auxilium gratię tuę quod nostra peccata prepediunt, indulgentia tuę propitiationis acceleret. Qui vivis, et regnas cum Deo Patre, in vnitate.

¶ Nota, quod si ista dñica inciderit in vigilia Natalis Dñi, Jnuitato. erit de vigilia. Cętera autem vsq; ad euangelium erunt de dñica. et ℣. ante euangelii erit de vigilia. Euāgelium cū duabus sequētibus lectionibus ⁊ respōsoriis erunt de vigilia. Et dicitur. Te Deum lauda. et Oratio erit de vigilia. Et dicto Benedicamus: fit cōmemo- de dñica per añam de Benedict. ℣. et orationem. et per totum diē erit officiū de vigilia.

¶ Ad Matuti. Jnuitato. Prope est iam Dñs. p. Venite adorem⁹. psal. Venite exultem⁹. fo. 1. Hymn⁹ vt in prima dominica.

¶ In primo noctur. añę, et psal. vt in psalterio, in pri. vel ij. diuisione prout euenerit. ℣. Ex Sion species decoris eius. vt in prima dominica. Pater noster. Lectio. j.

Cantą-

CAntabo dilecto meo cancicum patruelis mei vineę suę. Vinea facta est dilecto meo in cornu filio olei, et sepiuit eã, et lapides elegit ex illa, ⁊ plantauit vineam electã, ⁊ ędificauit turrim in medio ei⁹, et torcular extruxit in ea, et expectauit vt faceret vuas, ⁊ fecit labruscas. Nunc ergo habitatores Hierusalẽ, et viri Juda, iudicate inter me ⁊ vineam meã. Hęc dicit Dominus. ℟. Canite tuba in Sion, vocate gentes, annũciate populis, et dicite. ℣. Ecce Deus saluator noster. aduenier. ℟. Annunciate in finibus terre, et in insulis que procul sunt. ℣. Ecce Deus. Lectio.iij.

QVid est, quod debui vltra facere vineę meę, et non feci ei? An, q̃ expectaui, vt faceret vuas, ⁊ fecit labruscas? Et nunc ostendã vobis, quid ego faciã vineę meę. Auferam sepem eius, et erit in direptionem. Diruam macerią eius, et erit incõculcationem, ⁊ ponam eã desertam. Nõ putabitur, et non fodietur, et ascendent super eam vepres, ⁊ spinę, et nubibus mandabo, ne pluant super eã imbrem. Hęc dicit Dñs. ℟. Octaua decima die decimi mẽsis ieiunabitis dicit Dominus. ℣. Et mittam vobis saluatorem, et propugnatorem pro vobis, qui vos precedat, et introducat in terrã quam iurauí patribus vr̃is. ℟. Invocabitis me, et ibitis, et adorabitis me, et ego exaudiam vos. ℣. Et mittam. Lectio.iij.

VInea enim Dñi exercituũ, domus Jsrael est, et viri Juda germen eius dilectabile: et expectaui, vt faceret iudiciũ, ⁊ ecce iniquitas: ⁊ iustitiã, ⁊ ecce clamor. Vę, qui cõiungitis domũ ad domũ, et agrum agro copulatis vsq̃ ad terminum loci. Nunquid habitabitis vos soli in medio terrę? In auribus meis sunt hęc, dicit Dñs Deus exercituum. Nisi domus multę deserte fuerint, grandes, et pulchre, et absque habitatore. Decem enim iugera vinearum facient lagunculam vnã, et triginta modij semẽtis facient modios tres. Hęc dicit Dñs. ℟. Non auferetur sceptrum de

Juda

Juda, & dux de femore eius, vsque dum veniat, qui mittendus est. ℟. Et ipse erit expectatio gentium. ℣. Pulchriores sunt oculi eius vino, et dentes eius lactecandidiores. ℟. Et ipse erit. ℣. Gloria patri. ℟. Et ipse.

℣ In secundo nocturno aliq; psalm. vt in psalterio in prima, vel secunda diuisione, vt euenerit. ℣. Egredietur virga. vt in prima vnica. Pater noster.

Lectio.iiij.

VE qui consurgitis mane ad ebrietatem sectandam, & potandum vsque ad vesperam, vt vino æstuetis, cithara & lyra, & tympanum, & tibia, & vinum in conuiuijs vestris: & opus Domini non respicitis, nec opera manuum eius consideratis. ℟. Propterea captiuus ductus est populus meus, quia non habuit scientiam, & nobiles eius interierunt fame, & multitudo eius siti exaruit. Hæc dicit Dñs ℣. Me oportet minui, illum autem crescere: qui post me venit, ante me factus est. ℟. Cuius non sum dignus corrigiam calciamenti soluere. ℣. Ego baptizaui vos aqua, ille autem baptizabit vos spiritu sancto. ℟. Cuius non.

Lectio.v.

PROpterea dilatauit infernus animam suã & aperuit os suum absque vllo termino, & descendent fortes eius, & populus eius, & sublimes, gloriosiq; eius ad eum, & incuruabitur homo, & humiliabitur vir, & oculi sublimium deprimentur. Et exaltabitur Dominꝰ exercituum in iudicio, & Deus Sanctus sanctificabitur in iustitia, & pascentur agni iuxta ordinem suum, & deserta in vbertatem versa aduenæ comedent. Hæc dicit Dominus. ℣. Nascetur nobis paruulus, et vocabitur Deus fortis. Ipse sedebit super thronum Dauid patris sui, et imperabit. ℟. Cuius potestas super humerum eius. ℣. In ipso benedicentur tribus terre, omnes gentes seruient ei. ℟. Cuius potestas.

Lectio.vj.

VE qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis, & quasi vinculũ plaustri

plaustri peccatum. Qui dicitis festinet, ꝛ cito veniat opus eius vt videamus, ꝛ appropiet, ꝛ veniat consilium sancti Israel, ꝛ sciemus illud. Vę qui dicitis malum bonum, ꝛ bonum malum: ponentes tenebras lucem, ꝛ lucem tenebras: ponentes amarum in dulce, ꝛ dulce in amarum. Vę qui sapientes estis in oculis vestris, ꝛ coram vobismetipsis prudentes. Vę qui potentes estis ad bibendum vinum, ꝛ viri fortes ad miscendā ebrietatem. Hęc dicit Dominus. ℟. Virgo Israel reuertere ad ciuitates tuas: vsque quo dolens auerteris. ℣. Generabis Dominū saluatorem, oblationem nouam in terra, ambulabunt homines in saluationem. ℣. In charitate perpetua dilexi te, ideo attraxi te miserans. ℣. Generabis. ℣. Gloria patri. ℣. Generabis.

℣ In tertio nocturno. Antiphonę ꝛ psalmi, vt in psalterio in prima vel secunda diuisione, vt acciderit. ℣. Emitte agnum Domine. vt in prima dominica. Pater noster.

Lectio.vij.

℣ Lectio sancti euangelij secundum Joannem.

In illo tempore miserunt Judęi ab Hierosolimis sacerdotes, ꝛ Leuitas ad Joannem, vt interrogarent eum, Tu quis es? Et reliqua.

Homilia Beati Gregorij Papę.

Ex huius nobis lectionis verbis, fratres charissimi, Joannis humilitas commendatur, qui cum tantę virtutis esset, vt Christus credi potuisset, elegit solide subsistere in se, ne humana opinione raperetur inaniter super se. Nam confessus est, ꝛ non negauit, confessus est, quia non sum ego Christus. Tu autem Domine. ℟. Juraui, dicit Dominus, vt vltra iam non irascar super terram, montes enim, ꝛ colles suscipient iustitiam meam. ℣. Et testamentū pacis erit in Hierusalem. ℣. Juxta est salus mea: vt veniat, et iustitia mea reueletur. ℣. Et testamentum.

Lectio.viij.

Sed qui dixit, non sum, negauit plane quod non erat, sed non negauit quod erat: vt veri

vt veritatem loquens, eis membrum fieret, cuius sibi nomen fallaciter non vsurparet. Cum ergo non vult appetere nomẽ Christi, factus est membrum Christi: quia dum infirmitatem suam studuit humiliter agnoscere, illius celsitudinem meruit veraciter obtinere. Tu autem. ℟. Non discedimus a te, vivificabis nos, et nomen tuũ invocabimus. ℘. Ostẽde nobis faciem tuam, et salui erimus. ℟. Memento nostri Dñe in beneplacito populi tui. Visita nos in salutari tuo. ℘. Ostende. Lect. ix.

SEd cum ex lectiõe, alia redẽptoris nostri sententia ad mentem reducitur, ex huius nobis lectionis verbis quęstio valde implexa generatur. Alio quippe i loco inquisitus a discipulis Dñs de aduentu Helię, respõdit. Helias iam venit, et non cognouerunt eum, sed fecerunt in eum quęcunq; voluerũt. Et si vultis scire, Joannes ipse est Helias. Tu autem. ℟. Montes Israel ramos vestros expandite, et florete, et fructum facite. ℘. prope est, vt veniat dies Dñi. ℟. Florete flores quasi lilium dantes odorem, et frondete in gratiam. ℘. prope est. ℟. Gloria patri. ℟. Montes. vsq; ad ℟. Ez. Egredietur. vt in j. dominica. Ad laudes. Ant. Cantate tuba in Sion, quia prope est dies Dñi. Ecce veniet ad saluandos nos. Alleluya. psal. laud. dñica lium. tol. 10. Ant. Ecce veniet desideratus cunctis gentibus, et replebitur gloria eius domus Dñi Alla. Ant. Erunt prava, in directa, et aspera, in vias planas. Veni Domine, noli tardare. Alleluya. Ant. Ds veniet, occurrite illi dicentes, Magnum principiũ, et regni eius non erit finis, Deus fortis, dominator, princeps pacis. Alleluya. Alleluya. Ant. Ecce Rex noster, expectauimus eum, et saluabit nos. Alleluya. Capitulũ, vt supra. Hymnus et ℟. vt in prima dñica. Ad Benedict. ant. Miserũt Judei ab Hierosolymis sacerdotes et Leuitas ad Joannẽ, vt interrogarent eum, Tu quis es? Et confessus est, quia non sum ego Christus. Oratio vt supra. Ant. Ant. Laud. y horas dici. Capt.

vt supra

ve supra. ℣. Ria ℟ sic. vt in pri. dñica. Oratio, vt sup. In ij. vesp. Ant. **Sede a dextris meis.** Psal. **Dixit Dñs.** Cum aliis antis et psalmis sequentibus vt in psalterio. fol. 68 Pro cõmemo. ant. **O.** qualis es nenekit. Oratio vt supra. Anẽ per hebdomadam p cõme. ad Benedict. Ant. **Ego vox clamantis in deserto: Dirigite viam Dñi, sicut dixit Ysaias propheta.** Ant. **Hoc est testimonium, quod perhibuit Johnes, Qui post me venit, ante me factus est, cuius nõ sum dignus calciamenta solvere.** Ant. **Dicit Dñs, penitentiam agite, appropinquabit enim regnum celorum.** Ant. **Leuabit Dominus signum in nationib⁹, ℟ cõgregabit dispersos Israel.** ℣. ℟ Oratio de dñica.

℣ Die. xxiiij.

℣ Vigilia natiuitatis Domini. Ad matuti. Invitat. **Rex Israel cras veniet. p.** **Venite adoremus.** Psalm. **Venite.** fol. 1. **Dominus. Verbum supernum.** vt in pri. dñica. ℣ Anẽ sequentes dicantur cum tribus primis psalmis ferie qui occurrerit. Ant. **Scitote quia prope est regnum Dei, Amen dico vobis, quia non tardabit.** Ant. **Orietur sicut Sol saluator mũdi, ℟ descẽdet in vterum virginis sicut imber sup gramen Alta.** Ant. **Joseph, fili David noli timere accipere Mariam coniugem tuam: quod enim in ea natũ est, de spiritu sancto est. Alta. ℣. Hodie scietis, quia veniet Dñs. ℟. Et mane videbitis gloriam ei⁹. Pater noster.** Lectio. j.

℣ Lectio sancti euangelij secundum Matthẽum.

In illo tempore, cum esset desponsata mater Jesu Maria Joseph, antequam conuenirẽt, inuenta est in vtero habens de spũ sancto. Et reliqua. Lc. 1

℣ Homilia Origenis.

Cum desponsata esset mater eius Maria Joseph. Que fuit necessitas, vt sponsata esset Maria Joseph, nisi propterea quatenus hoc sacramentũ diabolo celaretur? Et ille malignus fraudis cõmenta aduersus desponsatam virginem nulla penitus inuenisset? Tu autem. ℣. Sanctificamini hodie, ℟ estote parati, quia die crastina videbitis. ℣. Maiestate Dei in vobis. ℟. Hodie scietis,

quia veniet Dominus, & ne videbitis. ℟. Maiestatem.

Lectio iij.

Et ideo fuerat desponsata Joseph, vt nato infante, vel ipsi Mariæ curam videretur gerere Joseph, siue in Ægyptum iens, siue inde denuo veniens, ideo desponsata fuit Joseph, non tamen in concupiscentia iuncta. Tu autem. ℣. Constantes estote, videbitis auxilium Domini super vos. Judea, & Jerusalem nolite timere. ℟. Cras egredimini, & Dominus erit vobiscum. ℣. Sanctificamini filij Israel, et estote parati. ℟. Cras.

Lectio iiij.

Mater, inquit, eius mater immaculata, mater incorrupta, mater intacta, Mater, inquit, eius. Cuius eius? Mater Dei vnigeniti, Domini, & regis omnium plasmatoris, & creatoris cunctorum. Illius qui in cœlis est sine matre, & in terra est sine patre. Qui in cœlis secundum deitatem, in sinu est Patris, et in terris secundum corporis susceptionem in sinu est matris. Tu autem. ℣. Judea et Hierusalem, nolite timere. ℟. Cras egredimini, et Dominus erit vobiscum. ℣. Constantes estote, videbitis auxilium Domini super vos. ℟. Cras. ℣. Gloria patri. ℟. Judea & Hierusalem. vsque ad ℟. ℭ Si prædicta vigilia inciderit die dominico, vel si Archiepiscopus fuerit præsens, dicitur. Te Deum laudamus, alias non. ℟. Crastina die delebitur iniquitas terræ. ℟. Et regnabit super vos, saluator mundi. ℭ In laudib. Ant. Judea et Hierusalem nolite timere, cras egredimini, et Dominus erit vobiscum. Psalm. laud. Dominicalium. Ant. Hodie scietis, quia veniet Dominus, et mane videbitis gloriam eius. Ant. Crastina die delebitur iniquitas terræ, et regnabit super vos saluator mundi. Ant. Crastina die erit vobis salus, dicit Dominus Deus exercituum. Ant. Rex pacificus magnificatus est, cuius vultum desiderat vniuersa terra.

Capitulum.

Paulus

ad Roma. Ca.i. Paulus seruus Jesu Christi, vocatus apostolus, segregatus in euangelium Dei, quod ante promiserat per prophetas suos, in scripturis sanctis de Filio suo, qui factus est ei ex semine Dauid, secundum carnem. ℟. Deo gratias. Hymnus. Vox clara. vt in prima dominica fol. 86 ℣. Crastina die erit vobis salus. ℟. Dicit Dominus Deus exercituũ. Ad benedictus Ant. Cum esset desponsata mater Jesu Maria Joseph, antequam conuenirent, inuenta est in vtero habens, quod enim in ea natum est, de Spiritu sancto est. Alleluya.

Oratio.

Deus, qui nos redemptionis nostre annua expectatione letificas, presta quesumus, vt vnigenitum tuum, quem redemptorem nostrum letj suscipimus, venientem quoque iudicem securi videamus Dominum nostrũ Jesum Christum filium tuum, qui tecum viuit, et regnat in vnitate.

℣. Per horas diei ane. Laud. ad omnes horas. Capitulum vt supra.

℣. Ad iij. ℟. Judea, et Hierusalem. ℘. Nolite timere. ℣. Eras egredieminj, et Dominus erit vobiscum. ℘. Nolite. ℣. Gloria patri. ℟. Judea. ℣. Hodie scietis vt infra. Oratio vt supra.

℣. Ad vj. ℟. Hodie scietis. ℘. Quia veniet Dominus. ℣. Et mane videbitis gloriam eius. ℘. Quia veniet. ℣. Gloria patri. ℟. Hodie. ℣. Crastina die. vt infra. Oratio vt supra. ℣. Ad nonam. ℟. Crastina die. ℘. Delebitur iniquitas terre. ℣. Et regnabit super vos saluator mũdi. ℘. Delebitur. ℣. Gloria patri. ℟. Crastina die. ℣. Benedictus, qui venit in nomine Domini. ℟. Deus dominus et illuxit nobis. Oratio vt supra.

℣. Ad vesp. Ana. Judea. vt supra. j. Laud. Psalm. Laudate pueri. fol. 68 Ana. Hodie scietis. ij. Laud. Psalm Laudate Dominum omnes gentes. fol. 70 Ana. Bona. Crastina die. iij. Laud. Psalm. Lauda anima mea Dominum. fol. 77 Ana. Crastina die erit vobis. iiij. Laud. Psal. Laudate Dominum quoniam bonus. fol. 77 Ana.

Rex pacifice, ℣. Laud. ps.
Lauda Hierusalem Dñm.
fol. 77 Capitm. vt supra in
laud. ℣. Judea & Hierusa
lem. vt sup. post iij. lect.

VEniredemptor gentium, hymn⁹
Ostende partū virginis:
Miretur omne sęculum,
Talis decet partus Deū.
Non ex virili semine,
Sed mystico spiramine:
Verbum Dei factū caro,
Fructusq; ventris floruit.
Alvus tumescit virginis,
Claustra pudoris permanēt:
Vexilla virtutum micāt,
Versatur in templo Deus.
Procedēs ō thalamo suo,
Pudoris aula regia:
Geminę gigas substantię,
Alacris vt currat viam.
Egressus eius a Patre:
Regressus ei⁹ ad Patrē:
Excursus vsq; ad inferos,
Recursus ad sedem Dei.
Æqualis ęterno Patri,
Carnis trophęo accingere:
Infirma nostri corporis,
Virtute firmās perpetim.
Præsepe iam fulget tuū,
Lumęq; nox spirat nouū:
Quod nulla nox interpol
let,
Fideq; iugi luceat.
Gloria tibi Domine,
Qui natus es de virgine:
Cum Patre, & sancto spū,
In sempiterna sęcla. Amē.

℣ Et sic terminātur hymni per singulas horas vsq; ad vigiliam Epiphanię. Ad nonam, etiā in festis. ℣. Benedictus qui venit in nomine Dñi. ℟. Deus Dominus & illuxit nobis. Ad Mag. Ant. Dum ortus fuerit Sol de celo, videbitis regem regum procedentem a patre. ℣. Tanquam sponsus ō thalamo suo. Et dicat ista ant, sicut vna ex antis de. D. Oratio. Deꝰ qui nos. vt sup. ℣ Ad Cōpleto. ant. Rex pacificus. ℣. laud. vt supra. ℣ Ad Huc dimitt. ant. Crastina die. iij. laud. vt sup.

℣ Die. xxv.

℣ Ad Matuti. Inuitatō. Christus natus est nobis. ℣. Venite, adoremus. Psal. Venite, exultemus. &c. In

QViste redemptor omnium, hymn⁹
Ex Patre patris vnice:
Solus ante principium,
Natus ineffabiliter.
Tu lumē, tu splēdor Patris
Tu spes perennis omniū:
Intēde quas fundūt preces,
Tui per orbem famuli.
Memento salutis auctor,
Quod

Quod nr̄i quondā cōris:
Ex illibata virgine,
Nascēdo formā sumpseris.
Sic psēsens testat dies,
Currens p̄ anni circulū:
Quod solus a sede Pr̄is,
Mundi salus adueneris.
Hunc cęlum, terra, hunc mare,
Hunc omne q̄ in eis est:
Auctorem aduentus tui,
Laudat exultans cantico.
Nos quoq; qui sctō tuo,
Redemptis sanguine sum⁹:
Ob diem natalis tui
Hymnū nouū concinim⁹.
Gl'ia tibi Dñe. vt supra.
In.j. nocturn. Ant. Dñs dixit ad me. Filius meus es tu, ego hodie genui te. Ps. Quare fremuerūt. fo. 2 Ant. Tanquam sponsus Dñs p̄cedēs de thalamo suo. Ps. Cęli enarrāt. fol. 8 Ant. Diffusa est gratia in labijs tuis, p̄propterea benedixit te Deus in eternum. Psalm. Eructauit. fol. 25. Dñs dixit ad me. ℣. Filius me⁹ es tu. Pater nost. Lec. j.

Isaie 9.ca. Primo tempore alleviata est terra Zabulon, & terra Nephthalim, & nouissimo aggrauata est via maris trans Jordanē Galilęę gentium. Populus qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam. Habitantibus in regione vmbrę mortis lux orta est eis. Multiplicasti gētem, nō magnificasti lętitiam. Lętabuntur coram te, sicut qui lętantur in messe, sicut exultant victores capta p̄da, quando diuidunt spolia. Jugum enim oneris eius, & virgam humeri eius, & sceptrum exactoris eius superasti, sicut in die Madian. Quia omnis violenta p̄datio cum tumultu, & vestimentum mixtum sanguine erit in cōbustionem, & cibus ignis. Paruulus enim natus est nobis, & filius dat⁹ est nobis. Hęc dicit Dñs. ℣. Hodie nobis celorū rex de virgine nasci dignatus est, vt hominem perditum ad regna celestia reuocaret. Gaudet exercitus angelorum. ℣. Quia salus eterna humano generi apparuit. ℣. Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bone voluntatis. ℣. Quia. Lectio. ij.

Isaie Cap. 40. Consolamini, consolamini populę me⁹, dicit Dñs Deus vester. Loquimini ad cor Jerusalem, & aduocate eam, qm̄ completa est malitia eius,

dimissa est iniquitas illius. Suscepit de manu Domini duplicia pro omnibus peccatis suis: Vox clamantis in deserto, Parate viam Domini, rectas facite in solitudine semitas Dei nostri. Omnis vallis exaltabitur, & omnis mōs, et collis humiliabitur, et erunt prauа indirecta, et aspera in vias planas, et reuelabitur gloria Domini, & videbit omnis caro pariter, quod os Domini loquutum est. Vox dicētis, clama, & dixi: Quid clamabo? Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius, quasi flos agri. Exiccatum est fœnum, & cecidit flos, quia spiritus Domini sufflauit in eo. Vere fœnum est populus. Exiccatum est fœnum, & cecidit flos, verbum autem Domini manet in eternum: Hęc dicit Dñs. ℣. Hodie nobis de celo pax vera descendit. ℟. Hodie per totum mūdum melliflui facti sunt celi. ℣. Hodie illuxit dies redemptionis nostre, reparationis antique, felicitatis eterne. ℟. Hodie. Lec. iij.

Isaie 52. QOnsurge, consurge, induere fortitudine tua Sion, induere vestimentis glorię tuę Hierusalem ciuitas sancti, quia non adijciet vltra, vt pertranseat incircuncisus, et immundus: Excutere de puluere, consurge, sede Hierusalē, solue vincula colli tui captiua filia Siō. Quia hęc dicit Dominus, Gratis venundati estis, & sine argento redimemini. Quia hęc dicit Dominus Deus, In Egyptum descendit populus meus in principio, vt colonus esset ibi, & Assur absq; vlla causa calumniatus est eum, & nunc quid mihi est hic, dicit Dominus, quoniam ablatus est populus meus gratis? Dominatores eius inique agunt, dicit Dominus. Et iugiter tota die nomen meum blasphematur. Hęc dicit Dominus. ℣. Quem vidistis pastores dicite, annunciate nobis in terris quis apparuit. ℟. Natum vidimus, & choros angelorum collaudantes saluatorem. ℣. Dicite quidnā vidistis? & annunciate Christi natiuitatem. ℟. Natum. ℣. Gloria patri. ℟. Natum. Oratio. Salua nos hodie mundi saluator, omnium

qui es

qui es plasmator, quem colimus genuisse Deum ante secula Patrem. Quē credimus peperisse hominem in seculo matrem. Cuius natalem nuntiauit pastores. Quibus fuerūt angeli monitores, cum tu rex pie infirma nostrę fragilitatis, dignatus es cōmiscere glorię deitatis. Quem expectamus saluatorem. ℭ In. ij. nocturno. Ant. Suscepimus Deus misericordiam tuam in medio templi tui. Psal. Magnus Dominus. fol. 26 Ant. Orietur in diebus Domini abundantia pacis, & dominabitur. Psal. Deus iudiciū tuū regi da. fol. 35 Ant. Veritas de terra orta est, & iustitia de celo prospexit. Psal. Benedixisti Domine. fol. 43. Tanq̄ sponsus. ℟. Dominus procedēs de thalamo suo. Pater noster. Lectio. iij.

ℭ Sermo. S. Augustini.

Vnigenitus Christus Dei filius, verus sol iustitię, ita hodie terris illuxit: vt non desereret cęlos, et ibi eterne manens, & hic temporaliter transiens. Ibi sempiternum constituens diem: hic humanū patiens diem. Ibi sine horarum cursu perenniter viuens: hic sine peccati incursu temporaliter moriens. Ibi permanens vita sine occasu: hic vitam nostram a mortis liberans casu. Ibi maiestatis suę calore angelorum mentes accendit; hic vitam hominum morosque discernit. Ibi lux capitur, quam peccatum nullum extinguit: hic homo nascitur, qui peccata cunctaextinguit. Ibi Deus cum Deo: hic Deus & homo. Ibi lumen de lumine: hic illuminat omnem hominem. Ibi verbo cęlos extendit: hic viam perueniendi ad cęlos ostendit. Ibi mysterium natiuitatis suę cum patre firmauit: hic membra carnis suę in matre formauit. Tu autem Domine. Resp. O magnum mysterium, et admirabile Sacramentum, vt animalia viderent Dominum natum. ℣. Jacentem in presepio. Beata virgo cuius viscera meruerunt portare Dominum Christum. Versus. Domine audiui auditum tuum, et timui.

Consideraui opera tua, & expaui in medio duum animalium. ℣. Jacentem.

Lectio.v.

℣ Sermo. S. Augustini.

Legim? sanctũ Moysen populo Dei præcepta dantem, vbi dixit. Audi Israel, Dñs Deus tuus, Deus vnus est. Nõ potest esse maior, non põt esse minor. Nõ potest numerari, dicente prophetã Dauid: Magnus Dñs noster, & magna virtus eius, & sapientię eius non est numerus. Optime hęc nostis fratres charissimi: qui corde fortiter tenetis catholicam veritatẽ. Audite tamẽ breuiter, quod adiuuante Dño proposui explanandum. Deus vnus est Pater, Deus vnus est Filius, Deus vnus est Spiritus sanctus. Nõ tres dij, sed vnus est Deus, trinus in vocabulis, vnus in deitate substantię. Sed dicit mihi hęreticus: Ergo si vnum sunt, omnes sunt incarnati. Nõ est ita, nam ad solum Christum pertinet caro. Nempe aliud est anima, aliud ratio, & tamẽ in anima est ratio, & vna est anima: sed aliud agit anima, aliud ratio. Anima viuit, ratio sapit. Et ad animam pertinet vita, ad rationem pertinet sapientia. Et cum vnum sint, anima sola suscipit vitam, ratio sola suscipit sapientiã. Et tamen nec anima sine ratione, nec ratio sine anima. Tu autem Dñe. ℣. Beata Dei genitrix Maria, cuius viscera intacta permanẽt. ℣. Hodie genuit saluatorẽ seculi. ℣. Beata que credidit, quoniam perfecta sunt oĩa, que dicta sunt ei a Dño. ℣. Hodie. Lect.vj.

℣ Sermo sancti Augustini Episcopi.

Inter pressuras, atq; angustias præsentis tẽporis, nostrę seruitutis officia cogimur dilectissimi non tacere: cum potius expediat flere magis quã aliquid dicere. Verumtamen, nequid minus lucri arcę dñicę indigentibus impendamus, vt postmodum ipse accedens, dicat nobis. Serue neq; & piger nonne tu debueras erogare pecuniam meam, vt & ego veniens cum vsuris exegissem eam: peto charitatem vestram, vt quę ipse paterfamilias per nos vobis

vobis ministrauerit, libenter accipere digneminí. Apostoli Pauli verba sūt hęc. Nox pręcessit, dies autem appropinquabit. Deponentes ergo opera tenebrarum, induite arma lucis. Expulsa itaq; noctis caligine, effugatisq; tenebris peccatorum radius veri luminis fulgeat in cordib⁹ vestris. Exigit enim a nobis ratio huius tantę congregationis, ⁊ noctis trāsactę vobis reddere rationem, ⁊ istius diei de tāto taliq; sacramento perceptо, verā sempiternamque demonstrare salutē. Si enim dilectissimi opera transactę noctis considerемus, ⁊ quid egerim⁹, Deo donante explicare valuerimus: inueniemus nos in hac nocte, nō opera noctis, sed diei peregisse. Tu autē Dñe. ℟. Sāncta, ⁊ immaculata virginitas quibus te laudibus efferam nescio. ℣. Quia quem celi capere non poterant, tuo gremio contulisti. ℟. Benedicta tu in mulieribus, ⁊ benedictus fructus vētris tui. ℣. Quia. ℟. Gloria patri. ℣. Quia. Oratio. Sedentem in supernę maiestatis arce adorant humillime, proclamantes ad te, cum illis vnde viginti quiq; sanct⁹, sctūs, sanctus, Sabbaoth rex, plena sunt omnia glorię tuę: atq; cum innocentissimo grege, qui sine vlla sunt labe clamantes excelsa voce: Laus tibi sit Dñe rex eternę glorię. ¶ In. iij. noct. Ānā. Ipse inuocauit me, Alla. pater meus es tu. Alla. ℣. Misericordias Domini. fol. 44 Ānā. Letentur celi, ⁊ exultet terra ante faciem Dñi, qm̄ venit. ℣. Cātate. ij. fol. 46 Ānā. Notum fecit Dñs. Alla. Salutare suū. Alla. Psal. Cātate. ij. fol. 48 ℟. Ipse inuocauit me. ℣. pater meus es tu. Pater noster. Lec. vij. ¶ Lectio sancti Euangelij secundum Lucam. Lc.2

In illo tempore: Exijt edictū a cesare Augusto, vt describeretur vniuersus orbis. Et reliqua. Homil. B. Gregor. Papę

Quia largiente Dño, missarum solennia ter hodie celebraturi sumus: loqui diu de euangelica lectione non possum⁹, sed nos aliquid breuiter dicere, redemptoris nostri natiuitas ipsa compellit.

Quid est enim, quod nascituro Domino mundus describitur: nisi quod aperte monstratur, quia ille apparebit in carne qui electos suos adscriberet in eternitate? Quo contra de reprobis per prophetam dicitur: Deleantur de libro viuentium, & cum iustis non scribantur. Qui bene etiam in Bethlehē nascitur. Bethlehē quippe domus panis interpretatur. Ipse namq; est, qui ait. Ego sum panis viuus, qui de cœlo descendi. Locus ergo in quo Dominus nascitur, domus panis antea vocatus est; quia futurum profecto erat, vt ille per materiam carnis appareret, qui electorum mentes interna saturitate reficeret. Tu autem. ℣. Beata viscera Marie virginis que portauerunt eterni patris filium, et beata vbera que lactauerunt Christum Dominum. ℟. Quia hodie pro salute mundi de virgine nasci dignatus est. ℣. Dies sanctificatus illuxit nobis, venite gentes, et adorate Dominum. ℟. Quia.

Lectio. viij.

Lectio sancti euangelij secundum Lucam.

In illo tempore, pastores loquebãtur ad inuicem dicentes: Transeamus vsq; Bethlehē, & videamus hoc verbum, quod factum est, quod fecit Dominus, & ostendit nobis. Et reliqua. Luc. 2

Homilia venerabilis Bede presbyteri.

Quato in Bethlehem Domino saluatore sicut sacra euangelij testatur hystoria, pastoribus qui in regione eadem erant vigilantes, et custodientes vigilias noctis super gregem suum, angelus Domini cum magna luce apparuit. Exortumque mundo solem iustitiæ non solum cœlestis voce sermonis: verum etiam claritate diuinæ lucis adstruxit. Nusquam enim in tota Testamenti veteris serie reperimus, angelos, qui tam sedulo apparuere patribus, cum luce apparuisse. Sed hoc priuilegium recte hodierno tempori seruatum est, quando exortum est in tenebris lumen rectis corde, misericors

ricors, et miserator Dominus. Tu autem. ℟. Dies sanctificatus illuxit nobis: Venite gentes adorate Dominum. ℣. Quia hodie descendit lux magna in terris. ℟. Hec dies quam fecit Dominus, exultemus, et letemur in ea. ℣. Quia.

Lectio ix.

Lectio sancti euangelij secundum Ioannem.

La. I IN principio erat verbum, ⁊ verbū erat apud Deum, ⁊ Deus erat verbum, hoc erat in principio apud Deum, omnia per ipsum facta sunt, ⁊ sine ipso factum est nihil. Et reliqua.

Homilia venerabilis Bede presbyteri.

QVia temporalē mediatoris Dei, ⁊ hominum hominis Jesu Christi natiuitatē, quę hodierna die facta est, sanctorū verbis euāgelistarū Matthęi videlicet, ⁊ Lucę manifestatam cognouimus: Libet etiam de verbi, id est, diuinitatis eius ęternitate, in qua Patri manet semper ęqualis, beati Joannis dicta perscrutari, qui singularis priuilegio meruit castitatis, vt ęteris altius scripturę conditoribus diuinitatis ipsius caperet simul, ⁊ patefaceret arcanum. Hęc enim frustra in cęna supra pectus Domini Jesu recubuisse perhibetur: Sed per hoc typice docetur, quia cęlestis haustum sapientię cęteris excellentius de sanctissimo eiusdē pectoris fonte potauerit. Vnde ⁊ merito in figura quatuor animalium aquilę volanti comparatur. Cunctis quippe auibus aquila celsius volare, cunctis animantibus clarius solis radijs infigere consueuit obtutus. Tu autē. ℟. O preclsa dies, populo venerabilis omni, Qua Deus indutus hominē de virginis aluo exijt ad patriam proprios reuocare colonos. ℣. In quo omnis hos die letatur fabrica mūdi. ℟. O quam preclara Christi natiuitas, qui affante angelo itroiuit i virginis gremio. ℣. In quo. ℟. Gloria patri. ℣. In quo. Prosa Fidelium deuotio resultet summo gaudio, Dei sine principio, descendit Patris solio. Indutus carnis trabea: Exijt aula virginea.

Cui co-

Cui cohors ętherea famulantur, & terrea. Quem trina tremit regio, angitur in przsepio. Cuius fit incarnatio, orbis illuminatio. Unde Soli iustitię, laudes promamus hodie przcantes. Quod supernę militię tucti fruamur requie ouãtes. Hęc sacra natalitia venerãtur cęlestia. At nobis pastoralia, denunciãt, indicia. Ergo deuota contio, concinat Dei filio, cui⁹ exinanitio, fit mortis interemptio. Quo gaudet fabrica mundi.

¶ Finita prosa dicatur sequens euangeliũ. ¶ Dominus vobiscum. ℟. Et cũ spiritu tuo. Initium sancti euangelij secundum Matthęum. ℟. Gloria tibi Dñe.

Ca. 1 Liber gẽrationis Jesu Christi filij Dauid filij Abraham: Abraham autẽ genuit Isaac: Isaac autem genuit Jacob: Jacob autem genuit Judam: & fratres eius: Judas autem genuit Phares, & Tharã de Thamar: Phares autẽ genuit Esron: Esron aũt genuit Arã: Aram aũt genuit Aminadab: Aminadab autẽ genuit Naasson: Naasson autẽ genuit Salmon: Salmon autem genuit Booz ex Raab: Booz aũt genuit Obed ex Ruth: Obed autẽ genuit Jesse: Jesse autem genuit Dauid regem: Dauid autem rex genuit Salomonem ex ea quę fuit vrię: Salomon autem genuit Roboam: Roboam autem genuit Abiã: Abia autem genuit Asa: Asa autem genuit Josaphat: Josaphat autem genuit Joram: Joram autẽ genuit Oziam: Ozias autem genuit Joathã: Joathan autẽ genuit Achaz: Achaz autem genuit Ezechiam: Ezechias autem gennit Manasses: Manasses autẽ genuit Amon: Amon autem genuit Josiam: Josias autem genuit Jechoniam: & fratres eius in transmigratione Babylonis, & post transmigrationem Babylonis: Jechonias genuit Salathiel: Salathiel autem genuit Zorobabel: Zorobabel autem genuit Abiud: Abiud autem genuit Eliacim: Eliacim autem genuit Azor: Azor autẽ genuit Sadoc: Sadoc aũt genuit Achim: Achim aũt genuit Eliud: Eliud autẽ genuit Eleazar: Eleazar

ior: Eleazar autē genuit Matham: Matham autē genuit Jacob: Jacob autem genuit Joseph virum Marię, de qua natus est Jesus qui vocatur Christus. ℭ Quo finito dicit Te Deum laudamus. et ꝓsic. Puer natus est nobis. ℣. Et filius dat⁹ est nobis. Deinde. Deus in adiutorium meum intende. ℣. Domine ad adiuuandū. Gl̄a Gloria Patri ℟ Alla. Et immediate incipitur missa in gallicanu. Dñs dixit ad me. Et post cōmunionem incipiuntur Laudes. ℭ In laud. Ant̄a. Quem vidistis pastores, dicite, annūciate nobis in terris quis apparuit. Natum vidimus, ℟ choros angelorū, collaudantes saluatorem. ℣. Dñs regn. fol. 10. Ant̄a. Genuit puerpera regem cui nomen eternum, ℟ gaudia matris habens cum virginitatis honore, nec primam similem visa est, nec habere sequētem. Alleluya. ℣. Jubilate. fol. 10 Ant̄a. Angelus ad pastores ait, Annuncio vobis gaudium magnum: quia natus est vobis hodie saluator mundi. Alla. ℣. Deus Deus meus. fol. 10 Ant̄a. Facta est cum angelo multitudo celestis exercitus laudantium, ℟ dicentium: Gloria in excelsis Deo, ℟ in terra pax hominibus bone voluntatis. Alla. Canticū. Benedicite. fol. 11 Ant̄a. Nato Dño angelorum chorus canebat dicens: salus Deo nostro sedenti super thronos ℟ agno. ꝑ. Laudate Dñm de cęlis. fol. 11 Capitu. Apparuit benignitas, ℟ humanitas sal. Titi. 3 uatoris nostri Dei, non ex operibus iustitię quę fecimus nos, sed secundū suā misericordiam saluos nos fecit. ℟. Deo. Hymnus.

Solis ortꝰ cardine,
Ad vsq; terrę limites
Christū canamꝰ principē,
Natum Maria virgine.
Beatus auctor sęculi,
Seruile corpus induit:
Vt carne carnem liberāns,
Ne pderet quos condidit.
Castę parentis viscera,
Cęlestis intrat gratia:
Venter puellę baiulat,
Secreta, quę nō nouerat.
Domus pudici pectoris,
Templū repente fit Dei:
Intacta nesciens virum,
Verbo concepit filium.
Enixa est puerpera,
Quē Gabriel prędixerat:

Quem

Quem matris aluo ge-
stiens.
Clausus Joānes senserat.
Exiso tacere pertulit,
Presepe non abhorruit:
Paruoq; lacte pastus est,
Per quem nec ales esurit.
Gaudet choros celestium,
Et angeli canunt Deo:
Palamq; fit pastoribus
Pastor creator omnium.
Gloria tibi Domine,
Qui natus es de virgine:
Cum Patre, & sancto spū
In sempiterna secla. Amē.

℟. Benedictus qui venit in nomine Domini. ℟. Deus dominus & illuxit nobis.

¶ Sacerdos celebraturus incipit Antiphonam ad Gloria in excelsis.

Ant. Gloria in excelsis Deo. ℟. Et in terra pax hominibus bone voluntatis. Ant. Alla. Alla. Canticum. Benedict. Et dicatur totū sine Gloria patri: & repetatur ant̄a usque ad finem. Deinde dicatur: Gloria patri. &c. Et reputatur ant̄a. & si iterū reiteretur tota ant̄a. Sacerdos in altari celebraturus dicat: Dominus vobiscum. & respondet chorus, & cum spiritu tuo.

Oratio.

OA nobis quesumus Domine Deus nō-
ster: vt qui Natiuitatem Domini nostri Jesu Christi nos frequentare gaudemus: dignis conuersationibus ad eius mereamur pertingere consortium. Qui tecum viuit & regnat in vnitate. ℟. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. ¶ Loco benedicamus dicitur in matutinis & per totum vsque ad vigiliā Epiphanie. ℟. Verbum patris hodie, processit ex virgine: virtutes angelice cum canoro iubilo benedicunt Domino. ℟. Pacem bonis omnibus nunciauit angelus, refulsit pastoribus vere solis claritas, dicunt Deo grates. ¶ Ad pri. Ant. Illuxit nobis dies redemptionis nre, reparationis antique, felicitatis eterne. ℟. Deus in nomine tuo. Cum sequentibus. fol. 58. Capitulum. Regi autem. fol. 59. ℟. Jesu Christe fili Dei viui miserere nobis. ℟. Qui sedes ad dexteram patris. ℟. Tu patris vere bigena factus caro nostra, Deus & homo placa Deum, et da veniam. ℟. Qui sedes. ℟. Gloria patri, & Filio, & Spiritui sancto. Sicut erat in principio. ℟. Jesu Christe. Atque ad ℟.

℟. Ecce

℣. Exurge Dñe adiuua nos. ℟. Et libera nos propter nomen tuum. Oratio. In hac hora. fol. 60 ¶ Prædictum. ℟. dicitur ad primam vsq; ad vigiliã Epiphanie inclusiue. ¶ Sequitur. Prætiosa. ¶ Ad iij. Ant. Lux orta est super nos, quia hodie natus est saluator mundi. Alla. Psal. Legem pone. Cum sequentibus. fol. 63 Capitulum. Apparuit benignitas. Vt supra. ℟. Hodie natus est Dominus Jesus Christus in Bethlehem Jude in diebus Herodis regis ciuitate David regnante. ℣. Cuius regni nõ erit finis. ℣. Sic enim scriptum est per prophetã, et tu Bethlehem terra Juda non eris minima: ex te enim exiet dux regnãs. ℣. Cuius regni. ℣. Glia pri. ℟. Hodie natus est. ℣. Benedictus qui venit in nomine Dñi. ℟. Deus dñs et illuxit nobis.

Oratio.

Concede quæsumus omnipotens Deus: Vt nos vnigeniti tui nouã per carnem natiuitas liberet, quos sub peccati iugo vetusta seruitus tenet. Per eundem Dominum. ¶ Ad vsq; Ant. Hodie intacta virgo Deum nobis genuit: teneris indutum membris, quem lacrare meruit, omnes ipsum adoremus, qui venit saluare nos. ℣. Deficit. Cum sequentibus. fol. 65 Capitulum. Vt supra. ℟. Benedictus qui venit in nomine Dñi. Deus Dominus, et illuxit nobis. ℣. Alla. Alleluya. ℣. Hec dies quam fecit Dominus; exultemus, et letemur in ea. ℣. Alla. Alla. ℣. Glia pri. ℟. Benedictus. ℣. Dies sanctificatus illuxit nobis. ℟. Venite gentes, et adorate Dominum. Oratio. Concede quæsumus. Vt sup. ¶ Ad ip. Ant. Puerulus filius hodie natus est nobis, et vocabitur Deus fortis. Alla. Alla. ℣. Mirabilia. Cum sequentib⁹. fol. 66 Capitm. Vt sup. ℟. Dies sanctificatus illuxit nobis. Venite gentes, et adorate Dñm. ℣. Quia hodie descẽdit lux magna in terris. ℣. Hec dies quam fecit Dñs; exultemus, et letemur in ea. ℣. Quia hodie. ℟. Glia patri. ℟. Dies sanctificatus. ℣. Notũ fecit Dñs salutare suum. ℟. Ante cõspectum gentium reuelauit iustitiã suam. Oratio. Cõcede quæsumus. Vt supra.

¶ In se-

℣ In secundis vesp. Ańa. Tecum principiū in die virtutis tue in splendoribus sanctorum: ex vtero ante luciferum genui te. ℘s. Dixit Dñs. fol. 68 Ańa. Redēptionē misit Dominus populo suo: mandauit in eternum testamentum suū. ℘s Confitebor tibi. fol. 68. Ańa. Exortum est in tenebris lumen rectis corde, misericors, miserator, ⁊ iustus Dñs. ℘sal. Beatus vir. fol. 68 Ańa. Apud Dñm misericordia est: ⁊ copiosa apud eum redemptio. ℘s. De profundis. fol. 72 Ańa. De fructu ventris tui ponā super sedem tuā. ℘s. Memento Dñe David. fol. 72 Capl. vt supra. Alla. ℣. Dies sanctificat⁹ illuxit nobis: Venite gentes ⁊ adorate Dñm, quia hodie descendit lux magna super terram. Hymnus. Veni redēptor gentiū. vt sup. in pri. vesp. ℣. Benedictus qui venit in nomine Dñi. ℟. Deus Dñs et illuxit nobis. Ad Magn. Ańa. Hodie Christus natus est: Hodie saluator mundi apparuit. Hodie in terra canunt angeli, letantur archāgeli: Hodie exultant iusti, ⁊ congratulantur dicentes: Gloria in excelsis Deo. Alla. Oratio. Lōce de quesumus. vt sup. Loco Benedicamus. Verbū Patris hodie. vt supra in laudibus. ℭ Sciendum q̄ Ańa Tecū principium, et cęterę ańe cum psalmis occurrunt ad vesp. etiam in festis vsq; ad octauum diem Epiphanię inclusiue, ⁊ in secundis vesp. purificationis Beatę Marię.

ℭ Ad complet. Ańa. Cōpleti sunt dies Marie, vt pareret filium suum primogenitum. ℘s. Cum inuocarem. fol. 78 Ad Nunc dimittis Ańa. Ecce completa sunt omnia, quę dicta sunt per angelum de virgine Maria. ℭ Istę ańe ad completorium dicūtur quotidie, vsq; ad vigiliam Epiphanię exclusiue, ⁊ ad completo. in secundis vesp. Purificationis Beatę Marię. ℭ In circūcisione Dñi. ad vesp. ańe ⁊ psal. vt in secūdis vesp. natalis Dñi. Capitulū. Apparuit benignitas. vt supra. ℟. Judea, ⁊ Hierusalē. vt in vigilia natalis Dñi, post .iij. lectio. Hymnus, ℣. ⁊ Ańa ad mag. vt in primis vesperis. Natalis Dñi. fol. 9ª Oratio.

DEus,qui nobis nati saluatoris diem celebrare concedis octauū: Fac,nos, quęsumus,eius perpetua diuinitate muniri, cuius sum⁹ carnali cōmercio reparati. Per eundem. Loco benedicamus.Verbum patris. Vt supra. ℭ Ad completo.vt i natali. ℭ Ad matutī. Inuitatorio. ℣ Hymnus vt sup. in natali Domini. fol. 98 ℭ In primo noctur. Ańa. Dñs dixit ad me,filius meus es tu, ego hodie genui te. ℣. Quare fremuerunt. fol. 2. Ańa. In sole posuit tabernaculum suum, ℣ ipse tamquam sponsus procedēs de thalamo suo. ℣. Cęli enarrāt. fol. 8 Ańa. Eleuamini portę eternales, ℣ introibit rex glorie. Psal. Dñi est terra. fol.14. ℣. Dominus dixit ad me. ℟. Filius meus es tu. Pater noster. Lectio.i.

ℭ Sermo sancti Augustini episcopi.

HOdie,fratres charissimi, Christus natus est,nos renati. Hodie saluator mundi per matrem nascendi accepit tempus, qui de patre natiuitatis non habet tempus. Hodie per hominem filius Dei ingressus est mundū,cuius manu ante hominem factus est mundus. Hodie habitator cęli venit ad terras, vt terrarum incolas reuocaret ad cęlum. Tu autem. ℟ia, vt in natali Domini pręter nonū. ℟.

Lectio.ii.

MIrabilis,inquit,Deus in sanctis suis. Si in sanctis suis mirabilis Deus,quomodo non in se ipso mirabilis? Si mirabilis in Joanne quem nasci de patre senissimo, ℣ de matre sterili pręcepit:quanto magis in se est mirabilis,qui vt nostrę conditionem carnis indueret, nouum virgini,℣ conceptum dedit,℣ partum. Tu autē.

Lectio.iii.

AIt sanctus Habacuc propheta, Dñe audiui auditum tuum, et timui,cōsideraui opa tua,℣ expaui. Quis non expauesceret,℣ metueret,tanti profunditatem mysterij? Quandoquidē vnus ille quę ℣ sine conceptione natus est Deus, ℣ sine creante factus est homo. Tu autem. ℭ In secūdo noctur. Ańa.Speciosus forma pre

filios hominū, diffusa est gratia in labijs tuis. Psalm. Eructauit. fol. 25 Alia. Suscepimus Deus misericordiam tuam in medio templi tui. Psalm. Magnus Dñs. fol. 26. Alia. Orietur in diebus Dñi abundantia pacis, et dominabitur. Psal. Deus iudicium tuū fol. 35 v. Tanquam sponsus. ℣. Dominus procedēs de thalamo suo. Pater nr̄.

Lectio. iij.

DUas in Christo generationes legimus: sed in vtraq; incōprehensę diuinitatis est virtus. Ibi enim cū ex semetipso genuit Deus, hic cum virgo Deo cooperante concepit. Ibi sine initio, hic sine exemplo. Ibi natꝰ est, vt conderet vitam, hic factus est, vt tolleret mortē. Ibi Patri natus, hic hominibus procreatus, illa natiuitas hominem fecit, hęc generationem hominum liberauit. Tu autem.

Lectio. v.

UTramq; fratres generationem eius nō posse narrari sentētia hęc vna complectitur. Illa est enim ante hominem, et incogitabilis, ista mirabilis. Cum autem duas Christi doceamur natiuitates, nobis asseritur Dei filius natus, sed gemina in vno Dei filio confirmatur esse substantia. Ibi quod erat natus est, hic quod non erat factus est. Tu autem.

Lectio. vj.

AIt de his beatus Johannes euangelista. In principio erat verbū, et verbum erat apud Deum, et Deus erat verbum. Et iterum, et verbum caro factum est. Igitur Deus qui apud Deum erat, prodijt a Deo, et caro Dei, quę in Deo non erat, processit ex femina. Ita verbum caro factum est, nō vt Deus vacuaretur in hominem, sed vt homo glorificaretur in Deum. Tu autem.

℣ In. iij. noctur. Alia. Homo natus est in eo, et ipse fundauit eam altissimus. Psal. Fundamēta eius. fol. 44. Alia. Exultabunt oīa ligna syluarum ante faciem Dñi, qm̄ venit. Psal. Cantate. j. fol. 46. Alia. Notum fecit Dñs. Alia. Salutare suum. Alia. ps. Cātate. ij. fo. 48 ℣. Ipse vocauit me. ℟. Pater meus es tu. Pater nr̄.

Lectio. vij.

℣ Lectio

Lectio sancti euangelij secundum Lucam.

ca. 2. In illo tempore postquã consummati sunt dies octo, vt circumciderẽtur puer vocatum est nomen eius Jesus, q̃ vocatũ est ab angelo, priusquam in vtero conciperetur. Et reliqua.

Homilia beati Augustini episcopi.

Quid est autem hoc q̃ octaua die circumciditur puer? ille puer qui erat verbum apud patrẽ, quid est quod octaua die circumciditur, nisi qui cum verus esset Deus, et erat semper apud patrem, ita erat verus homo propter nos, et verã carnẽ suscepit propter salutem nostram. Tu autem. Lectio vij.

Et ita erat Christus in duabus substãtijs, id est in substantia Dei, et in substantia hominis absq̃ peccato, sed in prima secũdum naturam, in alia aũt, id est, hominis, ppter nos erat. Sed nunc vna ps̃ona est Christus Jesus in trinitate, qñ caro eius non vidit corruptionẽ, homo, quem pro nr̃a suscepit redẽptione, in Deũ assumptꝰ est. Tu autem. Lectio. ix.

Et in ea parte, qua Deus erat, nullo impedimento, aut deitas, aut potestas poterat impediri. Sed fulsit in cẽlo, et in terra, et quocumq̃ voluit in ea parte, in qua verꝰ homo erat, ea quę sunt hominis ppter nos suscepit, sed absq̃ peccato, qñ nõ ex viri li semine nostrõ suscepit carnẽ, sed p̃ virtutem spũs sancti virgo cõcepit, et peperit filiũ suũ primogenitũ. Tu aũt. ℣. Descẽdit de cẽlis Deus verꝰ a p̃e genitꝰ, introiuit i vtero virginis, nobis vt appareret visibilis, indutꝰ carne humana proto pareris edita. ℟. Et exiuit p̃ clausam portã Deus, et homo lux, et vita, cõditor orbis. ℣. Tanq̃ sponsus dñs procedens de thalamo suo. ℟. Et exiuit. ℣. Alta patris. ℟. Et exiuit. Deo Deũ laudamꝰ. ℣. Deus sanctificatus illuxit nobis. ℟. Venite gentes, et adorate dñm. Cum laudibus. Ymn. O admirabile cõmercium creatoris generis humani animatum corpus sumens de virgine nasci dignatus est, et procedens homo sine semine largitus est nobis suam deitatem.

Psal. Laud. Dñicalium. fol. 10 Añā. Quando natus est ineffabiliter de virgine, tunc implere sunt scripture, sicut pluuia in vellus descendisti, vt saluum faceres genus humanum, te laudamus Deus noster. Añā. Rubum quem viderat Moyses incombustum, conseruatam agnouimus tuam laudabilē virginitatem, Dei genitrix intercede pro nobis. Añā. Germinauit radix Jesse, orta est stella ex Jacob, virgo peperit saluatorem, te laudamus Deus noster. Añā. Ecce Maria genuit nobis saluatorem, quem Joannes videns, exclamauit dicēs, ecce agn⁹ Dei, ecce q̄ tollit peccata mūdi. Alia Capl. Hym. ℣. vt in Laudibus natalis Dñi. fol 103 Ad Benedict. Añā. Ptrabile mysterium declaratur, hodie innouantur nature, Deus homo factus est, id quod fuit permansit, ℣ quod non erat assumpsit non cōmixtionem pass⁹, nec diuisionē. Oratio. vt in vesp. Loco benedicamus. Verbum Patris. Vt supra. ℂ Per horas diei añę, laud. ℂ Ad. iij. vi ℣. ix. Capitulum, vt sup. Ad. iij. ℟. Puer natus est nobis. ℣. Et filius datus est nobis. ℟. Et factus est principatus super humerum ei⁹. ℣. Et filius. ℟. Gloria pri. ℟. Puer natus. ℣. Benedictus qui venit. Vt infra. Oratio. vt supra. ℂ Ad vj. ℟. Benedictus qui venit ℣. In nomine Dñi. ℟. Deus Dñs ℣ illuxit nobis. ℣. In nomine. ℟. Gloria patri. ℟. Benedictus. ℣. Dies sanctificatus. Vt infra. Oratio, vt supra. ℂ Ad nonā. ℟. Dies sanctificatus. ℣. Illuxit nobis. ℟. Venite gentes, ℣ adorate Dñm. ℣. Illuxit. ℟. Gloria patri. ℟. Dies sanctificatus. ℣. Notum fecit Dominū saluare suum. ℟. Ante conspectum gentium reuelauit iusticiam suam. Oratio, vt supra. ℂ Ad secundas vesp. Añę. ℣ sal. vt in. ij. vesp. natalis Dñi. Cplm ℣ omnia alia erunt de exaltatione fidei vt sanctorale. fol. ℂ Pro cō memoratione circuncisionis Añā. ℣ ℟. vt in. ij. vesp. natalis Dñi. Oratio. Deꝰ qui nobis. Vt supra.

ℂ Die. v. Januarij.

ℂ Dominica intra octauas natalis Dñi. ℂ Si cōtingat quod inter natiuitatem Domini, et Epiphaniam

phaniam euenerint duę dñicę, De prima nihil agitur, ꝛ de secūda, quę **Dum medium silentium** nuncupatur, semper agitur in vigilia Epiphanię.

℣ In primis vesp. Capitm. ad Ba Ca.4 **H**Ratres, quanto tempore hęres paruulus est, nihil differt a seruo: Cum sit Dominus omniū sed sub tutoribus, ꝛ actoribus est, vsqꝫ ad prędfinitum tempus a Patre. ℟. Deo gratias. ℣. Ecce iam venit. Vt infra post. vj. lectio. Hymnus ꝛ ℣. vt in primis vesperis natalis Domini. fol. 98 ℣ Ad Mag. Aña. **Dum medium silentium** tenerent omnia, et nox in suo cursu medium iter perageret, omnipotēs sermo tuus Dñe a regalibus sedibus venit. Alla. Oratio.

OMnipotēs sempiterne Deus dirige actus nr̄os in beneplacito tuo, vt in nomine dilecti Filij tui mereamur bonis operibus abundare. Qui tecū viuit. ℣ Fiat comme. Innocentium, vt in secundis vesp. diei. Deinde fiat cōme. beate Marię. Aña. Virgo verbo concepit, virgo permansit, virgo peperit regē omnium regū ℟ post partū virgo. Oratio. **Deus qui salutis ęterne.** fol. 58 ℣ Ad complero. vt in natali Dñi. fol. 104. ℣ Ad matuti. Inuitato. ꝛ Hymnus vt in natali Domini. fol. 98 ℣ In primo nocturn. Aña. Ecce aduenit dominator Dñs, ꝛ regnum in manu eius, et potestas, et imperium in eternum. Alla. Psalm. **Quare fremuerunt**, fol. 2 Aña. Ecce iam venit plenitudo tēporis, i quo misit Deus filium suum in terris. Ps̄. Cęli enarrāt. fol. 8 Aña. Eleuamini porte eternales, ꝛ introibit rex glorie. Ps̄ Dñi est terra. fol. 14. ℟. Benedictus qui venit in nomine Dñi. ℟. Deus Dñs, ꝛ illuxit nobis. Pater noster. Lectio. j. ℣ Sermo sancti Augustini Episcopi.

QAstissimum Marię virginis, vterū, sponsi virginis clausū ventris cubiculum, filij virginis signaculum merito plenissime collaudarem: si messem meterem quam non seminarem. Denique sic apostolus dicit. Quęcūqꝫ seminauerit homo, hęc et meter. Verum est omnino

fratres charissimi, verum est, hęc omnem hominem metere quę seminauit, Deꝰ solus potest metere quę nō seminauit, sicut ipse filius virginis in quadam lectione euangelij dixit, meto inquit vbi non seminaui, et colligo vbi non sparsi. Tu autem. ℟. Paruulus natus est nobis, ℣ filius datus est nobis, et factus est principatus super humerum eius. ℣. Et vocabitur admirabilis, Deus fortis. ℟. Multiplicabitur eius imperium, ℣ pacis non erit finis. ℣. Et vocabitur.

Lectio. ij.

Dicat solus hodie natus ex virgine filius Marię, dicat sponsus matris suę. Meto, vbi non seminaui: ℣ colligo vbi nō sparsi. Dicat ℣ Maria: et ego te filium genera ui, et virginitatem meam non violaui: regnum teneo virginitatis, et regem genui castitatis: Ingredientem, et egredientem, habui in palatio ventris filium imperatoris: ℣ de manibus meis non amisi clauem regni pudoris. Tu asis. ℟. Cōgratulamini mihi oēs qui diligitis Dñm. ℣. Quia cū essem paruula placui altissimo, ℣ de meis viscęribus genui Deū, et hominem. ℣. Beatam me dicent omnes generationes. ℣. Quia cum.

Lectio. iij.

Porta facta sum cęli, Janua facta sum filio Dei; illa porta facta clausa, quam in visione diuina Ezechiel vidit prophęta, de qua in me dicit prophetizans. Vidi portam in domo Domini clausam, et dixit ad me angelus; porta hęc quam vides non aperitur, et homo non transit per eam, quoniam Dominus solus intrabit, et egredietur per eam, et clausa erit in ęternum. Tu autem Domine. Respon. Ecce iam venit plenitudo temporis, in quo misit Deus filium suum in terris natū de virgine, factū sub lege. ℣. Vt eos qui sub lege erāt redimeret. ℟. Propter nimiā charitatē suam, qua dilexit nos Deus, filium suum misit in similitudinem carnis peccati. ℣. Vt eos. ℟. Gloria patri. ℣. Vt eos.

℣n secundo nocturno.

Antiphona. Salus eterna mundo apparuit, vt hominem perditum ad regna celestia reuocaret. Psalm.

Eructa.

Eructa. fol. 25 Antipho. Chriſtus Deus noſter, in quo diuinitatis eſt plenitudo, carnis noſtre infirma ſuſcipiens nobis natus eſt homo Alleluya. Pſalmus. Magnus Dominus. fol. 26 Aña. propter nimiam charitatem ſuam, qua dilexit nos Deus, filium ſuum miſit in ſimilitudinem carnis peccati. Alleluya. Pſalm. Deus iudicium tuum. fol. 35 ℣. Tanquam ſponſus. Reſp. Dominus procedens de thalamo ſuo. Pater noſter. Lectio.iiij.

QVid eſt porta in domo Domini clauſa? niſi quod Maria virgo ſemp erit intacta. Et quid eſt homo non tranſit, per eam? niſi quia Joſeph non cognouit eam. Et quid eſt quod Dominus ſolus intrat, & ingreditur per eã? niſi quia Spūs ſanctus impregnauit eam. Et quid eſt clauſa erit in ęternum? niſi quia Maria virgo ante partum, virgo in partu, virgo poſt partum. Tu autem. Reſpon. O rex glorie, cui talia famulantur obſequia, in ſtabulo ponitur, qui continet mundum. ℣. Jacet in preſepio, & in nubibus tonat. ℣. Ipſe eſt ſub quo curuantur cardines terre, quem tremit omnis militia celorum. ℣. Jacet. Lectio.v.

OJcat ergo Maria, porta facta ſum cęli, ianua facta ſum filio Dei, illi facta ſum ianua clauſa, qui poſt ſuam reſurrectionē ingreſſus eſt per oſtia clauſa: qui ingreſſus eſt paruus ad ſuos crucifixores, ad diſcipulos autem ſuos clauſo cęnaculo, oſtij ingreſſus eſt clauſtra: qui natus de ventre meo me matrem dimiſit intactam: adimpleuit ventrem meum diuinitate, et vterum meum non euacuauit caſtitate. In me ſingularis rutilat fulgor, ſydereum plane irradiat decus: quod ego virginitatis primitię, ego ſine corruptione fęcunda, ego ſine grauamine grauida, ego ſine dolore puerpera. Tu autem Dñe. ℣. Neſciens mater virgo vterum peperit ſine dolore ſalutarē ſeculoꝝ, ipſum regē angelorum. ℣. Sola virgo lactabat vbere de celo pleno. ℣. Domus pudici pectoris tēplū repente fit Dei, in

Ex. Ser. S. Ber.

tacta nesciens virum, verbo concepit filium. ℣. Sola.

Lectio. vj.

EXiuit de vētre meo gygātęo occursu magnificus, ⁊ vēter meus nō est pudore euacuatus, nec in cōceptione inuēta sum sine pudore, nec in parturitione inuēta sum cū dolore. O mira, ⁊ laudabilis inter fęminas, in q̄ ab angelo salutatur virginitas, sola impgnata, nec viciata exonerata, nec vacuata: quia sic est ab angelo salutata: Aue Maria, gratia plena: Dominus tecum. Fęlix vmbilicus castitatis, quem amplexus non tetigit maritalis. Tu autem. ℟. Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mūdi. Ecce de quo dicebam vobis, qui post me venit ante me factus est. ℣. Cuius non sum dignus corrigiā calciamēti soluere. ℟. Et testimonium perhibuit Joannes de Christo: hic est filius Dei qui baptizat in spiritu sancto. ℣. Gloria patri. ℟. Cuius. ℣. In nocturno. Alia. Verbum caro factum est, ⁊ habitauit in nobis, ⁊ vidimus gloriam eius, gloriā quasi vnigeniti a patre. ℣. Fundamenta. fol. 44. Alia. Gaudeam⁹ omnes fideles, saluator noster natus est in mundo, hodie processit pales magnifici generis, et perseverat pudor virginitatis. ℣. Cantate. fol. 46 Alia. Virgo hodie fidelis ⁊ fl verbum genuit incarnatū, virgo mansit ⁊ post partum, quam laudantes omnes dicimus, benedicta tu in mulieribus. ℣. Cantate. if. fol. 48 ℟. Ipse invocauit me. ℟. pater meus es tu. Pater nr̄. Lectio. vij.

Lectio sancti euangelij secundum Lucam.

IN illo tempore, erāt Ioseph, ⁊ Maria mater Jesu admirantes sup his quę dicebātur de illo. Et reliqua. La. 1

Homilia Origenis Epi.

OMngregemus⁹ in vnū ea quę in ortu Jesu dicta, scriptaq; sunt de eo, ⁊ nunc scire poterimus⁹ singula quęq; digna esse miraculo. Quamobrem mirabatur ⁊ pater, sic enim appellat⁹ est Joseph, quia nutritius fuit, mirabatur ⁊ mater sup omnibus quę dicebantur de eo. Tu autem. ℟. Continet in gremio cēlū, terramque regentem

tem

tem virgo Dei genitrix. ℣. Proceres comitantur herilem per quos orbis ouans Christo sub principe poliet. ℟. Virgo Dei genitrix quē totus non capit orbis in tua se clausit viscera factus homo. ℣. Proceres.

Lectio. viij.

QUę nam ergo sunt, quę de paruulo Jesu fama disperserat? Pastores erant in regione illa vigilantes, & obseruantes custodias noctis sup̄ gregem suum. Venit angelus sub ipsa hora natiuitatis Jesu, & ait ad eos. Annuncio vobis gaudiū magnū. Ite, & inuenietis infantē inuolutum pannis, & positum in præsepio. Tu autē. ℟. Confirmatum est cor virginis, in quo diuina mysteria angelo narrante concepit, nā speciosū forma præ filijs hominum castis suscepit visceribus. ℣. Et benedicta in eternum Deum nobis protulit, & hominem. ℟. Domus pudici pectoris templum repente fit Deo, intacta nesciens virum verbo concepit filium. ℣. Et benedicta.

Lectio. ix.

QVdum angelus verba finierat, et ecce multitudo cęlestis exercitus laudare cępit, & benedicere Deum, cum hoc pastores trepidi prospexissent, & angelo recessisset ab eis, dixerunt adinuicem: Eamus Bethlehem, & videamus factum quod Dominus ostendit nobis. Venerunt, & inuenerunt paruulum itam illi, quam parentes vidētes quę facta fuerāt admirabant sup̄ hoc. Tu autem. ℟. Descendit de celis. Vt in circuncisione post ix. lectio. Te Deū laudamus. ℟. Dies sanctificatus illuxit nobis. ℟. Venite gentes & adorate Dñm. ℣. In laudib⁹. Añā. O admirabile cōmercium. Cū cęteris añis & psal. vt in circuncisione Dñi. Capitm. Quanto tempore. vt sup. Hymnus & ℟. vt in natiuitate Dñi in laudibus. Ad Benedict. Añā. Puer Jesus proficiebat etate, & sapiētia coram Deo, & hominibus. Oratio, vt supra. In vesp. fiat cōme. Beatę Marię per Añam. Genuit puerpera regem, cuius nomen eternum, & gaudia matris habēs cum virginitatis honore, nec primam similem visa est, nec habere sequentem. Alia. ℟.

post partum virgo. Oratio. Deus qui salutis ęterne. fol. ſſ 2 ¶ Ad horas dicī Alię Laud. et omnia alia necessaria, vt in circuncisione. Capitulū et Oratio vt supra.

¶ Die. vj. Januarij. Festū Epiphanię Dñi. In primis vesp. aīę z psalmi, vt in secundis vesp. natalis Dñi.

Capitulum.

SUrge, illumiare Hierusalem, quia venit lumen tuum, z gloria Dñi super te orta est, quia ecce tenebrę operient terram, z caligo populos: super te autem orietur Dominus, z gloria eius in te videbitur. ℣. Deo gratias. ℟. Reges Tharsis, z insule munera offerēt. ℣. Reges Arabum, z Sabba dona Domino Deo adducēt. ℟. Omnes de Sabba venient, aurū, z thus deferentes. ℣. Reges Arabum. ℟. Gloria Patri. ℣. Reges Arabum. Hymnus.

HOstis Herodes impie, Christum venire quid times?
Non eripit mortalia, Qui regna dat celestia.
Ibant magi quā viderāt, Stellam sequētes prędiā, Lumen requirunt lumine, Deum fatentur munere.
Lauacra puri gurgitis, Cęlestis agnus attigit, Peccata quę non detulit, Nos abluendo sustulit.
Nouum genus potentię, Aquę rubescunt hydrię: Vinumq; iusta fundere, Mutauit vnda originem.
Gloria tibi Domine, Qui apparuisti hodie: Cum Patre, z sancto spū In sempiterna sęcła. Amē.

Et sic concludantur hymni per totam octauam, z in festis, hodie z octaua die, dicitur Qui apparuisti hodie alijs vero diebus Qui apparuisti sydereo. ℣. Venit lumen tuum Hierusalem. ℟. Et gloria Dñi super te orta est. Ad Magni. Ant. Ab oriente venerunt magi in Bethlehē adorare Dñm, et apertis thesauris suis, preciosa munera obtulerūt, aurum sicut regi magno, thꝰ sicut Deo vero, myrrā sepulture eiꝰ Alia. Oratio.

DEus qui hodierna die vnigenitum tuū gentibus stella duce reuelasti, concede propitius, vt qui iam te ex fide cognouimus, visq; ad contemplādam speciem tuę celsitudinis perducamur. Per eundem

eundem. ℣ Loco benedicamus dicetur. Stella fulgens hodie perduxit ad presepe magos ab oriente, qui inuento puero, benedicunt Dño. ℟. Et intrantes domum, dat̃ myrrham, thus, ⁊ aurum, ⁊ collaudãres Deũ reuertentes ad Sabba dicũt Deo gratias. Et sic dicatur ad vesp. ⁊ matuti. per totam octa. ⁊ in festis ibi occurrentibus.

℣ Ad Comple. Ãña. Aperis thesauris suis. v. laudũ, Psal. Cum inuocarem, cũ ceteris. fol. 78 ℣ Ad nũc dimitt. Ãña. Stella ista sicut flam̃a coruscat, ⁊ regẽ regum Deum demonstrat, magi eam viderũt, ⁊ regi munera obtulerunt, Et sic dicitur per totam octauam, ⁊ in festis ibi occurrentib⁹.

℣ Ad matuti. Dñe labia mea. ⁊c. Deus in adiutoriũ meũ intende. ⁊c. Alleluya. Non dicitur Inuitat. nec Venite exultemus sed immediate dicitur hymnus Hostis Herodes. vt sup.

℣ In primo noctur. Ãña. Afferte Dño filij Dei, adorate Dominum in aula sancta eius. Psalm. Afferte Dño. fol. 16 Ãña. psallite Deo nostro, psallite, psallite regi nostro, psallite sapienter. Psal. Omnes gẽtes. fol. 26 Ãña. Omnis terra adoret te Deus, ⁊ psalat tibi, psalmum dicat nomini tuo Domine. Psal. Jubilate. fol. 31 ℟. Vox Dñi super aquas. ℟. Deus maiestatis intonuit. Pater noster. Lectio. Isaie 55.

OMnes sitientes venite ad aquas, ⁊ qui nõ habetis argentum properate, emite, ⁊ comedite, venite, emite absq; argẽto, ⁊ absq; vlla cõmutatione vinum, et lac. Quare appenditis argentum non in panibus, ⁊ laborem vestrũ nõ in saturitate? Audite audientes me, ⁊ comedite bonũ, ⁊ delectabitur in crassitudine anima vr̃a, inclinate aurẽ vr̃am, et venite ad me: audite, ⁊ viuet anima vestra, ⁊ feriam vobiscum pactum sempiternum. Misericordias Dauid fidelis. Hec dicit Dominus. ℟esp. Hodie in Jordane baptizato Domino aperti sunt celi, et sicut columba super eum spiritus mansit, et vox patris intonuit. ℣. Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene cõplacui. ℟. Descẽdit

spiritus

Spiritus sanctus in corporali specie, sicut columba in ipsum, ℣ vox de celo facta est. ℟. Hic est.

Lect. iij.

Isaie 60. SUrge, illuminare Hierusalem, quia venit lumen tuum, et gloria Domini super te orta est: quia ecce tenebre operiet terram, ℣ caligo populos, super te autē orietur Dñs, ℣ gloria eius in te videbitur, ℣ ambulabunt gentes in lumine tuo, et reges in splendore ortus tui: leua in circuitu oculos tuos, ℣ vide, omnes isti congregati sunt, venerunt tibi. Hec dicit Dominus. ℟. Hodie celi aperti sunt, ℣ vox de celo intonuit dicēs. ℟. Hic est filius meus dilectus in quo mihi complacui. ℟. Celi aperti sunt super eum, et vox patris intonuit. ℟. Hic est.

Lectio iij.

60. HIerusalem tui de longe venient, ℣ filie tue de latere surgent. ℣ Tunc videbis, ℣ affluues, ℣ mirabitur, ℣ dilatabitur cor tuū, quā do conuersa fuerit ad te multitudo maris, fortitudo gentium venerit tibi.

Ex Isaia 61. Gaudens gaudebo in Domino, et exultabit anima mea in Deo meo: quia induit me vestimentis salutis ℣ indumēto iustitie circundedit me, quasi sponsum decoratum corona, et quasi sponsam ornatam monilibus suis. Hec dicit Dñs. ℟. In columbe specie spiritus sanctus visus est, paterna vox audita est. ℟. Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene cōplacui. ℟. Celi aperti sunt super eū, et vox patris intonuit. ℟. Hic est. ℣. Gloria patri. ℟. Hic est. ℣ In iij. nocturno. Aña. Reges Tharsis, ℣ insule munera offerent regi Domino. Ps. Deus iudicium tuum. fol. 35' Aña. Oēs gentes quascunque fecisti, venient, ℣ adorabunt coram te Dñe. Ps. Inclina Domine. fol. 43 Aña. Venite adoremus Dñm, quia ipse est dñs Deus noster. Psal. Venite exultem⁹. fol. 1. ℣ Hec aña cum suo psalmo dicitur in his matutinis tantum, et loco illius per octa. dicitur Aña. Homo natus est in ea, ℣ ipse fundauit eam altissimus. Psal. Fundamenta. fol. 44 ℟. Omnis terra adoret te De⁹, ℣ psallat tibi. ℟. Psalmum dicat nomini tuo altissime. Pater noster.

℣ Sermo

¶ Sermo sancti Leonis papę. Lectio.iiij.

QElebrato proximo die quo intemerata virginitas humani generis edidit saluatorē: Epiphanię nobis dilectissimi veneranda festiuitas dat perseuerātiam gaudiorū: vt inter cognatarū solēnitatum vicina sacramenta exultatiōis vigor, ꝛ feruor fidei non tepescat. Tu autem. ℟. Illuminare, illuminare Hierusalem, venit lux tua. ℘. Et gloria Dñi super te orta est. ℟. Et ambulabūt gētes in lumine tuo, ꝛ reges in splendore ortus tui. ℘. Et gtia. Lectio.v.

HOmnium enim hominum spectat salutem, quod infantia saluatoris, ac mediatoris Dei, ꝛ hominum iam vniuerso declarabatur mundo, cum ad huc exiguo detineretur oppidulo, quamuis enim Israeliticam gētem, ꝛ ipsius gentis vnam familiam delegisset, de qua naturam humanitatis assumeret: noluit tamen intra maternę habitationis angustias ortus sui latere primordia, sed mox ab omnibus voluit agnosci qui dignatus est omnibus nasci. Tu autem. ℟. Venit lumē tuum Hierusalem, ꝛ gloria Domini super te orta est. ℘. Et ambulabūt gentes in lumine tuo, ꝛ reges in splendore ortus tui. ℟. Filij tui de longe venient, ꝛ filie tue de latere surgent. ℘. Et ambulabunt. Lectio.vj.

QRibus igitur Magis in regione orientis stella noue claritatis apparuit, que illustrior ceteris, pulchriorq; syderibus facile in se intuentiū oculos, animosq; conuerteret, vt confestim aduerteretur non esse ociosum, quod tam insolitum videbatur. Dedit ergo aspicientibus intellectum qui prestitit signum, ꝛ quod fecit intelligi, fecit inquiri, ꝛ se inueniendum obtulit inquisitus. Tu autem. ℟. Omnes de Sabba venēt aurum, ꝛ thus deferentes, et laudem Domino annunciātes. ℘. Alla. Alla. Alla. ℟. Reges Tharsis, ꝛ insule munera offerent. Reges Arabū ꝛ Sabba dona adducent. ℘. Alleluya. ℟. Gloria patri.

¶ In.vij.nocturn. Ant. Fluminis impet⁹ letificat. Alla. Ciuitatem Dei Alla. ℘. Deus

Deꝰ noster refug. fol. 25 hęc aña cum suo psal. dicatur hodie tantum. Aña. Adorate Dñm alla. In aula sancta eius. Alla. ℣. Cãtate. j. fol. 46. Aña. Adorate Dominum. Alla. Oês angeli eiꝰ. Alleluya. Psal. Dñs regn. exultet. fo. 46 Hęc vnę añę supra vltimo scriptę, debent dici per octa. in iij. noctur. cum suis psal. & pro. iij. aña dicatur aña Notum fecit Dñs Alla, Saluare suum Alla. ℣. Cãtate. ij. fol. 48. ℣. Oês gentes quascunq; feceris. ℟. Venient, & adorabũt coram te Dñe. Pater noster.

℣ Lectio sancti Euãgelij secundum Matthęum.

Lectio. vij.

Cum natus esset Jesus in Bethlehẽ in diebus Herodis regis: Ecce Magi ab oriente venerunt Hierosolymam, dicẽtes: Ubi est qui natus est rex Judęorum? Vidimus enim stellam eius in oriente, & venimus cũ muneribꝰ adorare eum. Et reliqua.

Homilia. B. Grego. papę.

Sicut in lectione euãgelij, fratres charissimi, audistis: Cęli rege nato, rex terrę turbatus est, quia nimirum terrena altitudo confunditur, cũ celsitudo cęlestis aperit. Sed quęrẽdum nobis est, quid nam sit, quod redemptore nato pastoribus in Judęa angelus apparuit, atq; ad adorandum tunc ab oriente Magos nõ angelus, sed stella perduxit. Tu autẽ. ℟. Magi venerunt ab oriente Hierosolymam querẽtes, & dicẽtes. Ubi est qui natus est, cuius stellã vidimus. ℣. Et venimus adorare Dñm. ℣. Vidimus stellam eius in oriente. ℣. Et venimus.

Lectio. viij.

Quia Judęis videlicet tanq; ratione vtentibus, rationale animal, id est, angelus prędicare debuit. Gentiles vero, quia vti ratione nescebant, ad cognoscendum Dñm non per vocem, sed per signũ perducuntur: vnde etiam per Paulum dicitur: prophetię fidelibus datę sũt: non infidelibus. Signa autem infidelibus, nõ fidelibus: quia illis prophetię tanq; fidelibus, non infidelibus: & istis signa tanq; infidelibus, nõ fidelibus data sunt. Tu autem. ℟. Interrogabat Magos Herodes

quod

quod signū vidistis super natum regem, stellā magnam fulgentem cuius splendor illuminat mundum, & nos cognouimus. ℟. Et venimus adorare Dñm. ℣. Vidimus stellam eius in oriente. ℟. Et venimus. Lectio .ix.

ET notandum q̄ redēptorem nostrum, cū iam perfectę esset ętatis, eisdem gentilibus apostoli prędicant, cumq̄ parvulum, & necdum per humani corporis officiū loquentem stella gentilibus denūciat, quia nimirum rationis ordo poscebat, vt & loquentem iam Dñm loquētes nobis prędicatores innotescerent, & necdum loquentem elementa mutа prędicarent. Tu autem. ℟. Tria sunt munera prętiosa que obtulerunt Magi Dño in die illa, & habent in se diuina mysteria. ℟. In auro, vt ostendatur regis potentia: in thure, sacerdotem magnum cōsiderans: & in myrrha, dominicam sepulturam. ℣. Salutis nostre auctorem Magi venerati sunt in cunabulis, & de thesauris suis mystica ei munera obtulerunt. ℟. In auro. ℣. Glia patri. ℟. In auro. Deinde dicatur hoc euangelium. Dominus vobiscum. Respon. Et cum spiritu tuo. Sequentia sancti euangelij secūdum Lucam. ℣. Gloria tibi Domine.

FActum est autem, cū baptizaretur omnis populus, & Iesu baptizato, & orante: apertū est cęlū, & descēdit spūs sanctus corporali specie sicut columba in ipsum. Et vox de cęlo facta est. Tu es filius meus dilectus, in te cōplacuit mihi. Et ipse Iesus erat incipiens quasi annorū triginta, vt putabatur, filius Joseph, Qui fuit Heli, Qui fuit Matthat, Qui fuit Leui, Qui fuit Melchi, Qui fuit Janne, Qui fuit Joseph, Qui fuit Mathathię, Qui fuit Amos, Qui fuit Naum, Qui fuit Esli, Qui fuit Nagę, Qui fuit Mahath, Qui fuit Mathathię, Qui fuit Semei, Qui fuit Joseph, Qui fuit Juda, Qui fuit Joanna, Qui fuit Resa, Qui fuit Zorobabel, Qui fuit Salathiel, Qui fuit Neri, Qui fuit Melchi, Qui fuit Addi, Qui fuit Losam, Qui fuit Elmadam, Qui fuit Her, Qui fuit Jesu, cap.3

Jesu, Qui fuit Eliezer, Qui fuit Jozin, Qui fuit Matthat, Qui fuit Leui, Qui fuit Simeõ, Qui fuit Juda, Qui fuit Joseph, Qui fuit Jonam, Qui fuit Eliacim, Qui fuit Melcha, Qui fuit Menna, Qui fuit Mathatha, Qui fuit Nathã, Qui fuit Dauid, Qui fuit Jesse, Qui fuit Obed, Qui fuit Booz, Qui fuit Salmon, Qui fuit Naasson, Qui fuit Aminadab, Qui fuit Aran, Qui fuit Esrõ, Qui fuit Phares, Qui fuit Judę, Qui fuit Jacob, Qui fuit Jsaac, Qui fuit Abrahę, Qui fuit Thare, Qui fuit Nachor, Qui fuit Sarug, Qui fuit Ragau, Qui fuit Phaleg, Qui fuit Heber, Qui fuit Sale, Qui fuit Cainam, Qui fuit Arphaxad, Qui fuit Sẽ, Qui fuit Noe, Qui fuit Lamech, Qui fuit Mathusale, Qui fuit Henoch, Qui fuit Jared, Qui fuit Malaleel, Qui fuit Cainam, Qui fuit Henos, Qui fuit Seth, Qui fuit Adã, Qui fuit Dei: Jesus autem plenus Spiritu sancto regressus est a Jordane. ℭ Statim dicitur. Te Deũ laud.

℣. Uenit lumen tuum Hierusalem. ℟. Et gloria Dñi super te orta est. ℭ In laudibus. Añа. Ante luciferum genitus, & ante secula Dñs saluator noster hodie mũdo apparuit. Psalmi laudum Dominicalium. fol.

Añа. Uenit lumen tuũ Hierusalem, & gloria Domini super te orta est, & ambulabunt gentes in lumine tuo. Alla. Añа. Magi videntes stellã dixerunt ad inuicem, hoc signum magni regis est, eamus, & inquiramus eum, et offeramus ei munera. Aurũ, Thus, et Myrrham. Añа. Maria, & flumina benedicite Dñm, hymnum dicite fontes Dño. Alla. Añа. Apertis thesauris suis, obtulerunt magi Dño aurum, thus, et myrrham. Alla. Capitulũ. vt supra. Hymnus.

Quicum vobis fero de supernis,
Natus est Christus domi nator orbis:
In Bethlehem Judę, sic enim prophęta,
Dixerat ante.

Hunc cant lętus chorus angelorum,
Stella declarat, veniunt Eõi,
Principes digno celebra re cultu,

re cultu,
Mystica dona.
Thus Deo, myrrham tro
cleteq; humando,
Bracteas regi chrysea; de
cenri,
Dum colunt vnum, memi=
nere trino,
Tres dare terna.
Gloriã trinę monadi ca=
namus,
Cum Deo, diuę genitequę
proli,
Flamini nec nõ ab vtroq;
fuso,
Corde fideli. Amen.

℣. Vidimus stellam eius in
oriente. ℟. Et venimus cũ
muneribus adorare Dñm.
Ad Benedic. Ant. Hodie
celesti sponso iuncta est ec=
clesia, quoniam in Jordane
lauit Christus eius crimina,
currunt cũ muneribus Ma=
gi, & ad regales nuptias, & ex
aqua facto vino letantur cõ
uiue. Alla. ℂ Loco Bene=
dicamus dicitur. Stella
fulgens. vt in vesp ℂ Ad
primam. Ant. Lux de luce
apparuisti Christe, cui Magi
munera offerunt. Alla. Alla.
Alla. Psal. Deus in nomine
tuo. fol. 58 Cũ alijs. Ca=
pitulum. Regi autem sę=
culorum. fol. 59 ℟. Jesu
Christe fili Dei viui miserere
nobis. ℣. Qui sedes ad de=
xteram patris. ℟. Tu trib⁹
Magis hodie apparuisti per
stellam in oriente. ℣. Qui se
des. ℟. Gloria patri, & Filio,
& Spiritui sancto, sicut erat in
principio. ℟. Jesu Christe.
Et sic dicatur hoc ℟. ad l.
per totam octa. ℣. Exurge
Dñe adiuua nos. ℟. Et li=
bera nos propter nomẽ tuũ.
Ore. In hac hora. fo. 60
ℂ Ad vj. Ant. Tribus mi=
raculis ornatum diem san=
ctum colimus, Hodie stella
Magos duxit ad presepium,
hodie vinum ex aqua factum
est ad nuptias, Hodie a Jo=
anne in Jordane Christus
baptizari voluit, vt saluaret
nos. Psal. Legem pone.
fol. 63 Capitulum. Surge
illuminare. vt supra. ℟.
Omnes de Saba venient. ℣.
aurum, & thus deferentes.
℟. Et laudem Domino an=
nunciantes. ℣. Aurum. ℟.
Gloria patri. ℟. Omnes.
℣. Omnis terra. Ut infra.
Oracio, vt supra. ℂ Ad vj.
Ant. Tria sũt munera, quę
obtulerunt Magi Domino,
aurum, thus & myrrham, fi=
lio Dei regi magno. Alla.
Psal. Defecit. fol. 65 Ca=
pitulum Surge illumina=
re. ℟. Omnis terra adoret
te Deus.

te Deus. ℟. Et psallat tibi. ℣. Psalmũ dicat nomini tuo altissime. ℟. Et psallat. ℣. Gloria patri. ℟. Omnis terra. ℣. Reges Tharsis. Vt infra. Oratio, vt supra.

℣Ad.ix. Añs. Uidẽtes stellam Magi gauisi sũt gaudio magno, & intrantes domum obtulerunt Domino, aurum, thus, & myrrham. ℟ũ. Mirabilia. fol. 66. Capitm. Surge illuminare. ℟. Reges Tharsis, et insule. ℟. Munera offerent. ℣. Reges Arabum, & Sabba dona adducent. ℟. Munera. ℣. Gloria patri. ℟. Reges Tharsis. ℣. Omnes gentes quascunque feciſti. ℟. Uenient, & adorabũt coram te Domine. Oratio, vt supra. ℣ In secundis vesp. Añç, et psal. vt in. ij. vesp. natalis Dñi. Capitulũ, vt supra. Allꝛa. ℣. Uidimus stellam eius in oriente, & venimus cum muneribus adorare Dominum. Hymnus, & ℣. vt in. j. vesp. Ad Mag. Añs. Letentur omnes populi trãte festiuitatis gaudio: quia hodie nouam sydus ad Christi cunabula Magos perduxit. Hodie redemptor mundi in Jordanis alueo a Joanne baptizatus est. Hodie vocatus ad nuptias aquam vino mutauit. Allꝛa. Oratio, vt supra. Loco Benedicam⁹. Stella fulgens. vt supra.

℣Die. vij. De octau. Admatuti. Innitato. Christus apparuit nobis. ℟. Uenite adoremus. Psalm. Uenite. fol. 1. Hymnus Hostis Herodes, vt in die. Añç. psal. ℣si. & ℟ia. vt in primo nocturno diei. Pater noster.

℣Euangelium secundum Matthęum. Lectio. j. Cum natus esset. fol. xii.

Et reliqua.

De eadem homilia beati Gregorij.

SEd in omnib⁹ signis, quę vel nascẽte Dño, vel moriente eo monstrata sunt, considerandum nobis est quãta fuerit in quorundam Judęorum corde duritia, qui hunc nec per prophetię donũ, nec per miracula cognouit. Tu aũt.

℣Ex eode sermone Leonis papę. Lectio. ij.

SEquuntur tres viri superni luminis ductum, & prędulcis fulgoris indicium, intenta cõtemplatione comitantes ad agnitionem veritatis gratię splendore ducuntur: qui

humano

humano sensu signatū sibi regis ortum estimauerunt in ciuitate regia esse quærendum. Tu autē. Lec. iij.

SEd qui serui susceperat formam, z nō iudicare venerat: sed iudicari, Bethlehem prælegit natiuitati, Hierosolymam passioni. Herodes autem audiens Judæorū principem natum, successorem suspicatas expauit. Et molitus necem salutis auctori, falsum spopondit obsequiū: quā felix foret, si Magorū imitaretur fidem, z conuerteret ad religionem: quod disponebat ad fraudem. Tu autē. Te Deū laudamus. ℭ Ad Laud, ℣. añę. psal. vt in die. Capl'm. hym, z ℣. similiter. ℭ Ad benedic. Añā. Celi aperti sunt super eum, z vox de celo facta est: dicens, hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui. Oratio, vt in die. ℭ Añę Laud. per horas dici nisi quod ad. jr. dicitur. Añā. Apertis Thesauris suis. Capitulum ℟ia. versic. et Oratio, vt in die. Et sic dicitur per totam octauam. ℭ Vesperę hodiernę erūt de festo nominis Jesu, vt in sanctorali. fol. 321

ℭ Pro cōme. octauę. Añā. Salutis nostre auctorē Magi venerati sūt in cunabulis, et de thesauris suis mysticas ei munerum species obtulerūt. ℣. z Oro vt in die. ℭ Die octaua Januarij. Ad Matutinas pro cōme. octa. Añā. Stella ista sicut flamma cōtorcat, z regem regum Deum demonstrat, Magi eam viderunt, z regi munera obtulerūt. ℣. z Oratio, vt in die. ℭ Ad vesp. pro commemoratione octauę. Añā. Vidimus stellam eius in oriente, z venimus cum muneribus adorare Dominum. ℣. z Oratio, vt in vesperis diei.

ℭ Die nona de octaua. ℭ Ad Matut. Jnuitator. z hymnus, vt supra.

ℭ In noctur. Añę. psal. ℣. z ℟ia. vt in. iij. nocturno. diei. præter vltimum. ℟. z loco illi⁹ dicitur. ℣. Stella fulgens. vt infra in. vnj. die, post nonam lectio.

Lectio. j.

ℭ Lectio sancti euangelij secundum Matthęum. Cū natus esset, vt in die. fol. III. Et reliqua.

De eadem homilia beati Gregorij papę.

OMnia quippe elemẽta auctorem suũ venisse testata sunt, vt enim de his quiddam vsu humano loquar, Deum hunc cęli esse cognouerunt, quia stellam protinus miserunt, mare cognouit, quia super plantis eius se calcabile prębuit: terra cognouit, quia eo moriente contremuit: sol cognouit, quia lucis suę radios abscondit: saxa, ⁊ parietes cognouerunt, quia tempore mortis eius scissa sunt: infernus cognouit, quia hos quos tenebat mortuos reddidit. Et tamen hunc, quẽ Deũ omnia insensibilia elementa senserunt: adhuc infidelium Judęorũ corda, Deũ minime esse cognoscunt, ⁊ durtoria saxis scindi ad pęnitendum nolunt, eumque confiteri abnegant, quem elementa (vt diximus) aut signis, aut scissionib⁹, Deũ clamant. Tu aũt. Lec. ij.

¶ De eodẽ Sermone sancti Leonis papę.

OPęca stultę ęmulationis impietas, quid perturbandum putas diuinũ tuo furore consilium? Dominus mũdi temporale nõ quęrit regnum, qui pręstat ęternum. Quid in cõmutabilem dispositarum rerum ordinem vertere: ⁊ aliorũ facinus pręoccupare conaris? Tu autem. Lec. iij.

QOrs Christi non est temporis tui, ante condẽdum est euangeliũ, ante prędicandum est Dei regnum, ante sanitates donandę sunt, ante sũt faciẽda miracula. Cur quod alieni, futurum est operis, tui esse vis criminis? ⁊ nõ habiturus effectum scelęris, in solum te reatum prępicitas voluntatis? Nihil hac molitione proficis, nihil peragis. Qui voluntate natus est, arbitrij sui potestate morietur. Tu autẽ. Te Deum laudamus.

¶ Ad laud. ℣. Ańę. psal. cum reliquis. hym. ⁊ ℣. vt in die.

¶ Ad Benedic. Ańa. Et intrantes domum inuenerũt puerum cum Maria matre eius, ⁊ procidentes adorauerunt eum. Alia. Oratio, vt in die. ¶ Ad vesp. Ańę, ⁊ psal. vt in. ij. vesp. natalis Dñi. Capitulũ, hymnus, ⁊ ℣. vt in die. ¶ Ad Magnt. Ańa. Magi videntes stellã obtulerunt Domino, aurum thus, ⁊ myrrham. Oratio, vt in die.

¶ Domi-

¶ Dominica intra octau. Epi. Dñi, erit officium vsq; diei octauę, vel de octaua die vt euenerit, et fit cõmem. de dñica in vtrisq; vesp. et matu. Euangeliũ vero dñicę erit vltima lectio. ¶ In pri. vesp. pro cõmemoratione dñicę. Dña. Christo datus est principatus, et honor regis, omnis populus, tribus, et lingue seruient ei, in eternum Alla. ℣. Vidimus stellam eius in oriẽte. ℟. Et venimus cum muneribus adorare Dominum. Oratio.

VOta quęsumus Dñe supplicantis populi cęlesti pietate prosequere, vt quę agẽda sunt videãt, et ad implenda, quę viderint, conualescant. Per Dominum nostrum.

¶ Lectio sancti euangelij secundum Lucam.

IN illo tempore, cum factus esset Jesus annorum duodecim, ascendentibus illis Hierosolymam secundum consuetudinem diei festi, cõsummatisq; diebus, cum redirent remãsit puer Jesus in Hierusalem, et non cognouerunt parentes eius. Et reliqua.

Homelia. Sedq; pręterita.

APerta est nobis fratres charissimi sanctę euangelij lectio recitata, neq; opus est, vt in ea quid exponendo loquamur. Descripsit namq; infantiam, pueritiamq; redemptoris nostri, qua nostrę particeps humanitatis dignatus est fieri. Cõmemorat ęternitatem diuinę maiestatis, in qua patri mansit, ac manet semp ęqualis: vt videlicet incarnationis eius humilitate ad memoriam reuocata, et ipsi contra omnium vulnera peccatorum medicamẽtum verę humilitatis curemus exercere, pio semper animo recolentes. Tu autem. ¶ Ad Benedict. pro cõmemora. dñicę Dña. Fili quid feciſti nobis sic? Ecce ego, et pater tuus dolentes querebamus te. Et quid est quod me querebatis? nesciebatis, quia in his quę patris mei sunt oportet me esse? ℣. Venit lamentũ Hierusalem. ℟. Et gloria Domini super te orta est. Oratio. VOta quęsumus Dñe, vt supra. ¶ In secũdis vesp. pro cõme. dñicę. Dña. Maria autem conser-

ferens in corde suo. ℣. Vidimus stellam eius. Oratio de dominica.

℣ Die. x. De octaua Epipha. ad matutinis Inuitatorio. ℟ hymnus vt supra.

℣ In noctur. añę. psal. ℣. ℟ ria. vt in primo nocturno diei. Lectio. j.

℣ Lectio sancti euangelij secundum Matthęum.

Cum natus esset, vt in die. fol. iij. Et reliqua.

Ex eadem homilia beati Gregorij papę.

QVi etiam ad damnationis suę cumulum, eũ quẽ natũ despiciũt, nasciturũ lõge ante przscierunt, ℟ non solũ quia nasceretur nouerant, sed etiã vbi nasceretur. Hã ab Herode requisiti, locum nativitatis eius exprimũt, quẽ scripturę auctoritate didicerunt, ℟ testimoniũ pferunt, q̃ Bethlehẽ honorari natiuitate noui ducis ostẽditur, vt ipsa eorũ gemina scientia, ℟ illis fieret ad testimoniũ damnationis, ℟ nobis ad adiutoriũ credulitatis. Tu autem.

Ex eodem sermone beati Leonis papę. Lec. ij.

QVonfũmãt ergo Magi desiderium suum, et ad puerum Dominum nostrum Jesum Christum eadem stella przeunte, peueniunt. Adorant in carne verbum, in infantia sapientiam, in infirmitate virtutem, in hominis veritate Dñm maiestatis: vtque sacramentũ fidei suę, intelligentięque manifestẽt, quod corde credũt, muneribus protestantur. Tu autem. Lectio. iij.

AVus Deo, Myrrhã homini, Aurum offerunt regi, scilicet humanam, diuinamq; naturam, in vnitate venerãtes, quia quod erat in substantiis proprium, nõ erat in personis diuersum. Reuersis autem Magis in regionẽ suam, translatoq; Jesu in Egyptum ex admonitione diuina, exardescit frustrata meditationib⁹ suis Herodis insania: necari omnes Bethlehem pueros iubet. Et quoniam quem metuat nescit infantem, generalem sęuitiã in suspectam sibi tendit ętatem. Tu autem. ℣ c Deũ laudamus. ℣ Ad laudes. ℣. Añę. psalm. capitulum, hymnus, ℟. ℣. vt in die. ℣ Ad benedic. Añã. Hoc de celo

de celo sonuit, & vox patris audita est. Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, ipsum audite. Oratio, vt in die. ¶ Ad vesp. ant. & psalm. vt in. ij. vesp. natalis Domini. Capitulum, hymnus, & ℣. vt in die. ¶ Ad Mag. Ant. Admoniti Magi in somnis ab angelo, per aliam viam reuersi sūt in regionē suam. Oratio, vt in die.

¶ Die. xj. de octaua Epi. Ad matutin. mutato. et hymnus, vt supra. ¶ In nocturn. ant. psal. ℣. & Pria. vt in secundo nocturn. diei.

Lectio. j.

¶ Lectio sancti euangelij secundum Matthęum. Cum natus esset. vt in die. fol. 111. Et reliqua.

Ex eadem homilia beati Gregorij.

QVos profecto bene Isaac, cum Jacob filium suum benediceret, designauit, qui & caligans oculis, et prophetans in presenti filium suum nō vidit, cui tamē multa in posterum prędixit: quia nimirū Judaicus populus pphetię spū plenus, & cęcus ideō de quo multa in futurū prędixit: in presenti positū nō agnouit. Sed nativitate regis nostri cognita: Herodes ad callida argumēta cōuertitur: & ne terreno regno priuaretur renūciari sibi, vbi puer inuenietur postulat: adorare eū velle se simulat, vt hunc si inuenire possit extinguat. Tu autem.

Ex eodem sermone beati Leonis pape. Lectio. ij.

SEd quos impius rex eximit mūdo: Christus inserit cęlo: & quibus nondū sanguinis sui impendit redemptionem: iam martyrij tribuit dignitatē. Erigite igitur dilectissimi fideles animos ad cozuscātē gratiā luminis sempiterni: & impēsa saluti humanę gręe sacramēta venerātes: studiū vim his quę pro vobis gesta sunt subdite. Tu autem. Lectio. iij.

DIligite castimonię puritatē, quia Christus virginitatis est filius. Abstinete vos a carnalibus desideriis, quę militāt aduersus animā, quēadmodū nos presens beatus apostolus suis (vt legimus) verbis hortat. Tu aūt. Te Deū laud. ¶ Ad Laud. ℣. Ant. psal. capl. hym. & ℣. vt i die.

℣ Ad Benedic. Ant. Oēs nationes venient a lōge, portantes munera sua. Alla. Oratio, vt in die. ℣ Ad Vesp. Ant, & psal. vt supra. Hymnus, et ℣. vt in die. ℣ Ad Mag. Ant. Interrogabat Magos Herodes, qō signum vidistis supernatum regem: stellam vidimus fulgentem, cuius splendor illuminat mūdū. Oro, vt in die. ℣ Cōe. pri. de octa. ad matut. Invitat. & hym. vt sup. ℣ In noctur. Ant, psal, et ℣. vt in alij noctu. dict. præter vltimū. ℣. & loco illius dicitur. ℣. Stella fulgens. vt infra, in vltimo die post. ℣. lectio. ℣ Lectio. j.

℣ Lectio sancti euangelij secundum Matthęum. Cum natus esset, vt in die. fol. iiij Et reliqua.

Ex eadem homilia Beati Gregorij papę.

Sed quanta est humana malitia contra cōsilium diuinitatis? Scriptum quippe est, nō est sapientia, non est prudētia, non est consiliū cōtra Dominum. Nam ea quę apparuit stella, Magos pduxit, natum regē reperiūt, munera deferunt, & ne redire ad Herodem debeāt, in somnis admonētur. Sic quę fit, vt Jesum quē quęrit Herodes, inuenire nō possit, cuius persona qui alij quam hypocritę designantur? qui dū fictę quęrunt, inuenire Dōm nunquam merentur. Tu autē. Ex eodem sermone Beati Leonis papę. Lectio.

Qualitis paruuli estote, quia Dōs glorię mortalium se cōformauit infantię. Sectamini humilitatem, quam Dei filius discipulos suos docere dignatus est. Jnduite vos virtutem patientię, in qua animas vestras possitis acquirere, quoniā qui cunctorū est redemptio, ipse est omnium fortitudo. Tu autem. Lectio. iij.

Quę sursum sunt sapite, non quę super terram, Per viam veritatis, & vitę constanter incedite, nec vos impediant terrena, quibus parata sunt cę lestia: Tu autem. ℣ Deū laudamus. ℣ Ad Laudes ℣. Antę. psal. cap̄m. hym. ℣. vt in die. ℣ Ad benedic. Ant. Omnes de Saba venient, aurum, & thus deferētes. Alleluya. Alleluya.

℣ Vesp. hodiernę sūt. iiij. capit.

capit. Añę, ꝛ psal. vt in ip. ves. natalis Dñi. Capit.

Isaie 25. DOmine Deus meus es tu, ꝛ exaltabo te, ꝛ confiteboꝛ nomini tuoꝛ quoniam feciſti mirabilia, cogitationes antiquas fideles. Amen. ℟. Deo gras tuas. ℣. Venit Jeſus. Et infra poſt pri. lec. Et in fine dicitur. Oꝛa Pꝛi. Hym. ꝛ ℣. vt in die. ¶ Ad Mag. Añ. Deſcendit ſpūs ſanctus corporali ſpecie, ſicut columba, in ipſum, ꝛ vox de celo facta eſt: hic eſt filius meus dilectus. Alleluya.

Oratio.

DEus cuius vnigenitus in ſubſtantia noſtrę carnis apparuit, pręſta quęſumus: vt per eum, quem ſimilem nobis foꝛis agnouimus, intus reforꝛmari mereamur. Qui tecū ¶ Notandum eſt quod ſi dies octauus Epiphanię in ſabbatho inciderit, in ſecundis veſp. capīm. ꝛ omnia alia erūt de dominica. Dñe ne in ira tua. Deinde fiat cõme. octauę, ꝛ de feſto ibi occurrẽti, ꝛ poſtea cõmemorationes conſuetę. Si autem dies octauus in dñica occurrerit, ꝛ in ea nõ recitabitur de hiſtoꝛia. Dñe ne in ira tua. Officiū erit de octaua, ꝛ de dñica infra octa. fit cõmemoratio in vtriſq; veſp. ꝛ matuti. ꝛ euangelīū dominicę intra octa. cum ſua homilia vt dicitur. Cum factus eſſet Jeſus, erit nona lectio. Si vero in eadem dñica incideꝛit hiſtoꝛia, Dñe ne in ira tua. octauus dies Epiphanię anticipabitur in ſabbatho pręcedenti, ꝛ tunc faciendū eſt vt in pꝛincipio huius regulę annoꝛatur. ¶ Sciendum pręterea quod ſemper in pꝛima dñica poſt octauas Epiphanię ponit hiſtoꝛia Dñe ne in ira tua. quę a nullo feſto impeditur, ꝛ ſi feſtum duplex in ea euenerit tranſferendum eſt in ſequentem diem. De feſtis vero nouem lectio. in his diebus occurrentibus fiat cõme. in pꝛi. veſp. ꝛ matut. ¶ Aduertendum inſuper quod ſi Septuageſima in decima octaua, vel decimanona, vel vigeſima die Januarij occurrerit ponitur hiſtoꝛia, Dñe ne in ira tua in dominica intra octauas Epiphanię, quia tunc nulla eſt dñica in qua poſſit recitari, ꝛ de octaua fiat

cõmemo. ꝛ de dñica intra octa. nihil fit, ꝛ in vtrisq; vesp. dicitur añia. **Tecum principium.** Cum ceteris, añis, ꝛ psal. vt in secundis vesp. natalis Domini. Ad completo. vero, ꝛ Nũ dimittis dicũtur añę de octaua: quia pertinent ad tempoꝛia solennitatem.

℣ Die. xiij. octauę Epiphanię. ℣ Ad matuti. Inuitato. Christus apparuit nobis. ℟. Uenite adoremus Psalm. Uenite, fol. i. Et reliqua omnia, vt in die præter hic expressa.

Lectio. j.

℣ Sermo sancti Ambrosii episcopi.

EVangelica scriptura refert, (sicut lectum nuper audiuimus,) Dominum ad Jordanem baptismi causa venisse: ꝛ i eodem flumine mysterijs sę cęlestibus consecrari voluisse. Quod mirari non debemus: cur hoc baptismatis ipsius Dominus, et magister fecerit: quia ipse ait. Qui fecerit sic, ꝛ docuerit, maximus vocabitur in regno cęlorum. Facere igitur prius voluit, quod faciendum omnibus imperabat: vt bonus magister doctrinam suam, nõ tã verbis insinuaret, quã actibus exerceret: ꝛ ad finem nos pariter gestu confirmaret, ꝛ sensu. Tu aũt Dñe. ℟. Uenit Jesus a Nazareth Galilee, ꝛ baptizatus est a Joanne in Jordane, ꝛ statim ascendens de aqua vidit apertos celos, ꝛ spiritum tanquam columbam. ℣. Descendentem, et manentem super eum. ℟. Et testimonium perhibuit Joannes dicens, quia vidi Dominum. ℣. Descendentem.

Lectio. ij.

HOc autem totum hodierna die gestũ esse manifestum est. Quod ita verum esse ipsa possumus colligere ratione. Ratio enim exigit, vt post diem natalis dominici: licet interpositis annis, eodem autem tempoꝛe hęc festiuitas sequeretur. Quam ꝛ ipsam festiuitatem natalem appellandam puto. Tunc enim natus est hominibus, hodie renatus est sacramentis. Tũc per virginem editus: hodie per mysterium regeneratus. Tu autẽ. ℟. Reges Tharsis. Ut in primis vesperis Epiphanię Dñi. Lec. iij.

TA enim disposuit Dominus non longe inter se hominum vota distare, vt in vno tempore, quem genitum gratulabãtur in terra, sanctificatum lętarentur in cęlis, vt qui partum virginis angelis annunciantibus possidebant, Dei filium testantibus cęlis retinerent certique essent homines: quia ipse esset filius Dei, quem virgo peperat, diuinitas agnoscebat. Noui enim partus noua merẽtur obsequia. Ibi eum secundum hominem nascitur; mater eum Maria sinu circumfouet, hic eum secundum mysterium gignitur, pater eum Deus voce complectitur. Ait enim, hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, ipsum audite. Tu autem. ℟. In columbe specie spiritus sanctus visus est, paterna vox audita est. ℗. Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, ipsum audite. ℣. Celi aperti sunt super eum, & vox patris audita est. ℗. Hic est. ℣. Gloria patri. ℗. Hic est. ℂ In secundo nocturno. Ańa. Reges Tharsis. Psalm. Deus iudicium tuũ. fo. 35 Ańa. Omnes gentes. Ps. Inclina Dñe. fo. 43 Ps. dicrę ańę, & psal. vt in. i. nocturn. dici. Ańa. Homo natus est in ea, & ipse fundauit eam altissimus. Psalm. Fundamẽta eius. fo. 44 ℣. Omnis terra adoret te Deus, et psallat tibi. ℟. psalmum dicat nomini tuo Domine. Lectio. iij.

QVater ergo partui molli blanditur gremio: pater filio pio testimonio famulatur: mater (inquam) eum adorandum magis ingerit, pater colendum gentibus manifestat. Sinu igitur retinetur a matre cum nascitur: sed pater ei sinus sui fotum iugiter subministrat, legimus enim eum sine intermissione in patris gremio quiescentem: dicente euangelista: Deum nemo vidit vnquam nisi vnigenitus filius, qui est in sinu patris. Libẽter ergo quieuit Dominus in sinu sanctorum. Unde & Ioannes euangelistę sinum, vt in eo accumberet, libenter elegit. Tu autem. Responsorium, vt in secundo nocturno dici.

Lectio. v.

SInus ergo in quo Christus requiescit, non corporis gremio præparatur: non vestimentorum ambitione componitur: sed cęlestium virtutum operatiõe colligitur. Nam Christi sinus erat in Ioanne euãgelista, fides: in Deo Patre diuinitas: in Maria Matre virginitas. Ibi sinus Christi est, vbi habitaculum est virtutũ. Ibi reclinat caput suũ: vbi domicilium cęlestiũ inuenit præceptorum. Nam ideo peccatoribus, & infidelibus dicit. Vulpes foueas habent, & volucres cęlinidos: filius autem hominis nõ habet, vbi caput suum reclinet. Tu autem.

Lectio.vj.

IGitur Dominus Iesus hodie venit ad baptismum: & corpus suũ sanctũ voluit aqua dilui. Dicat fortasse aliquis: qui sanctus est, quare voluit baptizari? Audi ergo. Ideo baptizatur Christus: non vt sanctificetur ab aquis, sed vt aquas ipse sanctificet: & purificatione sui purificet fluenta illa tãgit. Cõsecratio enim Christi, consecratio maior est elementi. Cum enim salus tota abluitur: iam tunc in nostrum baptismum tota aqua mundatur, & purificatur fons: vt secuturis postmodum populis, lauacri gratia ministretur. Præcedit ergo Christus per baptismum: vt Christiani post eum confidenter populi subsequãtur. Tu aũt. ℂ In.nj. nocturno. Añs. Adorate Dominum. Alla. In aula sancta eius. Alla. Psal. Cantate.j.fol. 46 Añs. Adorate Dñm. Alla. Oẽs angeli eius. Alla. Psã. Dominꝰ regnauit exultet. fol. 46 Añs. Notum fecit Dñs. Alla. Salutare suum. Alla. Psalm. Cantate.ij. fol. 48 ℣. Omnes gentes quascũq; fecisti. ℟. Uenient, & adorabunt coram te Dñe. Pater noster.

℟Lectio sancti euangelij secundum Matthęum.

Lectio.vij.

IN illo tempore, venit Iesus a Galilęa in Iordanem ad Ioannem, vt baptizaretur ab eo. Et reliqua.

Homilia venerabilis Bedę presbyteri.

LEctio sancti euangelij, quam modo fra-

tres au-

tres audiuimus, magnum nobis, & in Dño, & in seruo dat perfectę humilitatis exemplum. Tu autem. ℣. Stella, quam viderant Magi i oriẽte, antecedebat eos, donec venirent ad locum vbi puer erat. ℟. Uidentes autem eam gauisi sunt gaudio magno valde. ℣. Et intrantes domum inuenerunt puerum cum Maria matre eius. ℟. Uidentes. Lectio. vij.

IN Dño quidem: quia cũ sit Dñs non solũ ab homine seruo baptizari, sed ipse etiam ad hunc baptizandus venire dignat⁹ est. Tu autem. ℣. Uidẽtes stellam Magi gauisi sũt gaudio magno, & intrantes domum inuenerunt puerũ cum Maria matre eius: & procidẽtes adorauerũt eum. ℟. Et apertis thesauris suis obtulerũt ei munera, aurũ, thus, & myrrham. ℣. Stella, quã viderant in oriente antecedebat eos, vsq; dum veniens staret supra vbi erat puer. ℟. Et apertis. Lectio. ix.

IN seruo autem, quia cum sciret præcursorem se, ac baptistã sui saluatoris esse destinatũ: memor tamen propriæ fragilitatis iniunctum sibi humilitet excusauit officiũ, dicẽs. Ego a te debeo baptizari, & tu venis ad me? Tu autem. ℣. Stella fulsit in oriente, Magi munera obtulerunt. ℟. Deferentes ei thesaurum magnum, aurũ, thus, & myrrham. ℣. Et intrantes domum, inuenerũt puerum, & procidentes adorauerunt eum. ℟. Deferentes. ℣. Gloria patri. ℟. Deferentes. Te Deum laudamus. ℣. Uenit lumen tuum Hierusalem. ℟. Et gloria Domini super te orta est. ℣. Te laudi. Ant. Ueterem hominem renouãs saluator venit ad baptismum, vt naturam, quæ corrupta erat, per aquã recuperaret incorruptibili veste circumamiciens nos. Ps. Laudate Dñm de cẽlis. Ant. Tu, qui in spiritu, et igne purificas hũmana contagia, Deum, & redemptorẽ omnes glorificamus. Ant. Baptista contremit, & nõ audet tãgere sanctum Dei verticem: sed clamat cum tremore, sanctifica me saluator. Ant. Caput draconis saluator contrivit in Jordanis flumine, & ab eius potestate omnes eripuit. Ant. Magnum mysterium declaratur hodie, quia creator omnium

in Jorda-

in Jordane expurgat nostra facinora. Capitulum vt in vespe. Hym, ℣. vt in die. ℂ Ad benedict. Ańa. Precursor Joannes exultat, cum in Jordane baptizato Domino facta est orbis terrarum exultatio: facta est peccatorum nostrorum remissio: sanctificans aquas ipse: omnes clamemus miserere nobis. Oratio vt in ves. Loco Benedicamus. Stella fulgẽs. ℂ Ańę laud. p horas dicit. ℂ Ad tertiam, sextam, et nonam capitulum, vt supra. ℟ia. et ℣ii. vt in die. Oratio, vt in vesperis.

ℂ Ad secundas vesp. ańę t psal. vt in secundis vesp. natalis Dñi. Capitulum, vt supra. Alia. Cũ suo ℣. Hymnus, t ℣. vt in die.

ℂ Ad Mag. Ańa. Hodie completi sunt dies mane festiuitatis: gaudet vniuersus orbis de mysterio trinitatis: quia in Jordane baptizatus est factus homo verus Deꝰ. Oratio, vt in primis vesp. Loco benedicamus. Stella fulgens.

ℂ Dñica prima post octa. Epiphanię que nuncupatur historia. Domine ne in ira tua. In primis vesperis. Capitulum.

Benedictus Deus, et pater Domini nostri Jesu Christi, pater misericordiarum, t Deus totius consolationis, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra. ℟. Deo gratias ℟. Deus qui sedes super thronum. Ut infra post.j. lectio. Hym. O lux beata trinitas. Et in psalterio ad vesp. sabbati. ℣. Vespertina oratio ascẽdat ad te Domine. ℟. Et descendat super nos misericordia tua. ℂ Ad Mag. Ańa. Regi autem seculorũ immortali, inuisibili, soli Deo honor, t gloria in secula seculorum. Oratio. 2 Cor cap. 1

Omnipotẽs sempiterne Deus, qui cęlestia simul, et terrena moderaris: supplicationes populi tui clementer exaudi, t pacem tuam nostris cõcede temporibus. Per Dñm.

ℂ Fiat cõme. de festo dicit. t de festo ibi occurrenti. Deinde cõmemo. cõsuetę. ℂ Ad complet. vt in psalterio. fol. 78 ℂ Ad matu. Inuitato. Venite exultemus Dño. p. Jubilemus Deo saluatori nro. Psalm. Venite. fol. 1. Hymnus. Primo dierũ. vt in psalterio. ℂ In.j. nocturn. Ańę, psal. 8

psal. ℟. vt in psalterio in prima diuisione. Pater noster. Lectio.j.

ad Ro ca.i. PAulus seruus Jesu Christi vocatus apostolus, segregatus in euangelium Dei: quod ante promiserat per prophetas suos in scripturis sanctis de filio suo, qui factus est ei ex semine Dauid, secundum carnem, qui prædestinatus est filius Dei in virtute: secundum spiritum sanctificationis: ex resurrectione mortuorum Jesu Christi Domini nostri. Tu autem. Respon. Domine ne in ira tua arguas me: nec in furore tuo corripias me. ℣. Miserere mei Domine quoniam infirmus sum. ℟. Sana me Domine, quoniã conturbata sunt ossa mea: & anima mea turbata est valde. ℣. Miserere. Lectio.ij.

PEr quem accepimus gratiam, & apostolatũ ad obediendũ fidei in omnibus gentibus pro nomine eius, in quibus estis et vos vocati Jesu Christi, omnibus qui sũt Romę dilectis Dei vocatis sanctis gratia vobis: & pax a Deo Patre, & Dño Jesu Christo. Tu autẽ. ℣. Deus qui sedes super thronum: & iudicas equitatem: esto refugiũ pauperum in tribulatione. ℣. Quia tu solus labore, & dolorem consideras. ℟. Tibi enim derelictus est pauper: pupillo tu eris adiutor. ℣. Quia. Lectio.iij.

PRimum quidem gratias ago Deo meo p Jesum Christum pro omnibus vobis, quia fides vestra annũtiatur in vniuerso mũdo. Testis enim mihi est Deus: cui seruio in spiritu meo: in euãgelio filij eius quod sine intermissione memoriam vestri facio: semper in orationibus meis: obsecrans si quo modo tandem aliquãdo prosperum iter habeam in voluntate Dei veniendi ad vos. Tu autem. ℟. Justus Dominus: & iustitias dilexit. ℣. Equitatem vidit vultus eius. ℟. In Domino confido, quomodo dicitis anime mee, transmigra in montem sicut passer. ℣. Equitatẽ. ℟. Gloria patri, ℣. Equitatem

℄ In secundo nocturno Antiphonę, psalmus, & ℟. vt in psalterio in prima diuisione. Pater noster.

Lectio.iiij.

Desidero

DEsidero enim videre vos: vt aliquid impartiar vobis gratię spiritualis ad confirmandos vos, id est simul consolari in vobis: per eam quę inuicem est fides vestra atq; mea. Nolo autē vos ignorare fratres, quia sępe ꝓposui venire ad vos, & prohibitus sum vsq; adhuc: vt aliquem fructum habeam in vobis, sicut & in cęteris gentibus. Gręcis, ac barbaris, sapientibus, & insipientib⁹ debitor sum: itaq; quod in me promptū est, & vobis qui Romę estis euāgelizare. Tu autem. ℟. Adextris est mihi Dominus ne cōmouear. ℣. Propter hoc dilatatū est cor meū: & exultauit lingua mea. ℟. Dñs pars hereditatis mee, & calicis mei. ℣. Propter hoc.

Lectio.v.

NOn enim erubesco Euangelium: virtus enim Dei est, in salutem omni credenti. Judęo primū & Gręco. Justitia enim Dei in eo reuelatur ex fide in fidem: sicut scriptum est. Justus autem ex fide viuit. Reuelatur enim ira Dei de cęlo super omnem impietatem, & injustitiam hominum eorum, qui veritatem Dei in iniustitia detinent, quia quod notum est Dei, manifestum est in illis: Deus enim illis manifestauit. Tu autem. ℟. Notas mihi fecisti Domine vias vite. ℣. Adimplebis me letitia cum vultu tuo: delectationes in dextera tua vsq; in finem. ℟. Tu es Dñe qui restitues hereditatem meam mihi. ℣. Adimplebis.

Lectio.vi.

CInuisibilia enim ipsius a creatura mundi per ea quę facta sunt intellecta cōspiciuntur, sempiterna quoq; eius virtus, & diuinitas: ita vt sint inexcusabiles: quia cum cognouissent Deum: nō sicut Deum glorificauerūt: aut gratias egerunt, sed euanuerunt in cogitationib⁹ suis: & obscuratum est insipiens cor eorum. Tu autē. ℟. Intende ad deprecationem meam Dñe: & inclina aurem tuam ad precem meam. ℣. Custodi me, vt pupillam oculi: sub vmbra alarum tuarum protege me. ℟. Perfice gressus meos in semitis tuis: vt non moueantur vestigia mea. ℣. Custodi. ℟. Gloria patri. ℣. Custodi. ℭ In uigilia noctur.

noctur. Ant. psal. ℣. vt in psalterio, in primo nocturno. Pater nr. Lectio viij. ¶ Lectio sancti euangelij secundum Joannem.

cap. 2. IN illo tempore nuptie facte sūt in Cana Galilee, et erat mater Jesu ibi. Et reliqua.

Homilia venerabilis Bede presbyteri.

QUia Dñs noster atque saluator ad nuptias vocatus non solum venire, sed et miraculū ibidem, quo conuiuas lętificaret, facere dignatus est: exceptis cęlestium sacramentorum figuris: etiam iuxta literam fidem recte credentium cōfirmat. Tu autē. ℟. Diligam te Dñe virtus mea: Dñs firmamentum meum. ℣. Et refugium meum es tu. ℟. Liberator meus, Deus meus adiutor meus. ℣. Et refugium.

Lectio. vij.

PRoro Taciani, atq; Marciani, ceterorūque qui nuptias detrahūt, perfidia quam sit damnabilis: insinuat. Si enim thoro immaculato, et nuptijs debita castitate celebratis culpa inesset: nequaquam Dñs ad has venire: nequaquam eas signorum suorū initijs cōsecrare voluisset. Tu autem. ℟. Firmamentum meum, et refugium meū, et liberator meus. ℣. Deus meus adiutor meus. ℟. Protector meus, et cornu salutis mee, et susceptor meus. ℣. Deus meus. Lectio. viij.

QUe autem, quia bona est castitas coniugalis: melior continentia vidualis, optima perfectio virginalis, ad comprobandum omnium electorum gradum, discernendum tamen meritum singulorū, ex intemerato virginis Marię vtero nasci dignatus est. Tu autē. ℟. Dñi est terra, et plenitudo eius. ℣. Orbis terrarū, et vniuersi qui habitant in eo. ℟. Ipse super mare fundauit eū. ℣. Orbis. ℟. Gloria patri. ℣. Orbis. ℟. Deum laudate. ℣. Ant. laud. capitū. Hymnus. ℣. vt in psalterio, in dñicali officio, fol. 10 ¶ Ad Benedict. Ant. Nuptie facte sunt in Cana Galilee: et erat Jesus ibi cum Maria matre sua. Oratio vt supra. Fiat comme. de festo occurrenti. Deinde commemoratio. consuete. ¶ Ad .i. Ant. Dominus regit me. Et in

salte. ℣. De⁹ De⁹ me⁹ respice i me. Cū ceteris vt annotatū est i prima lōga. ℭ Ad.iij.vt.z nonā. Añe. psal. Capitulū, ℟ia.z ℣si. vt in psalterio in diebus ferialibus. Oratio vt sup. ℭ Ad secundas vesp. Añe psal. vt in psalterio in ves. dominical. fol. 68 ℭ Pro cōme. dñice. Añā. Deficiēte vino iussit Jesus impleri hydrias aqua: que in vinum conuerse sunt. Alla.℣. Dirigatur Dñe. Oratio vt su. ℭ Dñica.ij.post octa.Epiphanie. ℭ In primis vesp. capitm vt in dñica. Dñe ne in ira tua. Nō dicitur. ℟. hymnus. Lux beata trinitas, vt in psalterio. fol. 78 Ver. Vespertina oratio. Ad Magni. Añā. vt in dñica. Dñe ne in ira tua. Oratio.

Omnipotēs sempiterne Deus infirmitatē nostram propitius respice, atq; ad protegendum nos dexteram tuę maiestatis extende. Per Dominum. ℭ Fiat cōme. de festo diei, z de festo.ix.lectio.si ibi occurrerit. Deinde cōmemo. consuetę. ℭ Ad complet. vt in psalterio. fol. 78 ℭ Ad matutinum. Inuitatorium. hym. vt in dñica precedēti. ℭ In pri. nocturno. Añe. psal. ℣. vt in psalterio in.ij. dnisione. Pater nr̄. Lec.j.

PAulus vocatus apostolus Jesu Christi p voluntatem Dei, z Sosthenes frater ecclesię Dei, quę est Corinthi sanctificatis in Christo Jesu, vocatis sanctis: Cum omnib⁹ qui inuocant nomen Domini nr̄i Jesu Christi in omni loco ipsorū, z nr̄o, z Dño Jesu Christo. Tu aūt. ℟ia. vt in dñica precedēti. Lec.ij. 1.ad cor.1

GRatias ago Deo meo semper pro vobis in gra Dei quę data est vobis in Christo Jesu: q in omnibus diuites facti estis in illo, in omni verbo, z in omni sciētia: sicut testimoniū Christi confirmatū est in vobis: ita vt nihil vobis desit in vlla gra expectantibus revelationem Domini nostri Jesu Christi, qui z confirmauit nos vsq; in finem sine crimine in die aduentus Dñi nr̄i Jesu Christi. Fidelis Deus per quē vocati estis in societatem filij ei⁹ Dñi nr̄i Jesu Christi. Tu autem. Lectio.iij.

OBsecro autem vos fratres p nomē Dñi nr̄i

nostri Jesu Christi, vt idipsum dicatis oēs, & nō sint inter vobis schismata. Sitis aūt perfecti in eodem sensu & in eadem scientia. Significatū est enim mihi de vobis fratres mei ab his qui sunt Chloes, quia contentiones sunt inter vos. Hoc autem dico, q̄ vnusquisq; vestrum dicit: Ego quidē sum Pauli, ego aūt Apollo, Ego vero Cephę, Ego autem Christi. Diuisus est ergo Christus? Tu autem.

℣. In .iij. noct. Visę p̄dal. & fove in psalte. in as. domi. Pater noster.

Lectio .vi.

Numquid Paulus crucifixus est pro vobis, aut in nomine Pauli baptizati estis? Gratias ago Deo meo, q̄ neminem vestrum baptizauerim, nisi Crispū, & Caium: ne quis dicat, q̄ in nomine meo baptizati estis. Baptizaui autem & Stephanę domum. Cęterum nescio si quem alium vestrum baptizauerim. Non enim me misit Christus baptizare: sed euangelizare. Non in sapientia verbi: vt nō euacuetur crux Christi. Verbum enim crucis pereuntibus quidem stultitia est, his aūt qui saluifiunt, id est nobis, virtus Dei est. Tu autem.

Lectio .vij.

Scriptū est enim, p̄dā sapientiā sapientū, & prudentiā prudentū reprobabo. Vbi sapiēs? Vbi scriba? Vbi inquisitor huius sęculi? Nonne stultam fecit Deus sapientiā huius mūdi? Nam q̄m in Dei sapiētia non cognouit mundus per sapiētiam Deum: placuit Deo p̄ stultitiā p̄dicationis saluos facere credentes. Tu aūtem.

Lectio .viij.

Quoniā & Judęi signa petunt, & Gręci sapiētiam quęrunt. Nos autem p̄dicamus Christū crucifixū: Judęis quidē scandalū: gentibus vero stultitiā: Ipsis aūt vocatis Judęis, atq; Gręcis Christū Dei virtutem, & Dei sapiētiā: quia q̄d stultū est Dei sapiētius est hominibus: & q̄d infirmū est Dei fortius est hominibus. Tu autem.

℣. In .iij. noct. Visę p̄dal. et fove in psalterio in as. diuisione.

Lectio .viij.

℣ Lectio sancti euangelij secundum Matthęum.

In illo tēpore: Cū defecēdisset Jesus de mōte, secutę sūt eū turbę multę

ecce leprosus, veniens adorabat eum dicens: Dñe si vis, potes me mundare. Et reliqua. ¶ Homilia Huginis.

DOcente in mõte Dominо, discipuli venerunt ad eum sicut alacres, sicut domestici, sicut proximi, sicut amici, vel fratres. Ideo ait Dñs ad eos: vos estis sal terrę, et vos estis lux mundi. Nunc vero descendẽte eo de monte turbę sequuntę sunt eum, quę in montem ascendere non potuerunt, vt pigri populi, vt negligentes, vt imperfecti. Tu autẽ. ¶ Lec. viij.

LEx et filij Israel primitus in montem ascendere non valuerunt, id est ad obtinendũ Deo pergere nõ potuerunt, ppter suã irreligiositatem, et impietatem: sed solus Moyses ascendit: et cum eo pauci senioruꝫ Israel. Ita et cum Dño discipuli soli in montem ascenderũt, et tardiores deorsum steterunt. Tu autem. ¶ Lectio. ij.

SIc quoq; modo vigilãtes, et alacres, et fideles animę Deum timentes, et Dominum diligentes, regna cęlestia desiderantes, Dñm semper sequentes, post Dñm in illum cęlestẽ montem ascendunt: audiẽtes apostolum dicentem. Quę sursum sunt quęrite: quę sursum sũt sapite: vbi Christus est, ad dexteram Dei sedens. Tu autẽ. ¶ Te Deum laudamus. ¶ In Laud. ℣. añę. psal. capitn. Hymnus, et ℣. vt in dñica precedenti. ¶ Ad Benedict. Añia. Cum autem descendisset Jesus de mõte: ecce leprosus veniens adorabat eum dicens: Dñe si vis potes me mundare. Et extendens manum tetigit eum dicens: volo, mundare. Oratio vt sup. Fiat cõmemo. de festo occurrenti. Deinde cõmemo. cõsuetę. ¶ In.ij. vesp. añę et psal. vt in precedenti dñica. Post Benedicamus pro cõmemo. dñicę. Añia. Domine si vis potes me mũdare. Et ait Jesus: volo, mundare. ℣. Dirigatur. Oratio vt supra. ¶ Dominica.iij. post octa. Epiphą, in pri. vesp. capl. Hym. ℣. et añia, ad Mag. vt in dñica. Dñe ne in ira tua. ℣. post capm non dicitur. Oratio.

DEus, qui nos in tantis periculis cõstitutos,

tutos,

tutos, p humana scis fragilitate non posse subsiste re, da nobis salutem mentis, ꝛ corporis: vt ea quę p peccatis nostris patimur: te adiuuāte vincam⁹. Per Dñm. ¶ Fiat comme. de festo dicti, ꝛ de festo occurrenti. Deinde cōmemorationes cōsuetę. ¶ Ad matutī. Inuitato. ꝛ hymnus, vt in dñica. Dñe ne in ira tua. ¶ In pri. nocturn. añę psal. ꝛ ꝟsi. vt in psalterio in pri. diuisione. Pater noster. Lectio.j.

2. ad Cor. cap. 1

PAulus apostolus Jesu Christi per voluntatem Dei, ꝛ Timothęus frater ecclesię Dei quę est Corinthi, cū sanctis omnibus qui sunt in vniuersa Achaia, gratia vobis, ꝛ pax a Deo patre nostro, ꝛ Dño Jesu Christo, Benedictus Deus, ꝛ Pater Dñi nostri Jesu Christi: Pater misericordiarū: ꝛ Deus totius consolationis: qui consolatur nos in omni tribulatione nostra, vt possim⁹, ꝛ ipsi consolari eos qui in omni pressura sunt: per exhortationem: qua exhortamur, ꝛ ipsi a Deo: quoniā sicut abundant passiones Christi in nobis: ita p Christum abundat consolatio nra. Tu autē. Vsq; vt in dñica. Dñe ne in ira tua. Lec.ij.

SIue autē tribulamur p vestra exhortatiōe, et salute: siue consolamur pro vestra cōsolatione: siue exhortamur pro vestra exhortatione, ꝛ salute: quę operatur tolerantiam earundem passionum: quas ꝛ nos patimur, vt spes nostra firma sit p vobis: sciētes, quoniā sicut socij passionum estis: sic eritis ꝛ cōsolationis. Tu autem.

Lectio.iij.

NOn enim volumus ignorare vos fratres de tribulatione nostra: quę facta est in Asia. Quoniā supra modum grauati sumus supra virtutem: ita vt tęderet nos etiam viuere. Sed ipsi in nobismetipsis responsum mortis habuimus: vt non simus confidētes in nobis: sed in Deo qui suscitat mortuos: qui de tantis periculis nos eripuit, ꝛ eruit: in quem speramus, quoniam, ꝛ adhuc eripiet adiuuantibus, ꝛ vobis in oratione pro vobis, vt ex multorum personis facierū: eius quę in nobis est donationis: per multos

gratie agantur pro nobis. Tu autē. ℣. In. q̄ noctur. Añe. ps. xl. v. vt in ps. xv. i pri. diuisione. Pater noster. Lectio. iij.

NAm gloria nr̄a hęc est, testimoniū cōsciē tię nostrę: quod in simplicitate cordis, et sinceritate Dei, & nō in sapientia carnali: sed in gratia Dei cōuersati sum⁹ in hoc mūdo: abundantius autē ad vos. Non enim alia scribimus vobis, quam quę legistis, & cognouistis. Spero autē q̄ vsq; in finē cognoscetis: sicut & cognouistis nos ex parte: quod gloria vr̄a sumus: sicut & vos nr̄a in die Dñi nostri Jesu Christi. Tu autem. Lectio. v.

ET hac cōfidētia pri⁹ volui venire ad vos: vt secundā gratiam haberetis, & per vos transirem in Macedoniam: iterum a Macedonia venirē ad vos: et a vobis deduci in Judęam. Tu autem. Lectio. vi.

QUm ergo hoc voluissem nunquid leuitate vsus sum: aut quę cogito secundū carnē cogito: vt sit apud me est, & nō: fidelis autem Deus: quia sermo noster, qui fuit apud vos, nō est in illo est, & nō, sed est in illo est: Dei enim filius Jesus Christus, qui in vobis per nos prędicatus est p me, & Syluanum, & Timotheū nō fuit in illo est, & nō, sed est in illo fuit, quotquot enim p̄missiones Dei sūt, in illo est: ideo & per ipsum Amē Deo, ad gloriā vr̄am. Qui autē cōfirmat nos vobiscū in Christo, & qui vnxit nos Deus, qui & signauit nos, & dedit pignus spūs in cordibus nostris. Tu autem. ℣. In .iij. noct. añę. ps. & v. vt in ps. in pri. diuisi. Pater noster. Lectio. vij. ℣. Lectio sancti euangelij secundum Matthęum.

IN illo tempore, ascēdente Jesu in nauicu- cap. 8
lam: sequuti sunt eum discipuli eius, & ecce motus magnus factus est in mari, ita vt nauicula operiretur fluctibus. Et reliqua. Homilia Origenis epi. sco.

IN grediente Dño in naviculā sequuti sunt eum discipuli eius, nō imbecilles, sed firmi, & stabiles in fide, mansueti, & pij. Spernentes mundum: nō duplici corde, sed simplici.

Tu au-

Tu autem. Lectio.viij.

IN ergo sequuti sunt eū,non tantū gressus eius sequentes,sed magis sanctitatem comitantes,ꝛ iustitiā eius consectantes, ꝛ ecce tēpestas magna facta est in mari,ita vt naucula operiretur fluctibus. Tu autem. Lectio.ix.

QUam enim multa, et magna miracula ostendisset in terra,transiit ad mare: vt ꝛ ibidē adhuc excellentiora opera demōstraret, quatenꝰ terrę marisq; Dominum se esse cūctis ostenderet. Ingressus ergo nauiculā,fecit turbari mare, cōmouit ventos,ꝛ concitauit fluctꝰ. Tu autem. ℣. e Deū laudamus. ℟. In Laud. ℣. añę.capitulum, hymnus, et ℣ſ. vt in dñica. Dñe ne i ira tua. Ad Benedic. Aña. Ascendente Jesu in nauiculam ,sequuti sunt eū discipuli eius, ꝛ ecce motus magnus factꝰ est in mari , ita vt naucula operiretur fluctibus. Oratio vt supra. Fiat cōme. de festo occurrenti. Deinde cōmemorationes cōsuetę. ¶ In secundis vesperis añę et psalm. vt in psalterio in vesp. dominical. ¶ Pro commemoratione dominicę. Añā. Quo modo homines mirati sunt dicentes: qualis est hic,quia venti , et mare obediunt ei. Alleluya. ℣. Dirigatur. Ofo vt sup. ¶ Dominica.iiij.post oct. Epiphanię. In pri. vesp. capitulū , vt in dominica. Domine ne in ira tua , nō dicitur. ℣. Hymnus, ℣. et añā , ad Mag. vt in dominica. Domine ne i ira tua.

Oratio.

HAmiliam tuam quęsumus Domine cōtinua pietate custodi, vt quę in sola spe gratię cęlestis innititur , tua semper protectione muniatur. Per Dominum. ¶ Fiat cōme. de festo diei, ꝛ de festo occurrenti. Deinde commemoratio consuetę. ¶ Ad matutin. Inuitatoꝛ. et hymnus, vt in dominica. Domine ne in ira tua. ¶ In primo nocturno. Añę. psalm. et ℣ſ. vt in psalterio in secunda diuisione. Pater noster.

Lectio.j.

PAulus apostolus Jesu Christi per voluntatem Dei et Timotheus frater hȳ qui sūt Colossis sanctis ꝛ fidelibꝰ fratribꝰ i Christo Jesu: gratia vobis, ad Col. 1

& par a Deo patre nostro, & Dño Jesu Christo. Gratias agim⁹ Deo, & patri Dñi nostri Jesu Christi, semper pro vobis orantes. Tu autē. Vers. vt in dñica. Dñe ne in ira tua. Lec.ij.

HAudientes fidem vestram in Christo Jesu, & dilectionem quā habetis in sanctos oēs propter spem quę reposita est vobis in cęlis: quam audistis in verbo veritatis euāgelij quod puenit ad vos: sicut & vniuerso mūdo est, & fructificat, & crescit sicut in vobis ex ea die qua audistis, & cognouistis gratiam Dei in veritate. Tu autem. Lectio.iij.

SIcut didicistis ab Epaphra charissimo conseruo nostro, qui est fidelis pro vobis minister Jesu Christi, qui etiā manifestauit nobis dilectionem vestram in spū. Jdeo & nos ex qua die audiuim⁹: non cessamus pro vobis orantes, & postulantes: vt impleamini agnitione voluntatis eius in omni sapientia, & intellectu spirituali. Tu autem.

In.iij.nocturn. Aūę. pfal. & ℣. vt in psalte. an. ij. dmi. Pater noster. Lec.iiij.

QVt ambuletis digne, Deo per omnia placentes, in omni opere bono fructificantes, & crescētes in scientia Dei, confortati in omni virtute secūdum potentiam claritatis eius: in omni patientia, et longanimitate cum gaudio, gratias agentes Deo & patri, qui dignos nos fecit in partē sortis sanctorum in lumine. Tu autem.

Lectio.v.

QVi eripuit nos de potestate tenebrarum, & transtulit in regnum filij dilectionis suę, in quo habemus redemptionem, et remissionem peccatorum, qui est imago Dei inuisibilis primogenitus omnis creaturę: quia in ipso condita sunt vniuersa in cęlo, & in terra: & visibilia, & inuisibilia, siue throni, siue dominationes, siue principatus, siue potestates omnia per ipsum, & in ipso creata sunt. Tu autē. Lectio.vj.

ET ipse est ante omnes, & omnia in ipso constant, et ipse est caput corporis ecclesię; qui est principium primogenitus ex mortuis, vt sit in omnibus ipse

bus ipse primatum tenēs, quia in ipso cōplacuit omnem plenitudinē inhabitare, ꝛ per eum recōciliari omnia in ipsum, pacificans per sanguinem crucis eius, siue quę in cęlis sunt, siue quę in terra. Tu autem. ℂ In.iij. noctur. Ānę. psal. ꝛ vers. vt in psalterio in.iij. diuisione. Pater noster. Lectio.vij.

ℂ Lectio sancti euangelij secundum Matthęum.

ca.11 IN illo tempore respōdens Dñs Jesus dixit: Confiteor tibi Domine Pater cęli, ꝛ terrę, qui abscondisti hęc a sapientibꝰ, ꝛ prudētibus, ꝛ reuelasti ea paruulis. Et reliqua. Homilia beati Augustini episcopi.

SAnctum euangeliū cum legeretur, fratres, audiuimus, Dominū Jesum exultasse in spiritu, ꝛ dixisse: confiteor tibi Domine pater cęli ꝛ terrę: qui abscondisti hęc a sapiētibus, ꝛ prudentibus, ꝛ reuelasti ea paruulis. Hucusq; verba Domini, si digne, si diligenter, si (quod primū est) pie consideramus inuenimus primitus, nō semper cum in scripturis legimus confessionem, debere nos intelligere vocē peccatoris. Tu autem.

Lectio.viij.

MAxime autē hoc discendum fuit, et hinc admonenda charitas vestra: quia mox vt hoc verbum sonuit: vox lectoris, sequutus est etiam sonus tunsionis pectoris vestri. Audito scilicet quādo Dominus ait, confiteor tibi Pater, in hoc quod sonuit cōfiteor: pectora tundere vidistis, tundere autē pectus quid est? nisi argūere quod latet in pectore, et euidenti pulsu occultum castigare peccatum. Tu autem. Lectio.ix.

QUare hoc fecistis, nisi quia audistis: confiteor tibi Pater: confiteor audistis, quid confitetur, non attendistis. Hunc ergo aduertite, si confiteor Christus dixit: a quo longe est omne peccatum, nō solius est confiteri peccatoris, sed etiam aliquando laudatoris. Cōfitemur ergo, siue laudantes Deum, siue accusantes nosmetipsos, pia est vtraq; confessio, siue cum te reprehēdis, qui non es sine peccato, siue

to,siue cum illum laudas; qui non potest habere pec catū.Tu autem. ℟. Deū lauda. ℣. Ad Laud.℣.añę. psal.caplm.Hymnus,℟.℣. vt in dñica. Dñe ne in ira tua. ℣. Ad Benedic.Aña. Confiteor tibi Dñe pater celi,℟.terre:qui abscondisti hec a sapientibus,℟.prudentib⁹,℟.reuelasti ea paruulis, ita pater sancte,quia sic placitum fuit ante te. Oratio vt supra. ℣n.ij.vesp.añę ℟.psal.vt i psalterio i vesp. dominicali.fol.68 ℣.Pro commemo.dominicę.Añа Jugum enim meū suaue est, ℟.onus meum leue.℣. Dirigatur. Oratio vt supra.

℣.Dominica.v. post octa. Epiphanię.In pri. vespe. caplm vt in dñica.Dñe ne in ira tua.non dicitur. Re. Hym.℣.℟.añа, ad Magn. vt in prędicta.Domine ne in ira tua. Oratio.

Qonserua Dñe populum tuum, et tuo nomini fac deuotum, vt diuinis subiectus officijs, ℟ tēporalia pariter,℟ eterna dona percipiat. Per Dominum. ℣.Fiat cōme. de festo diei, et de festo occurrenti. Deinde commemorationes consuetę,

Lectio.j.

Paulus apostolus Jesu Christi per voluntatem Dei secundum promissionem vitę quę est in Christo Jesu Timotheo charissimo filio.Gratia,et misericordia,℟ pax a Deo patre nostro et Christo Jesu Domino nostro.Gratias ago Deo meo cui seruio a progenitoribus meis in conscientia pura: quod sine intermissione habeam tui memoriam in orationibus meis,nocte atque die desiderans videre te. Tu autem. ℟ia. vt in dñica. Dñe ne in ira tua. Lec.ij. 2. ad Tim cap.1

Qemor lachrymarum tuarum, vt gaudio implear, recordationem accipiēs eius fidei quę est in te nō ficta,quę ℟ habitauit primū in auia tua Loide,℟ matre tua Eunice,certus sum autem,q̄ et in te, propter quam causam admoneo te vt resuscites gratiam Dei quę est in te per impositionē manuū mearum, non enim dedit nobis Deus spiritū timoris: sed virtutis,℟ dilectionis,℟ sobrietatū.Tu aūt. Lec.iij.

Qli itaq̄ erubescere testimoniū Domini

nostri,

noſtri,nec me vinctũ eius, ſed collabora euangelio ſecundum virtutem Dei, qui nos liberauit, & vocauit vocatione ſua ſancta, non ſecundum opera noſtra,ſed ſecundum propoſitum ſuũ,& gratiã quę data eſt nobis in Chriſto Jeſu ante tẽpora ſęcularia. Manifeſtata eſt autẽ nũc per illuminationem ſalua toris noſtri Jeſu Chriſti, qui deſtruxit quidem mortem,illuminauit autem vitam, et incorruptionem p euangeliũ, in quo poſitus ſum ego prędicator,& apoſtolus, & magiſter gentiũ. Tu autẽ. ℣ In.ij.nocturn. ant,pſal.& ℣ſi. vt in pſalterio in prima diuiſione. Pater noſter. Lectio.iiij.

OB quam cauſam etiã hęc patior:ſed nõ cõfundor. Scio enim cui credidi,& certus ſum,quia potens eſt depoſitũ meũ ſeruare in illum diem. Formã habe ſanorũ verborũ, quę a me audiſti in fide,& dilectione in Chriſto Jeſu. Bonum depoſitum cuſtodi p ſpũm ſctũm qui habitat in nobis. Tu autem. Lec.v.

SCis enim hoc,quod auerſi ſunt a me oẽs qui in Aſia ſũt,ex quib⁹ eſt Phiſet⁹,& Hermogenes, det miſericordiam Dominus Oneſiphori domui, quia ſępe me refrigerauit, & catenam meam non erubuit,ſed cum Romam veniſſet,ſolicite me quęſiuit, & inuenit. Det illi Dñs mꝰ inuenire miſericordiã a Deo in illa die, & quãta Epheſi miniſtrauit mihi, tu melius noſti. Tu autem. Lec.vj.

TU ergo fili mi cõfortare in gra quę eſt in Chriſto Jeſu,& quę audiſti a me p multos teſtes: hęc cõmẽda fidelibus homini bꝰ: qui idonei erũt,& alios docere. Labora, ſicut bonꝰ miles Chriſti Jeſu. Nemo militans Deo implicat ſe negotiis ſecularibus,vt ei placeat,cui ſe probauit. Nã,& qui certat in agone, non coronabitur niſi legitime certauerit. Laborantem agricolã oportet primum de fructibus accipere. Tu autem.

℣ In tertio nocturno ant ę pſalm.et verſic. vt in pſalterio in prima diuiſione. Pater noſter.

℣ Lectio ſancti euangelij ſecundum Matthęum.

Lectio.vij.

IN illo tempore dixit Jesus discipulis suis parabolam hãc: simile est regnum celorum homini, qui seminauit bonũ semen in agro suo. Et reliqua.

¶ Homilia sancti Augustini episcopi.

QVm negligẽter agerent prepositi ecclesie: et dormitionem mortis acciperent apostoli: venit diabolus, et superseminauit eos, quos malos filios Dñs interpretatur. Sed recte queritur, vtrum hereticí sint: an male viuẽtes catholici. ¶ Possunt enim dici mali filij etiam hereticí, qui ex eodem euangelij semine, et Christi nomine procreati: prauis opinionib⁹ ad falsa dogmata cõuertuntur. Tu autem.

Lectio.viij.

SEd quod dicit eos in medio tritici seminatos: quasi videntur illi significari, qui vnius communionis sũt. Ueruntamẽ quando Dñs agrum, non ecclesiam, sed hũc mundũ interpretatur: intelliguntur hereticí, qui non societate vnius ecclesie, vel vnius fidei: sed societate solius nominis Christiani in hoc mundo permiscentur bonis: vt illi qui in eadem fide mali sũt: palea potius quam zizania reputentur: quia palea etiã ipsum fundamentum habet cum frumento, radicemq; cõmune. Tu autem. Lectio.ix.

IN illa plane sagena, qua cõcluduntur boni, et mali pisces: nõ absurde mali catholici intelliguntur. Aliud est mare, quod significat magis istũ mũdum: aliud sagena que vnius fidei, vel vnit⁹ ecclesie cõmunionem videtur ostẽdere. Inter hereticos autem, et malos catholicos hoc interest: quod hereticí falsa credunt: illi autẽ vera credentes non viuunt ita, vt credunt. Tu autem. ¶ Ver. añe, ad laud. et omnia alia, vt in prędicta dominica. ¶ Ad Benedict. Añs. Dñe nonne bonum semen seminasti in agro tuo: vnde ergo habet zizania: et ait illis, hoc fecit inimicus homo. Oratio vt supra. ¶ Pro cõme. dñice. Añs. Colligite primum zizania, et alligate ea in fasciculos ad comburendum: triticum autẽ congregate in horreũ meũ dicit Dñs. ℣. et ℟o. vt sup.

¶ Inter

¶ Inter dominicam. Dñe ne in ira tua, ꝛ Septuagesima. Aliquando intervenit quinq; hebdomadę, interdū pauciores, ex quibus leguntur quę necessaria fuerint donec Septuagesima occurrat, qua interueniēte, quasi supersse contigerit omnino dimittentur.

¶ Dominica in Septuagesima. Sabbatho nā vespras. Capitulum.

1. ad Col. ca. 9 FRatres, nescitis qđ hi qui in stadio currunt, omnes quidem currūt, sed vnus accipit brauium. Sic currite, vt cōprehendatis: omnis enim qui in agone contendit, ab omnibus se abstinet. ℟. Deo gratias. ℟. Formauit igitur. Ut infra post. ujlect. Hymnus. O lux beata trinitas fol. 78. ¶ Ad Mag. Aña. In principio creauit Deus celum, ꝛ terram: ꝛ omnem ornatum eorum. Viditq; Deus cuncta que fecerat, et erant valde bona. Oratio.

PReces ppli tui quęsumus Dñe clemēter exaudi: vt qui iuste p peccatis nostris afflgimur, pro tui nominis gloria misericorditer liberemur. Per Dominum.

¶ Perficiantur istę vespertinę Būdicam⁹ Dño. Alla. Alla. ℟. Deo gras. Alla. Alla. Et nō dicitur vitra. Alla. Hec in officijs, nec in missa, vsq; ad vigiliam paschę, sed in principio horarum post Deus in adiutor. ꝛ Gloria Patri. Hoc Alla. Dicit Laus tibi Domine Rex eterne glorię. ¶ dicuntur cōme. consuetę. ¶ Nota quod si Septuagesima ꝛ festū Purificationis in eodem die cōcurrerint, fit ad plenū de dominica, ꝛ benedictio candelarum, ꝛ solennis processio fit ipso die: festum q; celebratur die sequenti lunę. Et de sancto Blasio fit in feria .iij. et de sanctis .ix. lectio, fiat cōmemo. in privespe. ꝛ matutinis, quod etiā seruandū est in Sexagesima ꝛ Quinquagesima. ¶ Dicterea aduerte q; quando festū purificationis i sabbatho āte Septuagesi. Sexagesi. vel Quinquagesimā, venerit capitulum, erit in eodē sabbatho de Purificatiōe. Dictaq; oratione beatę Marię, verbum Patris loca

Benedica-

Benedicamus. Fiat commemoratio de Septuagesima, et post orationem dicatur Benedicamus. Cum duplici. Alleluya.

℣. Ad Matutinum Inuitatorium. Præoccupemus faciem Domini. ℟. Et in psalmis iubilemus ei. Psal. Venite. fol. 1. Hymnus. Primo dierum. ℣. In primo nocturno antiphona. et ℟. et in psalterio in secunda diuisione. Pater noster. Lectio. i.

In principio creauit Deus cælum, et terram: terra autem erat inanis, et uacua: et tenebræ erant super faciem abyssi: et spūs Dñi ferebatur super aquas. Dixitq; Deus: fiat lux: et facta est lux. Et vidit Deus lucem, quod esset bona, et diuisit lucem a tenebris. Appellauitq; lucem diem, et tenebras noctē. Factumq; est vespere, et mane dies vnus. Tu autem. ℟. In principio fecit Deus cælum, et terrā: et creauit in ea hominē. ℣. Ad imaginē, et similitudinem suam. ℟. Fouemauit igitur Deus hominē de limo terre, et inspirauit in eum spiraculum vitæ. ℟. Ad imaginem. Lectio. ii.

exhe. cap. 1

Dixit quoque Deus, fiat firmamentum in medio aquarum: et diuidat aquas ab aquis. Et fecit Deus firmamentum, diuisitq; aquas, quæ erant sub firmamento, ab his quæ erāt super firmamentum. Et factū est ita. Vocauitq; Deus firmamentū cælum: et factum est vespere, et mane dies secundus. Tu autē. ℟. In principio creauit Deus cælum et terram: et spūs Dñi ferebatur sup aquas: et vidit Deus cuncta quæ fecerat. ℟. Et erāt valdē bona. ℟. Igitur perfecti sunt cæli, et terra, et omnis ornatus eorum. ℟. Et erant.

Lectio. iii.

Dixit vero Deus: cōgregetur aquæ quæ sub cælo sūt in locū vnū: et appareat arida, et factū est ita. Et vocauit Deus aridam terram: cōgregationesq; aquarum appellauit maria. Et vidit Deus q̄ esset bonum: et ait, Germinet terra herbam virentē, et facientem semen: et lignū pomiferum faciēs fructū iuxta genus suum: cuius semen in semetipso sit sup terram. Et factum est ita. Tu autē. ℟. Formauit igi-

tur Dñs

tur Dñs hominē de limo terre, ⁊ inspirauit in faciē eius spiraculum vite. ℟. Et factꝰ est homo in animā viuentē. ℣. In principio fecit Deus celum, ⁊ terram, ⁊ creauit in eis hominē. ℟. Et factus. ℣. Gloria patri. ℟. Et factus. ¶ In. ij. nocturn. Añ̄ psal. ℣. vt in psalterio in. ij. distinctione. Pater noster.

Lectio. iiij.

ET protulit terra herbā virentem, ⁊ faciētem semē iuxta genus suū. Lignumq; faciens fructū: ⁊ habens vnūquodq; semētem secundum speciē suā. Et vidit Deus quod esset bonum: ⁊ factum est vespere, ⁊ mane, dies tertiꝰ. Dixit autē Deus, fiāt luminaria in firmamento cēli: ⁊ diuidant diem, ac noctem: et sint in signa, ⁊ tempora, et dies, ⁊ annos, vt luceāt in firmamēto cēli: ⁊ illuminēt terram. Et factum est ita. Tu autem. ℟. Igitur perfecti sunt cēli, ⁊ terra, et omis ornatus eorum: cōpleuitque Deus die septimo opus suū quod fecerat, ⁊ requieuit ab omni opere. ℟. Quod parrarat. ℣. Benedixitque Deus diei septimo: ⁊ sanctificauit illum: quia in ipso cessauerat ab omni opere. ℟. Quod parrarat.

Lectio. v.

FEcitq; Deus duo luminaria, magna: Luminare maius, vt pręesset diei, ⁊ luminare minus, vt pręesset nocti: ⁊ stellas: et posuit eas Deus in firmamento cęli vt lucerent super terram, ⁊ pręessent diei ac nocti: ⁊ diuiderent lucem, ac tenebras: ⁊ vidit Deus: q̄ esset bonum: et factū est vespere, ⁊ mane dies quartus. Tu autem. ℟. Tulit ergo Dominus hominem: et posuit eum in paradiso voluptatis. ℟. Vt operaretur: et custodiret illum. ℣. Plātauerat autem Dñs Deus paradisū voluptatis a principio: in quo posuit hominē quē formauerat. ℟. Vt operaretur.

Lectio. vj.

DIxit etiā Deus: producāt aquę reptile animę viuentis: ⁊ volatile super terram sub firmamēto cęli. Creauitq; Deus cete grandia, ⁊ omnem animam viuentem: atq; motabilem: quam produxerant aquę in species suas, et omne volatile secundum genus suum. Et vidit Deus quod esset bonum: benedixitque eis dicens.

Crescite:

Crescite, & multiplicamini: & repiete aquas maris. Auesq; multiplicentur super terram: et factum est vespere, & mane dies quintus. Tu autem. ℟. Dixit Dominus Deus: non est bonum esse hominem solum. ℣. Faciamus ei adiutoriū simile sibi. ℟. Ade vero non inueniebatur similis eius, dixit quōq; Deus. ℣. Faciamus. ℟. Gloria patri. ℣. Faciamus. ℭ In.uſ. noctuſq. pſal. & ℣. vt in pſalterio in.ij.diuſione.

ℭ Lectio sancti euangelij secundum Matthęum.

Lectio.vij.

capi. 22. IN illo tempore dixit Jesus discipulis suis parabolam hāc, simile est regnū cęlorū homini Patrifamilias, qui exijt primo mane conducere operarios in vineam suam. Et reliqua.

Homi. B. Gregor. papę.

REgnum cęlorum homini Patrifamilias simile dicitur, qui ad excolendam vineam suā operarios conduxit. Quis vero Patrifamilias similitudinem rectus tenet, quā conditor noster, qui regit quos condidit: et electos suos sic in hoc mūdo possidet, quasi subiectos. Dñs iſomo: Qui habet vineā, vniuersam scilicet ecclesiā: quę ab Abel iusto, vsq; ad vltimum electū, qui in fine mundi venturus est. Quos sanctos protulit: quasi tot palmites misit. Tu autē. ℟. Immisit Dominus soporem in Adam, et tulit vnam de costis eius: et edificauit Dominus costam quā tulerat de Adam in mulierem. ℣. Et adduxit eā ad Adam, vt videret quid vocaret eā, & vocauit nomen eius virago, quia de viro sumpta est. ℟. Cumq; obdormisset, tulit vnam de costis eius: et repleuit carnem pro ea. ℣. Et adduxit. Lectio.vij.

HJe itaq; Paterfamilias ad excolendam vineam suam: mane hora tertia, sexta, nona, & vndecima operarios conduxit. Quia a mundi huius initio vsq; in finē ad erudiendum plebem fidelium prędicatores congregare nō desistit. Tu aūt. ℟. Dixit Dominus ad Adam, de ligno quod est in medio paradisi. ℣. Ne comedas, in quacunq; hora comederis morte morieris. ℟. Precepitque ei Dñs

dicens,

dicens, ex omni ligno paradisi comede. De ligno autē scientie boni, ꝛ mali. ℣. Ne comedas. Lectio ip.

IN Ane etenim mundi fuit, ab Adam vsque ad Noe. Hora vero tertia, a Noe vsq; ad Abraham. Sexta quoq; ab Abraham vsq; ad Moysen: Nona autem a Moyse vsq; ad aduētum Domini. Undecima, ab aduentu Domini vsq; in finem mundi, in qua prędicatores sancti apostoli missi sunt, qui mercedē plenam, ꝛ si tarde venientes acceperūt. Tu autem. ℟. Simile est regnum celorum homini patrifamilias: qui exijt primo mane conducere operarios. ℣. In vineā suā. ℟. Cōuentione autem facta cū operarijs ex denario diurno: misit eos. ℣. In vineam. ℟. Glia patri. ℣. In vineam. ℭ Post prestam, repetatur. ℟. a principio, quia nō dicitur Te Deum laudamus. In his dominicis, dicitur tantum in festis. ℣. Excelsus super omnes gentes Dominus. ℟. Et super celos gloria eius. ¶ Ad laud. Ant. Miserere mei Deus: ꝛ a delicto meo mūda me: quia tibi soli peccaui. Psal. Miserere mei Deus. fol. 21 Ant. Confitebor tibi Dñe, quoniam exaudisti me. Psa. Confitemini Dño quoniā bonus. fol. 57 Ant. Deꝰ Deus meus ad te de luce vigilo: quia factus es adiutor meus. Psal. Deus Deus meus. fol. 10 Ant. Benedictus es in firmamēto celi: ꝛ laudabilis in secula Deus noster. Canticū. Benedicite. fol. 11 Ant. Laudate Dominum de celis. Psa. Laudate Dñm de. fo. 11 Caplm vt supra. Hymnꝰ. Eterne rerum conditor. fol. 12 ℣. Dñe refugium factus es nobis. ℟. A generatione, ꝛ progenie. ℭ Ad Benedic. Ant. Simile est regnum celorum homini patrifamilias: qui exijt primo mane conducere operarios in vineam suam dicit Dñs. Oratio vt supra. Fiat cōmemora. de festo currēte. Deinde cōmemo. cōsuetę. ℭ Ad. ij. Ant. Conuentione autem facta cum operarijs ex denario diurno: misit eos in vineam suam. Psa. Deus Deus meꝰ respice. fo. 13 ℭ Ad. iij. Ant. Ite ꝛ vos in vineam meam: ꝛ quod iustū fuerit dabo vobis. Caplm. vt sup. ℟. Spes mea Dñe. ℣.

A iuuentute. ℣. In te cõfirmatus sum ex vtero, de ventre matris mee: tu es protector meus. ℟. A iuuẽtute. ℣. Gloria patri. ℟. Spes mea. ℣. Ego dixi Dñe miserere mei. ℟. Sana animam meã Deus, quia peccaui tibi. Oratio vt supra. ℭ Ad vs. Ańa. Quid hic statis tota die ociosi? Responderunt, & dixerunt, quia nemo nos cõduxit. Capitulũ vt supra. ℣. Esto nobis Domine. ℟. Turris fortitudinis. ℣. A facie inimici, et persequentis. ℟. Turris. ℣. Gloria patri. ℟. Esto nobis. ℣. Dominus regit me, & nihil mihi deerit. Resp. In loco pascue ibi me collocauit. Oratio vt supra. ℭ Ad ix. Ańa. Voca operarios, et redde illis mercedem suam, dicit Dñs. Laplm. vt sup. ℟. Educ de carcere. ℟. Animam meam. ℣. Exconfitebitur nomini tuo Domine. ℟. Animã. ℣. Gloria patri. ℣. Ab occultis meis mũda me Domine. ℟. Et ab alienis parce seruo tuo. Oratio vt supra. ℭ Ad vespe. Ańa. Sedea dextris meis. Pũ. Dixit Dñs. fol 68 Cũ cęteris ańis, & psal. vt i psalterio. ℭ Pro cõme. dñicę. Ańa. Nouissimi vna hora fecerunt, & pares nobis illos fecisti: qui portauimus pondus diei, & estus. ℣. Dirigatur Dñe oratio mea. ℟. Sicut incensum in conspectu tuo. Oratio vt supra. ℭ Dicantur commemorationes consuetę.

ℭ Dominica in Sexagesima. Sabbatho ad vesp.

Capitulum.

FRatres libenter sufferitis insipientes: cũ sitis ipsi sapientes. Sustinetis enim, si quis vos in seruitutem redigit, si quis deuorat, si quis accipit, si quis extollit, si quis in faciem vos cędit. ℟. Deo gratias. ℟. peractis. Ut supra post. iij. lectio. Hym. & ℣. vt in psalterio. fo. 78. ℭ Ad Mag. Ańa. Dixit Dñs ad Noe, finis vniuersę carnis venit ad me. Repleta est terra iniquitate eorũ, & ego disperdam eos de terra. Penitet enim me fecisse eos: sed fac tibi arcam de lignis leuigatis: vt ingrediaris tu, & vxor tua tecũ. Te enim vidi iustum coram me in generatione ista. Oratio.

DEus qui conspicis, quia ex nullis nostra actione confidimus: concede pro-

pau. 2. ad Co. ca. 11

cede propitius, vt contra omnia aduersa: doctoris gentium protectione muniamur. ℣ Per Dominum. ℭ Fiat cõme. de festo occurrẽte. Deinde commemoratio cõsueta. ℭ Ad Matutinum. Inuitatorium. Quoniam Deus magnus Dominus. ℟. Et Rex magnus super ōmnes Deos. Psalm. Venite. fol. 1. Hymnus. Primo dierum. fol. 1. ℭ In primo nocturno, Antiph. psalm. et ℟. vt in psalterio in secunda diuisione. Lectio.i.

Gene. 5. et 6. ca. ℣ Ode cum quingentorum esset annorum: genuit tres filios: Sem, Cham, et Japheth. Cumq; cepissent homines multiplicari super terram: et filias procreassent: videntes filij Dei filias hominũ, quod essent pulchrę, acceperunt sibi vxores ex omnibus quas elegerant. Dixitq; Deus. Non permanebit spiritus meus in homine in eternum: quia caro est, eruntq; dies illius centum viginti annorum. Tu autem. ℟. Noe vir iustus, atq; perfectus cũ Deo ambulauit. ℟. Et fecit omnia, quecunque precepit ei Deus. ℣. Noe autem non inueniebatur similis eius: qui custodiret omnia precepta, et mandata Dei. ℟. Et fecit. Lectio.ij.

Ygantes aũte erant super terram in diebus illis: postquam enim ingressi sunt filij Dei: ad filias hominum, illeq; genuerunt: isti sunt potentes a seculo viri famosi. Videns autem Deus q; multa malitia hominum esset in terra, et cuncta cogitatio cordis intenta esset ad malum omni tempore, penituit eum q; hominem fecisset in terra, et precauens in futurum, et tactus dolore cordis intrinsecus, delebo, inquit, hominem quem creaui a facie terrę ab homine vsque ad animantia, et reptilia, vsque ad volucres cęli, penitet enim me fecisse eos. Tu autem. ℣. Dixit Dominus ad Noe, finis vniuersę carnis venit coram me, et repleta est terra iniquitate eorum. ℟. Et ego disperdam eos de terra. ℣. Fac tibi arcam de lignis leuigatis, mansiunculas in arca facies. ℟. Et ego.

Lectio.iij.

NOe vero inuenit gratiam coram Deo. Hę sunt generationes Noe. Noe vir iustus: atq; perfectus fuit in generationib⁹ suis. Cū Deo ambulauit: & genuit tres filios, Sem, Cham, & Japheth. Corrupta est autem terra coram Deo, & repleta est iniquitate. Tu autem. ℟. Peractis centum quinquaginta dieb⁹ Dominus aquas imminuit. ℣. Fontes abyssi, & cataractas celi clausit, pluuiasque de celo cessare fecit. ℟. Recordatus est Dñs Noe, & eorum qui erāt cum eo. ℣. Fontes. ℟. Gloria patri. ℣. Fōtes. ℭ In .ij. nocturno, assę psal. & ℟. vt in psalte. in .ij. diuisione. Lectio .iiij.

QUmq; vidisset Deꝰ, terrā esse corruptā, (omnis quippe caro corruperat viā suam super terram) dixit ad Noe, finis vniuersę carnis venit coram me: repleta est terra iniquitate a facie eorum. Et ego disperdam eos cū terra. Fac tibi arcam de ligniś leuigatis: mansiunculas in arca facies: & bitumine linies intrinsecus, & extrinsecus. Tu autem. ℟. Quadraginta dies & noctes apti sunt celi: & ex omni carne habente spiritum vite ingressi sūt in arcam. ℣. Et clausit a foris hostium Dñs. ℟. In articulo diei illi⁹ ingressus est Noe in arcam, & filij eius, vxor illius, & vxores filiorum eius. ℣. Et clausit. Lec. .v.

ET sic facies eā: Trecentorum cubitorū erit longitudo arcę: quinquaginta cubitorum latitudo: et triginta cubitorū altitudo illius: Fenestram in arcā facies: & in cubito consummabis summitatem eius. Ostium autem arcę pones ex latere deorsum. Ęnacula, & tristiga facies in ea. Tu autē. ℟. Volēs Noe scire, si iam cessassent aquę emisit columbā: que ramum virentis oliue in ore suo deferens. ℣. Ad arcam reuersa est. ℟. Deferēs autem signum clementię Dei colūba in ore suo. ℣. Ad arcam. Lectio .vj.

ECce ego adducā aquas diluuij sup terram: vt interficiam omnē carnem in aqua, spiritus vitę est subter cęlū, & vniuersa quę in terra sunt consumentur, ponamq; fędus meum tecum: & ingredieris arcā tu, & filij tui, vxor tua: & vxores

& vxores filiorum tuorum tecum, & ex cunctis animãtibus vniuersę carnis bina induces in arcam: vt viuãt tecum masculini sexus, et fęminini, & de volucrib⁹ iuxta genus suum, & de iumentis in genere suo: & ex omni reptili terrę secundum genus suum: bina de omnibus ingredientur tecum, vt possint viuere. Tu autem. ℟. Benedicens ergo Deus Noe, ait, nequaquã vltra maledicam terre propter hominem. ℣. Ad imaginem quippe Dei factus est homo. ℟. Hoc erit signũ fęderis inter me, & terram: arcum meum ponã in nubibus celi. ℣. Ad imag. ℟. Gloria patri. ℣. Ad imag. ℣ In tiſ. nocturn. Aſſę. pſal. & ℟. vt in pſalterio in tj. diuiſione. Pater noster.

℣ Lectio ſancti euangelij ſecundum Lucam.

cap. 8 IN illo tempore: cum turba plurima conueniret, & de ciuitatib⁹ properarent ad Jesum: dixit per ſimilitudinẽ: exiit qui seminat seminare semen ſuum. Et reliqua.

Homilia B. Gręgo. pape.

LEctio ſancti euangelij, quã modo fratres charissimi audistis: expositione non indiget, sed admonitione, quam enim per semetipsum veritas exposuit, hanc discutere humana fragilitas non przesumit. Sed est quod solicite in hac ipsa expositione dominica, pẽsare debeamus: quia si nos vobis semen, verbum, agruin, mundum, volucres, dęmonia, spinas, diuitias significare dicere mus: ad credendum nobis mens vestra forsitan dubitarct. Tu autem. ℟. ponã arcum meum in nubibus celi, dixit Dominus ad Noe. ℣. Et recordabor fęderis mei, quod pepigi tecum. ℟. Cũq; obduxero nubibus celũ: apparebit arcus meus in nubibus. ℣. Et recordabor.

℣ Lectio viij.

QUis enim mihi vnq̃ crederet, si spinas, diuitias interpretari voluissem: maxime cum illę pungant, istę delectent? Et tamen spinę sunt, quę cogitationum suarum punctionibus mentem lacerant, et cum vsq; ad peccatũ perstrahunt: quasi inflicto vulnere cruentant. Tu autẽ. ℟. Edificauit Noe altare Dño offerẽs super illud ho-

locaustum: odorat⁹ est Dominus odorem suauitatis: & benedixit eis dicens. ℟. Crescite, & multiplicamini, & replete terram. ℣. Ecce ego statuam pactum meum vobiscum: et cum semine vestro post vos. ℟. Crescite.

Lectio. ix.

QUas bene in hoc loco: alio euangelista testante: non solum Dominus diuitias: sed etiam fallaces diuitias ostendit. Fallaces enim sunt: quę nobiscum diu permanere non possunt. Fallaces sũt: quę mẽtis nostrę inopiam non expellunt. Solę autem diuitię verę sunt, quę nos diuites virtutibus faciunt. Tu autem. Respon. Cum turba plurima conuenirent, & de ciuitatibus properarent ad Jesum: dixit per similitudinem. ℟. Exiit qui seminat seminare semen suum. ℣. Jesus hec dicens clamabat, qui habet aures audiendi audiat. ℟. Exiit. ℣. Gloria patri. ℟. Exiit. ℣ Repetatur. ℟. a principio, et non dicitur. Te Deum laudamus. ℣. Excelsus Dominus. vt supra. ℣ In Laud. Ant. Secundum magnam misericordiam tuam miserere mei Deus. Psalm. Miserere. fol. 21. Ant. Deus meus es tu: et confitebor tibi: Deus meus es tu: et exaltabo te. &c. Psal. Confitemini Dño. fol. 57 Ant. Ad te de luce vigilo Deus: vt viderem virtutem tuam. Psalmus. Deus Deus meus ad te. fol. 10 Ant. Hymnũ dicite: et superexaltate eum in secula. Canticum. Benedicite. fol. 11. Ant. Omnes angeli eius, laudate Dominum de celis. Psalmus. Laudate Dominum de cęlis. fol. 11. Capitulum vt supra. Hymnus. Eterne rerum. fol. 12. Ver. Domine refugiũ. vt supra. ℣ Ad Benedic. Ant. Cum turba plurima conuenirent, et de ciuitatibus properarent ad Jesum: dixit per similitudinem, exiit, qui seminat, seminare semen suum. Oratio vt supra. ℣ Fiat commemoratio. de festo occurrenti. Deinde commemorationes cõsuete. ℣ Ad primã Ant. Jesus hec dicens clamabat: qui habet aures audiendi: audiat. Psalmus. Deus Deus meus respice. fol 13. ℣ Ad. iij. Ant. Vobis datum est nosse mysterium

sterium regni Dei: ceteris autem in parabolis: dixit Jesus discipulis suis. ℣. Legem pone. fol. 63 Capitulum vt supra. Hia, et versi. ad tertiam, sextam et nonam, vt in dñica precedenti. Oratio vt supra. ℭ Ad vs. Añs. Semen cecidit in terram bonam, et attulit fructum centuplum. Psalm. Defecit, fol. 65. Capitulum, ℟ oratio, vt supra. ℭ Ad ix. Añs. Semē est verbum Dei, sator autem Christus, omnis qui audit eum manet in eternum. Psalmus. Mirabilia. fol. 66. Capitulum, ℟ oratio. vt supra. ℭ Ad vesperas. Añs. Sede a dextris meis. Psalmus. Dixit Dominus. fol. 68 Cum ceteris añis, ℟ psalmis vt in psalterio. ℭ Pro commemora. dñice. Añs. Quod autem cecidit in terram bonam: hi sunt, qui in corde bono, et optimo verbum retinent, et fructum afferunt in patientia. ℣. Dirigatur. Oratio vt supra. Fiāt cōmemora. consuetę.

ℭ Dominica in Quinqua. Sabbatho ad vesp. Capl'm. ad Lo ca. 6. Fratres: si linguis homi-

num loquar, ℟ angelorum, charitatem autem non habeam: factus sum velut es sonans: aut cymbolum tinniens. Resp. Deo gratias. ℣. Reuertenti Abraham. Vt infra post nij. lectio. Hymnus, ℟ ℣. vt in Septuagesima. ℭ Ad Mag. Añs. Angelus Domini vocauit Abraham de celo dicens: Benedicam tibi, et multiplicabo te, sicut stellas celi, ℟ sicut arenam maris, erisq; benedictus in secula seculorum. Oratio.

Preces nostras quęsumus Domine clemēter exaudi: atq; a peccatorum nostrorum vinculis absolutos ab omni nos aduersitate custodi. Per Dominum. ℭ Fiat commemora. de festo diei, et de festo occurrenti. Deinde cōmemorationes consuetę. ℭ Ad matuti. Inuitato. Dñm, qui fecit mare, ℟ aridā fūdauit ℣. Venite adoremus. Psalmi. Venite. Hymnus. Primo dierum omnium. ℭ In primo nocturno Añs, psal. ℟ ℣. vt in psalterio in pri. diuisione.

Lectio. j.

Ojcit aūt Dñs ad Abrahā: Ēgĕdere ō terra tua, ℟ ō cognatiōe tua, et de Gene. 12.

& de domo Patris tui, et veni in terram, quam mõstrauero tibi: faciamq; te in gentem magnam: & benedicam tibi, & magnificabo nomen tuum: eriscq; benedictus. Benedicam benedicentibus tibi, & maledicam maledicentibus tibi: atq; in te benedicentur vniuersæ cognationes terræ. Tu autem. ℟. Factus est sermo Dñi ad Abraham dicens: noli timere Abrahã: ego protector tuus sum. ℘. Et merces tua magna nimis. ℟. Ego enim sum Dominus Deus tuus: qui eduxi te de terra Chaldeorum. ℘. Et merces.

Lectio iij.

EGressus est itaq; Abraham: sicut præceperat ei Dñs, et iuit cum eo Loth. Septuaginta quinq; annorũ erat Abraham: cum egrederetur de Arã, tulitq; Sarai vxorẽ suam, & Loth filiũ fratris sui: vniuersamq; substantiam quam possederant, & animas quas fecerant in Arã: Egressi sunt: vt irent in terram Chanaam. Tu autem. ℟. Locutus est Dominus ad Abraham dicens: egredere de terra tua, et de cognatiõe tua, & vade in terram quam mõstrauero tibi. ℘. Et faciam te crescere in gentem magnam. ℟. Benedicam tibi, et magnificabo nomen tuum: eriscq; benedictus. ℘. Et faciam. Lec. iij.

QVmque venissent in eam: pertransiuit Abraham terram vsq; ad locum Sichem, & vsq; ad cõuallem Illustrem. Chananæus autem tunc erat in terra. Apparuit autẽ Dominus Abraham, et dixit ei: semini tuo dabo terram hanc. Qui ædificauit ibi altare Dño: qui apparuerat ei. Tu autem. ℟. Reuertenti Abraham a cede quatuor regum: occurrit Rex Salem, Melchisedech: offerens panem, et vinum: erat enim Dei sacerdos. ℘. Et benedixit illi. ℟. Benedictus Abraham Deo altissimo qui creauit cælum, & terram. ℘. Benedixit. ℟. Gloria patri. ℘. Et benedixit. ℣ In. iij. nocturn. Añę. psal. & ℟. vt in psalterio in. j. diuisione.

Lectio iiij.

ET inde transgrediẽs ad montem, qui erat contra orientem Bethel: tetẽdit ibi tabernaculum suum: ad occidentem habens Bethel, & ad orientẽ Hai. Edi-

Dñi. Edificauit quoq; ibi altare Dño, et inuocauit nomen eius, perrexitque Abraham vadens, & vltra progrediēs ad meridiem. Tu autem. ℣. Eduxit Dominus Abraham foras, & ait illi. ℟. Suspice celū: & numera stellas, si potes: sic erit semen tuum. ℣. Credidit Abraham Deo, et reputatū est illi ad iustitiam. ℟. Suspice.

Lectio. v.

EFacta est autem fames in terra: descēditq; Abraham in Egyptū, vt peregrinaretur ibi: prævaluerat enim fames in terra. Cumq; prope esset vt ingrederetur Egyptū: dixit Sarai vxori suę. Noui q pulchra sis mulier: & q cū viderint te Egyptij: dicturi sunt vxor illius est: & interficient me, & te reservabunt: dic ergo obsecro te q soror mea sis: vt bene sit mihi propter te, & viuat anima mea ob gratiā tui. Tu autem. ℣. Dixit autē Dominus ad Abraham. Ego sum, et pactum meū tecum. ℟. Sanctificetur in vobis omne masculinum, & erit signum inter me, & semen tuū. ℣. Ex te namq; egredietur in quo omnes gentes benedicentur. ℟. Sanctificetur.

Lectio. vj.

QUm itaq; ingressus esset Abraham Egyptum: viderunt Egyptij mulierem q esset pulchra nimis: & nunciauerūt principes Pharaoni: & laudauerunt illam apud eum, et ablata est mulier in domo Pharaonis. Abraham vero bene vsi sunt ppter eā. Fueruntq; ei oues, et boues, & asini, & serui, & famulę, & asinę, & Cameli. Tu autem. ℣. Igitur Abraha de nocte consurgēs abiit ad locum, quem monstraturus erat ei Deus. ℟. Ut immolaret Isaac quem genuerat. ℣. Edificato autem altari, & desuper lignis impositis gladium arripuit, manum erexit. ℟. Ut immo. ℣. Gloria patri. ℟. Ut immola.

℣ In. iij. noctur. Finę psal. & ℣. vt in psalterio in prima diuisione.

℣ Lectio sancti euangelij secundū Lucam. Lec. vij.

IN illo tēpore assumpsit Jesus duodecim discipulos suos: et ait illis. Ecce ascendimus Hierosolimam, et consummabūtur omnia quę scripta sūt per prophetas de filio hominis.

minis. Et reliqua.

Homilia beati Gregorij pape.

REdemptor noster prę-
uidens ex passione
sua discipulorum animos
perturbandos, eis longe
ante, & ejusdem passionis
pœnã, & resurrectionis suę
gloriam prędixit, vt cum
eum morientem, sicut prę-
dictum est, cernerent: e-
tiam resurrecturum non
dubitarent. Sed quia car-
nales adhuc discipuli nul
lo modo valebant capere
verbum mysterij: venitur
ad miraculum. Tu autem.
Respon. Clamor, inquit
Dominus, Sodomorum, et
Gomorrhęorũ venit ad me.
℣. Descendam, & videbo vtrũ
clamorem opere compleue-
runt. ℟. Abraham stabat co
ram Deo, et ait, absit a te
Domine: vt perdas iustum
cum impio. ℣. Descendam.

Lectio. viij.

ANte eorum oculos
lumen cęcus recipit,
vt qui cęlestia verba my-
sterij non caperent, eos ad
fidem cęlestia facta solida
rent. Sed miracula Domi
ni, & saluatoris nostri: sic
accipiẽda sũt fratres cha
rissimi, vt in veritate crę-
dantur facta, & tamen per
significationem nobis ali-
quid innuant. Tu autem.
℣. Ait autem Abraham ad
Dominum: obsecro, Domi-
ne mi ne deleas omnẽ homi-
nem propter iustos decem.
℣. Respõdit Dominus Deus:
non delebo propter decem.
℟. Ne quęso Domine irasca
ris, et loquar semel, quid fa-
cies si inuenti fuerint decẽ.
℣. Respondit. Lectio. ix.

OPera quippe eius, &
per potentiam aliud
ostendunt, et per mysteriũ
aliud loquuntur. Ecce e-
nim quis iuxta historiam
cęcus iste fuerit ignoram⁹:
sed tamen quid per myste-
rium significet nouimus.
Tu autem. ℣. Ecce ascen-
dimus Hierosolymam, & cõ-
summabuntur oia que scri-
pta sunt per prophetas de fi-
lio hominis: tradetur enim
gentibus, et illudetur, & fla-
gellabitur, & cõspuet, & post-
q̃ flagellauerint occidẽt eũ,
℣. Et die tertia resurget. ℟.
Tradetur enim principibus
sacerdotũ ad crucifigendũ.
℣. Et die. ℟. Glia patri. ℣.
Et die. Reiteratur. ℟. a
principio quia nõ dicitur
Te Deum laudą. ℣. Excel
sus. ℣ in laud. Ant. Se-

cundum

cundum multitudinem miserationum tuarum Dñe dele iniquitates meas. ℣. Miserere mei Deus. fol. 21. Añia. Fortitudo mea, & laus mea Dñs, & factus est mihi in salutem. Psal. Confitemini Dño. fol. 57 Añia. Justo apparui tibi vt videre virtutē tuā, et gloriā tuā. Psal. Deus Deus meus ad te de luce fol. 10. Añia. Benedicite Dñm opera eius, laudate, & superexaltate eū in secula, Canticum. Benedicite, fol. 11 Añia. Virtutes ei laudate Dñm, tibele, & lumen cārate illi. Ps. Laudate Dñm de cel. fol. 11. Capitm vt sup. Hymn. Eterne rerum. fol. 12. ℣. Domine refugium. Ad Benedic. Añia. Ecce ascendimus Hierosolymam, et consummabūtur omnia: que scripta sunt de filio hominis: tradetur enim gentibus, & flagellabitur, & conspuetur, & postq̄ flagellauerint occidēt eum, & die tertia resurget. Oratio vt supra. Fiat cōmemo de festo occurrēti. Deinde commemoratio. consuetę. ℂ Ad. j. Añia. Factum est autem, cum appropinquaret Jesus Hiericho, cecus quidam sedebat secus viam mendicans, & cum audisset turbam pretereuntem: interrogabat quid hoc esset. Dixerunt ei q̄ Jesus Nazarenus transiret, & clamauit dicens: Jesu fili David miserere mei. Psalm. Deus Deus meus respice. fol. 13. ℂ Ad. iij. Añia. Et qui preibant, increpabant eum, vt taceret, ipse vero multo magis clamabat, miserere mei fili David. Psalmus. Legem pone. fol. 63 Capitulum, & oratio vt supra. ℂ Ad tertiā sextam, et nonam Psal. et versi. vt in Septuagesima ℂ Ad. vj. Añia. Miserere mei fili David, quid vis faciam tibi? Domine vt videas. Psalm. Defecit. fol. 65. Capitulum, & oratio vt supra. ℂ Ad. ix. Añs. Cecus magis ac magis clamabat, vt eū Dñs illuminaret. Ps Mirabilis. fol. 66. Capitulum, & reliqua, vt supra. ℂ Ad vesp. Añę, & psal. vt in psalte. ℂ Pro commemoracione Añia. Stās aūt Jesus jussit cecum adduci ad se: et ait illi: quid vis faciam tibi? Dñe vt videam, & Jesus ait illi: respice, fides tua tesaluū fecit, et confestim vidit, & sequebatur eum: magnificans Deum.

Deum. ℣. Dirigatur dñe. Oratio vt supra.

¶ Feria.iiij. Cinerum.

¶ Notandum, q̄ si in hac feria cuenerit aliquod festum duplex, transferendū est in sequentē diem. Et de festo. jx. lectionū nihil fit. Et dicitur in primis officium defunctorum, z̄ cātigraduum, atq; hora beate Marię. Deinde officiū diei. Et dicūtur prēces ad omnes horas p̄terquam ad jx. Nec hodie dicuntur cōmemorationes cōsuetę: sed suffragia sanctorū, vt infra. Et finita prima, dicitur ℣ Preciosa ferialis. Et post nonā dicuntur Psalmi pñitētiales ante missā diei. Est etiam aduertendū q̄ a feria. v. post cinerē inclusiue vsque ad sabbatū dñicę p̄assionis inclusiue non recitabitur de feria, sed de sanctis ibi aduenientibus. Et euangelium ferię cum sua homilia erit vltima lectio, z̄ post ℣ Sed diramus fit comme. ferię in vtrisq; vespe. z̄ matutinis.

Lectio. j.

¶ Lectio sancti euangelij secundum Matthęum.

Ca.6 In illo tempore dixit Jesus discipulis suis. Cum ieiunatis: nolite fieri, sicut hypocritę tristes. Et reliqua.

Homilia Origenis episco.

Superabundanter, z̄ digne Dñs cōsequentia orationis ieiunium cōmendauit. Conueniens, z̄ consequens orationi ieiunium: vt p̄currat oratio ieiunium, vel iterum ieiunio, z̄ orationi. Tu autē. ℣. Abscondi tanquam aurū peccata mea, z̄ celaui in sinu meo iniquitatem meam. ℟. Miserere mei Deus secundum magnam misericordiam tuam. ℣. Tibi soli peccaui, et malum coram te feci. ℟. Miserere. Lectio. ij.

Qualis anima erit quę sic voluntate carnis cōtūgitur, vt alacri deuotione ieiunet, z̄ oret: z̄ quo modo, quę propter Deum vtraq; adimplet, proficit. Ideo quando ieiunatis: ait Dominus: non vt hominibus apparetis ieiunantes, nō propter humanam laudē, nec propter humanam gloriam, nec propter humanam placendi cuiq; cupiditatem, quę p̄terit: sed cum

sed cum ieiunatis, in charitate, & dilectione Dñi, ieiunate, propter vitã ęternam ieiunate, propter regnum celorum ieiunate. Tu autem. ℟. Scindite corda vestra: & non vestimẽta vestra. ℣. Et conuertimini ad Dominum Deum: quia benignus: & misericors est. ℟. Reuertimini vnusquisq; a via sua mala: & a pessimis cogitationibus vestris. ℣. Et conuertimini. Lectio. iij.

QUm autẽ ieiunatis, per sanctorum viam pergite, ipsius vestigia Dñi sequimini. Sic & Moyses ieiunium magnificans dicit, ieiunaui quadraginta dies, & quadragita noctes. Panem non manducaui, & aquam non bibi. Sic et Helias perequale ieiunauit tempus, & illam magnificam vidit visionem Dei: Sic, & Daniel ieiunãs gloriatur, & dicit. Ego Daniel ieiunans fui per tres hebdomadas dierum: panem desiderioꝝ non manducaui, & vinum, & caro nõ intrauit in os meum. Tu autem. ℟. In ieiunio, & fletu plorabant sacerdotes dicentes. ℣. parce Dñe: parce populo tuo, & ne des hereditatem tuam in perditionem. ℟. Inter vestibulum, & altare plorabant sacerdotes ministri Domini dicentes. ℣. parce. ℟. Gloria patri. ℣. parce. Et repetatur ℟. quia non dicitur. Te Deũ laudamus ℟. Ãñe laud. et psal. vt in feria. Cap' vero vsq; ad. jx. Capitulum.

QOnuertimini ad me in toto corde vestro: in ieiunio, & fletu: & planctu, et scindite corda vestra, & nõ vestimẽta vestra, ait Dñs omnipotens. ℟. Deo gratias. Hymnus, et ℣. vt in psalterio. ℂ Ad Benedic. Ãña. Cũ ieiunatis: nolite fieri sicut hypocrite tristes. ℂ Preces. Kyrie eleyson. iij. Christe eleyson. iij. Kyrie eleyson. iij. Pater noster. ℣. Et ne nos. ℟. Sed libera nos. ℣. Ego dixi Dñe miserere mei. ℟. Sana animã meã Deus quia peccaui tibi. ℣. Cõuertere Dñe vsquequo. ℟. Et esto placabilis super seruos tuos. ℣. Fiat misericordia tua Dñe super nos. ℟. Quẽ admodum speramus in te. ℣. Sacerdotes tui induantur iustitiam. ℟. Et sancti tui exultent. ℣. Oremus p pastore nostro. ℟. Dominꝰ conseruet Joel. cap. 2

conseruet eum, & viuificet eū, & beatū faciat eum. ℣. Dñe saluos fac reges. ℟. Et exaudi nos in quacūq; die inuocauerimus te. ℣. Saluū fac populum tuum Domine: & benedic hereditati tue. ℟. Et rege eos, & extolle illos vsque in eternū. ℣. Fiat pax in virtute tua. ℟. Et abundantia in turribus tuis. ℣. Oremus pro fidelibus defunctis. ℟. Requiem eternam dons eis Domine, & lux perpetua luceat eis. ℣. Anime famulorum tuorum Domine requiescāt in pace. ℟. Amen. ℣. Pro fratribus nostris absentibus. ℟. Saluos fac seruos tuos, & ancillas tuas: Deus meus sperantes in te. ℣. Pro afflictis & captiuis. ℟. Libera eos Deus Israel ex omnibus tribulationibus eorum. ℣. Pro fidelibus iter agentibus. ℟. O Dñe saluos eos fac: o Dñe bene prosperare. ℣. Mitte eis Domine auxiliū de sancto. ℟. Et de Sīō tuere eos. ℣. Dñe exaudi orationē meā. ℟. Et clamor meus ad te veniat. Psal. Miserere mei Deus. Totum cum Glia Pri. fol. 21 ℣. Domine Deus virtutū conuerte nos. ℟. Et ostende faciē tuā, & salui erimus. ℣. Dñs vobiscū. ℟. Et cū spū tuo. Oratio.

PReста Dñe fidelibus tuis: vt ieiuniorū venerāda solennia, & cōgrua pietate suscipiāt: & secura deuotiōe percurrāt. Per Dñm. C Suffragia sanctorum. Ania. Te inuocamus, te adoramus, te laudamus. O beata trinitas. ℣. Benedicamus patrē, & Filiū cū Spū sctō. ℟. Laudem⁹, & superexaltem⁹ eū in scla. Oratio.

OMnipotēs sēpiterne Deus: qui dedisti famulis tuis: in cōfessione vere fidei eterne trinitatis gliā agnoscere, & in potētia maiestatis adorare vnitatē: quesum⁹, vt ciusdē fidei firmitate, ab oibus semp muniamur aduersis. Per. Ania. per signū crucis de inimicis nris libera nos Deus nr. ℣. Adoramus te Christe, & bndicimus tibi. ℟. Quia p sanctam crucem tuam redemisti mundum. Oratio.

EXaudi nos Deus salutaris nr, & p triumphū sancte crucis: a cūctis nos defēde periculis. Ania. Sancte Michael archāgele defende nos in prelio: vt nōpeream⁹ in tremēdo iudicio. ℣. In cōspectu angelorū psallā tibi

tibi Deus meꝰ. ℟. Adorabo ad templū sanctū tuū, ⁊ confitebor nomini tuo. Oratio.

DEus qui miro ordine angelorū ministeria, hominūq; dispensas: cōcede ppitius, vt a quib⁹ tibi ministrātibus in cęlo semp assistitur: ab his i terra vita nr̄a muniat. Añ. Inter natos mulierū nō surrexit maior Joāne Baptista. ℣. Fuit homo missus a Deo. ℟. Cui nomen erat Joannes Baptista. Oratio.

PRęsta quęsumus omnipotēs Deꝰ, vt familia tua p viā salutis incedat: ⁊ beati Joānis prędicationis hortamēta sectando ad eū quē prędixit, secura pueniat, Dñm nr̄m Jesum Chr̄istū filiū tuū. Añ. petrꝰ apls, ⁊ paulꝰ doctor gentiū ipsi nos docuerunt vias tuas Dñe. ℣. Annūciauerūt opera Dei. ℟. Et facta eiꝰ intellexerunt. Oratio.

PRotege Dñe, populū tuū, ⁊ apl̄orum tuorū Petri, ⁊ Pauli patrocinio cōfidentē ppetua defēsiōe cōserua. Una. Sācte Jacobe apostole Dei p̄ciose, adesto nr̄is p̄cibꝰ plꝰ, ⁊ ppitꝰ. ℣. Ora p nobis beate Jacobe. ℟. Ut digni efficiamur promissionibꝰ Chr̄isti. Oratio.

BEati apl̄i tui Jacobi nos quęsumus Dñe cōtinua oratiōe custodi, vt eiusdē suffragantibꝰ meritis ecclia dirigat, quo patrono, ⁊ principe gl̄iatur. Añ. Valde honorandꝰ est beatꝰ Joānes: qui supra pectus Dñi in cena recubuit. ℣. Esto fidelis vsq; ad mortem. ℟. Et dabo tibi coronam vite. Oratio.

ECclīam tuā quęsumꝰ Dñe benignꝰ illustra, vt beati Joānis apl̄i tui, ⁊ euāgelistę: illuminata doctrinis, ad dona pueniat sēpiterna. Añ. O cādor ppetue pure castitatis, bone operare doctor veritatis, homo lucis gl̄ie, flumē charitatis, in eterna requie nos iūge beatis. ℣. Ora pro nobis beate Jacobe. ℟. Ut digni efficiamur promissionibus Chr̄isti. Oratio.

DEus qui iustū apostolum tuum Jacobum perpetuę castitatis flore canditatum ecclesię tuę primum episcopum, ⁊ tui operis vicarium prę-esse voluisti, concede quęsumus, vt ita apud te sit p nobis ppetuus interceſſor: sicut tui mysterij extitit primus

prim⁹ executor, & doctor. Ant. In patientia vestra possidebitis animas vestras. ℣. Annunciauerũt opera Dei. ℟. Et facta eius intellexerunt. Oratio.

EXaudi nos Deus salutaris noster, & omnium apostolorum tuorũ: atq; euangelistarum: nos tuere presidijs quorũ donasti fideles esse doctrinis. Ant. Stephanus autẽ plenus gratia, & fortitudine faciebat prodigia, & signa magna in populo. ℣. Patefacte sunt ianue celi. ℟. Christi martyri beato Stephano.

Oratio.

OMnipotẽs sempiterne Deus: qui primitias martyrum in beati leuitę Stephani sanguine dedicasti, tribue quęsumꝰ, vt ipse pro nobis intercessor existat, qui pro suis etiam persecutoribus exorauit Dominum nostrum Iesum Christum filiũ tuũ. Ant. Nulla Laurẽtius bonum opus operatus est, qui per signum crucis cecos illuminauit, & thesauros ecclesie dedit pauperib⁹. ℣. Dispersit, & dedit pauperibus. ℟. Et iustitia eius manet in seculũ seculi. Oratio.

OAnobis quęsumus omnipotens Deus: vitiorum nostrorum flammas extinguere: qui beato Laurentio martyri tuo tribuisti tormentorum suorũ incendia superare. Ant. Aue prefal honestatis, martyr magne sanctitatis, sancte Blasi vir laudãde, orbe toto predicande, qui das lapsis relenamen, & infirmis medicamen, tu pro nobis intercede, vt celesti nos mercede, diter Deus cũ beatis, regno sue claritatis. ℣. Ora pro nobis beate Blasi. ℟. Vt digni.

Oratio.

DEus qui beatũ Blasium martyrem tuũ, atque pontificem, in petra fidei solidasti: vt nullo tormentorũ genere posset superari. Cõcede propitius vt a cunctis animę, & corporis molestijs, ei⁹ pia intercessiõe liberemur. Ant. Martyres Domini, Dominum benedicite in eternum. ℣. Corpora sanctorum in pace sepulta sunt. ℟. Et nomina eorum viuũt in eternum.

Oratio.

PReста quęsumus omnipotẽs Deus, vt qui gloriosos martyres fortes in sua confessione cognouimus.

nimus: pios apud te in nostra intercessiõe sentiam⁹. Añ. Sacerdos Dei Martine pastor egregie, ora pro nobis Deum. ℣. Ora pro nobis Beate Martine. ℟. Ut digni. Oratio.

DEus qui populo tuo eterne salutis, Beatum Martinum ministrũ cõcessisti, prẽsta quẽsum⁹, vt quem doctorem vitę habuimus in terris, intercessorem semper habere mereamur in cẽlis. Añ. Beatus Nicolaus adhuc puerulus multo ieiunio macerabat corpus. ℣. Amauit eum Dominus. ℟. Stola glorie induit eum. Oratio.

DEus qui beatũ Nicolaum cõfessorem tuum: atq; pontificem: innumeris decorasti miraculis, tribue nobis quẽsum⁹, vt eius meritis, & precib⁹, a gehennę incendijs liberemur. Añ. Sacerdotes Dei benedicite Dominum, serui Domini hymnum dicite Deo nostro. ℣. Sacerdotes tui induantur iustitiam. ℟. Et sancti tui induantur iustitiam. Oratio.

DEus qui nos sanctorum tuorum confessorum confessionibus gloriosis circundas: & protegis: da nobis quẽsumus, & eorum imitatione proficere, & intercessiõe gaudere. Añ. Maria ergo vnxit pedes Jesu, & extersit capillis suis, & domus impleta est ex odore vnguenti. ℣. Dimissa sunt ei peccata multa. ℟. Quoniã dilexit multũ. Oro.

EXaudi nobis clemẽtissime Pater, vt sicut beata Maria Magdalena Dominum nostrũ Jesum Christũ sup oia diligẽdo, suorum obtinuit veniã peccatorũ: ita nobis apud misericordiam tuam, sempiternam impetret beatitudinem. Añ. Lucia virgo quid a me petis? quod ipsa poteris prestare cõtinuo matri tue. ℣. Diffusa est gratia in labijs tuis. ℟. Propterea benedixit te Deus in eternũ. Oratio.

INdulgentiam nobis quẽsumus Dñe beata Lucia virgo, & martyr imploret, quę tibi grata semper extitit, & merito castitatis, & tuę professione virtutis. Añ. Veni sponsa Christi, accipe coronã quã tibi Dominus preparauit in eternum. ℣. Specie tua, et pulchritudine tua. ℟. Intende

tende prospere, procede et regna. Oratio.

OMnipotens sempiterne Deus, qui infirma mũdi eligis, vt fortia quęq; confundas: concede propitius: vt qui beatę Eulalię virginis, et martyris tuę solennia colimus, eius apud te patrocinia sentiamus.

Ant. Prudẽtes virgines aptate lampades vestras, ecce spõsus venit: exite obuiã ei. ℣. Adducẽtur regi virgines Dño. ℟. Post eã proxime eius adducentur tibi in letitia, et exultatione. Oratio.

EXaudi nos Deus salutaris noster, vt sicut de beatarum virginũ, et martyrũ tuarũ cõmemoratione gaudemus, ita pię deuotionis eruditamur affectu. Ant. Oẽs sancti Dei orate p nobis semp ad Dñm. ℣. Exultent iusti in cõspectu Dei. ℟. Et delectentur in letitia. Oratio.

TRibue quęsumꝰ Dñe oẽs sanctos tuos iugiter orare p nobis, et eos semper clemẽter digneris audire. Ant. Da pacẽ Domine in diebus nostris: quia non est alius qui pugnet pro nobis: nisi tu Deus noster. ℣. Fiat pax in virtute tua. ℟. Et abundantia in turribus tuis. Oratio.

DEus a quo sancta desideria, recta consilia, et iusta sunt opera: da seruis tuis illam quã mundus dare non potest pacẽ, vt, et corda nostra mandatis tuis dedita, et hostium sublata formidine, tempora sint tua protectiõe trãquilla. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum viuit, et regnat in vnitate spiritus sancti Deus. Per omnia sęcula sęculorum. ℟. Amen. Dñs vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Benedicamus Domino. ℟. Deo gratias. ℂ Ad primã Hymnus, Ant. psal. capitulum. Ria. ℣. Preces, et oratio, vt in psalterio in diebus feriatis, et dicatur Preciosa ferialis.

ℂ Ad. iij. vj. et jx. Hymni, ant, psal. Ria. et versi. vt in psalterio in diebus feriatis. Preces vt supra. Oratio vt in matutinis.

ℂ Ad Uesp. Ant, psal. vt in psalterio in feria. iij.

ℂ Pro commemor. Ant. Ubi est thesaurus tuus, ibi est cor tuum. ℣. Dirigatur Domine. Oratio.

Inclis-

Inclinantes se, Dñe maiestati tuę propitius intende, vt qui diuino munere sunt refecti, cęlestibus semper nutriantur auxilijs. Per. Dicantur commemor. consuetę

¶ Feria. v. Lect. ij. Lectio sancti euāgelij secundum Matthęum.

ca.8. In illo tempore: cum autem introisset Jesus Capharnaum, accessit ad eum Centurio: rogans eū & dicens: Domine puer meus iacet in domo paralyticus, & male torquetur. Et reliqua.

Homil. S. Augusti. epi. sco.

Accessit ad Jesū Centurio rogans eum, & dicēs: Domine, puer meus iacet in domo paralyticus, & male torquetur: & ait illi Jesus: ego veniam, et curabo eum. Non debemus iactātię arguere dominū: quia statim se iturum, & sanaturum promittit. Audit Centurionis fidem, humilitatem, & prudētiam: fidē, in eo quod ex gētibus credidit, infirmum a saluatore posse sanari: humilitatem, quod se iudicauit indignum, cuius tectum Dominus intraret: prudentiam, quod vltra corporis tegimen, diuinitatē latentem viderit: sciens non id sibi profuturum, quod etiam ab incredulis videbatur, sed id quod latebat intrinsecus. Tu autem.

¶ Ad Matutin. pro cōmem. ferię, Ant. Domine puer meus iacet paralyticꝰ in domo, & male torquetur: et ait illi Jesus: Ego veniam, & curabo eum. ℣. In matutinis Domine meditabor in te. ℟. Quia fuisti adiutor meus.

Deus qui culpa offenderis, pœnitentia placaris, preces populi tui supplicantis propitius respice, et flagella iracundię tuę, quę pro peccatis nostris meremur auuerte. Per Dñm. Dicant cōmem. cōsuetę. Et ad vesp. ¶ Ad Vesp. p cōmem. Ant. Dñe non sum dignus, vt intres sub tectum meum: sed tantum dic verbo, & sanabitur puer meus. ℣. Dirigatur.

Parce Dñe, parce populo tuo, vt dignis flagellationibꝰ castigatus, in tua miseratione respiret. Per Dñm.

¶ Feria. vj. ij. lect. Lectio sancti euāgelij secundum Matthęum.

cap. 5 In illo tempore dixit Jesus discipulis suis, audistis, quia dictum est antiquis: diliges proximũ tuum, & odio habebis inimicum tuum. Et reliqua. Homilia Origenis episco. Audistis quia dictũ est antiquis: diliges proximum tuũ, & odio habebis inimicum tuũ, sicut illa alia præcepta data eis fuerant in lege: sic, & hoc. Sicut enim ad dimittendas vxores iussum fuerat: ne eas interficerent: sic, et ad odiendum inimicum, mandatum fuit, vt et amicum non odissent, cõcessa sunt autem ista populo illi veteri adhuc rudi, & infirmo: quamꝫ inimicus, qui odio habẽdus dicitur: iuxta subtiliorem intellectũ diabolus possit intelligi. Cæterum in euãgelio qđ lege veteri: longe excellentius, et perfectius est: quid magister perfectionis dicat: audiamus, ait enim discipulis suis: diligite inimicos vestros, benedicite maledicentibus vobis, benefacite his, qui oderunt vos, & orate pro persequentibus, & calumniantibus vos secundum legẽ diliges proximum tuum, & odies inimicum tuum: secundum euangelium, & inimicum, et proximum diliges. Diligite inimicos vestros: imperfectionem legis euangelium adimpleuit, infirmitatem eorũ, qui sub circuncisione erãt, hi qui sub gratia fuerant, cõfirmauerunt: quibus velut firmissimis, & perfectis viris, Dominus hoc mandabat, dicens: diligite inimicos vestros. Tu autem. ℣. Pro cõme. Añ. Orate p persequentibus, & calumniãtib⁹ vos, vt sitis filij patris vestri: qui in celis est, dicit Dominus. ℟. In matutinis Dñe. Et supra. Oratio.

Inchoata ieiunia quæsumus Dñe benigno fauore prosequere: vt obseruãtiam quã corporaliter exhibemus: mentibus etiã synceris exercere valeamus. Per Dominum. Ad vesp. pro cõme. Añ. Cũ facis eleemosynã, nesciat sinistra tua, quid faciat dextera tua. ℟. Dirigatur. Et supra. Oratio.

Tuere Domine populum tuum, & ab omnibus peccatis clementer emunda: quia nulla ei nocebit

cebit aduersitas: si nulla dominetur iniqtas. Per. ¶ Sabbatho. Lectio.ix. ¶ Lectio sancti euangelij secundum Marcum.

In illo tempore: cum sero factū esset: erat nauis i medio maris, & Jesus solus in terra, & vidēs eos laborantes in remigando: erat enim vent⁹ contrari⁹ eis. Et reliqua.

Homilia venerabilis Bede presbyteri.

Labor discipulorū in remigando, & cōtrarius eius ventus: labores sanctę ecclesię varios designat: quę inter vndas sęculi aduersantis, & immūdorum flatus spirituū, ad quietem patrię cęlestis, quasi ad fidam littoris stationē peruenire conatur. Vbi bene dicitur, quia nauis erat in medio mari, et ipse solus in terra: quia nō nunq̄ ecclesia tantis gentilium pressuris non solum afflicta: sed, & fędata est: vt si fieri posset: redemptor ipsius eam prorsus deseruisse ad tēpus videretur: vnde est illa vox eius inter vndas procellasq̄ tentationum: vehementium deprehensę, auxilium protectionis illius gemebundo clamorę quęrētis. Vt quid Domine recessisti longe? despicis in oportunitatibus in tribulatiōe. Tu autem. Pro cōmemo. Alia. Estote ergo, & vos perfecti: sicut, & pater vester perfectus est. ℣. In matutinis Dñe.

Oratio.

Hesto Domine supplicationib⁹ nostris: & pręsta, vt hoc solenne ieiunium, quod animabus, corporibusq̄ curandis salubriter institutum est, deuoto seruitio celebremus. Per Dñm. ¶ Ab hoc sabbatho inclusiue, & per totā Quadragesimā in diebus tam festiuis, quam ferialibus, dicūtur vesperę post missam, & cōpleto. post cęnam, vsq̄ ad Pascha: exceptis dñicis, in quibus dicūtur, hora consueta.

¶ Dominica prima ⁊ Quadragesima in primis vesperis Capitulum.

Fratres, hortamur vos, ne in vacuū gratiam Dei recipiatis, ait enim, tempore accepto exaudiui te, & in die salutis adiuui te. ℟. Deo gratias. ℣. In omnibus exhibeamus. Vt infra in.ij. Lec. Hym.

AUdi benigne cõditor
Nostras pręces cum
fletibus:
In hoc sacro ieiunio
Fusas quadragenario.
Scrutator alme cordium,
Infirma tu scis virium:
Ad te reuersis exhibe,
Remissionis gratiam.
Multum quidem peccaui
mus,
Sed parce confitentibus:
Ad laudem tui nominis,
Confer medelã languidis.
Sic corpus extra cõteri,
Dona per abstinentiam:
Ieiunet vt mens sobria,
Ab labe prorsus criminum.
Pręsta beata trinitas,
Concede simplex vnitas,
Vt fructuosa sint tuis,
Ieiunio munera. Amen.
℣. Angelis suis Deus mandauit de te. ℟. Ut custodiãt te in oibus vijs tuis. ¶ Ad Mag. Ãña. Ecce nunc tẽpus acceptabile: ecce nunc dies salutis, in his ergo diebus exhibeamus nos sicut Dei ministros, in multa patientia, in ieiunijs, & vigilijs multis, per arma iustitie, et in charitate non ficta. Oro.

DEus, qui ecclesiam
annua quadragesimali obseruatione purificas: pręsta familię tuę, vt quod a te obtinere abstinẽdo nititur, hoc bonis operibus exequatur. Per. Fiat cõmemoratio de sancto currenti. Deinde dicantur commemorationes consuete.

¶ Ad Complet. Ãñs. Miserere mihi. Pš. Cum inuocarem. fol. 78 Capitm. Tu autẽ. ℟. Adiutor meus. Hymn. Christe qui lux. ℟. Custodi nos. Ad Nunc dimitt. Ãña. Saluator mũdi. vt in psalterio fol. 79

¶ Ad Matut. Inuitat. Nõ sit vobis vanum mane surgere ante lucem. p. Quia promisit Dominus coronam vigilantibus. psal. Venite exultemus. fol. I. Hymn.

SUmmi largitor pmissi
Spes q̃ es vnica mũdi
Preces intende seruor,
Ad te deuote clamantũ.
Nostra te conscientia
Graue offendisse mõstrat,
Quam emundes supplicamus
Ab omnibus piaculis.
Si tu renuis, quis tribuet?
Indulge, quia potens es:
Te corde rogare mundo,
Fac nos precamur Dñe.
Ergo accepta hoc nrm
Qui sacrasti ieiunium:
Quo mystice paschalis
Capiamus sacramenta.

Sum-

ſima nobis hoc cõferat In deitate Trinitas: In qua gloriamur vnus, Per cuncta ſęcula Deus. Amen.

℣ In.j. noctur. Aſſiç. pſal. vt in pſalterio in.ij. diuiſione. ℟. Dicet Domino ſuſceptor meus es tu. ℣. Et refugium meum Deus meus ſperabo in eum. Pater noſter. Lectio.j.

Sermo beati Auguſtini epiſcopi.

ROgo, & admoneo vos fratres chariſſimi, vt in iſto legitimo tẽpore, exceptis dominicis diebus, nullus prãdere pręſumat, niſi forte ille, quem ieiunare infirmitas non permittit, quia aliis diebus ieiunare aut remediũ eſt, aut pręmium: in quadrageſima vero non ieiunare, peccatum eſt. Alio tempore qui ieiunat, accipiet indulgentiam: in quadrageſima qui poteſt ieiunare, et non ieiunat, ſentiet pœnã. Tu autem Domine. ℟. Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies ſalutis, cõmendemus noſmetipſos. ℣. In multa patientia, in ieiunijs multis, per arma iuſtitie virtutis Dei. ℣. In omnibus exhibeamus noſmetipſos ſicut Dei miniſtros. ℣. In multa. Lectio.ij.

ET tamen, qui ieiunare non pręualet: ſecretius ſibi ſoli, aut ſi eſt alius infirmus cum ipſo in domo ſua prępparet quod accipiat: et illos qui ieiunare pręualent, ad prandium non inuitet, quia ſi hoc fecerit, nõ ſolũ Deus, ſed etiam homines intelligere poſſunt, illum non pro infirmitate non poſſe ieiunare, ſed pro gula non velle. Tu autem Domine. ℟. In omnibus exhibeamꝰ noſmetipſos, ſicut Dei miniſtros in multa patientia. ℣. Vt non vituperetur miniſterium noſtrum. ℟. Ecce nunc tẽpus acceptabile, ecce nũc dies ſaluris, nemĩ dantes vllam offenſionem. ℣. Vt nõ vituperetur. Lectio.iij.

SIc ſicit illi, quod ipſe ieiunare non pręualet, et magis cum gemitu, et ſuſpirio, et animi doloꝛe manducet: pro eo quod aliis ieiunantibus, ille abſtinere non poteſt, quod opus eſt vnicuique infirmo ſecretius ſibi ſoli, aut cum alio ſimiliter infirmo faciat prępparare.

Nō enī oportet, vt aliquē sanum roget ad prandiū: ne sibi etiā de alterius gula augeat peccatum. Tu autem. ℟. Emendemus in melius, quia ignoranter peccamus, ne subito preoccupati die mortis queramus spatium penitentie, & inuenire non possimus. ℣. Attende Domine: & miserere: quia peccauimus tibi. ℟. Adiuua nos Deus salutaris noster, & propter gloriam nominis tui libera nos. ℣. Attende. ℟. Gloria patri. ℣. Attende. ¶ In .ij. nocturn. añę, & psalmi, vt in psalterio in .ij. diuisione. ℟. Ipse liberauit me. ℟. De laqueo venantiū, & a verbo aspero. Lec. .iij.

PRo eo tamē q̄ nō potest ieiunare: amplius pauperib⁹ erogare debet, vt peccata quę non potest ieiunando curare, possit elemosynas dando redimere. Bonū est ieiunare: sed melius est eleemosynā dare. Tu autem. ℟. Derelinquat impius viam suam, & vir iniqu⁹ cogitatiōes suas, & reuertatur ad Dominum, & miserebitur ei. ℣. Quia benignus, et misericors est, et prestabilis super malitiam Dominus Deus noster. ℟. Non vult mortem peccatoris: sed vt conuertatur, & viuat. ℣. Quia. Lectio. v.

SI aliquis vtrumque potest facere: duplex bonum est, si vero non potest, melius est eleemosynā dare: si possibilitas ieiunā di ei nō fuerit, eleemosyna sibi sufficit sine ieiunio: ieiunium vero sine eleemosyna omnino nō sufficit. Tu autem. ℟. Paradisi portas aperiat nobis tempus ieiunij, suscipiamus: illud orantes, & deprecantes. ℣. Vt in die resurrectionis cum Domino gloriemur. ℟. In omnibus exhibeamus nosmetipsos sicut Dei ministros. ℣. Vt in die. Lectio. vi.

ERgo si aliquis nō potest ieiunare: eleemosynas det: si vero prętulerit ieiunium cum eleemosina duplex bonū est, nisi forte ita sit aliquis pauper, vt non habeat omnino quod tribuat. Ille ergo qui non habuerit vnde retribuere possit: sufficit volūtas bona, secundum illud quod scriptum est, gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonę voluntatis. Tu autem. ℟. Conuertimini omnes simul ad Dominum

minum mūdo corde, & animo in ieiunijs, in vigilijs multis, in charitate non ficta, vt deleatur chirographū peccatorum nostrorum. ℘. Cum Dominus aduenerit, paratos vos inueniet. ℟. Scindite corda vestra, & non vestimenta vestra, & cōuertimini ad Dominum Deum vestrū. ℘. Cum Dominus. ℟. Gloria patri. ℘. Cum Dominus.

℣n. iij. nocturno, añę, et psalm. vt in psalterio in. ij. diuisione. ℟. Scapulis suis obumbrauit tibi. ℣. Et sub pennis eius sperabis. Pater noster.

℣Lectio sancti euangelij secundum Matthęum.

Lectio. vij

cap.8 IN illo tēpore: ductus est Jesus in desertū a spiritu, vt tentaretur a diabolo. Et reliqua.

Homilia beati Gregorij. De eadem lectione.

DUbitari a quibusdā solet, a quo spiritu sit ductus Jesus in desertū, propter hoc quod subditur. Assumpsit eum diabolus in sanctam ciuitatē. Et rursum. Assumpsit eū in montē excelsum valde: sed vere, et absq; vlla quęstione cōuenienter accipitur, vt a sancto spiritu in desertum ducto credatur, vt illuc eum spūs suus duceret, vbi hūc ad tentandum spūs malignus inueniret. Tu autem. ℣. Frange esurienti panem tuum, et egenos, vagosq; induc in domum tuam. ℘. Tunc erumpet quasi mane lumē tuum, & anteibit faciem tuam iustitia tua. ℟. Cum videris nudum operi eum, et carnē tuā ne despexeris. ℘. Tunc.

Lectio. viij

SEd ecce cum dicitur De⁹ homo vel in excelsum montem, vel in sanctam ciuitatē fuisse a diabolo assumptus: mens refugit credere, humanę hoc audire aures expauescūt, qui tamen non esse incredibilia cognoscimus. Si in illo, & alia facta pensamus. Certe iniquorum omniū diabolus caput est, & huius capitis membra sunt omnes iniqui: an non diaboli membrum fuit Pilatus? An non diaboli membra Judęi persequentes, & milites crucifigētes Christū fuerunt? Tu autem. ℣. Angelis suis Deus mandauit de te, vt custodiant te in omnibus vijs tuis. ℘. In manibus

nibus portabunt te, ne vnquam offendas ad lapidem pedem tuum. ℟. Super aspidem, & basiliscum ambulabis; et conculcabis leonem, & draconem. ℣. In manibus.

Lectio. jx.

QVid ergo mirum, si se ab illo permisit in montem duci, qui se pertulit etiam a membris illius crucifigi. Non est ergo indignũ redemptori nostro, quod tẽtari voluit, qui venerat occidi. Justum quippe erat, vt sic tentationes nostras suis tẽtationibus vinceret: sicut mortem nostrã venerat sua morte superare. Tu autem. ℟. Ducebatur est Jesus in desertum a spiritu, vt tentaretur a diabolo. ℣. Et accedens tentator dixit ei: si filius Dei es, dic, vt lapides isti panes fiãt. ℟. Et cum ieiunasset quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, postea esurijt. ℣. Et accedẽs. ℟. Gloria patri. ℣. Et accedens. Repetatur ℟ & non dicitur Te Deum laudamus. ℟. Scuto circundabit te veritas eius. ℣. Non timebis a timore nocturno. ℂ In Laud. Ant. Cor mundum crea in me Deus, & spiritum rectum innova in visceribus meis. ℣. Miserere mei. fo. 21 Ant. O Dñe saluũ me fac, o Domine bene prosperare. ℣. Cõfitemini Dño. fo. 57. Ant. Sic benedicam te in vita mea Domine, & in nomine tuo leuabo manꝰ meas ℣. Deus, Deus meus. fol. 10. Ant. In spiritu humilitatis, & animo contrito, suscipiamur Domine a te, et sic fiat sacrificium nostrum, vt a te suscipiatur hodie, et placeat tibi domine Deus. Canticũ. Benedicite. fol. 11. Ant. Laudate Deum celi celorum, & aque omnes. ℣. Laudate Dñm. fo. 11 Capl'm vt supra. Hymnꝰ.

IAm Xpe sol iustitię,
Mẽtis ohiscãt tũbrę:
Virtutum vt lux redeat,
Terris die cum reparas.
Da tempus acceptabile,
Et pœnitens cor tribue:
Conuertat vt benignitas,
Quos lõga suffert pietas.
Quiddamq; pœnitentię
Da ferre, quãuis grandiũ:
Maiori tuo munere
Quo dẽptio sit criminum.
Dies venit, dies tua,
In qua resoluent omnia:
Lętemur in hac ad tuam
Per hanc reducti gratiã.
Te rerum vniuersitas,

Clemẽs

Clemẽs adoret Trinitas: Et nos noui per veniam, Nouũ canamus canticũ. ℣ Qęsta beata Trinit. Vt supra. ℟. Super aspidem, et basiliscũ ambulabis. ℣. Et conculcabis leonẽ ⁊ draconẽ. Ad Bened. Ant. Ductus est Jesus in desertum a spiritu, vt tẽtaretur a diabolo: ⁊ cum ieiunasset quadraginta diebus, ⁊ quadraginta noctibꝫ, postea esurijt. Oro vt supꝫ. ℣ Fiat cõme. Bñcto cur rẽti. Deide cõme. cõsuetę. ℂ Ad.j. Ant. Jesus autem cum ieiunasset quadraginta diebus, et quadraginta noctibus, postea esurijt. Ps. Deus, Deus meus respi. fol. 13. ℂ Ad.ij. Ant. Nõ in solo pane viuit homo, sed in omni verbo, quod procedit de ore Dei. Ps. Legẽ pone. fol. 63. Caplin vt supꝫ. ℟. Participẽ me fac Deus omnium timẽtium te. ℘. Et custodientium mandata tua. ℣. Aspice in me, et miserere mei, secundum iudicium diligentium nomẽ tuũ. ℘. Et. ℣. Gloria patri. Repetat ℟ ℣. Dicet Domino susceptor meus es tu. ℟. Et refugium meum Deus meus sperabo in eum. Oratio vt supra. ℂ Ad.vj. Ant. Tũc assumpsit eum diabolus in sanctam ciuitatem, ⁊ statuit eum supra pinnaculum templi, et dixit ei: si filius Dei es, mitte te deorsum Psal. Defecit. fol. 65. Capł. vt supꝫ. ℟. Ab omni via mala phibui pedes meos. ℘. Vt custodiã mãdata tua Dñe. ℣ A iudicijs tuis nõ declinaui, quia tu legẽ posuisti mihi. ℘. Ut. ℣ Bta pri. Repetat ℟ ℣. Ipse liberauit me. ℟ De laqueo venantium, ⁊ a verbo aspero. Oratio vt supra. ℂ Ad.jx. Ant. Vade sathana: non tentabis dominum Deum tuum. Psal. Mirabilis. fol. 66. Capł. vt supra. ℟. Septies in die laudem dixi tibi domine Deus. ℘. Ne perdas me. ℣. Erraui sicut ouis que perijt, quere seruum tuũ Dñe, quia mandata tua non sum oblitus. ℘. Ne perdas. ℣ Gloria pri. Repetatur ℟. ℣. Scapulis suis obumbrauit tibi. ℟. Et sub pennis eius sperabis. Oratio vt supra. ℂ Ad Vesp. Ant. Sede a dextris meis. cum ceteris anis ⁊ psal. vt in psalterio. ℂ Oro cõme. Ant. Reliquit eũ tentator, ⁊ accesserũt angeli, ⁊ ministrabant ei. ℟. Angelis suis. Oro vt supꝫ

Dican-

Dicatur commemorationes consuete.

¶ Feria.ij.

¶ Lectio sancti euangelij secundum Matthęum.

ca.25 IN illo tempore cum venerit filius hominis in maiestate sua, & omnes angeli eius cum eo: tūc sedebit super sedē maiestatis suę, & congregabuntur ante eum omnes gentes. Et reliqua.

¶ Homilia Origenis episcopi.

EVangelicus quidem sermo videt esse manifestus quasi exhortans homines ad dandum, & largiendū, & auertens ab omni inhumanitate, et parcitate. Videam⁹ tamē, quid quęrere oportet in eo propter illos qui nihil aliud arbitrantur in eo, nisi exhortationē humanitatis. Certe secundū glorioſum Christi aduētum, forte credit omnis ecclesia quando filius qui assumptus est in gloria: sic cum gloria huc reuertetur in specie sua, & pulchritudine: vt corpus eius sit quale fuit cū transformatus esset in mōte tribus discipulis coassistentibus ei, vt iam non tribus neq; aliis paucis: sed vniuersis gentibus congregatis ante eum appareat, et sedebit super sedem glorię suę, & tunc segregabit malos a bonis. Tu autem.

¶ Pro commemo. Ańa. Uenite benedicti patris mei, percipite regnum, quod vobis paratū est ab origine mūdi. ℣. Super aspidem. Et supra. Oratio.

OMnuerte nos Deus salutaris noster, & vt nobis ieiunium Quadragesimale proficiat, mētes nostras cęlestibus instrue disciplinis. Per Dominum.

¶ Ad vesp. pro cōmemo. Ańa. Domine quando te vidimus esurientem, & pauimę te: sitientem, et dedimus tibi potum? quando autem te vidimus hospitē: & collegimus te? aut nudum, & cooperuimus te? aut quando te vidimus infirmum, vel in carcere, & venimus ad te. ℣. Angelis suis. Oratio.

ABsolue quęsumę Domine nostrorum vincula peccatorum, & quicquid p eis meremur, propitiatus auerte. Per.

¶ Feria.iij.

¶ Lectio sancti euangelij secundum Matthęum.

In illo

ca.21 IN illo tempore cum intrasset Jesus Hierosolymam, commota est vniuersa ciuitas: dicens. Quis est hic? Populi autem dicebant. Hic est Jesus propheta a Nazareth Galilee. Et reliqua.

Homilia beati Hieronymi presbyteri.

INtroeunte Jesu cum turba, tota Hierosolymorū ciuitas cōmouetur mirans frequentiam, nesciens veritatem, ꝛ dicēs. Quis est hic: qđ quidem ꝛ in alio loco dicentes angelos legimus. Quis est iste rex glorie? Aliis autē vel ambigentibus, vel interrogantibus, ꝛ illum plebecula confitetur: a minoribus incipiēs, vt ad maiora puenīat, ꝛ dicat, hic est Jesus propheta a Nazareth Galilee: propheta, quē ꝛ Moyses similē sibi dixerat esse venturū, ꝛ qui prope apud Grecos cū articulo scribitur: a Nazareth autē Galilee: quia ibi educat⁹ fuerat, vt flos campi nutriretur in flore virtutū. Et intrauit Jesus in templū, et eijciebat oēs vēdētes: ꝛ emētes i tēplo. Tu au. Pro cōme. Vña. Cū intrasset Jesus Hierosolymā, cōmota est vniuersa ciuitas dicens. Quis est hic? populi autem dicebāt. Hic est Jesus propheta a Nazareth Galilee. Super aspidem. Vt supra.

Oratio.

REspice Dñe familiā tuā, ꝛ prēsta: vt apud te mens nra tuo desiderio fulgeat, que se carnis macerationē castigat. Per. ¶ Ad vesp. Pro cōmemoña. Scriptū est enim, quia domus mea domus orationis vocabitur: cunctis gentibus: vos autem fecistis illam speluncā latronum, ꝛ erat quotidie docens in tēplo. ℣. Angelis suis. Oratio.

AScendāt ad te Dñe prēces nostre, ꝛ ab ecclesia tua cunctam repelle nequitiam. Per.

¶ Feria.iiij. Quatuor tēporum post cinerem.

¶ Lectio sancti euangelij secundum Matthēum.

ca.12 IN illo tēpore, accesserunt ad Jesum scribe, ꝛ Pharisei, dicentes: magister volumus a te signū videre. Et reliqua.

¶ Homilia beati Augustini episcopi.

EAque de sancto euangelio recitata sūt fratres

tres mei: si omnia pertractare cupiamus: vix tempus sufficit singulis: quãto magis ergo non sufficit omnibus. Jonam prophetam, qui dejectus in mari beluę marinę vtero exceptus est, ꝛ die tertio vinus euomitur: figuram gessisse saluatoris, qui passus est, ꝛ die tertio resurrexit: ipse saluator ostendit. Accusatus est populus Judęorũ in comparatiõe Niniuitarum, quoniã Niniuitę ad quos missus est redarguẽdos Jonas prophęta agẽdo pęnitentiam: iram Dei placauerũt, ꝛ misericordiã meruerunt. Tu autem.

℣ Ad Matuti. pro cõme. Añ. Generatio hec prauа, ꝛ peruersa: signum querit, et signum nõ dabitur ei, nisi signũ Jone prophete. ℣. Super aspidem. Oratio.

Pręces nostras quęsumus Dñe clementer exaudi: ꝛ contra omnia nobis aduersantia dexteram tuę maiestatis extende.

Per. ℣ Ad vesp. pro cõme. Añ. Sicut fuit Jonas in ventre ceti tribus diebus, et tribus noctibus, ita erit filius hominis in corde terre. ℣. Angelis suis. Oratio.

Quęntes nostras quęsumus Domine, lumine tuę claritatis illustra, vt videre possimus, quę agẽda sunt, ꝛ quę recta sũt agere valeamus. Per Dñm.

℣ Feria quinta.

℣ Lectio sancti euangelii secundum Joannem.

In illo tempore: dicebat Dñs Jesus ad eos, qui crediderũt ei, Judęos: si vos manseritis in sermone meo, vere discipuli mei eritis: et cognoscetis veritatem, ꝛ veritas liberabit vos. Et reliqua.

℣ Homilia beati Augustini episcopi.

Quibus enim loquebatur Dñs Jesus Christus, Judęi erãt: ex magna quidẽ pte inimici: sed etiã amici ex quadã parte iam facti, ꝛ futuri. Nam quosdam ibi viderat: sicuti iam diximus: qui post passionẽ fuerant crediturі, hos intuẽs dixerat. Cum exaltaueritis filiũ hominis, tunc cognoscetis, quia ego sum. Erant ibi etiã qui hęc loquẽte illo cõtinuo credidẽrũt. Ipsis loquutus est, q̃ audiuim⁹ hodie. Dicebat ergo Jesus ad eos: qui crediderãt ei Judęos. Si mã-

seritis

feritis in verbo meo: vere discipuli mei eritis: manẽdo eritis: quia enim nunc credẽtes: manendo videntes eritis: ideo sequitur, et cognoscetis veritatẽ. Tu autẽ. ℭ Pro cõme. Añia. Si mãseritis in me, & verba mea in vobis mãserint, vere discipuli mei eritis, & cognoscetis veritatẽ, et veritas liberabit vos: dicit Dñs. ℣. Super aspidem. Oratio.

OEuotionẽ ppli tui, quęsumus Dñe, benignus intende: vt qui p abstinentiam macerantur in corpore: per fructum boni operis reficiantur in mente. Per. ℭ Ad vesp. pro cõme. Añia. Si Deus pater vester esset, diligeretis me vtiq; ego enim a Deo exiui, & veni: dicit Dominus. ℣. Angelis suis. Oratio.

OAquęsumus Domine populis christianis, & quę profitẽtur agnoscere: & cęleste munus diligere, qđ frequẽtant. Per.

ℭ Feria.vj.

ℭ Lectio sancti euangelij secundum Joannem.

IN illo tempore: erat dies festus Judęorũ, & ascẽdit Jesus Hierosolymam, est aũt Hierosolymis pbatica piscina. Et reliq.

ℭ Homilia beati Augustini episcopi.

MIrũ non esse debet, a Domino factum miraculum: mirum esset enim si homo fecisset. Magis gaudere & mirari debem⁹: quia dominus noster, & saluator Jesus Christus homo factus est, & quod diuina miracula inter homines Deus fecit. Plus est, ad salutem nostram quod factum est propter homines, & quod fecit Deus inter homines. Et plus est quod vitia sanauit animarum, & quod Deus sanauit languores corpoꝝ mortuorum: sed quia ipsa anima non eũ nouerat, a quo sananda erat, & oculos habebat in carne, vnde facta corporalia videret: nondũ habebat oculos sanos in corde, vnde Dominum latentem cognosceret: fecit quod videri poterat, vt sanaret vnde videri non poterat: ingressus est locum vbi iacebat magna multitudo languidorum, cęcoꝝ, claudorum, et aridoꝝ. Et cum esset medicus animarum, & corporum, & cum venisset sanare omnes languentes

guentes, vnum elegit quē
ſanaret, vt vnitatem ſigni-
ficaret. Tu autem Dñe.

℣. Ad Matuti. pro cōme.
ańa. Angelus Dñi deſcen-
dit de celo, et mouebatur a-
qua, et ſanabatur vnus. ℣.
Super aſpidem. Oratio.

Deſto Domine ppi-
tius plebi tuę, ⁊ quā
tibi facis eſſe deuotam, be-
nigno refoue miſerat⁹ au-
xilio. Per. ℣. Ad Veſp. p
cōme. ańa. Ecce ſanus fa-
ctus es, iam noli peccare: ne
deterius tibi aliquid contin-
gat. ℣. Angelis ſuis. Ora.

Exaudi nos omnipo-
tēs, ⁊ miſericors De⁹,
⁊ mentibus noſtris gratię
tuę lumen oſtende. Per.

℣. Sabbatho.

ca.22 ℣. Lectio ſancti euangelij
ſecundum Matthęum.

In illo tempore, aſſum
pſit Dñs Jeſus Petrum, ⁊ Jacobum, ⁊ Joan-
nem fratrem eius, ⁊ duxit
illos in montem excelſum
ſeorſum, ⁊ transfiguratus
eſt ante eos. Et reliqua.

℣. Homilia beati Leonis
papę.

Evangelica lectio, di-
lectiſſimi, quę per au
res corporis interiorem
mentiū noſtrarū pulſauit
auditum: ad magni ſacra-
menti nos intelligentiam
vocat: quam ſpirante gra
tia Dei facilius aſſeque-
mur. Si conſiderationem
noſtram ad ea quę paulo
ſuperius ſunt narrata, re-
feramus. Saluator enim
humani gēris Jeſus Chri
ſtus: condens eam fidem
quę impios ad iuſtitiam, ⁊
mortuos reuocat ad vitā,
ad hoc diſcipulos ſuos do
ctrinę, monitis, ⁊ operum
miraculis imbuebat: vt idē
Chriſtus, ⁊ vnigenit⁹ Dei,
⁊ filius hominis crederē-
tur. Nam vnū horum ſine
altero nō proderat ad ſalu
tem, ⁊ ęqualis erat pericu
li, Dominum noſtrum Je-
ſum Chriſtum, aut Deum
tantū modo ſine homine,
aut ſine Deo ſolū hominē
credidiſſe, cū vtrūq; eſſet
pariter confitendū. Quia
ſicut Deo vera humani-
tas, ita homini inerat vera
diuinitas. Tu autem.

℣. Hora cōme. Ańa. Aſſum
pſit Jeſus diſcipulos ſuos, ⁊
aſcendit in montem, ⁊ tranſ
figuratus eſt ante eos. ℣.
Super aſpidem. Oratio.

Populum tuū quęſu-
mus Dñe propitius
reſpice: atq; ab eo flagella
tuę

tuę iracundię clemẽter auerte. Per.

¶ Dñica.ij.in Quadrag. in primis Vesp. Lapim.

1. ad Thes c.4. Fratres rogamꝰ vos, et obsecramus in domino Jesu: vt quemadmodũ accepistis a nobis, quomodo vos oporteat ambulare, ⁊ placere Deo, sic et ambuletis: vt abundetis magis. ℣. Deo gratias.

℣. Ecce odor filij mei. vt infra post.iij.lect. Hymn. Audi benigne conditor. vt sup. in.j. Dñica Quadr. ℣. Angelis suis. Ad Mag. Alia. Nubes lucida obumbrauit eos: ⁊ ecce vox de nube dicẽs: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui. Oratio.

DEus qui conspicis, omni nos virtute destitui, interius, exteriusq; custodi, vt ab omnibus aduersitatibus muniamur in corpore, ⁊ a prauis cogitationibus mundemur in mẽte. Per. Fiat cõme. de festo currẽti, ⁊ cõm. cõsuetę.

¶ Ad Matut. Jnuit. Ploremus coꝝ dño Deo nostro. ℣. Qui fecit nos. Psal. Venite. fo. 1. Hymn. Summi largitor. vt supra.

¶ In.j. noctur. añę ⁊ psal. vt in psalt. in. j. diuisione. ℣. Dicet Dñs. Lectio.j.

SEnuit autem Jsaac, ⁊ caligauerunt oculi eius, et non poterat videre. Vocauitque Esau filũ suum maiorem, et dixit ei: Fili mi, qui respondit: adsum: Cui pater: vides, inquit, qõ senuerim, ⁊ ignorem diem mortis męę. Sume arma tua, pharetram, ⁊ arcum, ⁊ egredere foras. Tu autem. ℣. Tolle arma tua, pharetram, ⁊ arcum: et affer de venatione tua, vt comedam. ℟. Et benedicat tibi anima mea. ℣. Cumq; venatu aliquid apprehẽderis, fac mihi inde pulmentum, vt comedam. ℟. Et benedicat.

Lectio.ij.

QUmque venatu aliquid apprehẽderis, fac mihi inde pulmentum, sicut velle me nosti, ⁊ affer, vt comedam: et benedicat tibi anima mea, antequam moriar. Quod cum audisset Rebecca: ⁊ ille abisset in agrum, vt iussionem patris impleret, dixit filio suo Jacob: audiui patrem tuũ loquentem cum Esau fratre tuo, ⁊ dicẽtem ei: affer mihi de venatione tua, et fac cibos, vt comedam: et

T bene-

benedicã tibi coꝛã Dño, an tequã moꝛiar. Tu aũt ℟. Sume pater, comede ỽ venatiõe filij tui. ℘. Quomodõ tã cito inuenire potuisti fili? Uoluntas Dei fuit, pater, vt cito mihi occurreret qꝺ volebã. ℟. Manus quidẽ, manus sunt Esau, loquela autem Jacob est. ℘. Quomodo. Lect.ij.

NUnc ergo fili mi acquiesce cõsilijs meis: & pergẽs ad gregem, affer mihi duos hędos optimos, vt faciam ex eis escas patri tuo, quibus libenter vescitur: quas cum intuleris, & comederit, benedicat tibi, priusquã moꝛiatur. Tu autem. ℟. Ecce, oꝺoꝛ filij mei, sicut oꝺoꝛ agri pleni: quẽ benedixit Dominus, crescere te faciat dñs Deus meus, sicut arenam maris. ℘. Et donet tibi de roꝛe celi benedictionem. ℟. Deus autẽ omnipotens benedicat tibi, atqꝫ multiplicet. ℘. Et donet. ℟. Gloꝛia patri, ℘. Et donet.

℣ In.ij.noct.añę, & psal.vt in psalte. in prima diuisiõe. ℟ Ipse liberabit me. vt supꝛ.

QUi ille re- Lec.iij. spondit, Noui, quod Esau frateꝛ meꝰ homo pilosus sit, & ego leuis: Si attrectauerit me pateꝛ meꝰ, et senserit, timeo ne putet sibi voluisse me illudere: et inducat super me maledictionem ꝓ benedictione. Ad quẽ mateꝛ: in me sit ait ista maledictio fili mi: tantum audi vocẽ meã: & pergens, affer quę dixi, Abiit, & attulit, deditqꝫ matri. Tu aũt. ℟. Det tibi Deus ỽ roꝛe celi, & de pinguedine terre abundantiã, seruiant tibi tribus populi. ℘. Esto dñs fratrum tuoꝛ. ℟. Et incuruentur ante te filij matris tue. ℘. Esto dñs. Lectio.v.

PRauit illa cibos, sicut velle nouerat patrẽ illius: & vestibus Esau valde bonis, quas apud se habebat domi, induit eum, pelliculasqꝫ hędoꝛ circundedit manibus, & colli nuda ptexit. Deditqꝫ pulmẽtum: & panes quos coxerat tradidit. Tu aũt. ℟. Quis igitur ille est, qui dudum captã venationẽ attulit mihi: & comedi ex omnibus priusqꝫ tu ueniꝛes, ℘. Benedixitqꝫ ei, & erit benedictus. ℟. Dñm tuũ illũ constitui: & oẽs fratres eius seruituri illius subiugaui. ℘. Bened. Lect.vj.

QUibus illatis: dixit, pater mi, At ille respõdit, Audio: Quis es tu fili mi?

fili mi? Dixitq; Jacob: ego sum primogenit? tu? Esau: feci sicut precepisti mihi: Surge, sede, et comede de venatione mea: vt benedicat mihi anima tua. Rursumq; Isaac ad filiū suū, quomodo tā cito, inquit, inuenire potuisti fili mi? qui respondit, voluntas Dei fuit, vt cito occurreret mihi q̄ volebā. Tu aūt. ℟. Cū dormiret Jacob, vidit scalā positā super terrā, et cacumē eius tāgēs celū. ℣. Et angelos ascēdentes, et descendētes: et euigilās e somno, ait: Vere dñs est hic. ℟. Toties ergo Jacob lapidē, supponēsq; capiti suo, et erexit in titulū cūq; obdormisset, vidit in somnis scalā erectā. ℣. Et angelos. ℟. Ha pri. ℣. Et angel. ℣. In.iij. noctur. añe; et psalt in psalterio in prima dominone. Pater noster. Lect. S. Euang. secundū Matthēum. Lectio. vij.

ca.15 IN illo tēpore: Egressus Dñs Jesus, secessit in partes Tyri, et Sidonis: et ecce mulier Chananea, a finibus illis egressa, clamauit dicens: miserere mei fili Dauid. Et reliqua.

QDom.i. Auguſt. epi. Chananea ista mulier quę nobis modo in lectione euangelica commendata est, prębet nobis humilitatis exemplū, et pietatis viā: ab humilitate in alta surgere ostendit. Tu aūt. ℟. Cū exiret Jacob ō terra sua, vidit glām Dei, et ait, q̄ terribilis est loc? iste. ℣. Nō est hic aliud nisi domus Dei, et porta celi. ℟. Vere Dñs est in loco sancto isto, et ego nescieb̄. ℣. Non. Lec. vij.

ERat aūt, sicut apparet, nō de populo Israel, vnde Patriarchę, vnde Prophetę, vnde parentes dñi nri Jesu Christi secundū carnē, vnde ipsa virgo Maria, q̄ peperit Xp̄m. Nō ergo ex hoc pp̄lo erat hęc mulier: sed erat ex Gētibus. Nā sicut audiuim?, secessit Dñs in partes Tyri et Sidonis: et inde mulier Chananea de finib? illis egressa, petebat benificiū instantissime curādę filię suę, quę male a dęmonio vexabatur. Tu autē. ℟. Si dñs Deus me? fuerit mecū in via ista, per quā ego ambulo, et custodierit me, et dederit mihi panē ad edendū, et vestimētū quo operar, et reuocauerit me cū salute. ℣. Erit mihi Dñs in refugiū, et lapis iste in signū.

℣. Surgens ergo mane Jacob, tulit lapidem quem supposuerat capiti suo, ℟ erexit in titulum: fundensq; oleum desuper dixit. p. Erit mihi.

Lectio.vj.

TYrus, et Sidon non erant ciuitates populi Jsrael, sed Gentium: quamuis vicini illius populi essent. Clamabat ergo, adiuua me, auida impetrandi beneficij, fortiterq; pulsabat: ℟ dissimulabatur ab eo: non vt misericordia negaretur, sed vt desiderium accenderetur. Non solum, vt desiderio accenderetur, vt dixi ante, sed vt humilitas commendaretur. Tu autem. ℣. Clamabat autem mulier Chananea ad Dñm dicẽs: Domine adiuua me: filia mea male a demonio vexatur. Respondens ei Dñs, dixit: p̃. Non sum missus nisi ad oues que perierunt domus Jsrael. ℣. Jesus Dñs respondens mulieri Chananee, dicens. p̃. Nõ sum missus. ℣. Gloria patri, ℟. Nõ sum. Reiteratur ℣. a principio, quia nõ dicit Te Deũ lau. ℣. Scuto. ℭ In Lau. Añ. Dñe labia mea aperies, ℟ os meũ annũciabit laudẽ tuam. ℘s. Dixerere. fol. 21. Añ. Dextera Domini fecit virtutẽ, dextera Domini exaltauit me. ℘s. Confitemini. fo. 57. Añ. Factꝰ est adiutor meꝰ Deus meus. ℘sal. Deus, Deus meus. fol. 10. Añ. Trium puerorum cantemus hymnum, quem cantabãt in caminum ignis benedicẽres Dñm. Cantic. Benedicite. fol. 11. Añ. Statuit ea in eternum, et in seculum seculi: preceptum posuit, ℟ non preteribit. ℘s. Laudate. fol. 11. Caplm. vt supra. Hymnꝰ, ℣. vt in precedenti Dñica. Ad Bened. Añ. Egressus Dñs Jesus secessit in partes Tyri, et Sidonis: ℟ ecce mulier Chananea a finibus illis egressa clamabat, dicens: Miserere mei fili Dauid. Oratio vt supra. Fiat cõme. de festo current, deinde cõme. consuetę. ℭ Ad. j. Añ. Mulier Chananea egressa a finibus Tyri, et Sidonis, clamauit dicens: Domine miserere mei fili Dauid: filia mea male a demonio vexatur. ℘salm. Deus, Deus meꝰ respice. fol. 13. cum sequentibus. ℭ Ad. iij. Añ. Jesus respondẽs mulieri Chananee, dixit: non sum missus nisi ad

oues

oues que perierunt domus Israel: at illa adorans eum, ait: Dñe adiuua me. Psal. Lege pone. fol. 63. Capl. vt supra. ℟. ℣. ad.iij. vs. et.ix. vt in precedenti Dominica. Oratio vt supra.

℣ Ad. vj. Añia. Clamauit autem mulier: Domine, adiuua me: qui respondens ait, non est bonum sumere panē filiorum, & mittere canibus: at illa dixit: vtiq; Domine, nam & catelli edunt de micis que cadunt de mensa dominorum suorum. Ps. Defecit. fol. 65. Oratio vt sup.

℣ Ad. ix. Añia. Dixit Dñs mulieri Chananee: non est bonum sumere panem filiorum, et mittere canibus ad manducandum: vtiq; Dñe, nam et catelli edūt de micis, que cadunt de mensa dominorum suorū. Ait illi Jesus: mulier magna est fides tua, fiat tibi sicut petisti. Psal. Mirabilia. fo. 66. Capl. & Oratio vt supra.

℣ Ad Vesp. Añia. Sede a dextris meis. cū aliis añis, & psal. vt in psalterio.

℣ Hoc cōme. Añia. O mulier magna est fides tua: fiat tibi sicut petisti. ℣. Angelis suis. Oratio vt supra.

¶ Fiant cōme. consuetę.

℣ Feria.ij.

Lectio sancti Euangelij secundum Joannem.

Lectio. ix.

IN illo tempore dixit Jesus turbis Judęorum: ego vado, & quęretis me, & in peccato vestro moriemini. Et reliqua. ca. 8.

Homilia. S. Augustini epi.

VErba Domini nostri Jesu Christi, quę hs buit cum Judęis, ita moderans loquelam suam: vt cęci viderent, & fideles oculos aperirent, hodie de sancto euangelio recitata sunt ista: Dicebant autem Judęi, tu quis es? quia dixerat supra Dominus: nisi crediderit is, quia ego sum moriemini in peccatis vestris. Ad hoc ergo illi dicebāt, tu quis es? veluti quęrentes nosse, in quem deberent credere, ne in suo peccato morerentur. Respondit Jesus dicentibus: tu quis es? & ait, principium, qui & loquor vobis. Si se Dominus dixit esse principium, quęri potest, vtrum et Pater principiū sit. Si enim Filius principiū est, qui habet & Patrem, quāto facilius Deus Pater intelligendus est esse prin

cipium: qui habet quidem filiũ, cui pater sit, & non habet de quo sit: filius enim patris est filius, & pater vtiq; filij: filij pater est. Tu aũt. ℭ Ad Matuti. pro cõme. Añs. Ego principiũ, qui et loquor vobis. ℣. Sup aspidẽ.

Qʀsta quęsum⁹ Oro. omnipotens Deus: vt familia tua, quę se, affligendo carnẽ ab alimentis, abstinet, sectando iustitiam, a culpa ieiunet. Per.

℣ Ad Vesp. pro cõmem. Añs. Qui me misit, mecum est, et nõ reliquit me solum quia que placita sunt ei, facio semper. ℣. Angelis suis.

Hʀsto supplicationib⁹ nostris omnipotens Deus, & quibus fiduciã sperandę pietatis indulges, consuetę misericordię tribue benignus effectũ. Per. ℭ Feria.iij. Lect. S. Evang. secũdum Matthęum. Lectio.ix.

c.23. In illo tẽpore: Loquutus est Jesus ad turbas, & ad discipulos suos dicens: super cathedram Moysi sederunt Scribę, et Phariseι. Et reliqua.

Homil. S. Hieron⁹. pbri.

Qʀid mãsuetius, quid benignius Dominor⁹ tentatur a Phariseis, confringuntur insidię eorum: et secundum Psalmistam: Sagittę paruulorũ factę sunt plagę eorum: & nihilominus ppter sacerdotiũ, & nominis dignitatem hortatur populos, vt subijciãtur eis: non opera, sed doctrinã cõsiderantes. Quod autem ait: super cathedrã Moysi sederunt Scribę, et Phariseι: per cathedram, doctrinam legis ostendit: ergo et illud quod dicitur in psalmista: in cathedra pestilentię non sedit, & cathedras vendentium colũbas euertit, etiam per cathedram doctrinam debemus accipere. Tu autem. ℭ Ad Matuti. pro cõme. Añs. Unus est enim magister vester, qui in celis est, dicit Dñs. ℣. Angelis suis.

Qʀfice in nobis quęsumus Dñe, benignus obseruantię sanctę subsidiũ: vt q̃ te auctore faciẽda cognouimus, te operãte impleam⁹. Per. ℭ Ad Vesp. pro cõmem. Añs. Omnis qui se exaltat, humiliabit, & qui se humiliat exaltabit. ℣. Angelis suis.

Qʀopitiare Dñe Oro. supplicationibus nostris,

stris,ꝛ animarum nostrarū medere languoribus:vt remissione percepta, in tua semper benedictione lętemur. Per. ℭ Feria. iiij. Lect. S. Euang. secundū Matthęum. Lect.ix.

c.20 IN illo tẽpore:Ascendens Jesus Hierosolymã, assumpsit duodecim discipulos suos secreto:et ait illis:Ecce ascendimus Hierosolymam,ꝛ filius hominis tradetur principibꝰ Sacerdotum,ꝛ Scribis,ꝛ condemnabunt eum morte.Et reliqua.

Homil. Joānis Chrysost.

ET ascendens Jesus Hierosolymã,assumpsit duodecim discipulos suos seorsum in itinere. Omnis gloria Dei,ꝛ omnis salus hominum in Christi morte posita est. Nulla enim est res, quę amplius ad salutem hominum pertineat,quam mors ipsius. Hec est aliud propter qđ magis Deo gratias agere debeamus, quam propter ipsius mortem. Jdeo,cum plurima turba fidelium eū sequeret in via, duodecim apostolos solos tulit in secreto:ꝛ illis tantummodo mortis suę annũtiauit mysteriū:quia semper pretiosior thesaurus in melioribꝰ vasis includitur.Tu aũt.

ℭ Ad Matu.p cõme.Ańa. Ecce ascendimus Hierosolymã, et filius hominis tradetur ad crucifigẽdum. ℣. Super aspidem Oratio.

POpulum tuum quęsumus Domine propitius respice,ꝛ quos ab escis carnalibus pcipis abstinere,a noxijs quoque vitijs cessare concede. Per. ℭ Ad Vesp.p cõme.Ańa. Tradetur enim gẽtibus, ad illudendum,ꝛ flagellandum, et crucifigendum. ℣. Angelis suis. Oratio.

DEus innocẽtię restitutor,ꝛ amator, dirige ad te tuorum corda seruorum, vt spiritus tui feruore concepto:ꝛ in fide inueniantur stabiles,ꝛ in opere efficaces. Per.

ℭ Feria. v.

Lect. S. Euang.secundū Joannem. Lect.ix.

IN illo tempore: dixit ca.5. dominus Jesus turbis Judęorꝰ: Non possum a meipso facere quicquã, sed sicut audio, iudico: et iudicium meum iustū est. Et reliqua. Homilia sancti Augustini episcopi.

Non possum ego a me ipso facere quicquã, sed sicut audio, iudico: et iudicium meum iustũ est. Et quia dicturi illi eram⁹, si tu iudicabis, et Pater non iudicabit, quia omne iudicium dedit Filio: non ergo secundũ Patrem iudicabis? adiecit, non possum ego a meipso facere quicq̃, quia non quæro voluntatem meam, sed voluntatẽ eius qui misit me Patris. Certe Filius quos vult viuificat. Non quærit voluntatem suam, sed voluntatem eius qui misit illum: nõ propriã, non meã, non filij hominis, nõ meã quæ resistat Deo. Faciunt enim homines volũtatem suam, non Dei, quando faciunt quod volunt, non qđ iubet Deus. Quando autem faciunt quod volunt, vt tamen sequantur voluntatem Dei, non faciunt voluntatẽ suam, quamuis qđ volunt, faciunt. Tu autẽ.

℣ Ad Matuti. pro cõme. Ãña. Opera enim que pater dedit mihi, vt perficiam ea, testimoniũ perhibent de me. ℟. Super aspidẽ. Oro.

Respice nobis Dõmine quæsumus auxiliũ gratię tuę, vt ieiuniis, et orationibus conuenienter intenti, liberemur ab hostib⁹ mẽtis, et corporis. Per. ℣ Ad Vesp. pro cõme. Ãña. Scrutamini scripturas, in quibus putatis vos vitam eternã habere: quia he sunt que testimoniũ perhibent de me. ℟. Angelis suis. Oro.

Adesto Dñe famulis tuis, et perpetuam benignitatem largire poscentibus: vt his, qui te auctore, et gubernatore gloriantur, et congregata restaures, et restaurata conserues. Per. ℣ Feria.vj. Lect. S. Euang. secundũ Matthęum. Lect. ix.

In illo tempore dixit Jesus discipulis suis, et turbis Judęorum: Homo erat paterfamilias, qui plantauit vineam, et sepe circũdedit eã. Et reliqua. Homilia sancti Hieronymi presbyteri. ca.21

Hoc est, quod Dominus sumptum de prouerbio significauit. Durũ est aduersus stimulum calcitrare: principes sacerdotum, et seniores populi, qui interrogauerant Dñm, in qua potestate hęc facis? et quis dedit tibi hanc potestatem?

statem: & voluerant in verbo capere sapientiam: sua arte superantur, & audiũt in parabolis quod aperta facie non merentur audire. Homo iste paterfamilias, ipse est qui habet duos filios: et qui in alia parabola conduxit operarios in vineam suam: qui plantauit vineam, de qua Isaias plenissime per canticũ loquitur, ad extremum inferens vinea Dñi Sabaoth, domus Israel est. Et in psalmo: vineã de Egypto transtulisti, eiecisti gentes, & plantasti eam. Et sepem circundedit ei, vel murum vrbis, vel angelorum auxilia. Et fodit in ea torcular, aut altare, aut illa torcularia, quoꝝ et tres psalmi titulo prænotãtur: octauus, octogesimus, et octogesimus tertius. Tu autẽ. ℣ Ad Datur. pro cõmem. Asia Malos male perdet, & vineã suã locabit aliis agricolis, qui reddant ei fructum temporibus suis. ℟. Super aspidem. Oratio.

OA quęsumus omnipotens Deus, vt sacro nos purificãte eiunio, synceris mentibus ad sancta vẽtura nos facias peruenire. Per. ℣ Ad Vesp. pro cõme. Asia. Quærentes eum tenere, timuerunt turbas, quia sicut propheram eũ habebant. ℟. Angelis suis.

OA quęsumus Dño. Dñe populo tuo salutem mentis, & corporis: vt bonis operibus inhęrẽdo tuę semper virtutis mereamur protectione defendi. Per. ℣ Sabbatho. Lect. S. Euang. secundũ Lucam. Lectio. ix.

IN illo tempore: dixit Jesus discipulis suis parabolã hãc. Homo quidam habuit duos filios, et dixit adolescentior ex illis patri: Pater, da mihi portionem substantiæ, quę me contingit. Et reliquꝰ. c.25.

Homilia S. Ambrosii epi.

VIdes, quod diuinum patrimonium petentibus datur, nec putes culpam patris, quod adolescentiori dedit. Nulla Dei regno infirma ętas, nec fides grauatur annis, ipse certe se iudicabit idoneũ, qui poposcit, atoꝝ vtinam non recessisset a patre, impedimentum nescisset ętatis: sed postea quam peregre profectus est, dissipauit substantiam suam, vi-

uendo luxuriose. Merito ergo pdegit patrimoniū, qui recessit ab ecclesia, posteaquam domum, inquit, patriamq; derelinquens, peregre profectus est in regionem longinquā, quid enim longinquius, quam a se recedere, nec regionibꝰ, sed moribus separari? Tu autem. ℭ Ad Matut. pro cōme. Ānā. Surgam, ibo ad patrem meum, & dicam ei: pater fac me sicut vnū de mercenarijs tuis. ℟. Super aspidem. Oratio.

DA quesumus Domine nostris effectum ieiunijs salutarem, vt castigatio carnis assumpta ad nostrarum vegetationem transeat animarum. Per. ℭ Dñica. iij. Quadragesi. Ad Vesperas. Capitu.

Ephe. 5. FRatres, estote imitatores Dei, sicut filij charissimi: et ambulate in dilectione, sicut & Christus dilexit nos: et tradidit semetipsum pro nobis oblationem, & hostiam Deo, in odorē suauitatis. ℟. Deo gratias. ℟. Videns Jacob vestimenta Joseph, scidit vestimenta sua cum fletu, & dixit. ℣. Fera pessima deuorauit filium meum Joseph. ℟. Congregatis autem cunctis liberis suis, vt lenirent dolorem patris: Noluit eos audire, sed ait. ℣. Fera pessima ℟. Gloria patri. ℣. Fera pes. Hymn. Audi benigne. vt in. j. Dñica. ℟. Angelis suis. ℭ Ad Mag. Ānā. Oportet te fili gaudere, quia frater tuus reuixit: perierat, & inuentus est. Oratio.

QVesumꝰ omnipotēs Deus, vota humilitatis respice, atque ad defensionem nostram dexterā tuę maiestatis extende, Per. Fiant cōme. de festo trāslato, & de currenti: deinde commemorat. consuetę. ℭ Ad Complet. Ānā. Miserere mei. ℣. Regem tuū. Hymnꝰ. Christe qui lux es. Ad Nūc dimi. Ānā. Vigilate nos. vt in Cōpl. fo. 79 ℭ Ad Matuti. Inuitatoꝛ. populus Domini, & oues pascue eius. ℣. Venite adoremus Dominum. Psal. Venite. Hymnꝰ. Summi largitoꝛ. vt in prima Dñica. ℭ In primo noctu. ānę, et psal. vt in psalterio in secūda diuisione. ℣. Dicet Domino. Lectio. j.

IOseph cum sexdecim esset annoꝛum, pascebat gregem cum fratribus suis, Gen. ca. 38

suis, adhuc puer, & erat cū filiis Bale, & Zelphe vxorum patris sui. Accusauitque fratres suos apud patrem crimine pessimo. Israel autem diligebat Ioseph super omnes filios suos, eo quod in senectute genuisset eum: fecitque ei tunicam polymitam. Tu autem. ℟. Uidentes Ioseph a longe, loquebantur mutuo fratres dicentes: ecce somniator venit. ℣. Uenite, occidamus eum, et videamus si ꝓsint illi somnia sua. ℟. Eāque vidissent fratres sui ꝙ a patre cūctis fratribus plus amaretur, oderant eum, nec poterant ei quicquam pacifice loqui, vnde & dicebant. ℣. Uenite. Lectio. ij.

QVidentes autem fratres eius, quod a patre plus cunctis filiis amaretur, oderāt eum, nec poterant ei quicquam pacifice loqui: accidit quoq; vt visum somniū referret fratribus suis. Quę causa maioris odij seminarium fuit. Tu autem. ℟. Dixit Iudas fratribus suis. Ecce Ismaelite transeunt, venite, venundetur. ℣. Et manus nostre non polluantur: caro enim, et frater noster est. ℟. Quid enim prodest, si occiderimus fratrē nostrum, & celauerimus sanguinem ipsius, melius est nobis, vt venūdetur. ℣. Et manus. Lect. iij.

ORitq; Ioseph fratribus suis: Audite somnium meū quod vidi: putabam nos ligare manipulos in agro, & quasi consurgere manipulum meū, & stare, vestrosq; manipulos circunstantes adorare manipulum meū. Respondерunt fratres eius, nunquid rex noster eris, aut subijciemur ditioni tuę? Hęc ergo causa somnioꝝ, atque sermonum inuidię, et odij fomitē ministrauit. Tu autem. ℟. Uidens Iacob vestimenta Ioseph, scidit vestimēta sua cum fletu, & dixit. ℣. Fera pessima deuorauit filium meū Ioseph. ℟. Tulerunt autem fratres eius tunicam eius, mittētes ad patrem, quam cum cognouisset pater, ait. ℣. Fera pessima. ℟. Bla patri. ℣. Fera. ℭ In. ij. noct. añę, & psal. vt in psalterio in secūda diuisione. ℟. Ipse liberabit me. Pater noster. Lect. iij.

ALiud quoq; vidit sōnium, qđ narrās fratrib⁹, ait, Uidi per somniū quasi

quasi Solem, z Lunam, et stellas vndecim adorare me. Quod cum patri suo, z fratribus suis retulisset: increpauit eū pater suus, z dixit: quid sibi vult hoc somnium quod vidisti? Nū ego, z mater tua, z fratres tui, adorabimus te super terram? Inuidebāt igitur ei fratres sui: Pater vero rem tacitus considerabat. Tu autem. ℣. Joseph cū intraret in terram Ægypti, linguam quam non nouerat, audiuit. ℟. Manus eius in laboribus seruierunt, z lingua eius inter principes loquebatur sapientiam. ℣. Humiliauerunt in compedibus pedes eius: ferrum pertransiit animam eius donec veniret verbum eius. ℟. Manus eius. Lectio. v.

QUmq; fratres illius in pascendis gregibus patris morarentur in Sichem, dixit ad eum Israel: Fratres tui pascunt oues in Sichimis, veni mittam te ad eos: quo respondente, prǽsto sum: ait, vade, z vide, si cuncta prospera sint erga fratres tuos, z pecora: et renuntia mihi, quid agatur. Tu autem. ℣. Memento mei, dum bene tibi fuerit. ℟. Ut suggerat Pharaoni, vt educat me de isto carcere: quia furtim subtractus sum, z hic innocens in lacum missus sum. ℣. Tres enim adhuc dies sunt, post quos recordabitur Pharao ministerij tui, et restituet te in gradum pristinum: tūc memento mei, z facies mecum misericordiam. ℟. Ut suggeras Pharaoni. Lectio. vj.

QIssus de valle Hebron, venit in Sichē: Inuenitq; eum vir errantem in agro, et interrogauit, quid quǽreret. At ille respondit. Fratres meos quǽro: indica mihi, vbi pascant greges. Dixitque et vir: Recesserūt ō loco isto: Audiui autem eos dicentes, Eamus in Dothain. Tu autem. ℣. Iste est frater vester minimus, de quo dixeratis mihi? Deus misereatur tui fili mi. ℟. Festinauitq; in domum, et plorauit, quia erumpebant lachrymæ, z non poterat se continere. ℣. Attolliens autem Joseph oculos vidit Beniamin stantem: commota sunt omnia viscera eius super fratrē suū. ℟. Festinauitq;. ℣. Vbi patri. ℟. Festinauitque.

℣ In iij. noctu. añ̄ z psal. vt in

vt in psalt. in. ij. diuisiõe. ℟. Scapulis suis. Pater nr̃. Lect. S. Euang. secũdum Lucam. Lectio. vij.

ca. 11 IN illo tempore: Erat Jesus eijciens dęmonium, ⁊ illud erat mutum: Et cum eiecisset dęmoniũ, loquutus est mutus: ⁊ admiratę sunt turbę. Et reli. Homilia venerabilis Bedę presbyteri.

DEmoniacus iste apud Matthęum nõ solum mutus, sed et cęcus fuisse narratur: curatusq; dicitur a Dño, ita, vt loqueretur: ⁊ videret. Tria generalia signa simul in vno homine ꝑpetrata sunt. Cęcus videt, mutus loquitur, possessus a dęmonio liberatur. Tu autẽ. ℟. Merito hęc patimur, quia peccauimus in fratrem nostrum, videntes angustiam anime eius dum deprecaretur nos, ⁊ non audiuimus. ℣. Idcirco venit super nos tribulatio. ℟. Dixit Rubẽ fratrib⁹ suis: Nũquid non dixi vobis, Nolite peccare in puerum, ⁊ nõ audistis me? ℣. Idcirco.

Lectio. viij.

QUod et tunc quidem carnaliter actum est, sed et quotidie completur in conuersiõe credentiũ, vt expulso primum dęmone, fidei lumen aspiciant, deinde, ad laudes Dei tacentia prius ora laxentur. Quidam autem ex eis dixerũt, In Beelzebub principe dęmoniorum eijcit dęmonia. Non hoc aliqui de turba, sed Phariseι calumniabantur, et Scribę, sicut alij Euangelistę testantur. Tu autem. ℟. Dixit Rubẽ fratribus suis, Nũquid non dixi vobis, Nolite peccare in puerum, ⁊ non audistis me? ℣. En sanguis eius exquiritur. ℟. Merito hęc patimur, quia peccauimus in fratrem nostrum, videntes angustiam anime eius, dum deprecaretur nos, ⁊ nõ audiuimus. ℣. En sanguis eius.

Lectio. ix.

URbis quippe, quę minus erudite videbantur, Dñi semper facta mirantibus: illi contra, vel negare hęc, vel quę negare nequiuerant, sinistra interpretatione peruertere laborabãt: quasi hęc nõ diuinitatis, sed immũdi spiritꝰ opa fuissent, id est Beelzebub, qui Deꝰ erat Acharon. Nam Beel quidẽ ipse est Baal, zebub autẽ musca vo-

sca vocatur. Tū autem. ℟. Erat Dñs Jesus ejiciēs demoniū, et illud erat mutū. ℣. Et cum ejecisset demoniū, loquutus est mutus, et admirate sunt turbe. ℟. Beatus venter qui eum portauit, et vbera que eum lactauerunt. ℣. Et cum. ℟. Gloria patri. ℣. Et cū. Reperatur ℟. a princip. quia nō dicit Te Deū. ℟. Scuto circūdabit. ℭ In Laud. Añā. Fac benigne in bona voluntate tua, vt edificentur Dñe muri Jerusalem. ℘sal. Miserere mei. fol. 21. Añā. Dñs mihi adiutor est, non timebo quid mihi faciat homo. ℘s. Confitemini. fol. 57. Añā. Deus misereatur nostri, et benedicat nos. ℘s. Deus, Deus meus. fol. 10. Añā. Vim virtutis sue obtutus est ignis, vt pueri tui liberentur illesi. Canticum. Benedicite. fol. 11. Añā. Sol et Luna, laudate Deum, quia exaltatum est nomen eius solus. ℘s. Laudate Dñm. fol. 11. Capl. vt supr. Hymn. et ℣. vt in prima Dñica.

ℭ Ad Benedt. Añā. Erat Dominus Jesus ejiciēs demonium, et illud erat mutum, et cum ejecisset demonium, loquutus est mutus, et admirate sunt turbe. Ofo vt supra. Fiat cōme. de festo cui rent, et cōmemor. cōsuete.

ℭ Ad i. Añā. Si in digito Dei ejicio demonia, profecto peruenit in vos regnū Dei. ℘s. Deus, Deus. fol. 13.

ℭ Ad ij. Añā. Dum fortis armatus custodit atrium suū, in pace sunt ea que possidet. ℘s. Legem pone. fol. 65. Capl. vt sup. ℟. Bonū mihi Dñe quod humiliasti me. ℣. Bonum mihi fer oris tui, super milia auri et argenti. ℟. Manus tue fecerunt me, et plasmauerūt me: da mihi intellectū, vt discā mādata tua. ℣. Bonū mihi. ℟. Gla patri. ℟. Bonum mihi Dñe. ℣. Dicet Dominus, susceptor meus es tu. Oratio vt supra.

ℭ Ad vj. Añ. Qui nō est mecū, aduersum me est: et qui nō colligit mecū, dispergit, dicit Dñs. ℘s. Defecit. fo. 65. Capl. vt supra. ℟. Seruus tuus sum ego. ℣. Da mihi intellectū Dñe. ℟. Ut discā mādata tua. ℣. Da mihi. ℟. Gla patri. ℟. Seruus tuus. ℣. Ipse liberauit me. Ofo vt sup.

ℭ Ad vij. Añā. Cum immūdus spiritus exierit ab homine, ambulat per loca inaquosa querens requiē, et nō inuenit. ℘s. Mirabil. fol. 66

Cap.

Capl. vt supra. ℣. Declara super nos Deus. ℟. Tuã misericordiam. ℣. Declaratio sermonũ tuoꝝ dat intellectum Dñe. ℟. Tuam. ℣. Gla patri. ℟. Declara. ℣. Scapulis suis. ℟. Fo vt supra.

℣ Ad Vesp. Asia. Sede a dextris meis. Psal. Dixit Dñs. cum cęteris añis, et psal. vt in psalterio. fo. 68

℣ Pro cõme. Dñice. Asia Extollẽs quedã mulier vocẽ de turba, dixit, Beatus vẽter qui te portauit, ꝛ vbera, que suxisti. At Jesus ait illi, Beati qui audiunt verbũ Dei, et custodiunt illud. ℟. Angelis suis. ℟. Oratio vt supra.

℣ Feria.ij.

Lectio sancti Euangelij secundum Lucam.

ca. 4 IN illo tẽpore: dixerũt Pharisei ad dñm Jesum: Quãta audiuimus facta in Capharnaum, fac ꝛ hic in patria tua. Et reliq. Homilia. B. Ambrosij epi.

NOn mediocriter inuidia proditur, quę ciuicę charitatis oblita, in acerba odia causas amoꝝ inflectit. Simul hoc exemplo pariter, ꝛ oraculo declaratur, q̃ frustra opẽ miseri cordię cęlestis expectes, si alienę fructibus virtutis inuideas. Aspernatorem enim Dñs inuidoꝝ est, ꝛ ab his qui diuina bñficia in alijs persequũtur, miracula suę potestatis auertit. Dñicę quippe carnis actꝰ, diuinitatis exẽplũ est, ꝛ inuisibilia nobis eius, per ea quę sunt visibilia demonstrantur. Tu aũt. ℣ Ad Matu. pro cõme. Asia. Amen dico vobis, quia nemo prophęta acceptꝰ est in patria sua. ℣. Super aspidem. ℟ Oratio.

QOrdibꝰ nostris quęsumus Dñe gratiam tuam benignus infunde, vt sicut ab escis carnalibus abstinemus, ita quoq; sensus nostros a noxijs retrahamus excessibus. Per. ℣ Ad Vespe. pro cõmem. Asia. Jesus autem transiẽs per medium illorum ibat. ℟. Angelis suis. ℟ Oratio.

SVbueniat nobꝭ quęsumus Dñe misericordia tua, vt ab imminẽtibus peccatoꝝ nostroꝝ periculis, te mereamur protegente eripi, ꝛ te liberante saluari. Per. ℣ Feria.iij.

Lectio sancti Euangelij, secundum Matthęum.

IN illo tpe: Respiciẽs Jesus discipulos suos, dixit Simõi Petro. Si peccauerit ca. 18

cauerit in te frater tuus, vade, & corripe eũ inter te & ipsum solũ. Et reliqua.

Homil. B. Augustini epi.

ADmonet nos dominus Deus noster, nõ negligere inuicem peccata nostra, non quęrendo quid reprehendas, sed vidēdo quid corrigas. Eius quippe dixit acutũ oculũ ad eiciēdam de oculo fratris sui festucam, qui trabē in oculo suo non habet. Quid autem hoc sit, breuiter insinuo charitati vestrę. Festuca in oculo, ira est. Trabes in oculo, odiũ est. Quãdo ergo qui odit, reprehendit irascentem, festucam vult de oculo fratris tollere, sed trabe impeditur, quam ipse portat in oculo suo. Festuca initium trabis est. Nã trabes quando nascitur, prius festuca est, Rigãdo festucã, perducis ad trabem. Alendo iram malis suspectionibus, perducis ad odiũ. Tu autem Domine.

℣ Ad Matut. pro cõme. Ant. Stduo ex vobis consenserint sup terrã, de omni re, quamcunq; petierint, fiet illis a patre meo, Dicit Dñs. ℣. Super aspidē. Oratio.

EXaudi nos omnipotēs & misericors Deus: & cõtinentię salutaris propitius nobis dona concede. Per. ℣ Ad Vesp. pro cõmem. Ant. Ubi duo vel tres cõgregati fuerint in nomine meo: in medio eorum, Dicit Dominus. ℣. Angelis suis. Oratio.

QVa nos quęsum⁹ Domine protectione defende: et ab omni semper iniquitate custodi. Per.

℣ Feria. iiij.

Lectio sancti Euangelij, secundum Matthęum. c.25.

IN illo tempore: Accesserũt ad Jesum ab Hierosolymis Scribę, et Phariseі, dicentes: Quare discipuli tui transgrediuntur traditiones seniorum. Et reliqua.

Homilia. B. Hieronymi.

MIra Phariseorum, Scribarumq; stultitia. Dei filiũ arguunt, quare discipuli eius hominum traditiones & przcepta nõ seruent. Non enim lauant manus suas, cum panem manducãt. Manus, id est, opera, nõ corporis, sed animę lauandę sunt, vt fiat in illis verbum Dei. Ipse autem respondens ait illis.

Quare

Quare et vos transgredimini mãdata Dei, propter traditionem vestram? Falsam calumniã vera responsione cõfutat, Cum inquit, vos propter traditionem hominũ precepta Dei negligatis, quare discipulos meos arguendos putatis, quod seniorum iussa parui pendant, vt Dei scita custodiant. Tu autem Dñe.

℣ Ad Matut. pro cõmem. Añã. Audite, et intelligite traditiones, quas Dñs dedit vobis. ℟. Sup alpidẽ. Ofo.

Respice nobis quesumꝰ Dñe, vt salutaribus iunijs eruditi, a noxijs quoque vitijs abstinẽtes, propitiationem tuam facilius impetremus. Per.

℣ Ad Vesp. p cõme. Añã. Audite, et intelligite. Non qõ intrat in os, hoc coinquinat hominem, sed quod procedit ex ore, hoc coinquinat hominẽ. ℟. Angelis suis. Ofo.

Concede quesumꝰ omnipotens Deus, vt qui protectionis tue gratiam querimus, liberati a malis omnibus secura tibi mente seruiamus. Per.

℣ Feria. v.

Lectio sancti Euãgelij secundum Joannem.

In illo tempore: Dixit Jesus turbis, Operamini non cibum qui perit, sed qui permanet in vitam eternam. Et reliqua. ca.6.

Homil. S. Augustini epi.

Queritis me propter aliud; querite me propter me. Seipsum charissimi, Dñs insinuat istum cibum, quod in sequentibus illucescit, quem Filius hominis dabit vobis. Expectabas credo iterũ panes mãducare, iterum discumbere, iterum saginari: sed dixerat, cibum non qui perit, sed qui permanet in vitam eternam: quomodo dictũ fuerat illi mulieri Samaritanę, si scires quis est, qui petit a te bibere: tu forsitan postulasses ab eo, et daret tibi aquam viuam. Cum illa diceret, vnde tibi, quando quidem non habes hauritorium, et puteus altus est? Samaritanę respondit. Si scires quis a te petit bibere, tu petisses ab eo, et daret tibi aquam viuã, vnde qui biberit, amplius non sitiet. Tu autẽ.

℣ Ad Matut. pro cõmem. Añã. Operamini nõ cibum qui perit, sed qui permanet in vitam eternam, dicit Dñs.

℣ ℟. Super

℣. Super aspidē. Oratio.

MAgnificet te Dñe sanctorum tuorꝝ Cosmę ⁊ Damiani beata solēnitas, qua ⁊ illis gloriā sempiternā, ⁊ opem nobis ineffabili puidentia cōtulisti. Per. ℂ Ad Uesp. ꝓ cōme. Ant. Amen, amen dico vobis, non Moyses dedit vobis panē de celo, sed pater meus dat vobis panem de celo verū. ℣. Super aspidem. Oratio.

SUbiectū tibi populū qñs Dñe ꝓpitiatio cęlestis amplificet: et tuis semp faciat seruire mādatis. Per. ℂ Feria.vj.

Lect. S. Euang. secūdum Joannem. Lectio.ix.

ca. 4 IN illo tpe: Uenit Dñs Jesus in ciuitatē Samarię, quę dicit Sichar, iuxta pdium, qđ dedit Jacob Joseph filio suo. Erat aūt ibi fons Jacob. Et reliqua. Homil. S. Augustini epi.

NOn rude auribꝰ charitatis vestrę erit, Euangelistam Joannē velut Aquilā volare altius, caliginēq; terrę trāscendere, ⁊ lucem veritatis firmioribus oculis intueri. Multa enim iam ex euangelio, eius per ministeriū nostrū Domino adiuuāte tractata sunt. Ex ordine autē sequit hęc lectio, quę hodie recitata est. Ea quę dicturus sum donante Dño, sic audituri estis, vt magis recognoscatis, q̄ discatis. Nō ideo tamē pigra esse debet intētio, quia nō est cognitio, sed recognitio. Hoc lectū est, ⁊ hanc lectionē tractandā gestamus in manibus, q̄ dñs Jesus ad puteū Jacob loquebatur cū Samaritana muliere. Dicta enim ibi sunt magna mysteria, ⁊ magnarū similitudines rerū, pascentes animā esurientē, reficientes languētē. Tu aūt. ℂ Ad Abtut. ꝓ cōme. Ant. Qui aūt biberit ex aqua, quā ego dabo ei, non sitiet in eternū. ℣. Super aspidem. Oratio.

IEiunia nra qñs Dñe, benigno fauore prosequere, vt sicut ab alimētis abstinemus in corpore, ita a vitijs ieiunemus in mēte. Per. ℂ Ad Uesp. ꝓ cōme. Ant. Aquā quā ego dedero, qui biberit ex ea nō sitiet vnquā. ℣. Angelis suis. Oro.

PRęsta qñs omnipotēs Deus, vt qui in tua protectione cōfidimus, cūcta nobis aduersantia te adiuuante vincamus. Per.

Sab-

¶ Sabbatho.
Lect.S.Euangelij secundum Joannem. Lect.ix.
ca.8. IN illo tpe. Perrexit Jesus in montē Oliueti,ꝛ diluculo iterū venit in templum. Et reliqua.
Homil.B. Augustini epi.
IN de Jesus prexit in montē. In montē aūt Oliueti, in montē fructuosum,in montē vnguenti, in montē chrismatis. Ubi eīm decebat docere Xpm nisi in mōte Oliueti? Chrisma enim nomen a chrismate dictū est: Chrisma aūt Hebree,Latine vnctio nūcupat. Ideo aūt nos vngit, quia luctatores contra diabolū facit, Et diluculo iterū venit in tēplū. Et omnis populus venit ad eū, ꝛ sedēs docebat eos: ꝛ nō tenebat: quia nondū pati dignabat. Tu aūt. ¶ Ad Matutin. p cōme. Ant. Inclinās se Jesus, scribebat in terra, Si quis sine peccato est, mittat in eā lapidē. ℣. Sup aspidē.
PRęsta qūs om= Oro.
nipotēs Deꝰ, vt qui se, affligendo carnē, ab alimētis abstinēt, sectādo iustitiā a culpa ieiunent. Per. ¶ Dñica. iiij. Quadragesimę, in primis Vesp. Capl.
HEbreus, scriptū est, Gala. ca.4
qūm Abrahā duos filios habuit, vnū de ancilla, ꝛ vnū de libera. Sed qui ē ancilla, secundū carnē natus est: qui aūt de libera, p repromissionē: quę sunt p allegoriam dicta. ℣. Deo gras. ℣. Audi Israel precepta Dñi: ꝛ ea in corde tuo quasi in libro scribe. ℟. Et dabo tibi terrā fluentem lac, et mel. ℣. Obserua, ꝛ audi vocē meā, ꝛ inimicus ero inimicis tuis, ꝛ p̄cedet te angelus me. ℟. Et dabo. ℣. Gl'a Pri. ℟. Et dabo. Hymn, ꝛ ℣. vt in.j. Dñica Quadr. ¶ Ad Mag. Ant. Nemo te condēnauit mulier? Nemo Domine. Nec ego te condēnabo, iā amplius noli peccare. Oro.
OCcede qūs oipotēs Deꝰ, vt qui merito nrę actionis affligimur, tuę gratię cōsolatione respirem. Per. Fiat cōme. de festiuitatib' diei, ꝛ curētis, deinde cōme. cōsuetę ¶ Ad Matut. Innuit. Hodie si vocē Dñi audieritis. ℟. Nolite obdurare corda vra. ℣. Venite. fo. I. Hymn Sūmi largi, vt in.j. Dñica. ¶ In.j. Noct. Ant, ꝛ psal. vt in psalterio in prima dominica. ℣. Dicet Dominꝰ.

Pater noster. Lectio.

Exo. ca.i. Hec sunt nomina filiorũ Israel, qui ingressi sunt in Egyptum cum Jacob: singuli cum domibus suis introierunt: Ruben, Simeon, Leui, Judas, Issachar, Zabulon, & Beniamin, Dã, & Nephtalim, Gad, & Aser. Erãt igitur omnes animę eorum, qui egressi sunt de femore Jacob, septuaginta: Joseph autem in Egypto erat. Quo mortuo, et vniuersis fratribus eius, omnique cognatione sua: filij Israel creuerunt, & quasi germinantes multiplicati sunt, ac roborati nimis impleuerunt terrã. Tu autem. ℟. Locutus est Dominus ad Moysen dicẽs, Descende in Egyptum: & dic Pharaoni. ℣. Ut dimittat populum meum. Induratum est cor Pharaonis. Non vult dimittere populum nisi in manu forti. ℟. Clamor filiorum Israel venit ad me, vidique afflictionem eorum: sed veni, mittam te ad pharaonẽ. ℣. Ut dimittat. Lectio.ij.

Surrexit interea rex nouus super Egyptũ qui ignorabat Joseph: et ait ad populum suum, Ecce populus filiorum Israel multus, & fortior nobis est. Venite, sapienter opprimamus eum, ne forte multiplicetur: et si increuerit contra nos bellum, addatur inimicis nostris, expugnatisq; nobis egrediatur de terra. Pręposuit itaq; eis magistros operum, vt affligerent eos oneribus. Tu autem. ℟. Stetit Moyses coram pharaone, & dixit, hec dicit Dominus. ℣. Dimitte populum meum, vt sacrificet mihi in deserto. ℟. Dñs Deus Hebreorum misit me ad te dicens. ℣. Dimitte. Lectio.iij.

Ędificauerũtq; vrbes tabernaculor̃ Pharaoni, Phitõ, & Rameſſes. Quantoque opprimebant eos, tanto magis multiplicabant, & crescebant, Oderantq; filios Israel Egyptij, & affligebant illudentes eis, atq; ad amaritudinem perducebant vitã eorum operibus duris, luti, et lateris, omniq; famulatu, quo in terrę operibus prępmebantur. Tu autem. ℟. Contemus Dño, gloriose enim honorificatus est, equũ, et ascensorem proiecit in mare. ℣. Adiutor et protector factus est mihi Dominus in salu-

salutē. ℟. Dñs quasi vir pugnator, Omnipotens nomen eius. ℣. Aditor. ℟. Gloria patri. ℣. Aditor.

℣ In.ij.nocturno. Añę, et psal. vt in psalterio in prima diuisione. ℟. Ipse liberauit me. ℣ nr̄. Lect.iiij.

EGrit autem rex Egypti obstetricib⁹ Hebręorum, quarum vna vocabatur Sephora, altera Phua, ꝓcipiēs eis: Quādo obstetricabit̄ Hebręas, ⁊ partus tempus aduenerit, et masculus fuerit, interficite eum: si fęmina, reseruate. Timuerūt autem obstetrices Deum, et non fecerunt iuxta pręceptum regis Egypti, sed conseruabant mares. Tu autem. ℟. In mari via tua, ⁊ semita tua in aquis multis. Deduxisti sicut oues populum tuū. ℣. In manu Moysi, ⁊ Aaron. ℟. Transtulisti illos per mare rubrum: ⁊ transuexisti eos per aquam nimiam. ℣. In manu. Lectio. v.

QUibus accersitis ad se rex ait, Quidnam est hoc, quod facere voluistis, vt pueros seruaretis? Quę responderunt, Non sunt Hebręę sicut Egyptię mulieres: Ipsę enim obstetricandi habent scientiam: ⁊ priusquam veniamus ad eas pariunt. Tu autem.

℟. Qui persequebantur populum tuum Dñe, demersisti eos in profundum. ℣. Et in columna nubis ducęt eorum fuisti Domine. ℟. Deduxisti sicut oues populum tuū in manu Moysi ⁊ Aaron. ℣. Et in columna. Lect.vj.

BEne ergo fecit Deus obstetricibus, et creuit populus, confortatusq; est nimis. Et quia timuerunt obstetrices Deū, edificauit illis domos. Præcepit ergo Pharao omni populo suo, dicens: Quicquid masculini sexus natū fuerit, in flumen proijcite: quicquid fęminini, reseruate. Tu autem. ℟. Moyses famulus Domini ieiunauit quadraginta diebus, et quadraginta noctib⁹. ℣. Ut legem Domini mereretur accipere. ℟. Ascendens in mōtem Sinai ad Dñm, fuit ibi quadraginta diebus, ⁊ quadraginta noctibus. ℣. Ut legē. ℟. Gla patri. ℣. Ut legē.

℣ In iij.noct. Añę, ⁊ psal. vt in psalt.in.j.diuisione. ℟. Scapulis suis. ℣ nr̄. Lect.S.Euangelij secundum Joannem. Lect.vij.

ca.6. IN illo tpe. Abiit Jesus trans mare Galileę, qđ est Tyberiadis: ꝛ sequebatur eum multitudo magna: quia videbāt signa quę faciebat, super hīs, qui infirmabātur. Et reliqua. Domi. venera. Bedę pbri.

QUi signa, et miracula Dñi ac saluatoris recte cū legūt, vel audīt, ac cipiūt: nō tā in hīs quid foris stupeāt, attendūt, quā quid hoꝛ exēplo ipsi intus agere, quid in hīs mysticū perpendere debeāt, inspiciunt. Tu aūt. ℟. Splēdida facta est facies Moysi, dū respiceret i eū Dñs. ℣. Uidētes seniores claritatē vultus ei⁹, admirantes timuerūt valde. ℟. Cumqꝫ descenderet de mōte Sinai, portabat duas tabulas testimonij, ignorās qđ cornuta esset facies sua ex cōsortio sermonꝫ Dei. ℣. Uidētes. Et Lce enim Lect. viij. ap ppinquāte pascha die festo Judęoꝝ, sequentē se multitudinē Dñs verbo salutis, pariter ꝛ opere orationis erigebat. Hā sicut alius Euangelista scribit, loquebatur illis de regno Dei, ꝛ eos, qui curā indigebāt, sanabat. Eademqꝫ doctrina ꝛ sanatione cōpleta paucis de cibarijs abundātissime refecit. Tu aūt. ℟. Ecce mitto angelū meū, qui p̄cedat te, et custodiat semp. ℣. Obserua, ꝛ audi vocē meā ꝛ inimicus ero inimicis tuis: ꝛ odiētes te afflīgā: ꝛ p̄cedet te angelus me⁹. ℟. Jsrael, si me audieris, nō erit in te Deꝰ recēs, nec adorabis Deū alienū: ego enim Dñs. ℣. Obser. Et nos ergo, Lec. ix. frēs charissimi, huius exēplo facti, ppiquāte pascha, die festo nr̄ę redēptionis, adūcta fratrūcaterua Dñm toto corde sequamr: quo actionū itinere ingressus sit, diligentissime contēplemur, vt vestigia eius sequi mereamur. Tu autem. ℟. Abiēs Jesus trās mare Galilee, sequebatur eū multitudo magna, quia videbāt signa, que fiebant ab eo. ℣. Erat aūt primū pascha dies festus Judeoꝝ. ℟. Subijt ergo in montē Jesus, ꝛ ibi sedebat cū discipulis suis. ℣. Erat. ℟. Gla patri. ℣. Erat. Repetatur. ℟ a principio quia nō dicitur Te Deum. ℣. Scuto circundabit te.

℣ In Laud. Ant. Tunc acceptabis sacrificiū iustitie, si auerteris faciē tuā a peccatis meis. Ps̄. Miserere.

fol.

fol.21. Añia. Bonū est spera re in Dño, ꝙ sperare in prin cipibus. Ps̄. Confitemini. fol. 57. Añ. Benedicat nos Deus, Deus noster, bñdicat nos Deus. Ps̄. Deꝰ, Deꝰ meus. fol. 10. Añia. potēs es Dñe, eripe nos de manu mortis: libera nos Deus noster. Canti. Bñdicite. fol. 11. Añia. Reges terre, ⁊ oēs populi laudate Dūm. Ps̄. Laudate. fol. 11. Capl. vt supra. Hymꝰ, et. ℣. vt in. j. Dñica Quadra. ¶ Ad Benedic. Añ. Abiit Jesus trās mare Galilee, qđ est Tyberiadis, ⁊ sequebatur eū multitudo magna, pro signis que faciebat super his, qui infirmabāt. Subiit ergo in mōtē Jesus, ⁊ ibi sedebat cū discipulis suis: erat aūt primū pascha dies festus Judeorum. Oratio vt sup. Fiat cōme. de festo currenti. Deinde cōmemorationes cōsuetę. ¶ Ad. j. Añ. Cū subleuasset oculos Jesus, ⁊ vidisset maxi mā multitudinē veniētē ad se, dixit ad Philippū, Undee memꝰ panes, vt māducēt hi? Hoc aūt dicebat tentās eū: ipse enim sciebat quid esset facturus Ps̄. Deus, Deus meus respice. fol. 13.

¶ Ad. ij. Añ. Accepit ergo Jesus panes, ⁊ cū grās egis set, distribuit discūbentibus. Ps̄. Legem. fo. 63. Capl vt sup. ℟. ⁊ ℣. ad. iij. vj. ⁊. sꝛ vt in p̄cedenti Dñica. Oro vt sup. ¶ Ad. vj. Añia. De quinq panibꝰ, ⁊ duobꝰ pisci bꝰ, satiauit Dñs quinq mil lia hominū. Psal. Defecit. fo. 65. Capl. ⁊ oro, vt sup. ¶ Ad. ix. Añ. Satiauit dñs quinq millia hominū, ꝺ quin que panibꝰ, ⁊ duobꝰ piscibꝰ. Ps̄ Mirab. fo. 66. Capl ⁊ oro vt suō. ¶ Ad Vesp. Añia. Sede a dextris meis. Ps̄. Dixit Dñs. cū aliis añis, ⁊ psal. vt i psalt. fo. 68 ¶ Pro cōme. Dñicę. Añia. Cū vidissent turbe signū qđ fecerat Jesus, dicebāt, Uere hic est ꝓpheta, qđ vēturꝰ est in mūdū. ℣. Angelis suis. Oro vt sup. Fiāt cōme. colūtę.

¶ Feria. ij. Lect. ix.

Lectio Sancti Euangelij secundum Joannem.

IN illo tp̄e: Ꝓpe erat pascha Judęoꝝ, ⁊ ascendit Jesus Hierosoly mā. Et reliqua. Homilia Beati Augustini epi. ca. 2.

IN psalmo audistis ge mitū pauperis, cuius mēbra p totā terrā tribula tiōes patiūt vsq; i finē scli. Satagite ffes mei esse in

his membris, z de his mē-
bris, nā tribulatio tota trā
situra est. Ꝙ gaudētibus,
quia veritas dicit, Beati
lugentes, qm ipm consola-
bunt. Deus homo factus
est. Quid factur⁹ est homo
ꝓpter quē Deus fact⁹ est
homo? Hęc spes consolе-
tur nos in omni tribulatio-
ne, z tētatione huius vitę.
Non enim cessat inimicus
persequi, et non aperte ꝑse-
uir, insidijs agit. Quid e-
nim agit? Et super irā do-
lose agebant. Inde dictus
est leo, et draco. Sed quid
dicitur Christo? Et concul
cabis leonem, et draconē.
Leo ꝓpter apertā iram:
draco ꝓpter occultas insi
dias. Draco eiecit Adam
de paradiso, idem ipse leo
persequutus est ecclesiā,
dicente Petro apostolo:
Quia aduersarius vester
diabolus tanquam leo ru-
giens circuit, quęrens quē
deuoret. Tu autem Dñe.
℣ Ad Matu. pro cōmem.
Ant. Auferte ista hinc di-
cit Dñs: et nolite facere do-
mū meam domum negotia-
tionis. ℣. Super aspidē. Ōro.
Ꝓtesta quęsumus om-
nipotens Deus, vt ob
seruationes sacras annua
defensione recolentes, et
corpore placeamus, z men
te. Per. ℣ Ad Vesp. pro
cōme. Ant. Soluite templū
hoc dicit Dominus: z post tri
duum excitabo illud. Hoc au
tem dicebat ō tēplo corporis
sui. ℣. Angelis suis. Ōro
Ꝺ Eprecationem no-
stram quęsumus Do
mine benignus exaudi, et
quibus supplicādi ꝓtestas
affectum, tribue defensio-
nis auxilium. Per.

℣ Feria.iii.

Lect. S. Euangeliū secun-
dum Joannem. Lect. ix.
IN illo tempore: Jam ca.7.
die festo mediante, a-
scendit Dñs Jesus in tem
plū, z docebat. Et reliqua.
Homil. B. Augustini. epi.
ILle qui latebat, doce
bat: z palā loquebat,
z non tenebat. Illud enim
vt lateret, erat exēpli: hoc,
potestatis. Sed cum doce
ret, mirabant Judęi. Ōēs
quidem, quātum arbitror,
mirabantur, sed nō omnes
conuertebantur. Et vnde
admiratio? Quia multi no
uerant vbi natus, quemad
modum fuerat educatus.
Nunquam eum viderāt li
teras discentem, audiebāt
autem de lege disputantē,

legis

legis testimonia proferentem, quę nemo posset proferre nisi legisset: nemo legere, nisi literas didicisset: Et ideo mirabant. Tuaũt. ℭAd Matut. pro cõmem. Vña. Mea doctrina, non est mea: sed eius qui misit me patris. ℣. Super aspidem.

SAcrę nobis Oro. quęsumus Dñe obseruationis ieiunia ꝛ pię conuersationis augmentum, ꝛ continuũ tuę ppitiationis pręsens auxilium, ꝓper.

ℭAd Uesp. p cõmem. Vña. Amen, amen dico vobis: non ne Moyses dedit vobis legẽ, ꝛ nemo ex vobis facit legem? Quid me queritis interficere, hominẽ? qui vera loquutꝰ sum vobis? ℣. Angelis suis.

MIserere Dñe Oro. populo tuo: ꝛ continuis tribulationibus laborantem propitius respirare concede. ꝓper.

ℭ Feria. iiij.

Lect. S. Euangelij secundum Joannem. Lect. ix. ca. 9. IN illo tempore: ꝓtęteriens Dominus Jesus vidit hominem cęcum a natiuitate. Et reliqua. Homil. S. Augustini epi.

DE homine quẽ Dominus Jesus illuminauit, qui cęcus natus fuit, prolixa lectio recitata est: quam si vniuersam pertractare conemur pro sui dignitate, sic, vt velimus singula considerare, non sufficit dies. ꝓroinde peto, ꝛ admoneo charitatem vestram, vt in his quę aperta sunt, sermonẽ nostrum nõ requiratis: nam nimis longum erit, in singulis immorari. Breuiter ergo cęci huius illuminati commendo mysterium. Ea quippe quę fecit dñs noster Jesus Christus stupenda, atque miranda, ꝛ opera, ꝛ verba sunt. Opa, quia facta sunt: verba, quia signa sunt. Si ergo quid significet hoc quod factũ est, cogitemus: genus humanũ est iste cęcus. Hęc enim cęcitas cõtigit in primo homine per peccatum, de quo omnes originem ducimus, non solum mortis, sed etiam iniquitatis. Tu autem.

ℭAd Matut. pro cõme. Vña. Rabbi, quis peccauit, hic, an parentes eius, vt cecus nasceretur? Respõdit Jesus, et dixit. Nec hic peccauit, nec parentes eius: sed vt manifestẽtur opa Dei in illo. ℣. Super aspidẽ. Oratio.

DEus, qui ꝛ iustis ꝓmia meritoꝝ, ꝛ peccatoribus per ieiuniũ veniã ꝓbes, miserere supplicibus tuis: vt reatus nostri cõfessio, indulgẽtiã valeat percipere delictoꝝ. ꝑer. ¶ Ad Vesp. ꝓ cõme. Añ. A seculo nunq̃ est auditum, quia quis aperuit oculos ceci nati nisi Christus Filius Dei. ℟. Angelis suis. Oro.

PAteant aures misericordię tuę Dñe ꝓcibus supplicantũ, ꝛ vt petẽtibus desiderata cõcedas, fac eos quę tibi sunt placita postulare. ꝑer.

¶ Feria quinta.

Lect. S. Euangeliũ secundũ Ioannem. Lect. ix. ca. 5. IN illo tpe. Dixit Iesus discipulis suis, et turbis Judęorum. Pater meus vsque modo operatur, ꝛ ego operor. Et reli.

Homil. S. Augustini epi.

AMen dico vobis: nõ potest Filius a se facere quicq̃, nisi qđ viderit Patrẽ facientẽ: Quęcũq̃ enim ille fecerit, hęc ꝛ Filius similiter facit. Cęlũ, terra, mare, quę in cęlo, quę in terra, quę in mari, visibilia, inuisibilia, animalia in terris, fructeta in agris, natãtia in aquis, in aere volantia, in cęlo lucẽtia. Ꝓtęter hęc oia, angelos, virtutes, sedes, dominationes, ꝓncipatꝰ, potestates, Omnia ꝓ ipsum facta sunt. Nunquid fecit hęc omnia Deꝰ Pater, ꝛ Deus mõstrauit ea facta Filio, vt ꝛ ipse faceret alterũ mundũ his omnibus plenũ? Non vtique. Sed quid? quęcũq̃ enim ille fecerit, hęc ꝛ nõ alia: sed hęc ꝛ Filius nec dissimiliter, sed similiter facit. Pater enim diligit Filium, ꝛ oia demõstrat ei, quę ipse facit Demõstrat ꝛ Pater Filio vt animę suscitent, quia ꝓ patrem ꝛ filiũ animę suscitant: nec possũt viuere, nisi coꝝ vita sit Deus. Tu aũt. ¶ Ad Matu. ꝓ cõme. Añ. Non potest Filius a se facere quicquã, nisi qđ viderit patrem suũ facientẽ, dicit Dñs. ℟. Super aspidẽ. Oratio.

PRęsta qñs omnipotẽs Deus, vt quos votiua ieiunia castigãt, ipsa quoq̃ deuotio sancta lętificet, vt terrenis affectibꝰ mitigatis, facilius cęlestia capiamus. ꝑer. ¶ Ad Vesp. ꝓ cõme. Añ. Pater diligit Filiũ, ꝛ omnia demonstrat ei, q̃ ipse facit. ℟. Angelis. Oro.

Q opu-

POpuli tui Deꝰ institutoꝛ ꝛ rectoꝛ, peccata quibꝰ impugnaꝝ, expelle: vt sempꝫ tibi sit placitus, et tuo muntimine sit securus. Perꝝ. ℭ Feria.vi.

Lectio sancti Euangelij secundum Joannem.

IN illo tpe. Erat quidē lāguens Lazarus a Bethania ō castello Marię, ꝛ Marthę sozoꝛ eiꝰ. Et reliqua. ℭ Homilia Sancti Augustini epi.

INter oīa miracula q̄ fecit Dñs noster Jesus Xp̄s, Lazari resurrectio p̄cipue p̄dicaꝝ. Sed si attendamꝰ quis fecerit, de lectari debemus potius q̄ mirari, Ille suscitauit hominē, qui fecit hominē: ipse est eīn vnicus patris, pꝫ quē sicut nostis, facta sunt oīa. Si ergo per illū facta sunt oīa, quid mirū est, si surrexit vnus pꝫ illū, cū tot quotidie nascanꝝ pꝫ illū? Plus est hoīes creare, q̄ resuscitare. Dignatus est tamē ꝛcreare, ꝛ resuscitare: creare oēs, resuscitare quosdā. Mā cū multa fecisset Dñs Jesus Xp̄s, nō oīa scripta sunt, sicut idē Euangelista testaꝝ: multa Dñm Xp̄m ꝛ dixisse, ꝛ fecisse, quę scripta nō sunt. Electa sunt aūt q̄ scriberenꝝ, quę saluti credētiū sufficere videbāt. Tres tamē moꝛtuos a Dño resuscitatos in Euāgelio legimꝰ. Resuscitauit filiā archisynagogi adhuc i domo iacentē: resuscitauit iuuenē filiū viduę extra poꝛtā ciuitatis elatū: resuscitauit Lazarū sepultū quatriduanū. Tu aūt. ℭ Ad Matu. p cōme. Añ. Lazaꝰ amicus nr̄ dormit, eamꝰ, ꝛ excitemus eū a somno. ℣. Sup aspidē.

OEus, qui ineffabilibꝰ mundū renouas sacramētis, p̄sta qñs, vt ecclia tua ex ęternis p̄ficiat institutis: ꝛ tpalibus nō destituaꝝ auxilijs. Perꝝ. ℭ Ad Vesp. p cōme. Añs. Dñe, si fuisses hic, frater meꝰ nō fuisset moꝛtuꝰ. Ecce iā fetet, quatriduanus in monumēto. ℣. Angelis suis. Oro.

OA qñs omnipotens Deus, vt qui infirmitatis nostrę cōscij ō tua virtute cōfidimꝰ, sub tua sēp pietate gaudeamꝰ. Perꝝ.

ℭ Sabbatho.

Lectio sancti Euāgelij secundum Joannem.

IN illo tpe, Dicebat Jesus discipulis suis, ꝛ turbis Judęoꝝ. Ego sum lux mūdi. Qui sequiꝝ me non ambulat in tnbris, sed habebit lūmē vitę. Et reliq. ca.8.

Homil. B. Augustini epi.

QUod ait Dñs, Ego sum lux mundi, clarū puto esse eis, qui habent oculos, vnde huius lucis participes fiant. Qui aūt non habet oculos, nisi in sola carne, miratur quod dictum est a Dño Jesu Christo: Ego sum lux mūdi. Et forte nō desit, qui dicat apud semetipsum. Nūquid forte dñs Christus est Sol iste, qui ortu et occasu suo peragit diem? Non enim defuerūt hęretici, qui ista senserunt. Tu autem.

℣. Pro cōmem. Dñs. Qui sequitur me, non ambulat in tenebris: sed habebit lumen vite, dicit Dominus. ℟. Super aspidem. Oratio.

HAbsit Dñe quęsumus per gratiam tuā fructuosus nostrę deuotionis affectus: quia tūc nobis pderūt suscepta ieiunia, si tuę sint placita pietati. Per.

℣. Nota, qđ ab isto Sabbatho ad Vesp. vsq; ad feriā vj. post octauas Corporis Christi, non dicūtur Dominos beatę Marię. Cessabunt etiā cōmemorationes cōsuetę ad omnes horas, vsq; ad feriam. ij. post Dñicam in Albis, prętequam quod Asa Regina cęli incipietur in Sabbatho ante Dñicā in Albis. post Completor. cum ℣. et oratione. ℣. Est etiam aduertendū, quod si aliquod festum duplex in Dñica in Passione occurrerit, anticipabitur in feria vj. prętecedenti, dummodo prima vesperę festi celebrętur in feria.v. Non enim antepone tur in Sabbatho propter cerimoniam vexilli sanctę crucis: quia impedirentur secundę vesp. festi, nisi in ipso Sabbatho festū ipsū duplex occurrerit, tunc enim ibi celebrabitur: Et in vj. vesp. capitm omnia alia erunt de Dñica, et finito Benedicamus Dño, fiat cōmem. de festo. Et de festo. ix. lectionum ibi occurrenti nihil fit. ℣. Sciendū insuper, quod si in hebdomada Passionis Domini, aliquod festum duplex inciderit, totū officium erit de festo, et ferię in vtrisque vesp. et matut. fiet cōmem. Euangelium vero ferię cū homilia erit vltima lectio. Sed si nullum festum duplex occurrerit, semper agitur de feria, et officium Defunctor, et Canticum gra-

graduum dicitur ante habituri. de festis autē ix. lect. ibi occurrentibus, fiet tantum cōme. in primis vesp. e matut. ¶ Quando vero in hac hebdomada Depassione, de feria recitabitur, & in eadē Preces fuerint, et sequenti die festum duplex, aut Dñica occurrerit, dicentur Preces ad omnes horas pręterquam ad nonam. ¶ Notandum pręterea, quod si in Dñica Palmarum aliquod duplex festū euenerit, transferetur in hanc hebdomadam Passionis Dñi, & fiet de eo vt supra est annotatū. ¶ Aduerte insuper, quod si in hebdomada sancta aliquod festū duplex inciderit, transferendū est in hāc hebdomadam Passionis Dñi in similem diem si fieri potest, pręterquam in Sabbathū ppter vexillū. ¶ Item, si festum Annuntiationis beatę Marię euenerit a Dñica in Ramis vsq; ad Dñicam in Albis, erit transferendum in hāc hebdomadā, in similē diē pręterq; in Sabbathum.

¶ Dñica.v. in Passione. In primis Vesp. Capitu.

HEbr. Christus assistens pontifex futurorum bonorum, per amplius, et perfectius tabernaculum non manufactū, id est, non huius creationis, neq; per sanguinē hircorum aut vitulorum, sed per proprium sanguinem introiuit semel in sancta, ęterna redēptione inuēta. ℣. Deo gratias. ℣. Animę impiorum fremebant aduersum me: & granatū est cor meum super eos: & constituerunt pretium. ℣. Triginta argēteis, quo appretiatus sum ab eis. ℣. Retribuentes mihi mala pro bonis, & odiū pro dilectione mea: sanguinis p̄tio venundatus sum. ℣. Triginta. ℣. Appenderunt mercedem meam denariorum numero: et proiecerunt illum ad sanctuarium, decorum pretiū. p̄. Triginta. Non dicitur Gloria Patri, sed repetatur ℣. a principio. ¶ A Vesp. huius diei, vsq; ad feriam. iiij. maioris hebdomadę inclusiue, tam in Vesp. quam in Matut. et horis diei in Dñicis et feriis nō dicitur Gloria Patri, sed repetitur. ℣. a principio vsq; ad versum.

Hymnus.

Vexilla

Vexilla regis ꝓdeũt,
Fulget crucis mysteriũ
Quo carne carnis cõditor
Suspensus est patibulo.
Quo fixꝰ clauis innocẽs,
Dorrẽ peremit morsum:
Seqũ tyrannum vincens,
Et nos ab illo liberans.
Quo vulneratus insuper
Mucrone diro lanceę:
Ut nos lauaret crimine,
Manauit vnda sanguine.
Impleta sunt q̃ concinit
Dauid fidelis carmine:
Dicens, in nationibus
Regnauit a ligno Deus.
Arbor decora, fulgida,
Ornatu regis purpura:
Electa digno stipite
Tã sancta mẽbra tãgere.
Beata, cuius brachijs
Secli pependit pretium:
Statera facta corporis,
Prędamq; tulit tartari.
O crux, aue spes vnica
Hoc passionis tempore:
Auge pijs iustitiam,
Reisq; dona veniam.
Te summa Deꝰ Trinitas
Collaudet omnis spiritus:
Quos per crucis mysteriũ
Saluas, rege ꝑ scła. Amẽ.

Sic terminant hymni per oẽs horas in Dñicis, et festis, vsq; ad fer. iiij. hebdomadę sanctę inclusiue, exceptis hym. Pãge lingua. Lustrꝫ sex. Te lucis ãte, et Christe qui lux. ℣. Eripe me Dñe ab homine malo ℟. Et a viro iniquo libera me. ¶ Ad Mag. Ant. Ani me impioꝝ fremebãt aduersum me: grauarũ est cor meũ super eos. Oratio.

Oremus omnipotens Deus, familiã tuã, pitius respice, vt te largiẽte regat in corpore, et te seruãte custodiat i mẽte. per. Fiat cõme. ꝺ festo currẽti. ¶ Ad Compl. Ant. Miserere mei. Ps. Cũ inuoc. cum ceteris psal. fol. 78. Capl. Tu in nobis. ℟. In pace in idipsum. Hym. Christe qui lux. ℣. Custodi nos. ¶ Ad Hunc dimitt. Ant. Media vita. cũ versib⁹. Oro. Visita qñs Dñe. vt in Compl. cõtinet i off. Quad. fo. 79 ¶ Ad Mat. Inui. Quadraginta annis offensus fui gñrationi huic. ꝑ. Et dixi, semper hi errãt corde. ps. Venite. fo. 1. Et dicit bis ante psal. vt solitũ est: sed dicto primo. ℣. psal. dicit. ℟. Inuit. Et dicto secũdo. ℣. dicitur Inuit, et sic alternatim, vsq; in finẽ. Et finito vltimo. ℣ non dicit Glã Pri, sed repetit a. ℟. deinde Inuit. et sic dicat in hac Dñica, et

in Ra-

in Ramis palmarū, & in ferijs, vsque ad feriam. iiij. hebdomadę sanctę inclusiue. Hymnus.

PAnge lingua gloriosi
Prælium certaminis:
Et super crucis trophęū
Dic triumphū nobilem,
Qualiter redēptor orbis
Immolatus vicerit.
De parentis proplasti
Fraude facta condolens
Quando pomi noxialis
Morte morsus corruit,
Ipse lignū tunc notauit,
Damna ligni vt solueret.
Hoc opus nostrę salutis
Ordo depoposcerat,
Multiformis proditoris
Ars vt artem falleret,
Et medelam ferret inde
Hostis vnde lęserat.
Quando venit ergo sacri
Plenitudo temporis,
Missus est ab arce patris
Natus orbis conditor,
Atq; ventre virginali
Caro factus prodijt.
Vagit infans inter arcta
Positus præsepia:
Membra pannis inuoluta
Virgo mater alligat.
Et manus, pedesq; crura
Stricta cingit fascia.
Gloria & honor Deo,
Usquequo altissimo,
Una patri, filioque
Inclito paracleto
Cui laus est & potestas
Per ęterna sęcula. Amen.

℣ In. j. noct. añę & psal. vt in psalt. in. ij. diuisione. ℣. Erue a framea Deus animā meā. ℟. Et ō manu canis vineā meā. ℣. Pr̄ nr̄. Lect. j.

VErba Hieremię prophetę filij Helchię ō sacerdotibus qui fuerunt in Anathot, in terra Bēiamin. Quod factum est verbum Dñi ad eum in diebus Josię filij Amon regis Juda, in tertiodecimo anno regni eius. Et factum est in diebus Joachin filij Josię regis Juda, vsq; ad consummationē vndecimi anni Sedechię filij Josię regis Juda, vsq; ad transmigrationē Hierusalē in mēse quinto. Hęc dicit Dñs. Cōuertimini ad me, & salui eritis. ℟. Isti sunt dies quos obseruare debetis rēporibus suis. ℣. Quartadecima die ad vesperū, pascha Dñi est, et in quintadecima solennitatē celebrabitis altissimo Dño. ℣. Loquut⁹ est Dñs ad Moysen dicēs, Loqre filijs Israel & dices ad eos. ℣. Quarta.

ET factū est verbum Dñi ad me dicens, priusq; te formarē in vte-

Hier. ca. 1.

in vtero, noui te: et anteqũ exires de vulua, sanctifica ui te, & prophetam in Gentibus dedi te. Et dixi, A, a, a, domine Deus, ecce ne scio loqui, quia puer ego sum. Et dixit Dñs ad me, Noli dicere, quia puer ego sum: quoniã ad omnia quę mittam te, ibis: & vniuersa, quęcunq; mandauero tibi, loqueris. Ne timeas a facie eorum, quia ego tecum sum, vt eruam te, dicit Dominus. Hęc dicit Dñs.

℟. Multiplicati sunt, qui tribulant me: et dicunt, Non est salus illi, in Deo eius. ℘. Exurge Dñe, saluum me fac Deus meus. ℟. Circundederunt me canes multi: concilium malignantium obsedit me. ℘. Exurge. Lectio. iij.

ET misit Dñs manum suã, & tetigit os meũ, et dixit ad me. Ecce dedi verba mea in ore tuo: ecce cõstitui te hodie super gẽtes, et super regna, vt euellas, et destruas, et disperdas, et dissipes, & ędifices, et plantes. Et factum est verbum Domini ad me dicens. Quid tu vides Hieremia? et dixi, virgam vigilãtem ego video. Et dixit Dñs ad me, Bene vidisti, quia vigilabo ego super verbo meo, vt faciã illud. Hęc dicit Dñs. ℟. Usquequo exaltabitur inimicus super me? ℘. Respice, & exaudi me dñe Deus meus. ℟. Qui tribulant me, exultabunt, si motus fuero: ego autem in misericordia tua speraui. ℘. Respice. Non dicitur Gloria Patri, sed repetatur. ℟. Cl. In. ij. nocturno, Añę, et psal. vt in psalterio in. ij. diuisione. ℟. De ore leonis libera me Domine. ℟. Et a cornibus vnicornũ humilitatẽ meam. Pr̃ nr̃. Lect. iiij.

ET factum est verbũ Domini ad me secundo dicens, Quid tu vides? Et dixi, ollam succensam ego video, et faciem eius a facie Aquilonis. Et dixit Dñs ad me, Ab Aquilone panderur omne malum super omnes habitatores terrę. Quia ecce ego conuocabo omnes cognationes regnorũ Aquilonis, ait Dominus: et venient, et ponet vnusquisq; solium suũ in introitu portarum Hierusalem, et super omnes muros eius in circuitu, & super vniuersas vrbes Juda. Hęc dicit Dominus. ℟. Deus meus es tu, ne

tu,ne discedas a me. ℣. Quoniam tribulatio proxima est, ℟ non est qui adiuuet. ℣. Tu autem Dñe ne elongaueris auxilium tuum a me, ad defensionem meam respice. ℣. Quoniam. Lectio. v.

ET loquar iudicia mea cum eis super omnẽ malitiam eorum,qui dereliquerunt me,℟ libauerunt diis alienis, ℟ adorauerũt opus manuum suarũ. Tu ergo accinge lũbos tuos, ℟ surge, et loquere ad eos omnia,quę ego precipio tibi. Ne formides a facie eorum:nec enim timere te faciam vultum eorum. Ego quippe dedi te hodie in ciuitatem munitam, ℟ in columnam ferream, ℟ in murum ęreum super omnem terram regibus Juda,principibus eius, ℟ sacerdotibus,℟ populo terrę. Et bellabunt aduersum te, ℟ non pręualebunt, quia ego tecum sum,ait Dñs, vt liberem te. Hęc dicit Dñs.

℟. In te iactatus sum ex vtero, de ventre matris mee Deus meus es tu, ne discedas a me. ℣. Quoniam tribulatio proxima est, et non est, qui adiuuet. ℣. Salua me ex ore leonis,℟ a cornibus vnicornium humilitatem meam ℣. Quoniam. Lectio.vj.

ET factum est verbum Domini ad me dicẽs, Vade, ℟ clama in auribus Hierusalem dicens, Hęc dicit Dñs. Recordat9 sum tui,miserans adolescentiã tuam,℟ charitatẽ desponsationis tuę, quãdo sequuta es me in deserto, in terra quę nõ seminatur. Sanctus Jsrael Dño, primitię frugum eius. Omnes qui deuorant eum, delinquẽt, mala venient super eos,dicit Dñs. Audite verbum Domini domus Jacob, et omnes cognationes dom9 Jsrael. Hęc dicit Dñs.

℟. In proximo est tribulatio mea Domine, et non est, qui adiuuet. ℣. Ut fodiant manus meas,℟ pedes meos, libera me de ore leonis, vt enarrem nomẽ tuum fratribus meis. ℣. Erue a framea Deus animam meam, et de manu canis vnicam meã. ℣. Ut fodiant. Non dicit **Gloria Patri.** sed repetatur ℟. a principio.

℣. In iij. nocru. Añę,psal. vt in psalterio in. ij. diuisione. ℣. Ne perdas cũ impijs Deus animam meã. ℟. Et cum viris sanguinum vi-

tam meam. Pater noster. Lect.S. Euang.secūdum Joannem. Lectio.vij. ca.8. IN illo tempore: Dicebat Jesus turbis Judęorum,ꝛ principibus Sacerdotum. Quis ex vobis arguet me de peccato? Si veritatem dico,quare vos nō creditis mihi? Et reliq̄. Homil.B.Gregorij papę. PEnsate, fratres charissimi, mansuetudinē Dei. Relaxare peccata venerat,et dicebat. Quis ex vobis arguet me de peccato? Non dedignatur ex ratione ostēdere,se peccatorem non esse,qui ex virtute diuinitatis poterat peccatorem iustificare. Sed terribile est valde,quod subditur. Qui ex Deo est, verba Dei audit: propterea vos non auditis, quia ex Deo nō estis. Si cīm verba Dei audit,qui ex Deo est,ꝛ audire verba eius nō potest, quisquis ex illo nō est,interroget se vnusquisq̄, si verba Dei aure cordis percipit,ꝛintelligit,vnde sit. Tu aūt. ℣. Tora die contristatus ingrediebar Dñe, quoniam anima mea cōpleta est illusionibus.℟. Etvim faciebant,qui quærebant animam meā.℣. Amici mei,et proximi mei aduersum me appropinquauerunt,ꝛ qui iuxta me erant,de longe steterunt. ℟. Etvim. Lect.vij. QElestē patriā desiderare veritas iubet, carnis desideria conteri,a mūdi gloria declinare,aliena nō appetere,ppria largiri. Pensęt ergo apud se vnusquisq̄ vestrum, si hęc vox Dei in cordis eius aure conualuit,ꝛ quia iam ex Deo sit,agnoscet. Mā sunt nōnulli, qui præcepta Dei nec aure corporis pcipere dignant. Et sunt nonnulli, qui hęc quidē corporis aure pciptūt,sed nullo ea mētis desiderio cōplectūtur. Tu aūt. ℣. Ne auertas faciē tuā a puero tuo Dñe. ℟. Quoniam tribulor,velociter exaudi me.℣. Intēde anime mee,ꝛ libera eā.℟. Quoniā. ET sunt nonnulli, qui libēter verba Dei suscipiūt:ita,vt etiā in fletib⁹ cōpungantur,sed post lachrymarū tēpus ad iniquitatē redeūt. Hi profecto verba Dei nō audiūt, qui ea exercere opere contēnunt. Jdeo fratres charissimi vitā vestrā ante mētis oculos reuocate:ꝛ alta

considē-

consideratione pertimescite hoc, qđ ex veritatis ore sonat, ꝓpterea vos nō auditis, quia ex Deo nō estis. Sed hoc quod ꝺ reprobis veritas loquitur, ipsi hoc de semetipsis reprobi suis operib⁹ ostendūt. Tu aūt. ℟. Dicebat Dñs Jesus prīcipibus sacerdotū, quis ex vobis arguet me de peccato? si veritatē dico, quare nō creditis mihi? Qui ex Deo est, verba Dei audit, Ergo vos nō auditis, quia ex Deo nō estis. ℣. Ego autē a Deo processi. ℟. Amen dico vobis, si quis sermonē meū seruauerit, nō gustabit mortē in eternum. Repetat. ℟. a principio, quia nō dicitur Vita Pri. ℟. Intende anime mee, & libera eam. ℟. Propter inimicos meos, eripe me Dñe. ℣ In Laud. Añ. Vide Domine afflictionē meam, quoniā erect⁹ est inimicus me⁹. Ps̄. Miserere mei. fol. 21 Añā. In tribulatione inuocaui Dñm, & exaudiuit me in latitudine. Ps̄. Confitemini Dño. fol. 57. Añā. Judicasti Domine causam anime mee, defensor vite mee, dñe Deus meus. Ps̄. Deꝰ, Deus meus. fol. 10. Añā. Populo meus quid feci tibi, aut quid molestus fui? respōde mihi? Canticū. Benedicite. fo. 11. Añā. Nunquid redditur ꝓ bono malū? quia foderūt foueam anime mee. Ps̄. Laudate Dñm. fo. 11. Capitulum vt supra in primis vesperis. Hymnus.

VExilla regis prodeunt
Fulget crucis mysterium,
Qua vita mortem pertulit,
Et morte vitam protulit.
Quæ vulnerata lancea
Mucrone diro criminum
Ictu fluxit cruento,
Lauit, rubro lauit amne.
Impleta sunt quæ concinit
Dauid fideli carmine,
Dicendo nationibus,
Regnauit a ligno deus.
Arbor decora & fulgida,
Ornata regis purpura,
Electa digno stipite
Tam sancta membra tangere.
Beata cuius brachiis
Pretium pependit seculi,
Statera facta corporis
Tulitq; prædam tartari.
O crux fidelis inter omnes
Arbor vna nobilis,
Nulla silua talē profert
Fronde, flore, germine.
Dulce lignum, dulces clauos
Dulce pondus sustinet.
Flecte ramos arbor alta,
Tensa laxa viscera,
Et rigor lentescat ille,
Quem dedit natiuitas,
Vt supernī membra regis
Miti tendas stipite.
Sola digna tu fuisti
Ferre sæcli pretium.
Atque portum præparare

Nauta mundo naufrago,
Quē sacer cruor punxit
Fusus agni corpore.
Gloria, & honor Deo. &c.
℣. Dederunt in escam meā fel. ℟. Et in siti mea potauerunt me aceto. ℭ Ad Benedic. Ant. Dixit Dñs Jesus turbis Judeorum, & principibus sacerdotum, Quis ex vobis arguet me de peccato? Si veritatē dico, quare vos nō creditis mihi? qui ex Deo est, verba Dei audit: propterea vos non auditis, quia ex Deo non estis. Ofo vt supr. Fiat cōme. d festo currēti.
ℭ Ad.i. Ant. Ego demoniū non habeo, sed honorifico patrem meum, qui in celis est, dicit Domin⁹. Ps. Deus, Deus meus respice. cum sequentibus. fol. 13. ℟. Jesu Christe, fili Dei viui. p. Miserere nobis, qui per crucem tuam redemisti mundū. p. Miserere. Repetat. quia non dicit Gloria Patri. ℣. Exurge.
ℭ Ad.ij. Ant. Amen, amē dico vobis, Si quis sermonē meum seruauerit, mortē non videbit in eternum. Ps. Lege in pone. fol. 63. Capm vt supra. ℟. Erue a framea Deus animam meam. p. Et de manu canis vnicam meā. ℣. Salua me ex ore leonis, et a cornibus vnicornium humilitatem meam. p. Et de manu canis. Repetatur. ℟. quia nō dicitur Gla Pri. ℣. De ore leonis, libera me Domine. Et infra ad. vj. Oratio vt supra.
ℭ Ad.vj. Ant. Abrahā pater vester exultauit, vt videret diem meum, vidit, & gauisus est. Psal. Defecit. fol. 65. Capm vt sup. ℟. De ore leonis, libera me Dñe. p. Et a cornibus vnicornū humilitatem meā. ℣. Erue a framea Deus animam meā, et de manu canis vnicā meā. p. Et a cornibus. Repetat ℟. quia nō dicitur Gloria Patri. ℣. Ne perdas cum impijs Deus animam meā. ℟. Et cum viris sanguinum vitam meam. Ofo vt supra.
ℭ Ad.vij. Ant. Quinquagintā annos nondum habes, et Abraham vidisti? Amen dico vobis, antequam Abraham fieret, ego sum. Ps. Mirabilia. fo. 66. Capl. vt sup. ℟. Principes psequti sunt me gratis, & a verbis tuis formidauit cor meum. p. Letabor ego super eloquia tua. ℣. Quasi qui inuenit spolia multa p. Letabor. Repetat ℟. quia nō dicitur Gloria patri.

Patri. ℟. Intende anime mee, ⁊ libera eam. ℟. Propter inimicos meos eripe me Dñe. Oratio vt supra.

℣ In iij. Vesp. Añā. Sede a dextris meis. Ps. Dixit Dñs. cum reliquis añis ⁊ psalmis, vt in psalterio. fo. 68. Capitm ut sup. ℟. Ne perdas cum impijs Deus animam meā. ℘. Redime me Domine. ℟. Ne tradideris me in animas tribulantium me, quoniam insurrexerunt in me testes iniqui. ℘. Redime me. Repetat. ℟. quia nō dicitur Gloria Patri. Hym. ⁊. ℟. vt in pri. Vesp.

℣ Ad Magn. Añā. Tulerunt lapides, vt facerent in Jesum, Jesus autem abscondit se, et exiuit de templo.

Oratio vt supra. Fiat cōmem. fest. currentis.

℣ Ad Compler. vt heri.

℣ Fer. iij. ad Matu. Inuit. Adoremus Dominū. ℘. Qui nos redemit per crucē. Ps. Venite exul. fol 1. Hym. Pange lingua. vt supra.

℣ In Nocturn. Añā. Illuminatio. Psal. Dñs illuminatio. fol. 15 vt in psalterio, cū ceteris añis ⁊ psalmis, in feria. ij. ℟. Erue a framea Deus animam meā. vt in Dñica precedenti.

Lect. S. Euangelij secundum Joannem. Lectio. j. ca. 7.

IN illo tempore, Abiserūt principes ⁊ Pharisei ministros, vt apprehenderent Jesum. Et reliqua. Homil. S. Augustini epi.

PRincipes vero illi sūt, qui audita multitudinis fide, ⁊ eo murmure quo Christus glorificatur, miserunt ministros, vt eū apprehenderent. Quem apprehenderent? Adhuc nolentem. Quia ergo nō poterant apprehendere nolentem, missi sunt, vt audirent docentem. Quid docētem? Dixit ergo Jesus, Adhuc modicum tempus vobiscum sum. Quod modo vultis facere, facturi estis, sed non modo, quia modo nolo. Tu autē Dñe. ℟. Vide, quia tribulor, velociter exaudi me. Intende anime mee, et libera eam. ℘. Propter inimicos meos eripe me Dñe. ℟. Libera me ab his qui oderūt me, ⁊ ne auertas faciem tuam a me puero tuo. ℘. Propter. Lect. ij.

QUare adhuc modo nolo? quia, adhuc modicum vobiscum sum, ⁊ tunc vado ad eum, qui me misit. Implere debeo dispensa-

ſpenſationem meam, et ſic quenire ad paſſionē meā. Tu aūt. ℟. Deus meus eripe me de manu peccatoris, et de manu contra legem agentis, ℣ iniqui. ℗. Quoniam tu es patientia mea. ℣. Deus, ne elōgeris a me, Deus meus in auxilium meum reſpice. ℗. Quoniam. Lectio iij.

QUæretis me, ℣ nō inuenietis, ℣ vbi ego ſū, vos non poteſtis venire. Hoc iam reſurrectionē ſuā prędixit. Noluerunt enim agnoſcere præſentem, ℣ poſtea quęſierunt, cum viderent meum multitudinem iam credentem. Magna enim ſigna facta ſunt, etiā cum Dominus reſurrexit, ℣ aſcendit in cęlū. Tu aūt. ℟. Qui cuſtodiebant animā meam, conſilium fecerūt in vnum dicentes, Deus dereliquit eum, perſequimini, ℣ cōprehendite eum, quia nō eſt qui liberet eū. ℗. Deus meus ne elōgeris a me, Deus meus in adiutorium meum intēde. ℟. Omnes inimici mei aduerſum me cogitabant mala mihi, verbum iniquum mandauerunt aduerſum me dicentes. ℗. Deus meus. Repetatur. ℟. quia non dicitur Gloria Patri. Non dicitur Te Deum laudamus. ℟. Intende animę meę. ℣ libera eam. ℟. Propter inimicos meos eripe me Domine. CIn Laud. Añę, ℣ pſal. vt in pſalterio. fol. Capl.

QUonfundātur, qui me perſequuntur, ℣ non confundar ego: paueant illi, et non paueam ego. Induc ſuper eos diem afflictionis, et duplici contritione contere eos domine Deus noſter. ℟. Deo gratias. Hymnus et verſ. Luſtris ſex. vt ſupra in Dominica. CAd Bene. Añę. In die magne feſtiuitatis ſtabat Jeſus, ℣ clamabat dicēs, Si quis ſitit, veniat ad me, ℣ bibat. Hodie non dicūtur Preces ad omnes horas.

SAnctifica Gratia. quęſumus Domine, noſtra ieiunia, et cunctarum nobis propitius indulgentiam largire culparum. Per. Fiat cōmemoratio ſancto currenti.

CAd. j. Añę. Libera me Domine, ℣ pone me iuxta te, ℣ cuiuſuis manus pugnet cōtra me. Pſal. Deus in nomine tuo. fol. 58 Capl. Pacem. fol. 60 ℟. Chriſte fili Dei viui. vt ſupra in Dūica. ℣. Exurge. Gratia Domi-

Hier c. 17.

Domine Deꝰ omnipotẽs. fol. 61 Hodie post primam dicuntur psalmi Penitentiales, deinde dicit Prætiosa ferialis.

℣ Ad.iij. Ant. Judicasti Domine causam animę meę, defensor vitę meę domine Deus meus. Psal. Legem pone fol. 63. Capitulum.

Hier c.17. DOmine, omnes qui te dereliquunt, cõfundentur, recedentes a te in terra scribẽtur: quoniam dereliquerunt venã aquarum viuentium Dominum. ℟. Deo gratias. ℟. et. ℣. vt in Dñica præcedenti. Oratio vt supra.

℣ Ad.vj. Ant. Populę meus, quid feci tibi, aut quid molestus fui, responde mihi. Psal. Defecit. fol. 65.

Capitulum.

Isaie c.50. DOminus Deus meꝰ aperuit mihi aurẽ, ego autem non contradico, retrorsum nõ abij. Corpus meum dedi percutientibus, et genas meas vellentibus, Faciem meã nõ auerti ab increpantibus, et conspuentibus in me. ℟. Deo gratias. ℟. et. ℣. vt in Dñica præcedenti. Oratio vt supra.

℣ Ad.ix. Ant. Nũquid redditur pro bono malum, quia foderũt foueam animę meę. Psal. Mirabilia. fol. 66.

Capitulum.

Hier. c. 18. ATtende Domine ad me, et audi vocem aduersariorum meorũ. Numquid redditur pro bono malum, quia foderũt foueam animę meę? ℟. Deo gratias. ℟. et. ℣. vt in Dñica præcedenti. Oratio vt supra.

℣ Ad Vesp. Ant. Inclinauit Dñs. Dñe. Dilexi quũ. fol. 69 cum cęteris ant̃s et psal. vt in psalte. Caplin.

Hier. c.11. TU Dñe Sabbaoth, qui iudicas iuste, et probas renes, et corda, videã vltionẽ tuã ex eis: tibi enim reuelaui causam meam domine Deus meus. ℟. Deo gratias. ℟. Ne perdas. vt in.j. vesp. præcedentis Dñicę. Hymn⁹, et. ℣. vt in Dñica in.j. vesp.

℣ Ad Mag. Ant. Si quis sitit, veniat, et bibat: et ꝺ vẽtre eius fluẽt aquę viuę. Oro.

OAdiuuemus Domine populo tuo salutem mentis et corporis, vt bonis operibus in hærendo, tua semper mereatur protectione defendi. Per.

℣ Ad Compl. Ant. ℟. Hymnus, et vers. vt in

sabbatho precedenti.
Oratio **Deus, qui illuminas noctem.** fol. 80.
℣ Feria.iij. ad Matutin. Inuit. vt in fer. ij. precedenti. Hymn⁹ vt sup̄ in Dnica.
℣ In Noctur. Ana. **Ut nō delinquam.** Ps̄. **Dixi, Custodiam.** fol. 23 cum aliis anis ⁊ psalmis vt in psalt.
℟. **De ore leonis, libera me Domine.** ℟. **Et a cornibus vnicornium humilitatē meā.** **Pater noster.** Lect. j.
Lectio sancti Euāgelij secundum Joannem.

ca.7. **In illo tempore: Ambulabat Dns Jesus in Galileam, non enim volebat in Judeam ambulare, quia querebant eū Judei interficere. Et reliqua.**
Homil. B. Augustini epi.

In isto Euangelij capitulo fratres, Dns noster Jesus Christus secundum hominem se plurimum commēdauit fidei nostre. Etenim hoc semp agit dictis ⁊ factis suis, vt Deus credatur, et homo. Deus, qui nos fecit: homo qui nos quesiuit. Deus cū patre semper: Homo nobiscum ex tēpore. Tu aūt. ℟. vt in feria secunda precedenti. Lectio.ij.

Non enim quereret quē fecerat, nisi fieret ipse quod fecerat. Verum hoc mementote, ⁊ de cordibus vestris nolite dimittere: sic esse Christum hominem factum, vt non desisterit Deus esse. Manēs Deus accepit hominē, qui fecit hominem. Tu aūt.

Quādo ergo latuit vt homo, non potentiam perdidisse putandus est, sed exemplum infirmitati prebuisse. Ille enim quando voluit, deprehensus est, quando voluit occisus est. Tu autem.
Hō dicitur **Te Deū laud.** ℟. vt in feria precedenti.
℣ In Laud. Ana. **Secundum magnam.** Ps̄. **Miserere mei Deus.** fol. 21. cū ceteris anis ⁊ psalmis, vt in psalt. Capl. Hymnus, ⁊ vers. vt in feria.ij. p̄cedēti.
℣ Ad Bened. Ana. **Tempus meum nondum aduenit, tempus autem vestrum semper adest paratū.** Hodie ad oēs horas dicant **Preces.**
℣ Ad Matut. iij. vj. ix. et vesp. dicuntur Preces, vt in Matut. fer. iij. Cinerū. Ad.j. ⁊ compl. vt in psalte.
Postra tibi Oratio. **Domine quesumus**

sint

sint accepta ieiunia, quę nos expiando gratia tua dignos efficiãt, ꝛ ad remedia ꝙducant ęterna. Per. ¶ Ad.j.vt in fer.ij.p̃cedẽti ¶ Ad.iij.vj.ꝛ.jx. Capl. Ꝟ. ꝛ vers. vt in p̃dicta feria secunda. Oratio vt supra. ¶ Ad Vesp. Añ. In domũ Domini. Pſ. Lętatus sum. fol. 70 cum reliquis añis ꝛ psal. vt in psalterio. Capl'm, ℟. Hym. ꝛ. ℣. vt in feria secunda p̃cedenti. ¶ Ad Mag. Añ. Vos ascendite ad diem festũ hunc, ego autem non ascendã, quia tẽpus meum nondũ aduenit.

OAd quę sumus Oro. Domine perseuerãtem in tua volũtate famulatum, vt in diebꝰ nostris ꝛ merito, ꝛ numero populus tibi seruiẽs augeatur. Per. Fiat cõme. d sancto currenti. ¶ Ad Complet. vt in feria secunda.

¶ Feria.iiij. ad Matu. Invitat. vt in feria.ij. Hymn. vt in Dñica. ¶ In Noctu. Añ. Auertit Dñs. Psal. Dixit insipiens. fol. 28 cũ ęteris añis ꝛ psalm. vt in psalterio. ℣. Ne perdas cũ impijs Deus animam meam. Ꝟ. Et cum viris sanguinum vitã meã. Pr̃ nr̃. Lect.j.

Lectio Sancti Euangelij secundum Joannem.

IN illo tẽpore: Facta ca.10 sunt encęnia in Hierosolymis, et hyems erat. Et ambulabat Jesus in tẽplo, in porticu Salomõis. Et reliqua. Homilia sancti Augustini epi̇scopi.

ENcęnia festiuitas erat dedicationis templi. Hęc enim ęnon dicitur nouum. Quandocũq; nouum aliquid fuerit dedicatum, encęnia vocantur. Jam ꝛ vsus habet hoc verbum, Si quis noua tunica induatur, encęniare dicit. Tu autem. Reliqua vt in feria ij. p̃cedenti. Lectio.ij.

ILlum ergo diem quo templum dedicatum est, Judęi solenniter celebrabant. Ipse dies festus agebatur, cũ ea quę lecta sunt, loquutus est Dñs. Hyems erat, ꝛ ambulabat Jesus in templo in porticu Salomonis. Tu autẽ.

OIrcundederunt ergo eum Judęi, ꝛ dicebãt ei, Quousq; animam nostram tollis? si tu es Christus, dic nobis palam. Non veritatem diffiderabant, sed calumniam p̃parabant. Hyems erat,

et frigidi erant, ad illum enim diuinum ignem accedere pigri erant. Sed accedere est credere. Qui credit, accedit: qui negat, recedit. Tu autem. Non dicitur Te Deum laudamꝰ. ℣. Intende. ℭ In Laudib. Aña. Amplius lana me Domine. Psal. Miserere mei Deus. fol. 21. cū alijs añis et psalmis, vt in psalterio. Hymnus, et ℣sus, vt in feria secunda pterita.

ℭ Ad Bened. Aña. Oues mee vocem meam audiunt, et ego Dominus agnosco eas.

ℭ Hodie ad omnes horas nō dicunt Preces. Ora.

SAnctificato hoc ieiunio Deus tuoꝝ corda fidelium miserator illustra, et quibus deuotionis pstas affectū, pbe supplicantibus ptū benignus auditum. Per. Fiat commemor. de festo currenti.

ℭ Ad. j. vt in feria. ij. pcedenti. Et post Benedicamus, dicuntur psalmi Penitentiales. ℭ Ad. iij. vj. et. jx. Laplm, Ria, et vers. vt in p̄dicta feria secunda. Oratio vt supra.

ℭ Ad Vesp. Aña. Beatus vir. Psal. Nisi Dominus ędificauerit domū. fol. 71 cum cęteris añis, et psal. vt in psalt. Laplm, ℣. Hymnus, et vers. vt in prędicta feria secūda. ℭ Ad Mag. Aña. Multa bona opera operatus sum vobis, propter qō opus vultis me occidere?

HEsto sup. Oratio. Plicationibꝰ nostris omnipotens Deus, et quibus fiduciam sperādę pietatis indulges, consuetę misericordię tribue benignus effectum. Per. Fiat cōme. de sancto currenti.

ℭ Ad Completoriū, vt in feria secunda.

ℭ Feria. v. ad Matut. Inuitator. vt in feria secūda. Hymnus, vt in Dominica.

ℭ In Noctur. Aña. Queritē Dominum. Psal. Saluum me fac Deus. fo. 33. cum cęteris añis et psal. vt in psalterio. ℣. Erue a framea. Pater noster.

Lectio. j.

Lectio Sancti Euangelij secundum Joannem.

IN illo tempore: Cum audissent quidā de turba sermones Jesu, dicebant, Hic est vere prophęta: alij dicebant, Hic est Christus. Et reliqua. ca. 7

Homilia Beati Augustini episcopi.

Demi-

MEminit charitas ve
stra sermone pristi-
no ex occasione lectionis
Euangelicę locutos nos
vobis esse de Spiritu san-
cto. Ad hunc potandum
cum Dominus inuitasset
credentes in se, loquēs in-
ter eos, qui illum tenere
cogitabant, et interficere
cupiebant, nec valebant,
quia ille nolebat. Tu aūt.
Respons. vt in fer. secūda.

QUm ergo Lectio. iij.
hęc loquutus esset,
nata est de illo in turba dis
sensio, alijs putantibus q
ipse esset Christus: alijs di
centibus quia de Galilęa
nō exurget Christus. Qui
vero missi fuerant, vt eum
tenerent, redierunt immu
nes a crimine, ꝛ plenſa ad-
miratione. Tu autē Dñe.

Lectio. iij.

QUm et testimonium
perhibuerunt divi-
nę doctrinę eius, cum di-
cerent a quibus missi fue-
rant, Quare non adduxi-
stis eum ꝛ Responderunt
enim nunquam se audisse
hominē sic loquutum. Nō
enim sic quisquā loquitur
homo: ille autem sic loquu
tus est, quia Deus erat et
homo. Tu autem Dñe.
Non dicitur Te Deum lau
damus. ℣. Intende.
℣ In Laud. Ańa. Tibi so-
li peccaui. Psal. Miserere
mei Deus. fol. 21. cum cę
teris ańis et psalmis, vt in
psalt. Capit, Hymn. et. ℣.
vt in feria. ij. prędicta.
℣ Ad Bened. Ańa. Cū au
dissent turbe sermones Jesu
dicebant, Hic est vere pro-
pheta: Alij dicebant, Hic est
Christus. Dicant Preces
ad omnes horas. Oratio.
RĘsta quęsumus om-
nipotens Deus, vt di
gnitas conditionis humanę,
per immoderantiā sau
tiata, medicinalis parsimo
nię studio reformet. Per.
Fiat cōme. ō festo currēti.
℣ Ad. j. vt in feria. iij. prę te
rita. Et non dicuntur psal
mi pęnitentiales, sed post
Benedicamus, dicit Pre
ciosa feriatis. ℣ Ad. iij. vs.
et. ix. vt in ꝑdicta feria se-
cunda. Oratio vt supra.
℣ Ad Vesp. Ańs. Et omnes
Pś. Memento Domine
fol. 72 cum cęteris ańis, ꝛ
psalmis vt in psalt. Capit.
Hymn. et. ℣. vt in feria. ij.
prędicta. ℣ Ad Mag. Ańs.
Scrutare scripturas, ꝛ vide,
quia propheta a Galilea nō
surgit. Oratio.

Esto

Esto quęsumus Dñe propitius plebi tuę, vt quę tibi non placent respuentes, tuorum potius repleantur delectationibꝰ mandatorum. Per. Fiat cõme. de festo currenti.

℣ Ad Comple. vt in fer. ij. ℣ Feria. vj. ad Matu. Inuitat. vt in feria secunda. Hymnus vt in Dominica. ¶ In Noctur. Ant. Exultate Deo. Psꝫ. Exultate Deo adiut. fo. 42 cũ cęteris antis & psal. vt in psalt. ℟. De ore leonis. Lect. j. Lectio Sancti Euangelij secundum Ioannem.

ca.11 In illo tempore: Collegerunt Pontifices, et Pharisęi concilium aduersus Jesum, & dicebant, Quid facimus? quia hic homo multa signa facit. Et reliqua. Homilia beati Augustini episcopi.

Collegerunt Pontifices, & Pharisęi concilium, & dicebant, quid facimus? non tamen dicebãt, credam⁹. Plus enim perditi homines cogitabant, quo modo nocerẽt, vt perderent, quã quo modo sibi consulerent, ne perirent: Et tamẽ timebant, & quasi consulebãt, dicebãt enim: Quid facimus? quia hic homo multa signa facit, si dimittimus eũ sic, omnes credent in eum, et venient Romani, et tollent locum nostrũ, & gentem. Tu aũt. Reia vt in feria. ij. Lect. ij.

Emporalia quidem perdere timuerunt, & vitam ęternam non cogitauerunt, ac sic vtrumque amiserunt. Nam & Romani post Domini passionem & glorificationem, tulerũt eis locum, & gentem expugnando, & transferẽdo. Et illud eos sequitur, quod alibi dictum est, Filij autẽ regni huius ibunt in tenebras exteriores. Tu autẽ.

Hoc autem Lect. ij. timuerunt, ne si oẽs in Christum crederent, nemo remaneret, qui aduersus Romanos ciuitatem Dei, templumq; defenderet. Quoniã contra ipsum templum, & cõtra suas paternas leges, doctrinam Christi esse sentiebant. Vnus aũt ex ipsis Caiphas nomine, cum esset Pontifex anni illius, dixit eis. Vos nescitis quicquã, nec cogitatis, quia expedit vobis, vt vnus moriatur homo pro populo, et non tota gens

ta gens pereat. Tu autē. Nō dicitur Te Deū laud. ℣. Intende anime mee.

℣In Laud. Añā. Sacrificium Deo. Pſ. Miserere mei Deus. fol. 21. cum cęteris añis et psalmis vt in psalterio. Capit. Hymn. et vers. vt in feria secunda.

℣Ad Bened. Añā. Collegerunt principes sacerdotū ⁊ pharisei concilium, et dicēbāt, Quid facimus? quia hic homo multa signa facit, si dimittimus eum sic, omnes credent in eum: et venient Romani, et tollent nostrum locum, ⁊ gentem. Hodie non dicuntur Preces ad omnes horas. Oratio.

QOrdinib⁹ nostris quęsumus Domine Spiritum sanctum benignus infunde, vt peccata nostra castigatione volūtaria cohibentes, temporaliter potius maceremur, quā supplicijs æternis. Per. Fiat cōm. de sancto currenti. ℣Ad. j. vt in fer. ij. Et post Benedicamus, dicunt psal. pœnitentiales. ℣Ad. iij. vj. et. ix. vt in prędicta fer. ij. Ofo vt supra.

℣Ad Vesp. Añā. In conspectu angelorum psallam. Pſ Cōfitebor tibi. fo. 74. cū cęteris añis ⁊ psalmis, vt in psalterio. Capitulū Hym. et vers. vt in feria. ij.

℣Ad Magn. Añā. Principes Sacerdotum concilium fecerūt, vt Jesum occiderēt. Dicebant autem: Non in die festo, ne forte tumultus fieret in populo. Oratio.

QOncede quęsumus omnipotens Deus, vt qui ꝓtectionis tuę gratiam quęrimus, liberati a malis omnibus secura tibi mente seruiamus. Per. Fiat cōme. ꝺ festo currēti. ℣Ad Compl. vt in fer. ij. ℣Sabbatho ad Maturi. Jnuit. vt in feria. ij. Hymn. vt in Dñica. ℣In Noct. Añā. Quia mirabilis. Pſ. Cantate. fo. 48 cum cęteris añis ⁊ psal. vt in psalt. ℣. Nepdas. Pr̄ nr̄. Lec. j.

Lectio Sancti Euangelij secundum Joannem.

IN illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis, et turbis Judęorum. Amē amen dico vobis, nisi manducaueritis carnē filij hominis, ⁊ biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam ęternam. Et reliqua. Homil. B. Augustini epi. ca. 6.

SIcut audiuimus, cū sanctum Euangelium legeretur,

legeretur, Dominus Jesus exhortatus est promissione vitę ęternę ad manducandum carnem suam, et bibendum sanguinem suum. Qui iam manducant carnem Domini, et bibunt sanguinem eius, cogitēt quid manducent, et quid bibant, ne sicut dicit Apostolus, iudicium sibi manducent, et bibant. Tu autē, ℣. vt in feria secunda. Lectio iij.

QUi autem nondum manducant, et nondū bibunt, ad tales epulas inuitati festinent, Per istos dies magistrū petāt, Christus quotidie pascit, mēsa ipsius est in medio constituta. Quid causę est, o audientes, vt mensam videatis, et ad epulas non accedatis? Et forte modo cum Euangelium legeretur, di xistis in cordibus vestris, Putamus quid est quod dicit. Caro mea vere esca est, et sanguis meus vere potus est. Tu aūt. Lect. iij.

QUomodo manducatur caro Dñi, et bibit sanguis Dñi? Putamus qđ dicit? Quis contra te clausit, vt hoc nescias? Velatū est: sed si volueris, erit reuelatum. Accede ad pfessionēm, et soluisti quęstionem. Sed si cathecumeni exhortandi sunt, fratres mei, vt ad tantā gratiā regenerationis accedere nō moręk: quanta nobis cura esse debet in ędificandis fidelibus, vt prosit eis id ad quod accedūt, ne sibi tales epulas in iudicium manducent, et bibant. Vt aūt non iudiciū manducent, et bibant, bene bibant. Tu aūt. Non dicit Te Deum lau. ℣ Intende. ℂ Ju Laud. Ańa. Benigne fac. ℣ Miserere. fo. 21. cum ęte. ℣ aūis et psal. vt in psalt. Capit. Hymn. et ℣. vt in feria ij. ℂ Ad Bene. Ańa. Dixit Simon Petrus ad Jesum, Dñe, ad quē ibimus? verba vite eterne habes: et nō cognouimus, et credimus, quia tu es Christus filius Dei benedicti. Dicūt Preces ad oēs horas prę terq̄ ad. ix. Oratio.

PRoficiat qñs Domine plebstibi dicata pię deuotionis affectu: vt sacris actionib⁹ erudita, quā to maiestati tuę sit gratior tanto donis potioribus augeat. Per. Fiat cōme. de festo currēti. ℂ Ad. j. vt in fer. ij. ℂ Ad. iij. vj. et ix. Capit. ℣. j. vt in feria ij. Oro vt su-

vt supꝝ. ¶ Si in Dñica in Ramis palmarū, vel sequē ti hebdomada aliquod festum duplex euenerit, vide regulā annotatā in Sabbatho ante Dñicā in passiōe. De fest. ij. lect. in hac Dñica occurrēti nihil fit. ¶ Aduertendū insuper, q ab hac Dñica vsq; ad Dñicam in Albis, recitabitur de feria. Et fer. ij. iij. v. iiij. hebdomadę sanctę dicat Officiū defunctoꝝ, et Cāticū graduū ante Matut. ¶ Dñica in Ramis palmarum in primis Vesp. Asia. Benedictus. Pā Benedictus. fol. 76 cum ceteris añis ꝛ psalmis, vt in psalt. in Sabbatho. Capitulū.

Philipp. ca. 2. FRatres, Hoc enim sentite in vobis, qđ ꝛ in Christo Jesu, qui cū in forma Dei esset, non rapinā arbitratus est esse se ęqualē deo, sed semetipsum exinaniuit, formā serui accipiens, in similitudinē hominū factus, ꝛ habitu inuētꝰ vt homo. ℟. Deo grās. ℟. Circundederunt me viri mēdaces: sine causa flagellis ceciderūt me. ℣. Sed tu Dñe defensor vindica me. ℟. Qm tribulatio prima est, ꝛ nō est qui adiuuet. ℣. Sed tu Dñe. Non dicit Gloria Patri, sed repetatur ℟. a principio. Hym. ꝛ. ℣. vt in primis vesper. Dñicę passionis. Ad Magn. Asia. Clarifica me pater apud temetipsum claritate, quam habui priusquā mundus fieret. Oro.

OMnipotēs sempiterne Deus, qui humano generi, ad imitandū humilitatis exemplū, Saluatorem nostrū carnē sumere, ꝛ crucē subire fecisti: concede propitius, vt ꝛ patiētię ipsius habere documēta, ꝛ resurrectionis cōsortia mereamur. Per.

Ad Completoꝝ, vt in Dominica in passione.

¶ Ad Matut. Inuit. Ipsi vero non cognouerunt vias meas. ℣. Quibus iurauī in ira mea: Si introibunt in requiem meā. ℣. Venite. fol. 1. Dicatur Inuitat. vt in Dñica in passione. Hymnus, vt in prędicta Dñica. ¶ In. j. Noctu. Asię, ꝛ psal. vt in psalte. in. j. diuisione, ℣. Erue. Pā nr. Lectio. j.

Hier. c. 18. VErbū qđ factū est ad Hieremiā a Dño dicēs. Surge, ꝛ descēdens do mū figuli, ꝛ ibi audies ꝛba mea. Et descēdi in domū figuli, ꝛ ecce ipse faciebat opus

opus super rotam. Et dissipatum est vas, quod ipse faciebat e luto manib⁹ suis: conuersusq; fecit illud vas alterum, sicut placuerat in oculis ei⁹ vt faceret. Hęc dicit Dñs. ℟. In die qua inuocaui te Domine, dixisti, Noli timere. ℣. Judicasti causam meam, & liberasti me domine Deus meus. ℟. In die tribulationis mee clamaui ad te: quia exaudisti me. ℣. Judicasti.

Lect. iij.

ET factum est verbum Domini ad me dicẽs, Nũquid sicut figulus iste, non potero vobis facere domus Jsrael? Ait Dñs: Ecce sicut lutum in manu figuli, sic vos in manu mea domus Jsrael. Repẽte loquar aduersus gentem, et aduersus regnum, vt eradicem, et destruã, et disperdam illud. Si pœnitentiam egerit gẽs illa a malo suo, quod locutus sum aduersus eam: agam & ego pœnitentiam super malo quod cogitaui vt facerẽ ei. Hęc dicit Dominus. ℟. Fratres mei elongauerunt a me: et noti mei. ℣. Quasi alieni recesserunt a me. ℟. Dereliquerunt me primi mei: & qui me nouerũt. ℣. Quasi alieni.

ET subito loquar de gente, et regno, vt ędificem, & plãtem illud. Si fecerit malum in oculis meis, vt non audiat vocem meam: pœnitẽtiam agam super bono quod locutus sum, vt facerem ei. Nunc ergo dic viro Juda, et habitatori Hierusalem dicens. Hęc dicit Dñs. Ecce ego fingo cõtra vos malum: et cogito contra vos cogitationẽ. Reuertatur vnusquisq; a via sua mala, et dirigite vias vestras, et studia vestra. Qui dixerũt, Desperauimus: post cogitationes enim nostras ibimus, et vnusquisq; prauitatem cordis sui malifaciemus. Hęc dicit Dominus. ℟. Attende Domine ad me: et audi voces aduersariorũ meorum. ℣. Nunquid redditur pro bono malum, quia fouerunt foueam anime mee. ℟. Recordare quod steterim in conspectu tuo, vt loquerer pro eis bonum, & auerterem indignationem tuam ab eis. ℣. Nunquid.

Lect. iij.

Non dicitur Gloria Patri, sed repetatur. ℟. a principio. ℭ In ij. Noctur. Añ. ęr psal. vt in psalterio in .j. diuisione. ℟. De ore leonis.

Lect. iiij.

Hec dicit Dñs. Interrogate gẽtes, Quis audiuit talia horribilia, quę fecit nimis virgo Israel? Nunquid deficiet de petra agri nix Libani? aut euelli possunt aquę erumpentes frigidę, et defluentes? Quia oblitus est mei populus meus, frustra libantes, et impinguentes in viis suis, et in semitis sęculi, vt ambularet per eas in itinere non trito: vt fieret terra eorum in desolationem, et in sibilum sempiternum. Omnis qui prętereriterit per eam, obstupescet, et mouebit caput suum. Hęc dicit Dñs. ℟. Conclusit vias meas inimicus insidiator: factus est mihi, sicut leo in abscondito: repleuit, et inebriauit me amaritudine. Deduxerunt in lacum mortis vitam meam, et posuerunt lapides contra me. ℣. Vide Domine iniquitates illorum, et iudica causam animę meę defensor vitę meę. ℟. Factus sum in derisum omni populo meo: canticum eorum tota die. ℣. Vide Dñe. Lectio. v.

Sicut ventus vręs dispergam eos coram inimico: dorsum, et non faciẽ ostendã eis in die perditionis eorum. Et dixerũt, Venite, et cogitemus contra Hieremiam cogitationes. Non enim peribit lex a sacerdote, nec consiliũ a sapiẽte, nec sermo a pphęta. Venite, et percutiamus eum lingua, et non attendamus ad vniuersos sermones eius. Attende Dñe ad me, et audi voces aduersariorum meorum. Nunquid redditur pro bono malũ, quia foderunt foueam animę meę? Hęc dicit Dñs. ℟. Noli esse mihi Dómine alienus: parce mihi in die mala: confundantur omnes, qui me persequuntur. ℣. Et non confundar ego. ℟. Confundãtur omnes inimici mei, qui querunt animam meam. ℣. Et non. Lectio. vi.

Recordare quod steterim in cõspectu tuo, vt loquerer pro eis bonũ, et auerterem indignationẽ tuã ab eis. Propterea da filios eorum in famem, et deduc eos in manꝰ gladij: Fiant vxores eorum absq; liberis, et viduę: et viri earũ interficiantur morte. Iuuenes eorum cõfodiantur gladio in prælio. Audiatur clamor de domibus eorũ, adduces enim super eos

latronem repente: quia fo derunt foueam, vt caperẽt me, & laqueos abscondẽrũt pedibus meis. Hęc dicit Dominus. ℟. Dominꝰ mecum est, tanquã bellator fortis: ꝓpterea persequuti sunt me: et intelligere non potuerunt, Domine probans renes et corda. ℣. Tibi reuelaui causam meam. ℟. Uidisti Domine iniquitatem eorum aduersum me, iudica iudicium meum. ℣. Tibi reuelaui. Et non dicitur Gloria ℣ri. sed repetatur. ℟. ℭ In. uſ. Hoctur. añę, et psal. vt in psalterio in prima diuisiõe. ℟. Ne perdas. Pater noster. Lectio. vij. Lectio Sancti Euangelij secundum Matthęum.

c. 21. IN illo tempore: Cum appropinquassent Hierosolymis, & uenissẽt Bethphage ad Montem Oliueti, tũc Jesus misit duos discipulos suos dicens eis, Ite in castellum quod contra vos est, et statim inuenietis asinam alligatam, & pullum cum ea: soluite, et adducite mihi. Et reliqua. Homilia uenerabilis Bedę presbyteri.

MEdiator Dei & hominum homo Christus Jesus, qui pro humani generis salute passurus de cęlo descenderat ad terras, appropinquante hora passionis, appropinquare voluit loco passionis: vt etiã per hoc clarescceret, quia non inuitus, sed sponte pateretur. In asino uenire, et a turbis rex appellari, ac laudari voluit, vt etiã per hoc eruditus quisq; cognoscceret ipsum esse Christũ, quem sic illi venturũ prophetia olim prędmissa signauerat. Tu aũt. ℟. Dixerũt impij apud se non recte cogitantes: Circumueniamus iustum, quoniam contrarius est operibus nostris. Promittit se scientiam Dei habere: filiũ Dei se nominat, et gloriatur patrẽ se habere Deũ. ℣. Uideamus si sermones illius veri sunt, & si est verus filius Dei, Liberet illũ de manibus nostris: morte turpissima cendẽnemus eum. ℟. Tanquã nugaces estimati sumus ab illo, et abstinet se a vijs nostris, tanquam ab immunditijs, et prefert nouissima iustorum. ℣. Uideamus. Lect. vij.

HIc quinque dies pascha venire voluit, sicut ex Joannis Euangelio didicimus, vt etiam per

hoc

hoc ostenderet, se esse agnum immaculatum, qui peccata tolleret mundi. Agnus quippe paschalis, cuius immolatione populus Israel est ab Egyptiaca seruitute liberatus, ante quinq; dies paschę, id est, decima luna domū inferri, et ipsa die paschę, id est, quarta decima luna ad vesperū iussus est immolari. Tu aūt. ℣. Viri impij dixerunt, Opprimamus virū iustum iniuste, et deglutiamus eum, tanq; infernus viuū: auferamus memoriam illius ō terra, et despolijs eius sortē mittamus inter nos. Ipsi enim homicide thesaurizauerunt sibi malum: insipiētes, et maligni oderunt sapientiam. ℟. Et reifacti sunt in cogitationibus suis. ℣. Hec cogitauerunt, et errauerunt: excecauit enim illos malitia eorum. ℟. Et rei. Lect. ix.

SIgnificans eum, qui nos suo sanguine redempturus, ante quinque dies paschę, id est, hodierno die, magno precedētiū sequentiumq; populorum gaudio, ac laudatione deductus, venit in templum Dei, et erat quotidie docēs in eo. Tu aūt. ℟. Cum approprinquaret Jesus Hierosolymā, et venisset Bethphage ad montē Olineti, adducunt ei asellū, et sedit sup eū. Plurima aūt turba strauerūt vestimenta sua in via: alij ramos de arboribus sternebāt, et clamabant. ℟. Osanna filio Dauid. Benedictus qui venit in nomine Dñi. ℣. Turbeau tē que precedebāt, et que sequebantur voce magna clamabant. ℟. Osanna. Hō dicitur Gloria Pri, sed repetatur ℟. a principio. ℣. Intende. C In Laud. Ańa. Dñs Deus auxiliator meus, et ideo nō sum confusus. Pō Miserere mei. fol. 21. Ańa. Circundātes circundederūt me, et in nomine Domini vindicabor in eis. Psal. Confitemini Dño. fol. 57. Ańa. Judica causam meam defensor, quia potens es Domine. Psal. Deus, Deus meus. fol. 10. Ańa. Cū angelis et pueris fideles inueniamur, triumphatori mortis clamantes, Osanna in excelsis. Cāt. Benedicite. fol. 11. Ańa. Confundantur qui me persequuntur, et non cōfundar ego dñe Deus me⁹. Psal. Laudate Dñm. fol. 11. Capitu vt supra. Hymnus et verl. vt in Dñica precedenti.

¶ Ad Bened. Añia. Osanna filio Dauid, benedictus qui venit in nomine Domini, Rex Israel, Osanna in excelsis. Oratio vt supᵉ. ¶ Ad. j. Añia. Pueri Hebreorum vestimenta prosternebãt in via et clamabant dicẽtes, Osanna filio Dauid: benedictus qui venit in nomine Domini. Psal. Deus, Deus meus respice. fol. 13. ¶ Ad. iij. Añia. Pueri Hebreorum tollentes ramos olivarum, obviauerunt Domino, clamantes, et dicentes: Osanna in excelsis. Pss. Lege pone. fol. 63. Capm vt supra. Pria, et vers. ad. iij. vj. r. jr. vt in Dñica pcedenti. Ofo vt supᵉ. ¶ Ad. vj. Añia. Turba multa quę convenerat ad diem festũ, clamabat ad Dominũ, Benedictus qui venit in nomine Domini, Osanna in excelsis. Pss. Defecit. fol. 65. Ofo vt supᵉ. ¶ Ad. jx. Añia. Tibi revelavi causam meam Domine defensor vitę mee, dñe Deus meus. Pss. Mirabilia. fo. 66. Oratio vt supᵉ. ¶ Ad Vesp. Añia. Sede a dextris meis. Pss. Dixit Dñs. fo. 98. cũ cęteris añis r psal. vt in psalterio. Capl. r. Pr. vt in primis vesp. Hymn. r. f. vt in Dñica pcedẽti. Ad Mag. Añia. Occurrunt turbe cum foliis palmarum Redemptori obuiã: r victori triumphanti digna dant obsequia: filio Dei ore gentes predicant, r in laudẽ Christi voces tonant in tubilo, Osanna in excelsis. Ofo vt supᵉ. ¶ Ad Complet. vt in Dominica in Passione.

¶ Feria.ij. ad Matut. Invitat. r omnia alia, vt in feria. ij. post Dominicam in Passione pręter expressa. ¶ Lect. S. Euang. secundum Joannem. Lectio. j.

In illo tempore. Ante c. 12.
sex dies paschę venit Jesus Bethaniam, vbi fuerat Lazarus mortuus, quẽ suscitauit Jesus. Et reliq.

Homi. B. Augustini epi.

Ne putarẽt homines phantasma esse factum, quia mortuus resurrexit, Lazarus vnus erat ex recumbentibus. Videbat, loquebatur, epulabatur, veritas ostendebatur, infidelitas Judęorum confundebatur. Discumbebat ergo Dominus cum Lazaro et cęteris: ministrabat Martha, vna ex sororibus Lazari. Maria vero altera soror Lazari accepit libram

bram vnguenti nardi pistici pretiosi, et vnxit pedes Jesu, et extersit capillis suis pedes eius, et domus impleta est ex odore vnguenti. Tu autem ℟. Insurrexerunt iniqui absq; misericordia: quesierunt me interficere, et non pepercerunt in faciem meam spuere, et lanceis suis vulnerauerũt me, et cõcussa sunt omnia ossa mea. ℣. Ego autem estimabam me tanquam mortuum super terram. ℟. Effuderunt furorem suum in me, frenduerunt contra me dẽtibus suis. ℣. Ego autem.

Lectio. ij.

FActum audiuimus, et requiramus mysterium. Quocunq; anima fidelis vis esse, cum Maria vnge pedes Domini pretioso vnguento. Unguentum illud iustitia fuit, ideo libra fuit. Erat autem vnguentum nardi pistici pretiosi. Quod ait, Pistici, locum aliquem credere debemus, vnde hoc erat vnguentũ pretiosum. Tu aũt. ℟. Cõtumelias et terrores passus sum ab eis, qui erant pacifici mecũ custodientes latus meum, dicebant. Decipiamus eum, et prevaleamus illi: sed tu Domine mecũ es tanquam bellator fortis. Cadant in opprobrium sempiternum, et vindictam in eis. ℣. Quia tibi reuelaui causam meã. ℟. Judica Dñe causam anime mee redẽptor vite mee. ℣. Quia.

Lect. iij.

NEc tamẽ hoc vacat, sed sacramento optime consonat. Pistis, Græce dicitur fides. Quærebat operari iustitiam: Justus ex fide viuit. Unge pedes Jesu bene viuendo, Dominica sectare vestigia: capillis terge. Si habes superflua, da pauperibus, et Christi pedes tersisti, capilli enim superflua corporis videntur esse. Habes quod agas de superfluis tuis: tibi superflua sunt, sed Domini pedibus necessaria sunt. Tu autem. ℟. Saluum me fac Deus, quoniam intrauerunt aquæ vsque ad animam meam: ne auertas faciẽ tuã a me. ℣. Quoniam tribulor, exaudi me dñe Deus meus. ℟. Intende anime mee, et libera eam. ℣. Qñ tribulor.

Et non dicit Gloria Patri, sed repetatur. ℟. ℣. Intende anime mee. ℭ In Laudibus Ant. Faciem meã non auerti ab increpantibus et conspuentibus in me. ℟. Ab

ferere mei. fo. 21. Ant. Fra
meā suscitabis aduersus eos
qui dispergunt gregē meum.
Psal. Verba mea. fo. 21.
Ant. Appenderunt mercē-
dē meam triginta argēteos;
quibus appretiatus sum ab
eis. Psal. Deus, Deꝰ meꝰ
fol. 10. Ant. Inundauerūt
aque super caput meum: dixi,
Perij, inuocabo nomē tuum
domine Deus meus. Cantī-
cum. Confitebor. fol. 11.
Ant. Labia insurgentium,
et cogitationes eorum vide
Domine. Psal. Laudate
Dñm. fol. 11. Capl. Hym.
et vers. vt in feria secunda
post Dñicam in passione.
℣ Ad Benedict. Ant. Ma-
ria ergo vnxit pedes Jesu, ꝛ
extersit capillis suis: et do-
mus impleta est ex odore vn
guenti. Hodie ad omnes
horas nō dicunt Preces.

Da quęsu- Oratio.
mus omnipotēs De
us, vt qui in tot aduersis
ex nostra infirmitate defi-
cimus: intercedente vnige-
niti filij tui passione respi-
remus. Qui tecum. Fiat
cōme. de festo currenti.

℣ Ad Primā, vt in feria
secunda post Dominicam
in passione. Hodie dicitur
psalmus Pœnitētiales, post
Primā cū pretiosa feriali.
℣ Ad tiercia. et sexta, vt in præ-
dicta feria. ij. post Dñicā
in passione. Ofo vt supra.
℣ Ad Vesp. Ant. Inclina
uit Dominus. Psal. Dilexi
quoniam. fol. 69 cum cę
teris ad ꝛ psal. vt in psal
terio. Capit. vt in feria se-
cunda præcedenti. ℟. Cir-
cundederunt me. vt in sab
bathyo præcedenti. Hymn.
et vers. vt in Dominica in
passione. Ad Mag. Ant.
Quid molesti estis huic mu-
lieri? opus enim bonum ope-
rata est in me. Oratio.

Diuina nos Deus sa-
lutaris noster, et ad
beneficia recolēda quibus
nos instaurare dignatꝰ es,
tribue venire gaudentes.
Per. ℣ Ad Comple. vt in
fer. ij. Dñicę in passione.
℣ Feria. iij. ad Matut. In
uitat. ꝛ Hymn. vt in fer. ij.
ante Dñicam in passione.
Ant. ę psal. vt in psalterio.
℣. De ore leonis.
Sermo. S. Leonis papę.
Lectio. j.

Gloria, dilectissimi, do
minicę passionis, de
qua nos hodie locuturos
esse promisimus, humilita
tis maxime est mirāda my
sterio. Quę oēs nos ꝛ re-
demit,

demit, & docuit, vt vnde datū est pretiū, inde & iustitia sumeretur. Tu autem. ℟. Deus Israel, propter te sustinui opprobrium, operuit ir-reuerentia faciē meā: extraneus sum fratribus meis, et hospes filijs matris mee. ℣. Quoniā zelus domus tue comedit me. ℟. Improperia improperantiū tibi ceciderunt sup me. ℣. Quoniam. Lect. ij.

OMnipotentia eiꝰ filij Dei, qui per eandem essentiā equalis est patri, potuisset humanū genus a dominatu diaboli solo imperio sue voluntatis eruere, nisi diuinis operib⁹ maxime cōgruisset, vt nequitie hostilis aduersitas, de eo qō vicerat, vinceretur, & per ipsam materiā naturalis repararet libertas, per quā gnalis fuerat illata captiuitas. Tu aūt. ℟. Expādi manus meas tota die in cruce ad populū nō credentem, sed contradicentem mihi. ℣. Qui ambulat vias nō bonas, sed post peccata tua. ℟. Qui dicunt, Recede a me, ne appropinques mihi. ℣. Qui amb.

DIcente autem Euangelista, q̄ verbum caro factum est, & habitauit in nobis: & dicente Apostolo, quod Deꝰ erat in Christo, mundum reconcilians sibi, ostensum est quia vnigenitꝰ patris summi tale iniuit cum humana humilitate consortium, vt suscepta nostre carnis, animeq; substantia, vnus atq; idem filius Dei permaneret. Tu aūt. ℟. Heloy, Heloy lamazabathani. ℣. Deus meus, Deus meus, vt quid me dereliquisti. ℟. Cum accepisset aceti dixit, Consummatum est. ℣. Deus meus, Deus meus. Non dicitur Hozia Patri, sed repetat. ℟. Heloy. ℣. Intende. Tu autem Domine, et considera quoniam tribulor, velociter exaudi me. Psal. Miserere, fol. 21. Añā. Discerne causam meā Dñe: ab homine iniquo & doloso eripe me. Ps. Judica me, fol. 27 Añā. Cum tribularer clamaui ad Dñm de ventre inferi, & exaudiuit me. Psal. Deus, Deus, fo. 10 Añā. Domine vim patior, responde pro me, quia nescio, quid dicam inimicis meis. Cantic. Ego dixi. fol. 28 Añā. Dixerunt impij: Opprimamus virum iustum, quoniam contrarius est operibus nostris. Psal. Laudate

Dñm. fol. 11. Capit. Hymnus, et vers. vt in feria. iij. post Dñicam in Passione. ¶ Ad Bened. Ant. Ante diem festum paschę sciens Jesus quia venit eius hora, cum dilexisset suos, in finem dilexit eos. Et dicunt Preces ad oēs horas. Ofo.

OMnipotēs sempiterne Deus, da nobis ita Dominicę passionis sacramenta peragere, vt indulgentiam percipere mereamur. Per eundem.

CAd. i. ij. vj. et. xj. vt in feria. iij. Dñicę passionis.

CAd Resp. Ant. In domum Domini. Ps. Lętatus sum. fo. 70 cū ceteris Antis et psal. vt in psalte.

Capl. Tu dñe Sabbaoth fo. 164. Hymn et. ℣. vt in Dñica precedenti. ¶ Ad Magn. Ant. Scriptum est enim, percutiam pastorem, et dispergentur oues gregis: postquam autem surrexero, precedam vos in Galileam, ibi me videbitis dicit Dñs.

MIserere nobis misericordia Deus et ab omni surreptione vetustatis expurget, et capaces sanctę nouitatis efficiat. Per.

¶ Ad Complet. vt in feria. iij. post Dñicā in passione.

¶ Feria. iij. ad Matut. Inuitat. et Hymn. vt in feria secunda Dominicę passionis. Ant. et psal. vt in psalterio. ℣. De ore leonis.

Sermo. S. Leonis pape

SAcramentū, Lect. i. dilectissimi, Dominicę passionis in salutem humani generis ante tempora ęterna dispositum, et per multas significationes omnibus retro sęculis nūtiatum, non adhuc expectamus manifestandum, sed iam adoramus impletum, concurrentibus ad eruditionem nostrā et nouis testimonijs et antiquis, dum quod prophetica cecinit tuba, Euangelica pandit historia. Tu autem Dñe.

℣. Ecce turba et qui vocabatur Judas venit, et cū appropinquasset ad Jesum, vt eum oscularetur, Jesus dixit ad eum. ℟. Juda, osculo tradis filium hominis ad crucifigendum. ℣. Accedens ad Jesum, osculatus est eum, dixitq; illi Jesus. ℟. Juda.

ET sicut scriptum est: Abyssus abyssum inuocat in voce cataractarum tuarum. Quoniam ad enarrandum gloriam gratię Dei, paribus

Lect. ij.

sibi

sibi vocibus vtriusque testamenti altitudo respondet: et quod erat sub velamine figurarum profundū fit reuelata luce pspicuū. Tu autem. ℟. O Juda, quid reliquisti consilium patris: et cum Judeis cōsiliatus es, triginta argenteis vendidisti sanguinem tuum. ℣. Et pacem osculo ferebas, quam in pectore nō habebas. ℟. Corpore tantum cum cenātibus recumbebas, sed mentem inuidie furore armabas. ℣. Et pacem. Lectio.iij.

SIenim inter illa miracula Saluatoris, quę sub populorum gerebantur aspectu, pauci veritatis pręsentiam sentiebant, ipsiq; discipuli voluntaria passione Domini turbati, nō euaserunt scandalum crucis sine rentatione formidinis: vnde fides nostra intelligentiā sumeret, vnde constantia robur acciperet, nisi quę facta cognoscimus, prędicta legeremus? Tu autem. ℟. Judas mercator pessimus osculo perijt Dominum: ille, vt innocens agnus, non negauit Jude osculum. ℣. Denarios numero Christū Judeis tradidit. ℟. Auaritie inebriatꝰ veneno, dum quesiuit lucrū, peruenit ad laqueum. ℣. Denariorum. Nō dicitur Gloria Patri, sed repetat. ℟. ℣. Intende. ℂ In Laudi. Ańa. Libera me de sanguinibus Deus Deus meus: et exultabit lingua mea iustitiā tuam. Ps̄. Miserere mei Deus. fo.21. Ańa. Contumelias et terrores passus sum ab eis, et Dominus mecum est, tanquam bellator fortis. Ps̄. Te decet. fo.33 Ańa. Ipsi vero in vanum quesierunt animam meā: introibūt in inferiora terre. Ps̄. Deꝰ Deus meus. fol.10. Ańa. Omnes inimici mei audierūt malum meum. Domine: letati sunt, qm̄ tu feciſti. Cant. Exultauit cor meū. fo.37. Ańa. Alliga Domine in vinculis nationes gentium, et reges eorum in compedibus. Ps̄. Laudate. fol.11. Capit. Hymn. et vers. vt in feria.ij. Vsq; passionis. ℂ Ad Bened. Ańa. Appropinquabat autē dies festus, et querebāt principes sacerdotum quomodo Jesum interficerent, sed timebant plebem. Modꝰ non dicuntur Preces. Oratio.

PRęsta quęsumus omnipotēs Deus, vt qui

nostris excessibus incessanter affligimur, per vnigeniti filij tui passionem liberemur. Qui tecum viuit. ¶Ad.j. vt in fer.iij. passionis, et dicuntur psal. pęnitentiales. post Benedicam⁹. deinde Pretiosa ferialis. ¶Ad.iij.vj.et.ix. vt in prędicta fer.iij. Oratio vt supra. ¶Ad Vesp. Ania. Beatus vir. Pſa. Nisi Dñs. fol. 71 cum reliquis aniis et psal. vt in psalter. Capl. Tu Dñe sabbaoth. fo. 164. R. Tristis est anima mea. vt infra post.ij.lect. Hym. et v. vt in Dñica in passione. fol.

¶Ad Mag. Ani. Filie Hierusalē nolite flere super me, sed super vos ipsas flete, et super filios vestros: quoniam venient dies, in quibus dicent: Beate steriles, et ventres qui non genuerunt, et vbera que non lactauerunt. Tunc incipient dicere montibus, Cadite super nos, et collib⁹ cooperite nos. Oro.

Respice quęsum⁹ Domine super hanc familiam tuam, pro qua dominus noster Jesus Christus nō dubitauit manibus tradi nocentium, et crucis subire tormentum. Qui tecum. Dominus vobiscū. Benedicamus Domino. Deinceps cessat officium defunctorum. ¶Ad Complet. absolute incipit psal. Cum inuocarem. fol. 78. cum cęteris, sine Gla Pri et sine alio interpositorio dicit Huc vsque. sine Gla Pri. Deinde. v. Christus factus est pro nobis obediēs vsque ad mortem. R. Mortem autem crucis. Statim dicitur in silētio Pater noster. et Credo in Deum. et Psal. Miserere mei sine Gloria. et Oro absolute Respice qsus Dñe. vt supra sine conclusione. Et sic dicit Cōp. vsq; ad sabbatū exclusiue.

¶Feria.v. in cęna Domini, et duobus sequētib⁹ diebus, officiū Matutinū dicēs in principio noctis prędictis: videlicet Matutinū ferię quintę, in principio noctis ferię quartę: et Matut. ferię sextę, in principio noctis ferię quintę: et Matut. sabbathi sancti, in principio noctis ferię sextę: et hoc in choro, nam extra chorū possunt dici tardi⁹, etiā post mediā noctē. Et cum officiū dicit in choro, accēdantur quindecim cerei vel candelę ante altare vel in choro, vbi melius sint positę,

posite, & in Matut. ℣. Lauc. in fine cuiuslibet psal. vna cerā extinguat. Candela tamē quę in medio fuit posita nō extinguet, sed post Benedictus accēsa, absconderur. Et in horis p̄dictorum dierum non dicitur Domine labia mea, nec Deus in adiutorium, nec Conuerte nos Deus. nec dicitur Gloria P̄ri in responsoriis, nec in fine psalmorum, neque alicubi per horas, ab hinc, vsq; ad sabbathū sanctū in Vesp. Et psalmi finiētur in modum ꝓphetię: nec dicent Hymn. nec Capit. sed in omnibus horis incipiet absolute ab aīs, omnib' aliis omissis.

℣ Feria.v.in cena Dñi ad Matutin. in primo nocturno dicto Pater noster sub silentio incipietur Aīa. Zelus domus tue comedit me, et opprobria exprobrantium tibi ceciderunt super me. Psal. Saluum me fac. fo. 33. Aīa. Auertantur retrorsum, et erubescant, qui cogitant mihi mala. Psal. Deꝰ in adiutoriū. fol. 34. Aīa. Deus meus eripe me de manu peccatoris. Psal. In te Domine speraui. fol. 34. Aīa. Zelus domus tue comedit me. ℣. Et opprobria exprobrantium tibi ceciderūt super me. Pater noster. Et non dicitur Et ne nos. nec ℣. nec Benedictio, nec titulus lect. in his tribus diebus, sed absolute legūtur nec in fine dicit Tu autē.

Lectio. j.

Incipit Lamētatio Hieremię ꝓphetę. Aleph.

QOmodo sedet sola ciuitas plena populo: facta est quasi vidua domina gentium: princeps prouintiarum facta est sub tributo.

Beth. Plorans plorauit in nocte, et lachrimę eius in maxillis eius. Non est qui consoletur eam ex omnibus charis eius. Omnes amici eius spreuerunt eā, et facti sunt ei inimici.

Gymel. Migrauit Judas propter afflictionē, et multitudinem seruitutis: habitauit inter gētes, nec inuenit requiē. Omnes persequutores eius apprehenderunt eā inter angustias. Hierusalem, Hierusalem, conuertere ad dñm Deum tuū. ℣. In monte Oliueti oranit ad patrem: Pater, si fieri potest, transeat a me calix iste. ℟. Spiritus quidem prom-

nus Deus in se: filius plenus
Deus a patre genit⁹: Spi
rit⁹ sanctus plenus De⁹ a
patre ⁊ filio, procedēs. Nō ta
men tres deos dicim⁹, sed
vnum

vnum Deum omnipotentem, ꝙternum, inuisibilem, ꝙ incommutabilē. Tu aūt. ℟. Benedictus Dñs Deus Israel, qui facit mirabilia solus. ℣. Et benedictum nomē maiestatis eius in eternum. ℟. Replebitur maiestate eī omnis terra, fiat, fiat. ℣. Et benedictum. Lectio. iij.

QUi totus vbique est, totus vbiq; p̄sens, non per partes diuisus, sed totus in omnibus non localiter, sed potentialiter. Qui sine cōmutatione sui mutabilia cuncta creauit, ꝙ gubernat creata, semper manens quod est, cui nihil accidens esse potest, quia simplici diuinitatis naturę nihil addi, vel minui potest, quia semper est, quod est, Cui p̄prium est, cui sempiternum est, cui idem est esse, viuere, ꝙ intelligere; et hęc tria vnus Deus, ꝙ vnus Deus hęc tria. Tu autem. ℟. Quis Deus magnus sicut Deus noster? ℣. Tu es Deus qui facis mirabilia. ℟. Notam fecisti in populis virtutem tuam: redemisti in brachio tuo populum tuū. ℣. Tu es Deus. ℟. Gloria patri. ℣. Tu es Deus.

℣ In. ij. Noctur. Ant. Pater, et Filius, ꝙ Spiritus sanctus vna est diuinitas, equalis gloria, coeterna maiestas. Ps. Cœli enarrant. fol. 8. Ant. Laus Deo patri, parilique proli, Et tibi sancte studio perenni, Spiritus nostro resonet ab ore, Omne p̄ eunm. Ps. Dñi est terra. fo. 14. Ant. Ex quo omnia, per quem omnia, in quo omnia, ipsi gloria in secula. Ps. Afferte Domino. fol. 16. ℟. Benedictus es Domine in firmamento celi. ℟. Laudabilis, ꝙ glorioſus, ꝙ superexaltatus in secula. Lec. iij. De eodē sermone Augustī.

YDem Deus, ꝙ dñs, vera, et sempiterna Trinitas in personis, vera et sempiterna vnitas in substantia: quia vna est substātia pater, et filius, et spiritus sanctus. Hęc vero sancta Trinitas nihil maius est in tribus personis simul nominatis, quam in vna qualibet persona semel p̄ se dicta: quia vnaquęque persona est plena substantia in se. Tu autem Dñe. ℟. Magnus Dominus, ꝙ magna virtus eius. ℣. Et sapientie eius non est numerus. ℟. Magnus Dominus, ꝙ laudabilis nimis: et magnitudinis

eius

eius non est finis. ℣. Et sapientie. Lectio.v.

NOn tamen tres substantię, sed vna substantia, vna potentia, vna essentia, vna ęternitas, vna magnitudo, vna bonitas, Pater, et Filius, et Spiritus sanctus. Nec aliud est pater in natura, quã filius, et spiritus sanctus: nec aliud est filius, ꝛ spiritus sanctus, quam pater in natura. Tu autẽ. ℟. Gloria patri, genitręq; proli, Et tibi cõpar vtriusq; semper, Spiritus alme Deus vnus. ℣ Omni tempore secli. ℟. Da gaudiorum premia: da gratiarum munera, Dissolue nexus vincula, astringe pacis federa. ℣. Omni tempore. Lect.vj.

SEd alius est pater in persona, alius filius in persona, alius spiritus sanctus in persona. In patre ęternitas, in filio ęqualitas, in spiritu sancto ęternitatis, ęqualitatisq; connexio, vnum omnes in substantia, et essentia, omnipotentia, et deitate. Sicut enim eadẽ sancta Trinitas inseparabilis est in substantia, ita inseparabilis est in operibus. Tu autem. ℟. Honor, virtus, et potestas, et imperium sit Trinitati in vnitate: vnitati in trinitate. ℣. In perenni seculoꝝ tempore. ℟. Trinitati laus perennis, vnitati sit decus honorque perpetim. ℣. In perenni. ℟. Gloria patri. ℣. In perenni. ℣n.iij. Nocturn. Aña. Adesto Deus vnus omnipotens, pater, et filius, et spiritus sanctus. Ps. Exultate iusti. fo. 18 Añ. Te semper idem esse, viuere, et intelligere profitemur. Ps Benedicam Dñm. fol. 18. Aña. Te inuocamus, te adoramus, te benedicimus, o beata Trinitas. Ps. Deus noster refugium. fol. 25. ℟. Benedictus es dñe Deus patrum nostrorum. ℣ Laudabilis, et gloriosus, et superexaltatus in secula. Pr nr.

Lec.S.Euang.secundum Joannem. Lectio.j.

IN illo tempore, Erat homo ex Phariseis Nicodemus nomine, princeps Judeorum. Hic venit ad Jesum nocte, et dixit ei. Rabbi, scimus, quia a Deo venisti magister: nemo enim potest hęc signa facere quę tu facis, nisi fuerit Deus cum eo. Et reliq. Homilia Venerabilis Bedę presbyteri.

SIcut ex lectione sancti Euãgelij, fratres charissimi, audistis, princeps Judæorum venit ad Jesum nocte, cupiens secreta eius allocutione plenius discere mysteria fidei, cuius, aperta ostensione signorum aliquatenus iam rudimenta perceperat. Qui quoniam prudenter ea quę ab illo fieri videbat, intelligere curauit, sublimiter ea, quę ab illo quęrebat, inuestigare promeruit. Tu autem Dñe. ℟. Summe Trinitati, simplici Deo vna diuinitas, equalis gloria, coeterna maiestas patri, proliq; sanctoque flamini. ℣. Qui totum subdidit suis orbem legibus. ℟. Detester nobis gratiã deitas beata, patris ⁊ nati, pariterque spiritus almi. ℣. Qui totum.

Lectio. viij.

RAbbi (inquit) scimus, quia a Deo venisti magister: nemo enim potest hęc signa facere, quę tu facis, nisi fuerit Deus cum eo. A Deo igitur Jesum venisse ad magisteriũ cęleste mundo adhibendũ confessus est, Deum cum illo fuisse miraculis pdentibus intellexit, necdũ tamẽ ipsum Deum esse agnouit. Tu autem. ℟. Benedicamus patrem, ⁊ filium, cũ sancto spiritu, laudem⁹, ⁊ superexaltemus eum. ℣. In secula. ℟. Quoniam magnus es Deus noster, et laudabilis, et gloriosus. ℣. In secula.

Lectio. ix.

SEd quia quem magistrum nouerat veritatis, studiose docendus adist, merito ad agnitionem diuinitatis eius perfecte doctus subiit: merito vtriusque nativitatis eius, diuinę scilicet ⁊ humanę, sed et passionis, et ascensionis ipsius arcana pcepit. Nec non etiam modum secũdę generationis, ingressumque regni cęlestis, aliaque per plura doctrinę Euangelicę sacramenta, Dño reuelante, didicit. Tu autẽ. ℟. O beata trinitas, te laudam⁹, te benedicimus, te adoramus, auge in nobis fidem, auge spem, auge et charitatem. ℣. O beata trinitas. ℟. Tibi laus, tibi gloria, tibi gratiarũ actio in secula sempiterna. ℣. O beata trinitas. ℟. Ista pri. ℣. O beata. ℟. Te Deũ laud. ℟. Benedictus es Dñe in firmamento celi. ℟. Laudabilis, ⁊ glorio

sus, ⁊

ſus, ꝛ ſuperexaltatus in ſcła: ℭ In Lau. Añ. Gloria, perpes honor tibi ſit o trina poteſtas, Laus iugis, ꝛ virtus eadem. cõmune tropheũ perſonet, hec concors heroũ cõcentus in euum. Pſal. Laudum Dñicalium Añe Gratias tibi Deꝰ, gratias tibi vera vna trinitas, vna ꝛ ſumma vnitas, ſancta ꝛ vna deitas. Añe Tres docet vna fides perſonas nẽpe canendas, Secretas confeſſa coli, veneranda teadorat. Unum ſure Deum populis qui celica pandit.

Añe Deũ laudemus vnũ, in perſonis trinũ, patrẽ, et filiũ, vna cũ ſancto ſpũ, indiuiduã trinitatem, per quã nos oẽs accepimus ſignum ſalutiferũ, ꝛ ſacri fontis lauacrum.

Añe Te trina deitas, vnaq; poſcimus, vt culpas abluas, noxia ſubtrahas, des pacem famulis: nos quoque gloriam per cuncta tibi ſecula. Capł. vt ſupra. Hymnus.

Summe Deꝰ clemẽtię,
Mũdiq; factor machinę,
Unus potentialiter,
Trinusq; perſonaliter.
Nostros pius cũ canticis
Fletus benigne ſuſcipe,
Quo corde puro ſordibꝰ,
Te perfruamur largius.
Lũbos, iecurq; mozbidũ
Adure igni congruo,
Accincti vt ſint perpetim
Luxu remoto peſſimo.
Vt quiq; hozas noctium
Hic concinendo rũpimꝰ,
Donis beatę patrię
Ditemur omnes affatim.
Peęſta Pater piiſſime,
Patriq; compar vnice,
Cum Spũ paracleto
In ſempiterna ſcła. Amẽ.

℣. Uerbo Dñi celi firmati ſũt ℟. Et ſpũ oris eius omnis virtus eoꝝ. ℭ Ad Bened. Añe Uenit homo ex phariſeis ad Jeſum nocte nomine Nicodemus, ꝛ dixit ei. Rabbi, ſcimus, quia a Deo venisti magiſter: nemo enim poteſt hec ſigna facere, que tu facis, niſi fuerit Deus cum eo. Reſpondit Jeſus, et dixit ei, Niſi quis renatus fuerit denuo, non poteſt videre regnum Dei, Allel. Oratio vt ſupẽ. ℭ Per horas dicẽ Añe Laudum.

ℭ Ad iij. Capit. vt ſupra. ℣. Benedicamus patrem, et filium. ℟. Cum ſancto ſpiritu. ℣. Laudemus, ꝛ ſuperexaltemus eum in ſecula. ℟. Cum ſancto. ℣. Gloria patri. ℟. Benedicamus. ℣. Benedictus es Domine. vt ſupra. Oratio vt ſupra.

ℭ Ad vj. Capłm vt ſupra. ℣. Be-

℣. **Benedictus es Domine.** ℟. **In firmamẽto celi.** ℣ **Laudabilis, et glorioſus, et ſuperexaltatus in ſecula.** ℟. **In firmamẽto.** ℣. **Gloria patri.** ℣ **Benedictus es.** ℟. **Bñdictus es Domne.** vt infra. Oratio vt ſuꝑ. ℂ Ad.ſz.Capl. vt ſupra. ℣. **Benedictus es Dominé.** ℟. **Deus patrũ noſtrorum.** ℣. **Laudabilis, et glorioſus, et ſuperexaltatus in ſecula.** ℟. **Deus patrũ.** ℣. **Gloria patri.** ℣. **Benedictus es Domine.** ℟. **Verbo Dñi celi firmati ſunt.** ℣. **Et ſpiritu oris eiꝰ omnis virtus eoꝝ.** Oratio vt ſupra.

ℂ In ſecundis Veſp. Añę laudum pſalmi **Dixit Dominus.** fol. 68. cũ ſequentibus. Capl. vt ſuꝑ. **Alla.** ℟. **Trinitati laus perennis, vnitati ſit decus, honorque perpetim.** Hymn. et ℣. vt in primis Veſp. Ad Magn. Añа. **Quod natũ eſt ex carne, caro eſt: et quod natũ eſt ex ſpiritu, ſpiritus eſt, allel.** Oratio vt ſupra. ℂ Fiat cõme. de feſto occurrenti. ℂ Nota, quod in iſta Octaua poteſt fieri de feſto cuiuſcunque ſancti ibi aduenientis, z fit cõme. de Octaua in vtriſq; Veſp. z Matutin. Sed ſi in eis agat de aliquo feſto duplici tranſlato, de feſto occurrẽti fit cõmem. in primis Veſp. et Matut. ℂ Ad Compl. vt heri. ℂ Añę per Octauã. Ad Bened. z ad Magn. p cõmemoratione Octauę.

ℂ Fer. ij. ad Bened. Añа. **Non mireris quia dixi tibi, Oportet vos naſci denuo, Reſpondit Nicodemus, et dixit ei. Quomodo poſſunt hec fieri? Alla.** Añа ad Magę. **Nemo aſcẽdit in celũm, niſi qui deſcendit de celo filius hominis, qui eſt in celo, Allel.**

Feria. iij. Añа ad Benedi. **Te Deum patrem ingenitum, et Filium vnigenitum, te Spiritum ſanctũ paracletum, ſanctam, et indiuiduam Trinitatem toto corde, et ore proclamamus, atque benedicimus. Tibi gloria in ſecula, Alla.** ℣. et Oro. vt in die.

ℂ Fer. iij. ad Veſ. iiij. cap. dupl. minus. Añę laudum, Pſal. **Dixit Dñs.** fol. 68. ℂ **Cõfitebor.** fo. 68. **Beatus vir.** fol. 68. **Laudate pueri.** fol. 68. **Laudate Dñm oẽs gentes.** fo. 70. Omnia alia vt in primis Veſp. diei, Et ſimiliter ad Completorium.

ℂ Feria. iiij. Octaua ſanctiſſimę Trinitat' iiij. cap. omnia

omnia vt in die pcipiet sequentes lectiones.

Ex eodem sermone beati Augustini. Lectio.j.

QVanuis quedam opera Dei quibusdam personis specialiter conueniant, sicut Patri vox illa que de celo sonuit super Christum baptizatum, et ad Filij personam humanitatis tantummodo pertinet susceptio: et Spiritus sancti persone propcie cōgruit illa columba, in cuius specie idē spiritus sanctus descendit super eundē Filium Dei secundum hominem baptizatū: tamen absque omni dubitatione vocem illam: et illam columbā et Christi humanitatem tota sancta Trinitas operata est, cuius opera inseparabilia sunt. Tu aūt. Lect.ij.

QRedimus eundē Filium Dei, verbū Dei, eternaliter natum de Patre, consubstantialem Patri per omnia, temporaliter natum de Spiritu sancto ex Maria semper virgine, duas habentem natiuitates, vnam ex Patre eternam, alteram ex matre temporalem. Qui etiam Filius Dei sua conceptione conceptus est, et sue carnis natiuitate natus est. Tu autem. Lectio.iij.

DEum verum confitemur conceptum, et Deum verum natum. Eundem verum Deum et verū hominem vnū Jesum Christum, vnum Filium Dei vnigenitum, propriū et perfectum in duabus naturis, in vnius persone singularitate. Impassibilem, et passibilem: mortalem, atq; immortalem: crucifixum in infirmitate nostra, eum de nichil semper viuente in virtute sua. Tu aūt. Lect.iiij

IPse Dominus Jesus Christus mortuus est carnis sue morte, et sepultus: atque ab inferis damnato et spoliato principe totius iniquitatis rediēs, tertia die resurrexit, atq; cum triumpho glorie videntibus discipulis celum ascendit. Tu aūt. Lect.v.

SEdet ad dexteram Dei Patris, id est, equalis patri in diuinitate, vnde iam venturus est iudicare viuos et mortuos. Quem impij videbunt iudicantem in ea forma, qua crucifixus est, non in ea humilitate, qua iuste iudi-

caturus est nundum. Tu autem Dñe. Lectio. vj.

Quius visio eterna erit omnium sanctor beatitudo, et glozia. Cum igitur ad intelligendam diuinitatē Spūs sancti oculos mētis intendimus, nihil diuersum ab excellētia Pātris et Filij cogitemus. Tu qui.

¶ Festum sanctissimi Corporis Xpi. vj. cap. vu. mai.

¶ De indulgentijs in prędicto festo concessis.

¶ Qui vult scire, et denunciare populo quot sūt dies indulgentię a summis Pontificibus concessi omnibus Christi fidelibus vere pnitentibus, diuina officia audientib⁹ in hoc sanctissimo festo, sciat hoc modo.

¶ Urbanus papa huius solēnitatis institutor cōcessit interessentib⁹ primis Vesperis centum: Matutinis centū: cuilibet vero aliarū horarum minor., quadraginta: cuilibet etiā diei octauarū omnib⁹ horis etiā centum.

¶ Martinus Papa omnes illas indulgētias in duplo suo ordine cōcessit.

¶ Leoninus vero Papa, tot cōcessit quot Martin⁹.

¶ Sunt igitur primis vesperis quingēti dies indulgētię: Matutinis, quingenti: Missę, quingenti: Secūdis Vesperis, quingenti: cuilibet aliarū horarū ducenti: cuilibet vero diei octauarum ad oēs horas simul quingēti: Jejunāti vigilię, vel facienti aliquā elemosinā, loco jejunij ducenti.

¶ Hora, quod quādo festū Corporis Christi euenerit in vigilia sancti Joānis Baptistę, tunc prędicta vigilia jejunatur feria. iij. precedenti, ex dispensatione Leonis Papę. x.

¶ Est etiā aduertendū, q̄ si festum Corporis Christi, et Natiuitas S. Joan. Baptistę in vna die occurrerint, totum officium erit de festo Corporis Xpi: et sequenti die fiet office de Natiuitate S. Joan. Bapti. et in primis Vesp. Natiuitas S. Joan. intrat per solam cōmemorationē, et in fer. vj totum officium erit. S. Joannis Bapt. cū cōmemoratione Corporis Christi.

¶ Preterea est notandū, quod in tota octaua Corporis Xpi de nullo festo fit officiū, nisi Natiuitatis Joan. Bapti. et Apostolorum Petri et Pauli, et tunc fiet commemoratio Corporis

Christi

Christi in vtrisque Vesperis et Maturinis. Et de festis ex lectionum ibi occurrentibus fiat commemoratio in primis Vesp. et Matu. Et quando festum Corporis Christi euenerit in vigilia. S. Joan. Bapt. in octauo die de cõmemo. Pauli nihil fiet, sed in vtrisq; Vesperis et Matuti. fiet cõmemoratio. S. Joan. Bapt. et Apostolor. Petri et Pauli. Et si Natiuitas. S. Joã. Bap. et festũ Corporis Xpi in vno die occurrerint, tũc officiũ cõmemorat. Pauli omittitur, et fiet cõmemoratio vt supra dictum est. Similiterq; fiet de octaua Joan. Bapt. pro illo anno in primis Vesp. et Matut. tantum: cõmemoratio, et de octaua Apostolorum, vt supra dictum est.

¶ Notãdum est etiã, quod si octauus dies Corporis Christi occurrerit in die Natiuitatis S. Joan. Bapti. vel Apostolorum Petri et Pauli, octauus dies Corporis Christi anteponitur in feria. iiij. precedenti et in feri. vi fiet officium S. Joan. Bapt. vel Apostolorum Petri et Pauli, et cõmemo. Corporis Xpi in vtrisque Vesp. et Matut. propter indulgentias: et processio quę in ecclesia fieri solet, fiet in feria. v.

¶ In. j. Vesperis Ańa. Sacerdos in eternum Christus Dñs secundum ordinẽ Melchisedech, panem et vinum obtulit. Ps. Dixit Dominus Domino. fol. 68. Ańa. Miserator Dominus escã dedit timentibus se, in memoriam suorum mirabiliũ. Ps. Confitebor tibi. fol. 68. Ańa. Calicem saluaris accipiam, et sacrificabo hostiam laudis. Ps. Credidi. fol. 70. Ańa. Sicut nouelle olearum ecclesie filij sint in circuitu mense Domini. Psal. Beati oẽs. fol. 72. Ańa. Qui pacem ponit fines ecclesie frumenti adipe satiat nos Dñs. Psal. Lauda Hierusalem. fol. 77. Laplm.

DOminus Jesus in qua nocte tradebatur, accepit panem, et gratias agens, fregit, et dixit, Accipite, et manducate, hoc est corpus meũ, quod pro vobis tradetur. Hoc facite in meam commemorationem. ℟. Deo gras. 1. Co. 11.

℟. Accepit Jesus calicem postquam cenauit. vt supra. ℣. Hymnus.

PAnge lingua gloriosi
Corporis mysterium,
Sanguinisq; pretiosi
Quem in mundi pretium,
Fructus ventris generosi
Rex effudit gentium.
N obis datus, nobis natꝰ
Ex intacta virgine:
Et in mundo conuersatus
Sparso verbi semine,
Sui moras incolatus
Miro clausit ordine.
In suprema nocte cene,
Recumbens cū fratribus,
Obseruata lege plene
Cibis in legalibus,
Cibum turbe duodene,
Se dat suis manibus.
Verbum caro panē verū,
Verbo carnem efficit,
Fitq; sanguis Christi merum,
Et si sensus deficit,
Ad firmandum cor syncerū,
Sola fides sufficit.
Tantū ergo sacramētum
Veneremur cernui,
Et antiquum documentū
Nouo cedat ritui:
Prestet fides supplemētū,
Sensuum defectui.
Genitori, genitoque,
Laus et iubilatio,
Salus, honor, virtꝰ quoq;
Sit et benedictio:
Procedenti ab vtroque,
Compar sit laudatio. Amen.

℣. Panem de celo prestitisti eis, Alla, alla. ℟. Omne delectamentum in se habentē, Alla, alla. Ad Mag. Ant. O quam suauis est Domine spiritus tuus, qui vt dulcedinem tuā in filios demonstrares, pane suauissimo de celo prestito esurientes reples bonis, fastidiosos diuites dimittis inanes. Oratio.

DEus, qui nobis sub sacramento mirabili passionis tue memoriam reliquisti, tribue quesumꝰ, ita nos corporis ⁊ sanguinis tui sacra mysteria venerari: vt redemptionis tue fructū in nobis iugiter sentiamus. Qui viuis. ℣. Benedicamus Dño, Alla, allel. ℟. Deo gratias, Alla, allel. ¶ De festo. ij. lect. occurrenti nihil fit. ¶ Ad Cōpl. Ant. Vincenti dabo manna. v. laud. Ad Nūc dimi. Ant. Sacerdotes sācti. iiij. laud. ¶ Ad Matut. Inuit. Christum regem adoremus dominantem gentibus. ℣. Qui se manducantibus dat spiritus pinguedinem. Psal. Venite exult. fol. r. Hymnus.

SAcris solennijs iuncta sint gaudia,
Et ex precordijs sonent preconia,

Rece-

Recedãt vetera, noua sint omnia
Corda, voces, & opera.
Nocte recolitur cena nouissima,
Qua Christus creditur agnum & azyma
Dedisse fratribus, iuxta legitima
Priscis indulta patribus.
Post agnum typicum, expletis epulis,
Corpus Dominicum datum discipulis,
Sic totum omnibus, quod totum singulis,
Eius fatemur manibus.
Dedit fragilibus corporis ferculum,
Dedit et tristibus sanguinis poculum
Dicẽs, Accipite quod trado vasculum,
Omnes ex eo bibite.
Sic sacrificium istud instituit,
Cuius officium committi voluit
Solis presbyteris, quibus sic congruit
Vt sumãt, & dent cęteris.
Panis angelicus fit panis hominum,
Dat panis cęlitus figuris terminum:
O res mirabilis, manducat Dominum
Pauper, seruus, & humilis.
Te Trina deitas vnaque poscimus,
Sic nos tu visita sicut te colimus:
Per tuas semitas duc nos quo tendimus,
Ad lucem quam inhabitas. Amen.

℣. In ℣. Nocturn. Asia. Fructum salutiferum gustãdum dedit Dñs noctis suę tẽpore. ℣. Psal. Beatus vir. fol. 2. Asia. ℟. Fructu frumẽti & vini multiplicati fideles, in pace Christi requiescunt. ℣. Cũ inuocarẽ. fo. 78. Asia. Cõmunione calicis quo Deo ipse sumitur, non vitulorum sanguine, cõgregauit nos Dominus. ℣. Conserua me Domine. fol. 6. ℣. panem cęli dedit eis, Alla, alla. ℟. panem angelorum manducauit homo, Alla, allel.

Sermo. B. Thome Aquinatis. Lectio. i.

MEnsa diuinę largitatis beneficia exhibita populo Christiano, inextimabilem ei conferunt dignitatem. Neque enim est, aut fuit aliquando tam grandis natio, quę habeat deos appropinquãtes sibi, sicut adest nobis Deus noster. Vnigenitus siquidem

Dei filius fuę diuinitatis volēs nos esse participes, naturam nostram assumpsit, vt homines Deos faceret, factus est homo. Tu autem. ℟. Immolabit hedum multitudo fratrum Israel ad vesperam paschę. ℣. Et edent carnes, et azymos panes. ℟. Pascha nostrū immolatus est Christus, itaque epulemur in azymis synceritatis, et veritatis. ℣. Et edent.

Lectio iij.

ET hoc insuper quod de nostro assumpsit, totum nobis contulit ad salutem. Corpus namque suum pro nostra recōciliatione in ara crucis hostiā obtulit Deo patri, et sanguinem suum fudit in pretium sumul, et lauacrum, vt redempti a miserabili seruitute, a peccatis omnibus mundaremur. Et, vt tanti beneficij iugis in nobis maneret memoria, corpus suum in cibum, et sanguinem suum in potū sub specie panis, et vini sumendum fidelibus dereliquit. Tu autē. ℟. Comederis carnes, et saturabimini panibus. ℣. Iste est panis quem dedit vobis Dñs ad vescendū. ℟. Non Moyses dedit vobis panem de celo, sed pater meus dat vobis panem de celo verum. ℣. Iste est.

Lectio iij.

O Pretiosum, et admirandum conuiuiū, salutiferum, et omni suauitate repletum! Quid enim hoc conuiuio pretiosius esse potest, in quo nō carnes vitulorum, et hircorum, vt olim in lege, sed nob⁹ Christus sumendus proponitur? Deus? Quid hoc sacramēto mirabilius? In ipso nanque panis, et vinum in corpus, et sanguinem Christi substātialiter conuertuntur, ideo⁹ Christus Deus, et homo perfectus, sub modici panis specie continetur. Tu autem. ℟. Respexit Elias ad caput suum subcinericium panem, qui surgēs comedit, et bibit. ℣. Et ambulauit in fortitudine cibi illius vsq; ad montem Dei. ℟. Si quis manducauerit ex hoc pane viuet in eternū. ℣. Et ambulauit. ℟. Gloria patri. ℣. Et ambulauit.

℣. Post Noctur. Ańa. Memoriā fecit Dominꝰ sacrificij nostri, et holocaustum nostrū pinguefiat. Ps. Exaudiat te Dñs. fol. 9. Ańa. Paratur nobis mensa Domini aduersus omnes qui tribulāt nos.

Post.

Psal. Dñs regit me. fol. 14. Ymn. In voce exultationis resonēt epulantes in mēsa Domini. ℣. Quemad modum desiderat. fol. 24. ℟. Cibauit illos ex adipe frumenti, alla, alla. ℟. Et de petra melle saturauit eos, alla, alla. Pater nr. Lect. nu.

QVnducatur itaque a fidelibus, sed minime lacerat: quinimmo diuiso sacramēto, sub qualibet diuisionis particula integer perseuerat. Accidentia etiam sine subiecto in eodē existunt, vt fides locum habeat, dum inuisibile visibiliter sumitur aliena specie occultatum: z sensus a deceptione immunes reddātur, qui de accidentibus iudicant sibi notis. Tu autē. ℟. Panis, quem ego dabo, caro mea est pro mūdi vita. Litigabāt ergo Judei dicētes. ℣. Quomodo potest hic nobis dare carnē suā ad manducandū? ℟. Loquutus est populus contra Dñm, Anima nostra nauseat super cibo isto leuissimo. ℣. Quomodo. Lect. v.

QVllum etiam sacramentum est isto salubrius, quo purgantur peccata, augentur virtutes, et mens omnium spiritualiū charismatū abūdantia impinguatur. Offertur in ecclesia pro viuis, z mortuis, vt omnib⁹ prosit, qđ est pro salute omnium institutum. Suauitatem denicq; huius sacramenti null⁹ digne exprimere sufficit, per qđ spiritualis dulcedo in suo fonte gustatur, z recolitur memoria illius, quā in sua passione Christus monstrauit excellentissimę charitatis. Tu aūt. ℟. Cenantibus illis accepit Jesus panem, et benedixit, ac fregit, deditq; discipulis suis, z ait. ℣. Accipite, z comedite, hoc est corpus meū. ℟. Dixerūt viri tabernaculi mei, Quis det, vt de carnibus eius saturemur? ℣. Accipite. Lectio vi.

VIde, vt arctius huiusmodi charitatę immensitas cordib⁹ infigeretur fidelium, in vltima cena, quando pascha cum discipulis celebrato, trāsiturus erat de hoc mundo ad patrem, hoc sacramentum instituit, tanq; passionis sue memoriale perēne, figurarum veterum impietuum, miraculoꝝ ab ipso factoꝝ maximum, z de sua contristatis absentia solatiū singulare. Tu aūt. ℟. Accepit

Jesus calicem postquam cenauit, dicens, Hic calix nouum testamentum est in meo sanguine. ℣. Hoc facite in meam commemorationē. ℟. Memoria memor ero, & tabescet in me anima mea. ℣. Hoc facite. ℟. Sicut patri. ℣. Hoc facite. Cum ing. Hoc. Añ. Introibo ad altare Dei, ad Deum qui lętificat iuuentutem meam. Ps. Judica me Deus. fo. 27. Añ. Cibauit nos Dominus ex adipe frumenti, & de petra mel le saturauit nos. Ps. Exultate Deo. fol. 42. Añ. Exaltari tuo Domine Christum famulus, in quem cor & caro nostra exultant. Psal. Quam dilecta. fol. 43. ℟. Educas panē de terra, alta, alta. ℟. Et vinū letificet cor hominis, alta, alta. Per ut. Lec. S. Euang. secundum Joannem. Lectio. vij.

ca. 6 In illo tempore, Dixit Jesus discipulis suis, et turbis Judęorum. Caro mea vere est cibus, & sanguis meus vere est potus. Et reliqua. Homilia beati Augustini episcopi.

Quum enim cibo et potu id appetant homines, vt non esuriant, neque sitiant, hoc veraciter non prędstat, nisi iste cibus & potus qui eos a quibus sumitur, immortales, et incorruptibiles facit, id est, societas ipsa sanctorum, vbi pax erit, et vnitas plena atque perfecta. Tu autē. ℟. Qui manducat meam carnem, et bibit meum sanguinem. ℣. In me manet, & ego in illo. ℟. Non est alia natio tam grandis, quę habeat deos appropinquantes sibi, sicut Deus noster adest nobis. ℣. In me manet. Lectio. viij.

Propterea quippe, sicut etiā ante nos hoc intellexerūt homines Dei, Dūs noster Jesus Christus corpus & sanguinem suum in eis rebus commendauit quę ad vnum aliquid rediguntur ex multis. Namq; aliud in vnū ex multis granis conficitur, & constat, aliud in vnum ex multis acinis confluit. Tu autem. ℟. Misit me pater viuens, & ego viuo propter patrem. ℣. Et qui manducat me, viuit propter me. ℟. Cibauit illū Dūs pane vitę, & intellectus. ℣. Et qui mānducat. Lect. ix.

Denique iā exponit, quomodo id fiat qđ loquitur, & quid sit manducare corpus eius, & sanguinem

nē eius bibere. Et qui mā-
ducat meam carnem, et bi-
bit meum sanguinē, in me
manet, et ego in illo. Hoc
est ergo manducare illam
escam, et illum bibere po-
tum, in Christo manere, et
illum manentem in se ha-
bere, per hoc, qui non ma-
net in Christo, & in quo nō
manet Christus, proculdu
bio nec manducat, spiritua-
liter eius carnem, nec bi-
bit eius sanguinem, licet
carnaliter, & visibiliter pre
mat dentibus sacramenta
corporis & sanguinis Chri
sti, sed magis tantę rei sa-
cramentum ad iudiciū sibi
manducat, & bibit. Tu aūt.
℣. Unus panis, & unum cor-
pus multi sumus. ℟. Omnes
qui de uno pane, & de uno ca-
lice participamus. ℣. para-
sti in dulcedine tua pauperi
Deus, qui habitare facis u-
nanimes in domo ℟. Omnes
qui. ℣. Gloria patri. ℟. Om-
nes qui. ℣. Panem de celo prestitisti
℟. Panem de celo prestitisti
eis, alla, alla. ℣. Omne de-
lectamentum in se habentē,
alla, alla. ℣. In Laud. Ańa.
Sapientia edificauit sibi do-
mum, miscuit uinum, & posuit
mensam, alla. Psalmi Lau
dum Dominicalium Ańa.
Angelorum esca nutriuisti po-
pulum tuum, et panem de ce
lo prestitisti eis, alla. Ańa.
Pinguis est panis Christi, et
ꝑbebit delitias regib⁹, allel.
Ańa. Sacerdotes sancti in-
censum, & panes offerūt Deo,
allelu. Ańa. Uincenti dabo
manna absconditum, & nomē
nouum, allel. Capitulum ut
supra. Hymnus.

VErbum supernum
prodiens,
Nec Patris linquēs dexteram,
Ad opus suum exiens,
Uenit ad uitę uesperam.
In mortem a discipulo
Suis tradendus emulis,
Prius in uitę ferculo,
Se tradidit discipulis.
Quibus sub bina specie,
Carnē dedit & sanguinem,
Ut duplici substantia,
Totum cibaret hominem.
Se nascens dedit socium,
Conuescens in edulium,
Se moriens in pretium,
Se regnās dat in prēmiū.
O salutaris hostia
Quę cęli pandis ostium,
Bella premunt hostilia
Da robur, fer auxilium.
Uni trinoq; Domino
Sit sempiterna gloria,
Qui uitam sine termino,
Nobis donet in patria. Amē.
Sic concludantur Hymni

ad omnes horas per totã Octauam, etiam in festis. ℣. Posuit fines tuos pacem, alla, alla. ℟. Et adipe frumenti satiat te, alla. Ad Benedic. Añã. Ego sum panis viuus, qui de celo descendi: si quis mãducauerit ex hoc pane, viuet in eternum, allel. Ofo vt sup. Et dicatur Benedicamus Dño, alla, allel. ℟. Deo gratias, alla, allel. ad omnes horas et per totam Octauam. ¶ Per horas dicit Añę Laud.

¶ Ad aus. Capitm vt supra. ℟. Panem celi dedit eis. ℣. Alla, alla. ℣. Panem angelorum manducauit homo. ℣. Alla, alla. ℣. Gloria patri. ℟. Panem celi. ℣. Cibauit illos. vt infra. Ofo vt sup. ¶ Ad vi. Capitm vt supra. ℟. Cibauit illos et adipe frumenti. ℣. Alla, alla. ℣. Et de petra melle saturauit eos. ℣. Alla, alla. ℣. Gloria pri. ℟. Cibauit illos. ℣. Educas panẽ de terra. vt infra. Ofo vt supra. ¶ Ad. ix. Capitm vt supra. ℟. Educas panẽ de terra. ℣. Alla, alla. ℣. Et vinum letificet cor hominis. ℣. Alla, alla. ℣. Gloria patri ℟. Educas. ℣. Posuit fines tuos pacem, alla, alla. ℟. Et adipe frumenti satiat te, alla alleluya. Oratio vt supra. ¶ In. vj. Vesp. Añę, Psalt. et Capl. vt in. j. Vesp. Alla. ℣. Caro mea vere est cibus, et sanguis meus vere est potus, Qui manducat meam carnem, et bibit meũ sanguinẽ, in me manet, & ego in eo. Hoc Alla cum ℣. dicatur his duobus sequentibus diebus, et die octauo tantum. Hymn. & ℣. vt in primo Vesp. Ad Mag. Añã. O sacrum conuiuium, in quo Christus sumitur, recolitur memoria passionis eius, mẽs impletur gratia, & future glorie nobis pignus datur, alla. Ofo vt sup. Et fiat cõme. ẽ fest. ix. lect. in fer. vi. occurr. ¶ Ad Cõpl. vt heri. ¶ Feria. vj. iiij. cap. dupli. mun. Ad Matut. Inuitat. Hymn. Añę, Psalmi, ℣. et ℟. vt in j. nocturno dici.

Lectio. j.

Euangel. vt in die. Et reliqua. Ex eadem homilia beati Augustini episcopi.

QVia immundus prę-sumpsit ad Christi accedere sacramenta, quę aliquis nõ digne sumit, nisi qui mundus est, de quibus dicitur, Beati mundo corde, quoniã ipsi Deũ videbũt. Sicut, inquit, misit me viuens

viuēs pater, ⁊ ego viuo ꝓpter patrē: ⁊ qui mãducat me, ipse viuet ꝓpter me. Non ait, Sicut manduco patrē, ⁊ ego viuo ꝓpter patrē, ⁊ qui mãducat me, ⁊ ipse viuet ꝓpter me. Tu autem. Ex superiori sermone. B. Thomę. Lect.iij.

QOnuenit itaq; deuotioni fideliū solenniter recolere institutionem tã salutiferi, tamq; mirabilis sacramenti: vt ineffabilem modū diuinę ꝓsentię in sacramento veneremur visibili, ⁊ laudet Dei potentia, quę in sacramẽto eodẽ tot mirabilia operat: nec non ⁊ dctam salubri, tamq; suaui beneficio exoluãtur Deo gratiarū debitę actiones. Verum, ⁊ si in die cęnę quãdo sacramentū prędictum nosc̃itur institutū, inter missarum solẽnia de institutiõe ipsius specialis mentio habeatur: totū tamen residuum eiusdẽ diei officiū ad Xpi passionem pertinet, circa cuius venerationẽ ecclesia illo tpe occupatur. Tu aũt. Lect.iij.

QMde, vt integro celebritatis officio institutionem tanti sacramẽti solenniter recoleret plebs fidelis, Romanus Pontifex Vrbanus quartus huius sacramenti deuotioni affectus, pię statuit prędictę institutiõis memoriam ꝓxima feria quinta post octauas Pentecostes a cunctis fidelibus celebrari, vt qui per totum anni circulum hoc sacramento vtimur ad salutem, eius institutionem illo specialiter tempore recolamus, quo Spiritus sanctus discipulor̃ corda edocuit, ad plene cognoscenda huius sacramenti mysteria. Nam ⁊ in eodem tẽpore cępit hoc sacramentū a fidelibus frequẽtari. Tu aũt. ℣. Deū laud. ℟. panem de celo. vt sup. ℭ In Laud. Ant. ꝑsal' ⁊ omnia alia vt in die. Fiat cõme. de festo occurrenti ꝓx. lect. ℭ Per horas dici vt in die. Post Vespe. fit cõme. de festo occurrenti. ℭ Sabbat. iiij. cap. ou. mi. Ad Matu. Inuit, ant'. vt in die. ℭ In noct. Ant. ꝑsal' ℟. ⁊ ℣. vt in. ij. noctur. diei. Lect. j. Euangel. vt in die. Et reliqua. Ex eadẽ homilia. B. Augustini episcopi.

QOn enim filius participatiõe patris fit melior, qui est nat' ęqualis: sicut

sicut participatione filij p vnitatem corporis eius et sanguinis, q̄ illa manducatio potatioq̄ significat, nos efficimur meliores. Viuimus ergo nos propter ipsum, manducantes eum, id est, ipsum accipientes q̄ eternam vitam, quā non habebamus ex nobis, viuit autem ipse propter patrē missus ab eo, quia semetipsum exinanuit factus obediens vsque ad mortē crucis. Tu autem. Lect. ij.

Ex eodē serm. S. Thome.

LEgitur enim in Actibus Apostolorum, q̄ erant perseuerantes in doctrina Apostolorum ⁊ cōmunicatione fractionis panis, et orationibus, statim post sancti Spiritus missionem. Vt autē predicta quinta feria, et per Octauas sequentes eiusdem salutaris institutionis honorificentius agatur memoria, et solennitas de hoc celebrior habeatur, loco distributionum materialium quę in ecclesijs cathedralibus largiuntur existentibus in canonicis horis nocturnis, pariterq̄ diurnis, prefatus Romanus Pontifex eis qui huiusmodi horis in hac solemnitate personaliter in ecclesijs interessent, stipēdia spiritualia apostolica largitione concessit. Tu aūt. Lect. iij.

QVatenus per hęc fideles ad tāti festi celebritatē auidius ⁊ copiosius conuenirēt. Vnde omnibus vere pœnitentibus, ⁊ confessis qui in matutinali officio huius festi prędestialiter in ecclesia vbi celebraretur adessent centum dies: qui vero missę, totidem. Illis autē qui interessent primis illius festi vesperis similiter centū: qui vero secundis, totidē. Eis quoque qui Primę, Tertię, Sextę, et Nonę, ac Cōpletorij adessent officijs, pro qualibet horarū quadraginta. Tu autem. Te Deum laudamus.

¶ In Laud. et post horas diei, vt in die. Et fit cōme. de festo occurrēti. ix. lect.

¶ Nōta intra Octauas Corporis Christi. ¶ Nota, quod ꝺ Dominicis intra Octauas nihil fit, nec in Vespe. nec in Maturi. sed totum officiū fit de Octaua Corporis Christi vt sequitur, et fit cōmem. de festo occurrenti. ix. lectio.

¶ In

¶ Ad Matut. iij. lect. Inuitat. et Hymn. vt in die.
¶ In Noct. Ant̃, Psal. ꝟ. et. ℟. vt in. iij. noctur. dicit.

Lectio. j.

Euangel. vt in die. Et reliqua. Ex eadem homilia sancti Augustini episcopi.

SI enim secundum id accipimus, viuo propter patrẽ, quod alibi ait, Pater maior me est: sicut et nos viuimus propter ipsum, qui maior est nobꝭ, hoc ex eo quod missus est, factum est. Missio quippe eius exinanitio suimetipsius est, ⁊ formę seruilis acceptio, quod recte intelligitur, seruata etiam filij cũ patre ęqualitate naturę. Tu autem. Ex eodem sermone. S. Thomę. Lect. ij.

ILlis vero qui per ipsius festi octauas in Matutinalibus, Vesperti nis, Missę, ac prędictarum horarum officijs prȩsentes existerent, singulis diebus octauarum ipsarum, centũ dierum indulgentiam misericorditer tribuit perpetuis temporibus duratu ram. Huius sacramenti figura prȩcessit, quando mãna pluit Deus patribus in deserto, qui quotidiano cȩli pascebantur alimento. Vnde dictum est, Panem angelorum mãducauit homo. Sed tamen panem illum qui manducauerunt, omnes in deserto mortui sunt. Tu aũt. Lect. iij.

ISta autem esca quã accipis, iste panis viuus qui de cȩlo descendit, vitę ętern̄ę substantiã submin̄istrat. Et quicunque hunc panem manducauerit, non morietur in ętern̄um, quia corpus Christi est. Considera nunc, vtrum prȩstantior sit panis angelorum, an caro Christi, qui vtique est corpus vitę. Manna illud e cȩlo, hoc super cȩlum, illud cȩli, hoc Domini cȩlor̄, illud corruptioni obnoxium, si in alterum diẽ seruaretur, hoc alienũ ab omni corruptione: quod quicunque religiose gustauerit, corruptionem sentire non poterit. Tu autem. Te Deum laudamus.

¶ In Laudi. et per horas dici vt in die. Et post Vespe. fiat cõme. de festo occurrenti. ſz. lect.

¶ Fer. ij. de Octaua Corporis Christi trium lectio. Ad Matut. Inuit. ⁊ Hym. vt in die. ¶ In Noct. Ant̃, Psal.

psal.ꝑ. et ꝑ. vt in primo noctur. dici. Lectio.ꝑ. Euangel. vt in die. Et reliqua. Ex eadem homilia beati Augustini episcopi.

MAior enim est pater homine filio, sed ęqualem habet Deum filiũ, cum idem sit ꝛ Deus, et homo, Dei filius, et hominis filius vnus Xp̃s Iesus. In quam sententiam si recte accipiuntur hęc verba, ita dixit, Sicut me misit viuẽs pater, ꝛ ego viuo propter patrẽ: ꝛ qui manducat me, et ipse viuet propter me. Ac si diceret, Vt ego viuã propter patrem, id est, ad illum tanq̃ ad maiorem referam vitam meam, exinanitio mea fecit, in qua me misit: vt autem quisquã viuat propter me, participatio facit, qua mãducat me. Tu autem. Lectio.ij. Ex eodẽ serm. B. Thomę.

ILlis aqua ỏ petra fuit, tibi sanguis exp̃or. Illos ad horam satiauit aqua, te sanguis Christi diuit in ęternum. Iudęus viuit, ꝛ sitit, tu cum biberis sitire non poteris: et illud in vmbra, hoc in veritate. Si illud quod miraris vmbra est, Quãtum istud est, cuius vmbrã miraris? Audi quia vmbra est, q̃ apud patres facta est. Bibebãt, inquit, de spirituali, consequente eos petra, petra autẽ erat Christus, sed nõ in pluribus eoꝝ complacitũ est Deo, nã prostrati sunt in deserto. Hęc autẽ facta sunt in figura nostri, cognouisti potiora, potior enim est lux, q̃ vmbra, veritas, q̃ figura, corpus auctoris, q̃ manna de cęlo. Tu autem.

HOrte dicis, Lect. vj. Aliud video, quomodo tu mihi asseris, q̃ corp⁹ Xp̃i accipiam? Et hoc nobis adhuc superest, vt probemus. Quantis igitur vtimur exẽplis, vt probemus hoc non esse qđ natura formauit: sed quod benedictio cõsecrauit: maioremq̃ vim esse benedictionis, q̃ naturę, quia benedictione etiã ipsa natura mutatur. Virgam tenebat Moyses, proiecit eã, ꝛ facta est serpens, rursus apprehendit caudã serpentis, ꝛ in virgę naturã reuertitur. Videsigitur prophetica gratia bis mutatam esse naturã, ꝛ serpentis ꝛ virgę. Currebant Ægypti flumina puro meatu aquarũ, subito ỏ fontiũ

venis

venis sanguis cepit erũpere, & nõ erat potꝰ in fluuijs Rursus ad prophetę pces eruor cessauit fluminũ, & aqua ꝙ natura remeauit. Tu aũt. ℭ Te Deũ laud. ℭ In Laud. et p horas dicit vt in die. Fit cõme. defest. ij. lec. & in vesp. aduenięti. ij. lec. ℭ Feria. iij. trium lect. Ad Matut. Inuit. & ps. vt in die. ℭ In noct. Ant̃, psal. p. et. R. vt in. ij. noct. dici. Lect. j. Euangel. vt in die. Et reliqua. Ex eadẽ homilia. B. Augustini episcopi.

EGo itaq; humiliatus viuo propter patrẽ, ille erectꝰ viuit ꝓpter me. Si aũt ita dictũ est, Viuo ꝓpter patrẽ, quia ipse de illo, nõ ille ꝺ ipso est, sine detrimento ꝙualitatis dictũ est. Hec tamen dicẽdo, Et qui manducat me, & ipse viuet ꝓpter me, eandẽ suam & nostrã ꝙualitatẽ significauit, sed gratiã mediatoris ostẽdit. Tu aũt. Lec. iij.

QIrcunclusus vndiq; erat pplus Hebreoꝝ, hinc Egyptijs vallatꝰ, inde mari clausus, virgã leuauit Moyses, seperauit se aqua, & in muroꝝ speciẽ se cõgelauit: atq; inter vndas via pedestris apparuit. Jordanis retrorsum cõuersus, cõtra naturã in sui fontis reuertit exordiũ. Nõne claret naturã vel marinoꝝ fluctuum, vel fluuialis cursus esse mutatã? Sitiebat populus patrũ, tetigit Moyses petrã, & aqua de petra fluxit. Nũquid nõ ꝓter naturã operata est gra, vt aquã vomeret petra, quam non habebat natura? Amarath fluuiꝰ amarissimus erat, vt sitiẽs pplus bibere nõ posset, Moyses misit lignũ in aquã, & amaritudinẽ suã aquarũ natura ꝺposuit, quã infusa subito gra tẽperauit. Tu aũt. Lec. iij.

SUb Heliseo ppheta vni ex filijs ppheta excussum est ferrũ de securi, & statim immersum est in aquã: rogauit Heliseũ qui amiserat ferrũ: misit Heliseus lignũ in aquã, & ferrũ natauit. Utiq; et hoc ꝓter naturã factũ esse cognosci mꝰ. Grauioꝝ enim est ferri species, ꝙ aquarũ liquor. Animaduertimus igit̃ maioris esse virtutis gratiam ꝙ naturã, & adhuc tamen ppheticę benedictionis miramur gratiã. Quod si tãtũ valuit humana bñdictio vt naturã cõuerteret, quid

dicimus

dicimus de ipsa consecratione diuinę, vbi ipsa verba Domini saluatoris operantur? Nam sacramētum istud quod accipis, Christi sermone conficitur. Quod si tantum valuit sermo Elię vt ignem de cęlo deponeret, non valebit Christi sermo vt species mutet elementorum? Tu autē. Te Deum laud. ℂ In Laud. et per horas dici, vt in die. Fit cōme. de festo ix. lect. et in Vespe. de aduenienti ix. lection.

ℂ Feria.iiij. trium lectionum. Ad Matut. Inuitat. et Hymn. vt in die. ℂ In Noctur. Añę, Psal. v. et Ỽ vt in.iij. noct. dici. Lect.j. Euangelium vt in die Et reliqua. Ex eadem homil. beati Augustini episcopi.

HIc est panis, qui de cęlo descendit, vt illum manducādo viuamus, qui ęternam vitā ex nobis habere non possumus. Non sicut, inquit, manducauerunt patres vestri manna, et mortui sunt. Qui manducat hunc panem, viuet in ęternum. Quod ergo illi mortui sunt, ita vult intelligi, vt non viuant in ęternum, nam temporaliter et hi profecto moriuntur, qui Christum manducant, sed viuūt in ęternum, quia Christus est vita ętерna. Tu autem. Lectio.ij. Ex eodē serm. B. Thomę.

OMnibꝰ legisti, quia ipse dixit, et facta sunt: ipse mādauit, et creata sunt. Sermo igitur Christi qui potuit ex nihilo facere quod nouerat, non potest ea quę sunt, in id mutare quod nō erant? Non enim minus est nouas rebus dare quā mutare naturas. Sed cuius argumentis vtimur, suis vtamur exemplis, incarnationisq; exēplo astruamus mysterij veritatem. Tu autem Domine. Lect.iij.

NUnquid naturę vsus pręcessit cum dominus Jesus ex Maria nasceretur? si ordinem quęris, viro mixta fęmina generare consueuerat. Liquet igitur quod pręter naturę ordinem virgo generauit: et hoc quod conficimus, corpus ex virgine est. Quid hic quęris naturę ordinem in Christi corpore, cū pręter naturam sit ipse Dñs Jesus partus ex virgine. Tu aūt. Te Deū lauda.

ℂ In

¶ In Laud. ℣ horas dici vsq; ad ix. vt in die. Fit cōmemo. ð festo ix. lectio, cur rēt. ¶ Vesp. hodierne. iiij. cap. dup. mi. dicantur vt in primis vesp. dict. Fiat commemo. de festo. ix. lectio.

¶ Feria.v. octaua Corporis Christi. iiij. cap. dup. mi. omnia dicātur vt in die præter hic expressa. Lect. j.

VEra vtiq; caro Christi est, quę crucifixa est, quę sepulta est, vere ergo illius carnis sacramentum est. Ipse clamat Dñs Jesꝰ, Hoc est corpus meū. Ante eñ benedictionē verborū cęlestium alia species nominatur: post consecrationē vero corꝑ Xpi significat. Ipse dicit sanguinem suū: antę consecrationē aliud dicitur: post cōsecrationē sanguis Christi nuncupatur. Tu dicis, Amen, hoc est, verū est, quod os loquitur, mēs interna fateatur, ℣ quod sermo sonat, affectꝰ sentiat. Tu aūt. Lec. ij.

PAnis est in altari vsq; tatus ante ꝟba sacramentoꝝ: vbi accessit consecratio, ð pane fit caro Xpi. Hoc igitur adstruam, quomodo potest qui panis est, esse corpus Christi cōsecratione? Consecratio igitur quibus verbis est, ℣ cuius sermonibꝰ? Dñi Jesu. Nā reliqua oīa quę dicuntur in superioribus a sacerdote dicūtur, laus Deo ōfertur, oratione petitur ꝓ populo, ꝓ regibus, ℣ ꝓ cęteris. Tu aūt. Lect. iij.

UBi aūt sacramētum cōficitur, iam nō suis sermonibus sacerdos vtitur, sed sermonibus Christi. Ergo sermone Christi hoc sacramentum conficitur. Quis sermo Christi? hic nempe quo facta sunt omnia. Jussit dominus, ℣ factum est cęlum: iussit dominus, ℣ facta est terra: iussit dñs, ℣ facta sunt maria: iussit dominus, ℣ omnis creatura creata est. Vides ergo, q̄ operatorꝝ sit sermo Christi? Si ergo tanta vis est in sermone domini Jesu, vt inciperet esse quod non erat, quanto magis operatorius est, vt sint quę erant, ℣ in aliud commutētur? Tu autem. Lect. iiij.

SIc, et quod erat panꝭ ante cōsecrationem, iam corꝑ Christi est post consecrationem: quia sermo Christi creaturam mutat, ℣ sic ex pane fit corpus

Christi, & vinum cum aqua in calice mixtū fit sanguis Christi consecratione verbi celestis. Sed forte dicis, Speciem sanguinis Christi nō video, sed habet similitudinem, sicut enim similitudinē mortis sumpsisti, ita etiam similitudinē pretiosi sanguinis bibis, vt nullus horror cruoris sit, & pretiū tū operet redēptionis. Didicisti ergo qa quod accipis corp⁹ est Xpi. Unde scire, quia verbis celestib⁹ cōsecratur: accipe quę sunt verba. Dicit sacerdos: Fac nobis hanc oblationem ascriptam, ratam, rationabilē. Tu autem. Lect. v.

VIde, oia illa verba Euangelistę sunt, vsq; ad, accipite siue corp⁹, siue sanguinē, inde verba Christi sunt, Accipite, & bibite ex hoc oēs. Hic est enim sanguis me⁹, vide singula. Qui pridie, inquit, quam pateretur, accepit in sanctis manibus suis panem. Ante q̄ consecretur, panis est: vbi autem verba Christi accesserunt, corpus Xpi est. Tu autem. Lect. vj.

DEinde audi dicentē, Accipite: & edite ex hoc omnes. Hoc est enim corpus meum. Et ante verba Christi, calix est vino, & aqua plenus: vbi autē verba Christi operata fuerint, ibi sangu; efficitur, qui plebem redemit. Ergo vide, quam potēs est sermo Xpi vniuersa conuertere. Deinde ipse dñs Jesus testificatur nobis, q; corpus suū recipiamus, & sanguinem. Nunquid debemus de eius fide, & testificatione dubitare? Tu aūt. ℭ Dñica prima post octauas corporis Xpi quę dicitur hist⁹ia. Deus omniū. ℭ Aduertendū est, q; si in hac Dominica euenerit aliquod festum duplex, officium erit de festo, & hist⁹ia Deus omniū trāsferetur in Dñicā sequētem festo duplici vacātem. Et de Dñica fiat commemoratio in vtriso; Vesp. & Matu. Et Euāgelium Dñicę cū homilia erit nona lectio. ℭ In primis Vesp. Laudm.

BEnedictus Deus, & Pater domini nostri Jesu Christi, pater misericordiarum, & Deus totius consolationis, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra. ℣. Deo gratias. ℣. Dominus qui eripuit me. Cum Gloria Patri. vt infra

fra post. iij. lectio. Hymnus. O lux beata Trinitas. fol. 78. ℣. Vespertina oratio ascendat ad te Domine. ℟. Et descendat sup nos misericordia tua. ℭ Ad Mag. Ant. Loquere Domine, quia audit seruus tu⁹. Oratio. Deus in te sperantium. fol. 264 ℭ Horæ Diurnales vsq; ad Dñicā p̄paratiuā exclusiue sicut infra in ordine Dñicaꝝ sunt ascriptę post hystorias. fo. 264 ℭ Fiat cōmemo. de festo dicti, z de festo occurrenti. sp. lectio. Deinde commemoratiōes cōsuetę. ℭ Ad Complet. Ant. Qui habitat. ps. Cum inuocarem. fol. 78 ℭ Ad Nunc dimitt. Ant. Saluos nos. fol. 79. ¶ Ad Matut. Inuitatio. Dominū qui fecit nos. ps. Venite adoremus. ps. Venite fol. 1. ℭ In primo nocturno assę Psalmi z ℣. vt in Psalterio in prima diuisione.

Lect. j.

reg. 1 EVit vir vnus de Rama thaim Sophim ō monte Ephraim, z nomen eius Elcana, filius Jeroh̄, filij Eliu, filij Thohu, filij Suph, Ephrathęus: z habuit duas vxores, nomen vni Anna, z nomē secundę Phenēna. Fuerūtq; Phenennę filij, Annę autē non erant liberi. Et ascēdebat vir ille de ciuitate sua statutis diebus, vt adoraret, z sacrificaret Dño exercituū in Silo, Erant autem ibi duo filij Heli, Ophni, z Phinees sacerdotes Domini. Tu autem. ℣. Deus omnium exauditor est. Ipse misit angelū suum. z tulit me de ouibus patris mei. ps. Et vnxit me vnctione misericordie sue. ℣. Dominus qui eripuit me de ore leonis, z de manu bestie liberauit me.

ps. Et vnxit. Lect. ij.

VEnit ergo dies, z immolauit Elcana, deditq; Phenennę vxori sue, z cunctis filijs eius, z filiabus partes: Annę aūt dedit partē vnam tristis, quia Annam diligebat, Dominꝰ autem cōclusérat vuluam eius. Affligebat quoq; cā æmula eius, z vehementer angebat: in tantum vt exp̄braret, q̄ Dominus cōclusisset vuluam eius. Tu aūt. ℣. Dominus, qui eripuit me de ore leonis, z de manu bestie, liberauit me. ℟. Ipse me eripiet de manibus inimicorum meorum. ℣. Ipse misit angelum suum, z tulit me

de omnibus patris mei: & vnxit me misericordia vnctionis sue. ℣. Ipse me eripiet. Lectio.

SIcq; faciebat per singulos annos, cum redeunte tempore ascenderent ad templum Domini, & sic prouocabat eam. Porro illa flebat, & non capiebat cibū. Dixit ergo ei Elcana vir suus, Anna cur fles? & quare nō comedis? & quā obrem affligitur cor tuū? Nunquid non ego melior tibi sum, q̄ decem filij. Tu aūt. ℟. Ego te tuli de domo patris tui dicit Dominus, & posui te pascere gregem populi mei. ℣. Et fui tecum in omnibus, vbicunq; ambulasti, firmans regnum tuum in eternum. ℟. Feciq; tibi nomen grande iuxta nomen magnorū qui sunt in terra: & requiem dedi tibi ab omnibus inimicis tuis. ℣. Et fui tecum. ℟. Sta patri. ℣. Et fui tecū. Cetera de nocte, & psalmi & versus vt in psalterio in prima diuisione. Lectio.

SUrrexit aūt Anna, postq; comederat, & biberat in Silo. & Heli sacerdote sedente super sellam ante postes domus domini, cum esset Anna amaro animo, orauit ad Dominum flens largiter, & votū vouit dicēs, Domine exercituum, si respiciēs videris afflictionem famule tue, & recordatus mei fueris, nec obliti ancille tue, dederisq; seruę tuę sexum virilem: dabo eum Domino omnibus diebus vitę eius, & nouacula non ascēdet super caput eius. Factum est aūt cum illa multiplicaret p̄ces coram Domino, vt Heli obseruaret os eius. Tu aūt. ℟. Percussit Saul mille, & Dauid decē millia, quia manus Domini erat cum eo. ℣. Percussit Philistheum, & abstulit opprobrium de Israel. ℟. Nonne iste est Dauid, de quo canebant in choro dicentes, Saul percussit mille, & Dauid decē millia in millibus suis? ℣. Percussit. Lectio.

POrro Anna loquebatur in corde suo, tantumq; labia illius mouebā tur, & vox penitus non audiebatur. Aestimauit ergo eam Heli temulentam, dixitq; ei, Usquequo ebria eris? Digere paulisper vinū quo mades. Respondens Anna, Nequaquā (inquit) domine mi, nam mulier infelix nimis ego sum: vinūq;, & omne quod inebriare potest,

test, non bibi, sed effudi ani mam meã in conspectu do mini. Ne reputes ancillam tuam quasi vnam de filiabus Belial: quia ex multitudine doloris, & mœroris mei loquuta sum vsque in præsens. Tu aũt. ℟. plãxit aũt Dauid plãctũ magnum super Saul, & Jonathan filiũ eius, & dixit. Quomodo ceciderunt fortes in bello, & interierunt. ℣. Arma bellica. ℟. Montes Gelboe, nec ros, nec pluuia veniat super vos, vbi obruerunt vulnerati multi, & interierunt. ℣. Arma bellica.

Lectio. vii.

Vnc Heli ait ei, Vade in pace, & Deus Israel det tibi petitionẽ tuã quã rogasti eum. At illa dixit, vtinã inueniat ancilla tua gratiam in oculis tuis. Et abiit mulier in domum suam, & comedit: Vultusq; illius non sunt amplius in diuersa mutati. Et surrexerunt mane, & adorauerunt coram Domino, reuersiq; sunt, & venerunt in domum suam in Ramatha. Cognouit autem Elcana Annam vxorem suam, & recordatus est eius Dominus. Tu aũt. ℟. Montes Gelboe, nec ros, nec pluuia veniat super vos. ℣. Ubi ceciderunt fortes Israel. ℟. Oẽs montes, qui estis in circuitu eius, visitet dominus, a Gelboe transeat. ℣. Ubi ceciderunt. ℟. Glia patri. ℣. Ubi. ℭ In ofício cetur. Añę Psalmi & ℣. vt in Psalterio in prima diuisione. ℭ Quę tres lectio, erit Euangelium cũ sua expositione quod occurrerit in ordine Dominicarum quę sũt ascriptę vltra historias. ℟. vii. Doleo super te frater mi Jonatha, amabilis valde super amorem mulierum. ℣. Fortior leonib⁹, velocior aquilis. Sagitta Jonathe nũquam abiit retrorsum. ℟. Sicut mater vnicum amat filiũ, ita & ego te diligebam. ℣. Fortior. ℟. vii. Recordare Domine testamenti tui, & de angelo percutienti, cesset iã manus tua. ℣. Ut non desoletur terra, & ne perdas oẽm animam viuam. ℟ Ego sum qui peccaui, ego qui inique egi: isti, qui oues sunt, quid fecerunt? Auertatur obsecro furor tuus a populo tuo. ℣. Ut nõ. Post ix. ℟. Te Deũ lauda. ℣. Excelsus super omnes gentes. ℭ In Laudibus, añę psalmi capĩm hymn⁹ & ℣. vt in psalterio in ofício Dominicali. fol. 10.

Ad Benedictus ańa, ꝛ oratio vt in Dominica occurrenti. fol. Fiat commemoratio de festo. ix. lectio, occurrenti. Deinde cōmemorationes consuetę.

℣ Per horas diei vt i psalterio. Oratio ō Dominica currenti. ℣ In secundis Vesp. ańa. **Sede a dextris meis.** pś. **Dixit Dominus.** Cum ceteris antiphonis ꝛ psalmis. vt in psalterio. fol. 68 Capitulum ꝛ oia alia de festo occurrenti.

℣ Dominica. ij. post octauas Corporis Christi. In primis Vesp. Laplm, vt in Dominica. **Deus omnium.** Et non dicitur **Ref.** Oꝝ. ꝛ ℟. vt in prędicta Dominica, Ad Mag. ańa. **Cognouerunt omnes a Dan vsque Bersabee, ꝙ fidelis Samuel propheta esset Domini.** Oratio de Dominica. fo. Fiat commemoratio de festo dici, ꝛ de festo. ix. lectio occurrenti. Deinde cōmemorationes consuetę.

℣ Ad Cōplcto. vt in psalterio. fol. 78.

℣ Ad Matuti. Inuitato, ꝛ Hymnus vt in Dominica **Deus omnium.**

℣ In primo noctur. Ańę. psalmi ꝛ ℟. vt in psalterio in. ij. diuisione. Lect. i.

ET factum est post circulū dierū concepit Anna, ꝛ peperit filiū, vocauitq; nomē eius Samuel, eo ꝙ a Dño postulasset eum. Ascendit aūt vir eius Elcana, ꝛ ois domus eius, vt immolaret Dño hostiā solennem, ꝛ votum suum, ꝛ Anna non ascendit. Dixit enim viro suo, Nō vadam donec ablactetur infans, ꝛ ducam eū vt appareat ante conspectum Dñi, ꝛ maneat ibi iugiter. Tu autē. Dicantur ℟. vt in Dñica prędcedenti. prąter ix. ℟.

Lect. ij.

ET ait Elcana vir suus: Fac quod bonū tibi videtur, ꝛ mane donec ablactes eum: precorq; vt impleat Dñs verbum suum. Mānsit ergo mulier, ꝛ lactauit filium suū, donec amoueret eū a lacte. Et adduxit eum secum postq; ablactauerat, in vitulis tribus, ꝛ tribus modijs farinę, ꝛ amphora vini, ꝛ adduxit eum ad domum Dñi in Silo. Tu autem. Lect. iij.

PUer autē erat adhuc infantulus, et immolauerunt vitulū, ꝛ obtulerūt puerū Heli. Et ait Anna,

Obsecro

Obsecro mi dñe, viuit anima tua? ego sũ illa mulier quę steti coram te hic orans Dñm pro puero isto: Oraui, & dedit mihi Dñs petitionem meam, quã postulaui eum. Idcirco & ego commodaui eũ Dño cunctis diebus quibus fuerit accomodatus dño. Tu aũt.

℣. In.iij. noctur. Ãñę. psalmi. & ℣. vt in psalterio in iij. diuisione. Lect. iiij.

reg.1 ca.ij. ET adorauerũt ibi Dominũ, & orauit Anna, & ait: Exultauit cor meum in Dño: & exaltatũ est cornu meum in Deo meo. Dilatatum est os meum super inimicos meos, quia lętata sum in salutari tuo. Nõ est sanctus vt est Dñs, nec est alius extra te, & non est fortis sicut Deus nr̃. Nolite multiplicare loqui sublimia, gloriantes: recedãt vetera de ore vestro, quia Deus sciẽtiarum Dñs est, & ipsi prępparantur cogitationes. Arcus fortium superatus est, & infirmi accincti sunt robore. Tu autem.

Lect. v.

REpleti prius pro panibus se locauerunt: & famelici saturati sunt, donec sterilis peperit plurimos, & quę multos habebat filios infirmata est. Dñs mortificat, & viuificat: deducit ad inferos, & reducit. Dñs pauperem facit, & ditat, humiliat, & sublleuat: suscitat de puluere egenũ, & de stercore eleuat pauperem, vt sedeat cum principibus, & solium glorię teneat Tu autem.

Lect. vi.

DOmini enim sũt cardines terrę, & posuit super eos orbẽ. Pedes sanctorum suorum seruabit, & impij in tenebris conticescent, quia non in fortitudine sua roborabitur vir. Dominum formidabũt aduersarij eius: super ipsos in cęlis tonabit. Dñs iudicabit fines terrę, & dabit imperium regi suo, & sublimabit cornu Christi sui. Et abiit Elcana in Ramatha in domum suam. Puer autem erat minister in cõspectu Domini ante faciẽ Heli sacerdotis. Tu autem.

℣. In iij. noctur. Antiphonę, psalmi, & vers. vt in psalterio in. ij. diuisione. Ãlię iij. lectiones, erit Euangelium cum sua expositione quod occurrerit in ordine Dominicarum. &c.

Te Deum laudam. ꝛ oia alia in Laudib⁹ vt in psalterio in officio Dominicali fol. 10. Añia ad Benedictus ꝛ oratio vt in Dominica currenti. ¶ Fiat commemoratio de festo ix. lectio, currenti. Deinde commemorationes consuetę.

Cū hora⁹ dicis. Vt in psalterio. fol. 58 Oratio ō Dominica currēti. fol. 264

In secundis vesp. Añia. **Sedea dextris meis.** ps. **Dixit Dominus.** Cum ceteris Antiphonis ꝛ psalmis vt in psalterio. fol. 68 Capitulum ꝛ omnia alia ō festo occurrenti.

¶ Dominica. iij. post octauas Corporis Christi in primis vesp. capitulum vt in Dominica. **Deus omnium** ꝛ non dicitur. ℣ Hymnus ꝛ ℣. vt in prędicta Dominica Ad Mag. Añia. **Et ait dominus ad Samuelē, Surge, vnge eum, ipse est enim,** ꝛ **directus est Spiritus domini in Dauid a die illo,** ꝛ in reliquo. Oratio vt in Dominica currenti. fol. 265 ¶ Ad Completo. vt in psalterio fol. 78

Ad Matut. Inuitato. ꝛ Hymnus. vt in Dominica **Deus omnium** in primo nocturno. añę ꝛ psalmi ꝛ ℣. vt in psalterio in prima diuisione. Lect. i.

Quorum filij Heli, filij Belial nescientes dominum, neque officium Sacerdotum ad populū: sed quicunq; immolasset victimam, veniebat puer sacerdotis dū coquerentur carnes, ꝛ habebat fuscinulam tridentem in manu sua, ꝛ mittebat eam in lebetem, vel in caldariam, aut in ollam, siue in cacabum: ꝛ omne quod leuabat fuscinula, tollebat sacerdos sibi. Sic faciebant vniuerso Israeli venientium in Silo. Tu autem &c. vt in Dominica **Deus omnium** prętermissa. Lect. ij.

Etiam antequam adolerent adipem, veniebat puer sacerdotis, ꝛ dicebat immolāti. Da mihi carnem, vt coquam sacerdoti, non enim accipiā a te carnem coctam, sed crudā. Dicebatq; illi immolans, Incēdatur primum iuxta morem hodie adeps, ꝛ tolle tibi quātumcunq; desiderat anima tua. Tu aūt &c. iij.

Qui respondēs aiebat ei, Nequaquam: nūc enim dabis, alioquin tollā vi.

vi. Erat ergo peccatū puerorum grande nimis coꝝ Domino, quia detrahebāt hoies sacrificio Dñi. Samuel autē ministrabat ante faciem Domini puer accinctus ephod lineo, ⁊ tunicam paruā faciebat ei mater sua, quam afferebat statutis diebus ascendens cū viro suo, vt immolaret hostiam solennem. Tu autē. ℣n. ij. noctur. añę, psalmi, ⁊ ℣. vt in psalterio i prima diuisione. Lect. iiij.

ET benedixit Heli Elcanę, ⁊ vxori eius, dixitq; ei: Reddat tibi Dominus semen de muliere hac pro fęnore quod cōmodasti Domino, Et abierunt in locum suum. Visitauit ergo Dominus Annā, ⁊ concepit, ⁊ peperit tres filios, ⁊ duas filias, ⁊ magnificatꝰ est puer Samuel apud Dominum. Tu aūt. Lect. v.

HEli autem erat senex valde, ⁊ audiuit oīa quę faciebant filij sui vniuerso Israeli: ⁊ quomodo dormiebāt cum mulieribꝰ, quę obseruabāt ad ostiū tabernaculi, ⁊ dixit eis, Quare facitis res huiuscemodi, quas ego audio, res pessimas ab omni populo.

Lect. vj.

NOlite filij mei, nō est bona fama quam ego audio, vt trāsgredi faciatis populum Domini. Si peccauerit vir in virū, placari ei potest Deus: si autem in Dominum peccauerit vir, quis orabit p eo? Et non audierunt vocē patris sui, quia voluit Dominꝰ occidere eos. Puer aūt Samuel proficiebat, atq; crescebat, ⁊ placebat tam Deo, q̄ hominibꝰ. Tu aūt. ℣n. iij. noctur. Añę, psalmi, ⁊ ℣. vt in psalterio in prima diuisione. Tres vltimę lectiones, erit Euangeliū cum sua expositione quod occurrit in ordine Domini carum. fol. 26 Te Deum laudamꝰ. ⁊ omnia alia. Vt in Laudibus. Dominicalibus. fol. 10 Añā ad Benedict. ⁊ oratio de Dominica currēti. ℣per horas dici vt in psalterio. fol. 58. Pro vt sup. ¶ In secūdis vesp. añā. Sede a dextris meis. ℣s. Dixit Dominus. Cum ceteris antiphonis ⁊ psalmis. vt in psalterio. fol. 68.

℣Dominica. iiij. post octauas Corporis Christi in primis Vesp. Capitm. vt in dominica Deus omnium. Et

non dicitur. ℟. Hymnus ℣ vers. vt in psalterio. fol. 68 Ad Mag. añ. Preualuit Dauid in Philistheum in funda, ℣ lapide, in nomine Domini. Oratio de dominica currenti. fol. 66 Ad Cōpleto. vt in psalterio. fol. 78 Ad Matu. Inuita. ℣ hy⁹ vt in Dñica. Deus omniū. In primo nocturno. Añę, psalmi, ℣ vers. vt in psalterio in ij. diuisione. Lect. j.

VEnit autem vir Dei ad Heli, ℣ ait ad eū. Hęc dicit Dominus: Nunquid non aperte reuelatus sum domui patris tui, cum esset in Egypto in domo Pharaonis? Et elegi eum ex omnibus tribubus Israel mihi in sacerdotem, vt ascenderet ad altare meū, ℣ adoleret mihi incensum, et portaret ephod coram me, ℣ dedi domui patrę tui omnia de sacrificijs filioꝝ Israel. Tu autem. ℟. vt in Dominica. Deus omniū. Lect. ij.

QVare calce abiecistis victimam meam, et munera mea, quę precepi vt offerrentur in templo? Et magis honorasti filios tuos, quam me, vt comederetis primitias oīs sacrificij Israel populi mei? Propterea ait dñs Deꝰ Israel: Loquens loquutus sum, vt domus tua, et domus patris tui ministraret in conspectu meo vsque in sempiternum. Tu autem. Lect. iij.

QVnc autē dicit Dñs: Absit hoc a me, sed quicunq; honorificauerit me, glorificabo eum. Qui aūt contemnunt me, erunt ignobiles. Ecce dies veniunt, ℣ precidam brachiū tuum, ℣ brachium domus patris tui, vt non sit senex in domo tua. Et videbis ęmulum tuum in templo in vniuersis prosperꝰ Israel: et nō erit senex i domo tua omnibus diebus. Tu aūt. ℣ In. ij. noctur. Añę, psalmi ℣ vers. vt in psalterio in ij. diuisione. Lect. iiij.

VEruntamen non auferam penitus virum ex te ab altari meo, sed vt deficiant oculi tui, ℣ tabescat anima tua, ℣ pars magna domus tuę morietur cum ad virilem ętatem venerit. Hoc autem erit tibi signum quod venturum est duobus filijs tuis Ophni, ℣ Phinees. In die vno morientur ambo, ℣ suscitabo mihi sacerdotē fidelē: qui iuxta

iuxta cor meũ, & aiam meã faciet. Tu aũt. Lect. v.

ET ędificabo ei domũ fidelẽ, & ambulabit coram Christo meo cunctis diebus. Futurũ est aũt, vt quicunq; remanserit in domo tua, veniat vt oretur pro eo, & offerat nũmum argenteũ, & tortã panis, dicatq;: Dimitte me obsecro ad vnam partẽ sacerdotalẽ, vt comedam bucellam panis. Tu autem. Lect. vj.

PUer aũt Samuel ministrabat Dño coꝝ Heli, & sermo Dñi erat pręciosus in diebus illis, nõ erat visio manifesta. Factũ est ergo in die quadã Heli iacebat in lectulo suo, & oculi eius caligauerãt, nec poterat videre lucernã Dei, antequ extingueretur. Samuel aũt dormiebat in tẽplo Dñi, vbi erat arca Dei. Et vocauit Dñs Samuel, qui respondẽs ait: Ecce ego, & cucurrit ad Heli, & dixit: Ecce ego, vocasti enim me. Qui dixit: Non vocaui te fili, reuertere, & dormi. Et abijt, & dormiuit. Tu autem. ℣. In iij. noct. añę. psalmi, & ℣. vt in psalterio in. ij. diuisione. Ultimę iij. lectiones erunt Euangeliũ cum sua expositione quod occurrerit in ordine Dñicay. fo. 26. Te Deũ laud. ℣. & oĩa alia vt in Laudib⁹ Dñicalibus. fo. 10 añ̃a ad Bñedict⁹ & oratio de Dñica currẽti. ℣ Per horas diei vt i psalterio fo. 58 & fo vt suõ. ℣ In iij. Vesp. añ. Sede a dextris meis. ps. Dixit Dñs cũ reliquis añis & psalmis, vt in psalterio. fo. 68 ℣ Dñica. v. post octauas corporis Xpi in primis vesp. Capitm, vt i Dñica. Deus oium. et nõ dicitur ℟. hy⁹ & ℣. vt in psalterio. fol. 68 Ad Mag. añ̃a. Nõne iste est Dauid, & quo ecnebãt in choro dicẽtes: Saul percussit mille, & Dauid decem millia in millibus suis. Oõ de Dñica currenti. fol 266 ℣ Ad Matut. Inuita. & hy⁹ vt in dicta Dñica Deus oium. ℣ In primo noct. añę psalmi. & ℣. vt in psalterio i prima diuisione. Lect. j.

ET adiecit Dñs rursũ vocare Samuel, consurgensq; Samuel abijt ad Heli, & dixit: Ecce ego, qa vocasti me: Qui respõdit: Non vocaui te fili, reuertere, & dormi. Porro Samuel necdũ sciebat Dñm, nec reuelatus ei fuerat sermo Dñi. Et adiecit Dñs, et

vocauit

vocauit adhuc Samuel tertio. Qui consurgens abiit ad Heli, & ait, Ecce ego, quia vocasti me. Tu autem. ℟. vt in Dñica. Deus omnip. ꝓter. ix. ℟. Lect. ij.

LEtellexit ergo Heli quia Dominus vocaret puerũ, & ait ad Samuel. Vade, & dormi, & si dixerit tibi vocauerit te, dices, Loquere Domine, quia audit seruus tuus. Abiit ergo Samuel, & dormiuit in loco suo Et venit Dominꝰ, & stetit, & vocauit, sicut vocauerat secũdo Samuel, Samuel, Et ait Samuel, Loquere Domine, quia audit seruꝰ tuus. Et dixit Dominꝰ ad Samuel. Ecce ego facio verbum in Israel quod qui cunq; audierit, tinniẽt ambę aures eius. Tu autem.

Lect. iij.

IN die illa suscitabo aduersum Heli oĩa quę loquutus sum super domũ eius. Incipiam, & complebo. Prędixi enim ei, q̃ iudicaturus essem domum eiꝰ in ęternum ꝓpter iniquitatem, eo quod nouerat indigne agere filios suos, & non corripuerit eos, Idcir co iuraui domui Heli, q̃ non expietur iniquitas domus eius victimis, & muneribus vsq; in ęternum. Tu autem.

℣n. ij. nocturn. Añę, psalmi, & ℣. vt in psalterio i prima diuisione. Lect. iiij.

OBmiuit autem Samuel vsq; mane, aperuitq; ostia domus Domini, & Samuel timebat indicare visionem Heli. Vocauit ergo Heli Samuelem, & dixit, Samuel fili mi, Qui respondens ait: Prȩsto sum, Et interrogauit eum, Quis est sermo quẽ loquutus est Dominꝰ ad te? ozo te ne celaueris me, Hęc faciat tibi Deꝰ, & hęc addat, si absconderis a me sermonem ex omnibꝰ verbis, quę dicta sunt tibi. Indicauit itaq; ei Samuel vniuersos sermones, & non abscondit ab eo, Et ille respõdit, Dominus est, quod bonum est in oculis suis faciat. Tu autem. Lect. v.

QReuit autẽ Samuel, & Dominus erat cũ eo, & non cecidit ex omnibus verbis eius in terram, & cognouit vniuersus Israel a Dan vsq; Bersabee quod fidelis Prȩpheta esset Dñi. Et addidit Dñs, vt appareret in Silo: quoniam

niam reuelatus fuerat Dominus Samueli in Silo iuxta verbum Domini, & euenit ſermo Samuelꝭ vniuerſo Iſraeli. Lect. vj.

reg.i. ca.iiij ET factum eſt in diebꝰ illꝭ cõuenerunt Philiſthiim in pugnam. Egreſſus eſt nanq; Iſrael obuiã Philiſthiim in prælium, & caſtrametatus eſt iuxta lapidem adiutorij. Porro Philiſthiim venerũt in Aphec, Et inſtruxerunt aciẽ contra Iſrael. Cn autem.

℣ In. iij. nocturno. Añe, Pſalmi, & ℣. vt in pſalterio in prima dnicali.

℣ Ultimę. iij. lectiones, Euangelium cum ſua expoſitione quod occurrerit in ordine Dominicarũ. Te Deum laudamus. ℣. & oĩa alia, vt in Laud. Dñicalib⁹.

℣ Añe ad Bñdictus. & oĩa de Dominica currenti. fol.

℣ In. ij. Veſp. añe. Sede a dextris meis. ps. Dixit Dñs. cum reliquis. añis, & ps. vt in pſalterio.

℣ Dominica. vt. poſt octa. Corporis Chriſti, in primꝭ Veſp. Capitm, vt in Dominica. Deus omnium. & non dicitur ℟. Hymnus & ℣. vt in prędicta Dominica. Ad Mag. añe. Irat⁹ rex Saul dixit, Vbi mille dederunt, & filio Iſai dederunt decẽ millia? Otario de Dominica currenti. fol.

℣ Ad Matuti. Inuitatio, & hymnus. vt in prędicta Dominica. Deus omnium.

℣ In primo nocturno añę, pſalmi, & ℣. vt in pſalterio in. ij. dnicali. Lect. j.

IAmito autem certamine terga vertit Iſrael Philiſthęis, & cęſa ſunt in illo certamine paſſim per agros quaſi quatuor millia virorum, & reuerſus eſt populus ad caſtra. Dixeruntque maiores natu de Iſrael. Quare percuſſit nos Dominꝰ hodie coram Philiſthiim? Adferamꝰ ad nos de Silo arcam fœderis Domini, & veniat in mediũ noſtri, vt ſaluet nos de manu inimicorum noſtrorũ. Tu autem. ℟. de Dñica. Deus omnium. prętꝛ ix. ℟.

Lect. ij.

QUid ergo populus in Silo, & tulerunt inde arcã fœderis Domini exercituum ſedentis ſuper cherubim. Erãtq; duo filij Heli cum arca fœderis Domini Ophni, & Phinees. Cũq; veniſſet arca fœderis Domini in caſtra, vociferatus

eſt

est omnis Israel clamore grandi, & personuit terra. Tu autem. Lect. iij.

ET audierunt Philisthiim vocem clamoris, dixeruntq; Quę nā est hęc vox clamoris magni in castris Hebręorū? Et cognouerunt, q arca Dñi venisset i castra. Timuerūtq; Philisthiim dicētes: venit Deus in castra, & ingemuerunt, dicentes: Ve nobis. Non enim fuit tanta exultatio heri, & nudius tertius. Tu autem.

¶ Jn. ij. nocturn. añę, psalmus, & vers. vt in psalterio in ij. diuisione. Lect. iiij.

QUis nobis, quis nos liberabit de manu sublimium deorū istorū? Hi sunt dij, qui percusserunt Egyptum omni plaga in deserto. Confortamini, & estote viri Philisthiim, ne seruiatis Hebręis, sicut & illi seruierunt nobis. Cōfortamini, & bellate. Tu autem.

Lect. v.

PUgnauerūt ergo Philisthiim, & cęsus est Israel, & fugit vnusquisq; i tabernaculum suū. Et facta est plaga magna nimis, & ceciderūt de Jsrael triginta millia peditum: & arca Dei capta est. Duoq; filij Heli mortui sunt Ophni, & Phinees. Tu autem.

Lect. vj.

CUrrens autem vir de Beniamin ex acie, venit in Silo in die illa scissa veste: & conspersus puluere caput. Cumque ille venisset, Heli sedebat super sellam cōtra viā spectans. Erat autē cor eius pauens pro arca Dñi, vir autē ille, postquam ingressus est, nūtiauit vrbi, & vlulauit omnis ciuitas, & audiuit Heli sonitū clamoris, dixitque: Quis est hic sonitus tumultus huius? Tu autem.

¶ Jn. iij. nocturn. añę. psalmi, & ℣. vt in psalterio in. ij. diuisione. ¶ Vltimę. iij. lectio, Euangelium cum sua expositione quod occurrerit in ordine Dñicarū. fol.

Te Deum laud. ℣. & omnia alia vt in Laudibus, Dominicalibus. fol. 10

¶ Jn. ij. Vesp. añā. Sede a dextris meis. ℣. Dixit Dñs cum reliquis añis et psalmis, vt in psalterio.

¶ Dñica. vij. post octauas corporis Christi. In primis Vesp. Caplm vt in Dñicis Deus omnium. & non dicit ℣. omnius & ℣. vt in prędicta

eta Dñica. Ad Mag.añā. Quis enim in omnibus sicut Dauid fidel̃, inuētus est in regno suo,egredies,regredies, ꝛ pergens ad imperiū regis. Oratio de Dñica currēti. ¶ Ad Matuti. Inuitato. ꝛ hymn⁹,vt in prędicta Dominica. ¶ In primo noct. Añę psalmi ꝛ ℣. vt in psalterio in prima diuisione

Lect. i.

AT ille festinauit. ꝛ venit,ꝛ nuntiauit Heli: Heli autem erat nonaginta ꝛ octo annorum, ꝛ oculi eius caligauerant, ꝛ videre nō poterat. Et dixit ad Heli: Ego sum qui veni de prælio, ꝛ ego qui de acie fugi hodie. Cui ille ait: Quid actum est fili mi? Respondens autem ille qui nūtiabat: Fugit,inquit Israel coram Philisthiim, ꝛ ruina magna facta est in populo: Insuper ꝛ duo filij tui mortui sunt, Ophni,ꝛ Phinees,ꝛ arca Dei capta est. Tu autem. ℟. de Dñica. Deus omniū. prēter. ix. ℣.

Lect. ij.

QUmque ille nominasset arcā Dei, cecidit de sella retrorsum iuxta ostiū, ꝛ fractis ceruicibus mortu⁹ est. Senex enim erat vir, ꝛ grandęuus, ꝛ ipse iudicauit Israel quadraginta annis. Nurus aūt eius vxor Phinees prægnans erat, vicinaque partui: ꝛ audito nuntio q̄ capta esset arca Dei, et mortuus esset socer suus, et vir su⁹, incuruauit se, et peperit. Irruerunt enim in eam dolores subiti. Tu autem. Lect. iij.

IN ipso aūt momento mortis eius dixerunt ei qui stabant circa eā: Ne timeas, quia peperisti filiū: Quę non respōdit eis, nec animaduertit, et vocauit puerum Icaboth, dicens: Translata est glozia Dñi de Israel, quia capta est arca Dei: et pro socero suo, ꝛ viro suo ait: Translata est glozia ab Israel, eo q̄ capta est arca Dei. Tu autē. ¶ In ij. noctur. añę psalmi ꝛ ℣. vt in psalterio in prima diuisione. Lectio. iiij.

PHilisthiim autem tulerunt arcam Dei, et asportauerunt eam a Lapide adiutorij in Azotum. Tuleruntque Philisthiim arcam Dei, ꝛ intulerunt eam in templum Dagon, et statuerunt eam iuxta Dagon. Cumque surrexissent diluculo Azoti

i. re. ca. i.

altera

altera die, ecce Dagon iacebat pronus in terra ante arcam Domini. Et tulerūt Dagon, & restituerūt eum in locum suum. Tu autem.

Lect. v.

Vrsumq; mane die altera consurgentes, inuenerunt Dagon iacentem super faciem suam in terra coram arca Domini. Caput autem Dagō, & due palme manuum eiꝰ abscisse erant super limen: porro Dagon solus truncus remanserat in loco suo. Propter hanc causam non calcant sacerdotes Dagon, & oēs qui ingrediuntur templum eius super limen Dagon in Azoto vsque in hodiernum diem. Tu autem.

Lect. vj.

Egrauata est autem manꝰ Domini super Azotios: & ōmolitꝰ est eos, & percussit i secretiori parte natium Azotū & fines eiꝰ. Et ebullierunt ville, & agri in medio regionis illius: & nati sunt mures, & facta est confusio mortis magne in ciuitate. Tu autem.

¶ In. iij. noctur. añe, psalmi, & ℣. vt in Psalterio in prima diuisione.

℣ Vltime tres lectiones Euangelium cum sua expositione quod occurrerit in ordine Dominicarū. fol.

Te Deū laud. ℣. & cetera vt i psalterio i Laud. Dñicalibꝰ. fol. 10 Añe ad Benedictꝰ & ofo de Dñica currēti. ℣ In. ij. Vesp. añ. **Sede a dextris meis.** Cū reliquis antiphonis & psalmis. vt in psalterio. fo. 68. ℣ Dñica. viij. post octa. corporis Xpi in primis Vesp. Capitulum, vt in Dominica. **Deus omnium.** & non dicitur. ℟. hymnus & ℣. vt in prędicta Dominica ad Mag. añā. **Planxit autem Dauid planctum huiusce modi super Saul, & super Jonatham filium eius dicens. Inclite Israel sup montes tuos interfecti sunt. Quomodo ceciderūt fortes in bello.** Ofo de Dñica currenti fol. ℣ Ad Benedictꝰ. Inuitato. & hymnus, vt in prędicta Dominica. **Deus omnium.**

¶ In primo noctur. Añe, psalmi, & ℣. vt in psalterio in. ij. diuisione. Lect. j.

Idētes aūt viri Azotij huiusce modi plagam, dixerūt. Non maneat arca Dei Israel apud nos, quoniam dura est manus eius super nos, & super Dagon

gon Deum nostrū. Et mittentes congregauerunt omnes satrapas Philisthinozum ad se, ꝛ dixerunt: Quid faciem⁹ de arca Dei Israel? Responderuntque Gethęi: circunducatur arca Dei Israel. Et circūduxerunt arcam Dei Israel. Tu autem. ℟. vt in Octa. Deus omniū pręter. ix. ℟.

Lect. ij.

ILlis autem circunducentibus eam, fiebat manus Domini Dei per singulas ciuitates interfectionis magne nimis, ꝛ percutiebat viros vniuscuiusque vrbis, a paruo vsq; ad maiozem: ꝛ computrescebant prominentes extales eozum. Tu autē.

Lect. iij.

IMieruntq; Gethęi cōsilium, ꝛ fecerunt sibi sedes pelliceas. Miserunt ergo arcam Dei in Accaron, cumque venisset arca Domini Dei in Accaron: exclamauerunt Accaronitę dicentes: Adduxerūt ad nos arcam Dei Israel, vt interficiat nos, ꝛ populum nostrum. Miserunt itaque ꝛ congregauerunt omnes satrapas Philisthinozum, qui dixerunt. Dimittite arcam Dei Israel, vt reuertatur in locum suum, ꝛ non interficiat nos cum populo nostro. Tu autem.

℣. Ia. ij. noctur. Ante, psalmi, ꝛ ℟. vt in psalterio in ij. diuisione.

Lect. iiij.

HIebat eñ pauor mortis in singulis vrbib⁹: ꝛ grauissima valde manus Dei. Viri quoque qui mortui non fuerant, percutiebantur in parte secretiori natium: ꝛ ascendebat vlulatus vniuscuiusque ciuitatis in cęlum. Fuit ergo arca Dñi in regione Philisthinozum septē mensibus. Et post hęc vocauerunt Philisthijm sacerdotes, ꝛ diuinos, dicentes: Quid faciémus de arca Domini? Indicate nobis quomodo remittamus eam in locum suum. Qui dixerūt: Si remittitis arcam Dei Israel, nolite dimittere eam vacuā, sed quod debetis, reddite ei p̄o peccato, ꝛ tunc curabimini: ꝛ scietis quare non recedat manus eius a⁹ vobis. Tu autem.

1. re. ca. vj

Lect. v.

QUi dixerūt, Quid est quod p̄o delicto reddere debeamus ei? Respōderuntque illi: Iuxta numerum prouintiarū Philisthinozum quinque anos

aureos facietis, & quinque mures aureos: quia plaga vna fuit omnibus vobis, & satrapis vestris. Facietis que similitudines anorum vestrorum, & similitudines murium, qui demoliti sunt terram: & dabitis Deo Israel gloriam, si forte releuet manum suam a vobis, & a dijs vestris, & a terra vestra. Tu autem. Lect. vj.

QUare aggrauatis cor da vestra, sicut aggrauauit Egyptus, & Pharao cor suum? Nonne postquã percussus est, tunc dimisit eos, et abierunt? Nunc ergo arripite, et facite plaustrum nouum vnum, & duas vaccas fętas, quibus non est impositum iugum, iungite in plaustro, & recludite vitulos earum domi. Tolletisque arcam Domini, et ponetis in plaustro, et vasa aurea quę exoluistis ei pro delicto ponetis in capsellam, ad latus eius, & dimittite eã, vt vadat, et aspicietis. Et si quidẽ per viam finium suorum ascenderit contra Bethsames, ipse fecit nobis hoc malum grande: sin autem minime, sciemus: quia nequaquam manus eius tetigit nos, sed casu accidit. Tu autem. ℭ In. iij. noctur. antiphonę, psalmi, et vers. vt in psalterio in. ij. diuisione. ℭ Vltimę tres lectiones, erant Euãgelium cum sua expositione, quod occurreret in ordine Dominicarũ. Te Deum laudamus. vers. & omnia alia, vt in psalterio in officio Dominicali. fol. 10. Ad Benedict⁹ antiphona & oratio vt in Dominica currẽti. fo. 269 ℭ In. ij. Vesp. alia. Sede a dextris meis: ps. Dixit Dominus. fol. 68. cum ęteris antiphonis & psalmis, vt in psalterio.

¶ Dominica. ix. post octauas corporis Christi, quę dicitur hystoria in principio, celebrabitur in principio mensis Augusti sequẽti modo. S. Si littera Dominicalis sit A. celebrabit decima tertia die. Si B septima die. Si C. viij. die. Si D decima die. Si E. tertia die. Si F vndecima die. Si G. duodecima die eiusdem mensis Augusti.

ℭ Sabbato in primis Vesperis. Capitulum Benedictus Deus. vt in psalterio. fol. 78. & Hymnus celi. cũ Gloria Patri. vt infra post

ij. lectio-

ij. lectionem. Hymnus, et vers. vt in **psalterio.** fol. 68. Ad Ben. Antiphona. **Omnis sapientia a Domino Deo est, et cum illo fuit semper, et est ante eum.** Oratio de Dominica currenti. fol. 269.

℣ Ad Cōplete. vt in psalter. fol. 78.

℣ Ad matutin. Inuitatorio. **Jubilemus Deo.** ℣. **Salutari nostro.** Hymnus. **Note surgentes.** vt in psalterio fol. 1.

℣ In primo noctur. Antiphonę, psalmi, et vers. vt in **psalterio** in prima vel secunda diuisione, vt euenerit. Lectio .j.

pro. ca. 1. PArabolę Salomonis filij Dauid regis Israel, ad sciendam sapientiam, et disciplinam, ad intelligenda verba prudentię, et suscipiendam eruditionē doctrinę, iustitiā, et iudicium, et equitatem: vt detur paruulis astutia, et adolescenti scientia, et intellectus. Audiens sapiens sapientior erit: et intelligens gubernacula possidebit. Animaduerte parabolam, et interpretationem, verba sapientum, et ęnigmata eorum. Timor Domini principium sapientię. Sapientiam ac doctrinam stulti despiciunt. Respon. In principio Deꝰ, antequam terram faceret, priusquam abyssos constitueret, priusquam produceret fontes aquarum, antequam montes collocarentur. ℣. Ante omnes colles generauit me Dominus. Versus Quādo preparabat celos, aderam cum eo, cuncta componens. ℣. Ante omnes.

Lectio ij.

AUdi fili mi disciplinā patris tui: et ne dimittas legem matris tuę, vt addatur gratia capiti tuo, et torques collo tuo. Fili mi, si te lactauerint peccatores, ne acquiescas eis. Si dixerint: Veni nobiscū, insidiemur sanguini, abscondamus tenticulas contra insontem frustra: deglutiamus eum, sicut infernus viuentem, et integrum, quasi descendentem in lacum. Omnem pretiosam substantiam reperiemus, implebimus domos nostras spolijs. Sortem mitte nobiscum: marsupium sit vnum omnium nostrum. Fili mi ne ambules cum eis. Tu autem, Resi.

Tyrum cęli circuiui sola, & in fluctibus maris ambulaui. In omni gente, & in omni populo primatū tenui. ℣. Superborum, & sublimium colla propria virtute calcaui. ℟. Ego in altissimis habito, & thronus meus in columna nubis. ℣. Superborum.

Lect. iiij.

Prohibe pedem tuum a semitis eorum. Pedes enim illorum ad malū currunt: & festinant, vt effūdant sanguinem. Frustra autem iacitur rete ante oculos pennatorū. Ipsi quoque contra sanguinem suū insidiātur: & moliūtur fraudes contra animas suas. Sic semitę omnis auari animas possidentiū rapiūt. Sapientia foris prędicat, in plateis dat vocem suā: in capite turbarum clamitat, in foribus portarū vrbis profert verba sua, dicens: Vsquequo paruuli diligitis infantiam, & stulti ea quę sibi sunt noxia cupient, & imprudentes odibunt sciētiam? Tu autem. ℟. Emitte sapientiam Domine de sede magnitudinis tuę. ℣. Vt mecum sit, & mecum laboret: vt sciā quid acceptum sit coram te omni tempore, ℣. Da mihi Domine sedium tuarum assistricem sapientiam. ℣. Vt mecum sit. ℟. Gloria patri. ℣. Vt mecū sit. ℣n. ij. nocturn. Cęteri psalmi, & ℣. vt in psalterio in .j. vel. ij. diuisione. vt euenerit.

Lect. iiij.

Conuertimini ad correptionē meam. Ecce proferam vobis spiritum meum, & ostendam vobis verba mea. Quia vocaui, & renuistis: extendi manum meam, & non fuit qui aspiceret. Despexistis omne consilium meum, & increpationes meas neglexistis. Ego quoque in interitu vestro ridebo, & subsanabo: cum vobis id quod timebatis aduenerit. Tu autem. ℟. Da mihi Domine sedium tuarum assistricem sapientiā: & noli me reprobare a pueris tuis. ℣. Quoniā seruus tuus sum ego, & filius ancille tue. ℟. Mitte illam a sede magnitudinis tue, vt mecū sit, & mecum laboret. ℣. Quoniam.

Lectio v.

Cum irruerit repentina calamitas, & interitus quasi tempestas ingruerit: quando venerit super vos tribulatio, & angustia, tunc inuocabunt me, & non

non exaudiam. Mane consurgent, & nō inuenīēt me, eo quod exosam habuerint disciplinam, & timorem Domini non susceperint, nec acquieuerint cōsilio meo, & detraxerint vniuersę correptioni meę. Tu autē. ℟. Super salutem, & omnē pulchritudinem dilexi sapientiā, & proposui pro luce habere illam. ℣. Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa. ℟. Non comparauit illi omnē lapidem pretiosum, quoniam in extinguibile est lumē illius. ℣. Venerunt. Lect. vj.

QVomodo igitur fructus vię suę, suisque consilijs saturabuntur. Aduersio paruulorum interficiet eos: & prosperitas stultorū perdet illos. Qui autem me audierit, absq; terrore requiescet: & abundantia perfruetur, timore malorum sublato. Tu autem. ℟. Initium sapientie timor Domini. ℣. Intellectus bonus omnib⁹ facientibus eū: laudatio eius manet in seculum seculi. ℟. Dilectio illius custodia legum est, quia omnis sapientia timor Domini. ℣. Intellectus. ℟. Gloria patri. ℣. Intellectus.

℣n. ij. nocturn. alię, psal. & ℟. vt in psalterio in prima vel. ij. diuisione, vt euenerit. ℣ltimę tres lectiones, Euangelium cum sua expositione, quod occurrerit in ordine Domicarum. fol. 269 ℣. viij. Verbum iniquum, & dolosum lōge fac a me Dñe. Diuitias, & paupertatem ne dederis mihi. ℣. Sed tantum victui meo tribue necessaria. ℟. Duo rogaui te ne mihi deneges, antequam moriar. ℣. Sed tantum. ℟. viij. Domine pater, & Deus vite mee, ne derelinquas me in cogitatu maligno. Extollentiam oculorum meorum ne dederis mihi, & desiderium malignum auerte a me Domine. ℣. Aufer a me concupiscentiam, & animę irreuerenti, & infrunite ne tradas me Domine. ℟. Ne derelinquas me Domine, et ne accrescāt ignorantie mee, & multiplicētur delicta mea. ℣. Aufer a me. Te Deum lauda. ℟. & omnia alia vt in psalterio. Ad Benedictus, asia & oratio de Dñica currēti. fol. 270 ¶ ℟. Per horas diei, vt in psalterio. Oratio de Dominica currenti. Cum secundis vesperas. Sēde a dextris meis. cum reliquis antiphonis &

psal. vt in psalterio fo. 68.

Dominica .x. post octa. corporis Christi. Capitulū, vt in psalterio fo. 69. & non dicitur. ℟. Hymnus & vērs. vt in psalterio fo. 69.

Ad Mag. ana. Ego in altissimis habito, & thronus meus in columna nubis. Oratio de Dominica currenti.

¶ Ad Matuti. Inuitato. & Hymnus, vt in Dominica precedenti.

¶ In primo noctur. Ane, psalmi, & vers. vt in psalterio in prima vel secunda diuisione, vt euenerit.

Lectio .i.

pro. ca. ij. FIli mi, si susceperis sermones meos, et mandata mea absconderis penes te, vt audiat sapientiam auris tua, inclina cor tuum ad cognoscendā prudentiam. Si enim sapientiam inuocaueris, & inclinaueris cor tuum prudentię: si quęsieris eam, quasi pecuniam, & sicut thesauros effoderis illam, tunc intelliges timorem Domini, & scientiam Dei inuenies. Quia Dominus dat sapientiam: & ex ore eius prudentia, & scientia. Tu autem. ℟. vt in Dominica precedenti preter ix. ℟.

Lectio .ij.

CUstodiet rectorū salutē, & proteget gradientes simpliciter. Seruās semitas iustitię, & vias sanctor custodiens. Tunc intelliges iustitiam, & iudicium, et equitatem, & omnē semitam bonam. Si intrauerit sapientia cor tuum, & scientia animę tuę placuerit, consilium custodiet te, et prudentia seruabit te: vt eruaris a via mala, et ab homine, qui peruersa loquitur. Tu autem.

Lectio .iij.

QVi relinquunt iter rectum, & ambulant per vias tenebrosas: qui lętantur cum male fecerint, et exultant in rebus pessimis, quorum vię peruersę sunt, et infames gressus eorum. Tu autem.

¶ In .ij. noctur. ane, psalmi & ℟. vt in psalterio in prima vel secunda diuisione, vt euenerit.

Lectio .iiij.

TEruaris a muliere aliena, & ab extranea quę mollit sermones suos, et relinquit ducem pubertatis suę, & pacti Dei sui oblita est. Inclinata est enim ad mortē domus eius, & ad

ꝛ ad inferos semite ipsius. Omnes qui ingrediuntur ad eam, non reuertentur, nec apprehendent semitas vitę. Ut ambules in via bona, ꝛ calles iustorum custodias. Lectio v.

QUi enim recti sunt, habitabunt in terra, ꝛ simplices permanebunt in ea: Impij vero de terra perdentur, ꝛ qui inique agunt, auferentur ex ea. Fili mi ne obliuiscaris legis meę, ꝛ precepta mea cor tuum custodiat. Longitudinem enim dierum, ꝛ annos vitę, ꝛ pacem apponēt tibi. Tu aũt. Lec. vj.

Misericordia, ꝛ veritas te non deserant, circũda eas gutturi tuo, ꝛ describe in tabulis cordis tui: et inuenies gratiam, ꝛ disciplinam bonā coram Deo, ꝛ hominibus. Habe fiduciā in Domino ex toto corde tuo: ꝛ ne innitaris prudentię tuę. In omnibus vijs tuis cogita illum, ꝛ ipse diriget gressꝰ tuos. Tu aũt. ℭ In.ij. nocturn. añę, psalmi, ꝛ ℣. vt in psalterio in prima vel. ij. diuisione, vt enenerit.

ℭ Eiusq; tres lectio, Euangelium cum sua expositione quod occurrerit i ordine Dominicay. Te Deū laudamus. ℣. ꝛ omnia alia vt in psalterio in Laudibꝰ Dominicalibus. fol 10.

ℭ Ad Benedict. Añā ꝛ oratio de Dominica currenti. fol. 270 ℭ Per horas diei, vt in psalterio. fol. 58. Oratio de Dominica currenti. ℭ In secundis vesp. añ. Sede a dextris meis. ps. Dixit Dñs. cū reliq; añis. ꝛ psal. vt in psalterio. fo 68. ℭ Dñica. xj. post octa. corporis Christi. Capitu. vi in psalterio. fol. 69. ꝛ non dicitur ℟. Hymnus et ℣. vt in psalterio. fol. 69. Ad Magnificat añā. Sapientia edificauit sibi domum, excidit columnas septem, subdidit sibi gentes. Superborumque, et sublimium colla propria virtute calcauit. Oratio Dominica currenti. ℭ Ad Matutinum. Inuitato. ꝛ hymnus, vt i hystoria. In principio. ℭ In primo noct. añę, psalmi, ꝛ ℣. vt in psalterio in.j. vel.ij. diuisione. Lect. i.

Mes sapiēs apud te metipsū: Time Deū, ꝛ recede a malo: sanitas quippe erit vmbilico tuo, ꝛ irrigatio ossium tuorum. Honora Dñm de tua sub-

stantia, ⁊ de primitijs omnium frugum tuarum da pauperibus: ⁊ implebũtur horrea tua saturitate, ⁊ vino torcularia tua redundabunt. Tu autem. ℣. vt in Dominica i principio, præter nonum ℟.

Lect. ij.

DIsciplinã Dñi fili mi ne abijcias, nec deficias cũ ab eo corripueris. Quẽ enim diligit Dñs, corripit, ⁊ quasi pater in filio, complacet sibi. Beatus homo qui inuenit sapiẽtiam, ⁊ qui affluit prudẽtia. Melior est acquisitio eius negotiatione auri, ⁊ argenti primi, ⁊ purissimi fructus eius. Tu autem.

Lect. iij.

PRetiosior est cunctis opibus sapientia, ⁊ omnia quę desiderãtur, huic non valent comparari. Lõgitudo dierum in dextera eius, ⁊ in sinistra illius diuitię, ⁊ glozia: vię eius, vię pulchrę, ⁊ omnes semitę illius pacificę. Lignum vitę est his, qui apprehẽderint eam, ⁊ qui tenuerint eam beati. Tu autem.

¶ In. ij. noctur. aũt. psalmũ, ⁊ ℣. vt in psalterio. in prima vel. ij. diuisione, vt cuenerit.

Lect. iiij.

DOmin⁹ sapientia fũdauit terram, stabiliuit cęlos prudẽtia. Sapiẽtia illius eruperunt abyssi: ⁊ nubes rore concrescunt. Fili mi, ne effluant hęc ab oculis tuis. Custodi legem meam, atque consiliũ meũ, ⁊ erit vita animę tuę, ⁊ gratia faucibus tuis. Tu aũt.

Lectio v.

TUnc ambulabis fiducialiter in via tua, et pes tuus non impinget, si dormieris, nõ timebis, quiesces, ⁊ suauis erit somnus tuus. Ne paueas repentino terrore, ⁊ irruentes tibi potentias impiorum: Dominus enim erit in latere tuo, ⁊ custodiet pedem tuum, ne capiaris. Tu autẽ.

Lectio vj.

NOli prohibere bene facere eum, qui potest: si vales ⁊ ipse bene fac: Ne dicas amico tuo, vade, ⁊ reuertere, ⁊ cras dabo tibi, cũ statim possis dare. Ne moliaris amico tuo malũ, cum ille in te habeat fiduciam. Ne cõtendas aduersus hominem frustra, cum ipse tibi nihil male fecerit. Tu autem. ¶ In. iij. noct. aũt psalmũ ⁊ ℣. vt in psalterio in prima vel. ij. diuisione,

sione, vt ceneritt. ¶ Ultime tres lectiones **Euãgelium** cum sua expositione, quod occurrerit in ordine Dominicarum. **Te Deum laudamus.** ℣. ℟ reliqua vt in psalterio in Laudibus **Dñinicalibus.** fol. 10.

¶ Ad Benedict. Ant. ℟ oratio de **Dominica** currenti. fo. 271 **Per horas** dei vt in psalterio fol. 58. oratio de **Dominica** currenti.

¶ In secundis Vesp. Ant. **Sede a dextris meis.** ps. **Dixit Dominus,** cum reliquis antiphonis, ℟ psalmis vt in psalterio. fol. 68. Oratio de **Dominica** currenti.

¶ Dominica xij. post octa. corporis Christi. Capitu. vt in psalterio. fol. 69 ℟ nõ dicitur ℟ hyᵐ ℟ ℣. vt in psalterio fol. 69 Ad Magn. ant. **Attingit autem sapientia vbique propter suam munditiam, ℟ nihil inquinatum in illam incurrit. Candor est enim lucis eterne, ℟ speculũ sine macula.** Oratio de **Dominica** currenti.

¶ Ad Matutinum Inuitato. ℟ hyᵐ vt in historia **in principio.** ¶ In primo noct. ant. ℟ psalmi, ℟ vers. vt in psalterio in prima vel. ij. diuisione vt ceneritt. Lect. j.

NE emuleris hominẽ iniustum, nec imiteris vias eius: quia abominatio est Domini omnis illusor: ℟ cũ simplicibus sermocinatio eius. Egestas a Domino in domo impij: habitacula autem iustorũ benedicentur. Ipse deludet illusores, et mansuetis dabit gratiam. Gloriam sapiẽtes possidebunt, stultorum exultatio ignominia. Tu autem. ℟. vt in historia in principio. fol. preter ℟. ℟.

Lectio ij.

AUdite filij disciplinã patris, ℟ attẽdite, vt sciatis prudentiam. Donũ bonum tribuam vobis. Legem meam ne derelinquatis. Nam ℟ ego filius fui patris mei, tenellus, ℟ vnigenitus coram matre mea, et docebat me, atq; dicebat: Suscipiat verba mea cor tuũ, custodi precepta mea, ℟ viues. Tu autẽ. ℣. ect. ij.

POsside sapientiã, posside prudentiam. Ne obliuiscaris, nec declines a verbis oris mei. Ne dimittas eam, ℟ custodiet te. Dilige eam, ℟ conseruabit te. Principium sapientie, posside sapientiam, ℟ in omni possessiõe tua acquire pru-

dentiam. Tu autem.

¶ In.ij.noctur.añę, ℣ psalmi ℟ vers. vt in psalterio in prima vel ij. diuisione, vt euenerit. Lectio iiij.

HRipe illam, et exaltabit te, glorificaberis ab ea, cum eam fueris amplexatus. Dabit capiti tuo augmenta gratiarum, et corona inclyta proteget te. Audi fili mi, et suscipe verba mea, vt multiplicentur tibi anni vitę. Tu autē.

Lectio v.

VJam sapientię monstrabo tibi, et ducam te per semitas equitatis, quas cum ingressus fueris, non arctabuntur gressus tui: et currens non habebis offendiculū. Tene disciplinam, ne dimittas eam: custodi illam, quia ipsa est vita tua. Tu aūt. Lec. vj.

NE delecteris in semitis impiorum, nec tibi placeat malorum via. Fuge ab ea, nec transeas per illam: declina, ℣ desere eam. Non enim dormiunt, nisi cum male fecerint, et nō rapitur somnus ab eis, nisi supplantauerint: comedunt panem impietatis, et vinum iniquitatis bibunt. Justorum aūt semita, quasi lux splendens procedit, et crescit vsq; ad perfectam diem. Vita impiorum tenebrosa, nesciunt vbi corruant. Tu autem.

¶ In. iij. noctur. añę, psalmi et ℣. vt in psalterio in prima vel. ij. diuisione, vt occurrerit. ¶ Ultime tres lectiones erūt Euangeliū cum sua expositione quod occurrerit in ordine Dominicarum. Te Deum laud. ℣. ℟ cętera, vt in psalterio in Laudibus Dominicalibus. fol. 10. ¶ Ad Benedictus Añā et oratio de dominica currēti. ¶ Per horas dici, vt in psalterio. fo. 58. Oratio de Dominica currenti. fol. 271.

¶ In secundis Vesp. Añā. Sede a dextris meis. Psal. Dixit Dominus. cum reliquis antiphonis ℣ psalmis, vt in psalterio. fol. 68.

¶ Dominica.xiiij. quę dicitur historia. Si bona. quę celebratur in Dominica prima Calen. Septembris.

¶ Nota quod si litera Dominicalis fuerit A. celebrabitur. iij. die Septembris. Si B. die. iiij. Si C. v. die. Si D. vj. die Augusti. Si E. vij. die Augusti. Si F. prima die Septembris.

tembris. Si .ij. die eiusdem Septembris.

¶ In primis Vesp. Capitulum. Benedictus Deus, vt in psalterio. fol. 78. ℟. Antequam comedam suspiro. vt supra post in lectio. Hy⁹. O lux beata Trinitas. ℣. Vespertina. vt in psalterio. fo. 78. Ad Magn. ant. Fuit homo Job nomine, quem Deus elegit proprio ore. Oratio de Dominica currenti.

¶ Ad Matutin. Inuitato. In manu tua Domine. ℣. Omnes fines terre. ps. Venite. fo. 1. Hymnus Nocte surgentes. fol. 2.

¶ In primo nocturn. Ant. psalmi et ℣. vt in psalterio. In prima vel secunda diuisione, vt cueneris.

¶ Ex libro Job. Lectio .i.

ca. i. VIr erat in terra Hus nomine Job: et erat vir ille simplex, ⁊ rectus, ac timens Deum, et recedens a malo. Natique sunt ei septem filij, ⁊ tres filię: ⁊ fuit possessio eius septem millia ouium, ⁊ tria millia camelorum, quingenta quoq; iuga boū, ⁊ quingentę asinę, ac familia multa nimis. Eratque vir ille magnus inter omnes orientales. Tu autem. ℟. Si bona suscepimus de manu Domini, mala aūr quare non sustineamus? ℣. Dominus dedit, Dominus abstulit: sicut Domino placuit, ita factum est. Sit nomen Domini benedictum. ℟. Nudus egressus sum de vtero matris mee, nudus reuertar illuc. ℣. Dominus dedit. Lectio .ii.

ET ibant filij eius, ⁊ faciebant conuiuiū per domos, vnusquisque in die sua. Et mittentes vocabant tres sorores suas, vt comederent, et biberent cum eis. Cumque in ordem transissent dies conuiuij, mittebat ad eos Job, et sanctificabat illos: consurgensque diluculo offerebat holocausta per singulos. Dicebat enim: Ne forte peccauerint filij mei, et benedixerint Deo in cordibus suis. Sic faciebat Job cunctis diebus. Tu autem. Resp. Antequā comedam suspiro, ⁊ tanquam inundantis aque, sic rugitus meus: quia timor quem timebam, euenit mihi: ⁊ quod verebar, accidit. Nonne dissimulaui, nonne silui, ⁊ tā quieui? ℣. Et venit sup me indignatio tua Dñe, ⁊ ecce nō est auxi-

auxilium mihi in me, & necessarij quoque mei recesserunt a me. ℟. Et venit. Lec. iij.

QUadam aũt die cum venissent filij Dei, vt assisterent coram Domino affuit inter eos etiam Satan, cui dixit Dñs: vnde venis? Qui respondens ait: Circuiui terram, & perambulaui eam. Dixitque Dominus ad eũ: Nunquid considerasti seruum meũ Job? quod nõ sit ei similis in terra: homo simplex, & rectus, ac timens Deum, & recedẽs a malo? Tu autem. ℣. Qua re detraxistis sermonib⁹ veritatis? Ad increpandũ verba componitis, & subuertere nitimini amicum vestrum. ℟. Veruntamen, quod cogitatis, explete. ℣. Quod iustũ est, iudicate: & non inuenietis in lingua mea iniquitatem. ℟. Veruntamen. ℣. Gloria patri. ℟. Veruntamen.

Cum.ij.nocturn. aliꝫ, psalmi & ℣. vt in psalterio in.j. vel ij. diuisione, vt euenerit.

Lectio iiij.

QVi respondens Satan, ait: Nũquid frustra Job timet Deum? Nõne tu vallasti eũ, ac domũ eius, vniuersamque substãtiam eius per circuitum? Operibus manuũ eius benedixisti, & possessio eius creuit in terra? Sed extende paululum manum tuam, & tange cuncta quę possidet, nisi in faciẽ benedixerit tibi. Tu autẽ. ℣. Induta est caro mea putredine, & sordib⁹ puluueris cutis mea aruit, & contracta est. ℟. Memento mei Domine, quia ventus est vita mea. ℣. Dies mei velocius transierunt, tanquam a texente tela succiditur: et consumpti sunt absque vlla spe. ℟. Memẽto mei. Lec. v.

DIxit ergo Dominus ad Satan: Ecce vniuersa, que habet, in manu tua sunt, tantum in eum nõ extẽdas manum tuam. Egressusque est Satan a facie Domini. Cum aũt quadam die filij, & filię eius comederent, & vinum biberẽt in domo fratris sui primogeniti, nunti⁹ venit ad Job, qui diceret: Boues arabãt, & asinę pascebantur iuxta eos, & irruerunt Sabbęi, tuleruntque omnia, & pueros percusserunt gladio: et euasi ego solus, vt nũtiarẽ tibi. Tu autẽ. ℣. Memẽto mei Deus, quia ventus est vita mea. ℟. Nec aspiciet me visus hominis. ℣. Cutis mea

aruit

aruit, et contracta est, et non reuertetur oculus meus, vt videat bona. ℣. Nec aspiciet.

Lectio vj.

QVmque adhuc ille loqueretur, venit alter, & dixit: Ignis Dei cecidit de cœlo, & tactas oues, puerosque consumpsit, & effugi ego solus, vt nuntiarem tibi. Sed & adhuc illo loquẽte, venit alius, & dixit: Chaldæi fecerunt tres turmas, & inuaserunt camelos, & tulerunt eos: necnõ & pueros percusserunt gladio, & ego effugi solus, vt nuntiarem tibi. Tu autem. ℟. Paucitas dierum meorum finietur breui, Dimitte me Domine, vt plangam paululum dolorẽ meum. ℣. Antequam vadam & non reuertar ad terram tenebrosam, & opertam mortis caligine. ℟. Manus tuæ fecerunt me, & plasmauerunt me totum in circuitu, & sic repente precipitas me? ℣. Antequam. ℣. Gloria Patri. ℣. Antequam.

℣ In iij. noctur. añę. psalmi, & ℣. vt in psalterio in prima vel iij. diuisione, vt euenerit. ℣ Vltimę tres lectiones. Euangelium cum sua expositiõe quod occurrerit in ordine Dñicarum. fol. 272 ℟. vij. Ne abscondas me Domine a facie tua, manum tuã longe fac a me. ℣. Et formido tua non me terreat. ℟. Corripe me in misericordia, & nõ in furore tuo, ne forte ad nihilum redigas me. ℣. Et formido tua non me terreat. ℟. vij. Quis mihi tribuat, vt in inferno protegas me, & abscõdas me, donec pertranseat furor tuus Domine. ℣. Nisi tu qui solus es Deus, & constituas mihi tempus in quo recorderis mei. ℟. Quis det, vt veniat petitio mea, & quod expecto, tribuas mihi? ℣ Nisi tu. ℣ Te Deum laud ℣. & omnis alia, vt in psalterio in Laudibus Dominicalibus. fol. 10. Ad Benedict. ana & oratio de Dominica currenti. fol. 272 ℣ Per horas diei. vt in psalterio. fol. 58. Oratio dẽ Dominica currenti. ℣ In. ij. Vesp. Ańa. Sede a dextris meis. ℣. Dixit Dominus. fol. 68. cum cęteris antiphonis & psalmis, vt in psalterio.

℣ Dñica. xiiij. post octauas corporis Christi. In primis Vesp. Capit Benedict⁹ Deus, vt in psalterio. fol. 78. & non dicitur. ℟. Hyp⁹ & ℣. vt in Dñica precedenti.

℣ Ad

℣ Ad Mag. Añs. Cum audisset Job nunciorum verba, sustinuit patienter, ℟ ait: Si bona suscepimus de manu Domini, mala autem quare non sustineamus? In omnibus his non peccauit Job labijs suis, neq; stultum quid contra Deum loquutus est. Oratio de Dominica current. ℣ Ad Matut. Inuitatorio. ℟ Hymnus vt in Dominica precedenti. ℣ In primo nocturn. añs, psal. ℟ ℣. vt in psalterio in prima vel.ij. diuisione, vt euenerit.

Lect. j.

ADhuc loquebatur ille, ℟ ecce alius intrauit, ℟ dixit: Filijs tuis, ℟ filiabus vescentibus, ℟ bibenti bus vinū in domo fratris sui primogeniti, repēte ventus vehemens irruit a regione deserti, ℟ cōcussit quatuor angulos domus, que corruēs oppressit liberos tuos ℟ mortui sunt, ℟ effugi ego solus, vt nūtiarem tibi. Tu autem. ℣. vt in Dñica precedēti pretermissa. ℟. Lect.ij.

TUnc surrexit Job, et scidit vestimenta sua, ℟ tonso capite corruens in terrā adorauit, ℟ dixit. Nudus egressus sum de vtero matris meę, ℟ nudus reuertar illuc. Dñs dedit, Dñs abstulit. Sicut Dño placuit, ita factū est. Sit nomen Dñi benedictū. In oibus his nō peccauit Job labijs suis, neq; stultū quid cōtra Deum loquutus est.

Lectio iij.

HActum est aūt, cum quadā die venissēt filij Dei, ℟ starent coram Dño, venisset quoq; Satā inter eos, ℟ staret in conspectu ei⁹, vt diceret Dñs ad Satan: Unde venis? Qui respondens ait: circuiui terram, ℟ perambulaui eā. Et dixit Dñs ad Satan. Numquid cōsideraſti seruū meū Job, q̄ non sit ei similis in terra, vir simplex, ℟ rectus, ac timens Deū, ℟ recedens a malo, ℟ adhuc retinens innocentiam? commouisti me aduersus eum, vt affligerem eū frustra. Tu aūt. ℣ In ij. noct. añs, psal. ℟ ℣. vt in psalterio in .j. vel. ij. diuisione, vt euenerit.

Lectio iiij.

QUi respondens Satan, ait: Pellem pro pelle, ℟ cūcta, quę habet homo, dabit pro anima sua: a lioquī mitte manum tuā, ℟ tange os eius, ℟ carnem: ℟ tunc videbis, quod in faciem

clem benedicat tibi. Dixit ergo Dominus ad Satan: Ecce in manu tua est, veruntamen animam illius serua. Egressus igitur Satan a facie Domini, percussit Job vlcere pessimo, a planta pedis vsque ad verticem eius: qui testa sanie radebat, sedens in sterquilinio. Tu autem.

Lectio v.

Dixit autem illi vxor sua. Adhuc tu permanes in simplicitate tua? Benedic Deo, et morere. Qui ait ad illã: quasi vna de stultis mulieribus loquuta es, si bona suscepimus de manu Dei, mala quare non sustineam? In omnibus his non peccauit Job labijs suis. Lect. vj.

Igitur audiẽtes tres amici Job omne malum quod accidisset ei, venerunt singuli de loco suo, Eliphaz Themanites, et Baldad Suhites, et Sophar Naamathites. Condixerant enim, vt pariter venientes visitarent eum, et consolarentur. Cumque eleuassent procul oculos suos, non cognouerunt eũ, et exclamantes plorauerunt, scissisq; vestibus sparserunt puluerem super caput suum in cęlum. Et sederunt cum eo in terra septem diebus, et septem noctibus, et nemo loquebatur ei verbum: videbant enim dolorem esse vehemẽtem. Tu autem.

℣ In. iij. nocetur. Antiphonę, psalmi et vers. vt in **psalterio** in prima vel secunda diuisione, vt euenerit.

℣ Ultimę tres lectiones **Euangelium** cum sua expositione quod occurrerit in ordine Dominicarum.

Te Deum laudamus. vers. et omnia alia, vt in **psalterio** in Laudibus **Dominicalibus.** fol. 10.

℣ Ad Benedictus Antiphona et oratio de **Dominica** currenti. ℣ Per horas dici, vt in **psalterio** fo. 58. Oratio de **Dominica** currenti. fol. 272.

℣ In secundis Vesperis. Antiphona. **Sedes dextris meis.** ps. **Dixit Dominus.** cum reliquis antiphonis, et psalmis, vt in **psalterio** fol. 68.

℣ Dñica. xv. post octa. corporis Christi quę dicitur, **Peto Domine.** Si littera Dominicalis fuerit **A.** celebrabitur xvij. die mensis

Septem-

Septembris. Si B. xviij. die. Si L. xix. die. Si D. xx. die. Si E. xxviij. die. Si F. xxij. die. Si G. xxiij. die eiusdem mensis Septembris.

℣ Sabbato ad Vesp. capitulum **Benedictus Deus,** vt in psalterio. fol. 78. ℣ **Omni tempore.** vt infra post lectionē. Hymnus. **O lux beata Trinitas.** ℣. **Vespertina oratio.** vt in psalterio. fol. 78 Ad Mag. **Ant. Missus est Raphael angelus ad Tobiam, & salutauit eum, dicēs: Gaudium tibi semper sit. Cui Tobias ait: Quale mihi gaudium erit, quia in tenebris sedeo, & lumen celi nō video. Cui angelus: Forti animo esto, in proximo est, vt a Deo cureris. Alleluya.** Oratio de **Dominica** currenti.

℣ Ad Matut. Inuita. **Adoremus Dominum.** ℣. **Quia ipse fecit nos.** ℣. **Venite.** ro. I. Hymnus **Nocte surgentes.** fol. 2. ℣ In primo nocturn. aīe, psal. & ℣. vt in psalterio in prima vel ij. Dominione, vt euenerit.

Lectio j.

tobie ca. j. TObias ex tribu, & ciuitate Nephthalim quę est in superioribus Galileę supra Naasson, post viam quę ducit ad Occidentem, in sinistro habens ciuitatē Sephet, cum captus esset in diebus Salmanasar regis Assyriorum, in captiuitate tamen positus viā veritatis non deseruit: ita vt omnia quę habere poterat quotidie concaptiuis fratribus qui erāt ex eius genere impertiret. Tu aūt. ℣. peto Domine, vt de vinculo improperij huius absoluas me, aut certe desuper terram eripias me. Ne reminiscaris delicta mea, vel parentum meorum: nec vindictam sumas de peccatis meis. ℣. Quia eruis sustinētes te Domine. ℣. Omnia iudicia tua iusta sunt: & omnes vie tue misericordia, et veritas, & nunc Domine memento mei. ℣. Quia eruis. Lect. ij.

ET ad illos dixit audiente me. Transite per ciuitatem post eum, et percutite, non parcat oculus vester, et non misereamini. Senem, adolescentulum, et virginem, et infantes, et mulieres interficite vsque ad consumptionem. Omnem autem virum super quem videritis thau, ne occidatis, et a sanctuario meo incipite. Et cœperunt a viris maioribus qui erant ante domum. Et dixit ad eos. Contaminate domum, et implete atria interfectis, egredimini. Et egressi percutiebant in ciuitate. Factum est autem cum percuterent, et remansissem ego, cecidi super faciem meam, et clamans dixi. A, a, a, Domine Deus, numquid disperdes omnes reliquias Israel effundens indignationem tuam super Hierusalem? Et dixit ad me. Iniquitas domus Israel et Iuda magna nimis, et repleta est terra sanguine, et ciuitas subuersione plena est. Dixerunt enim. Dereliquit Dominus terram, et non videt Dominus. Lectio xv.

ET ego quoque non parcet oculus meus, nec miserebor, sed viam eorum in caput eorum reddam. Et ecce vir vestitus linea, qui habebat atramentarium in lumbis suis, renuntiauit sermonem dicens. Feci sicut præcepisti mihi. Et vidi, et ecce in firmamento quod super caput cherubim erat, quasi lapis sapphirus, quasi aspectus similitudinis throni apparuit super eos. Et locutus est ad virum vestitum linea, et dixit ad eum. Ingredere in medium rotarum quæ sub cherub, et impleto manum tuam carbonibus ignis qui sunt inter cherubim, et effunde super ciuitatem. Et ingressus est in conspectu meo. Cherubim autem stabant a dextris domus cum ingrederetur vir, et nubes implebat atrium interius. Et leuata est gloria Domini de cherub ad limen domus, et impleta est domus nube, et atrium repletum est splendore gloriæ Domini. Lectio xvj.

ET sonitus alarum cherubim audiebatur vsque ad atrium exterius, quasi vox Dei omnipotentis loquentis. Et factum est cum præcepisset Dominus viro vestito linea dicens. Sume ignem de medio rotarum quæ sunt inter cherubim, ingressus stetit iuxta rotam. Et extendit cherub manum suam de medio ignis qui erat inter cherubim, et sustulit, et dedit in manus eius vestitus linea, qui cum accepisset exijt. Apparuit autem in cherubim similitudo manus hominis sub alis eorum. Et vidi, et ecce quatuor rotæ iuxta cherub vnam, et vnam iuxta cherub vnam, et aspectus rotarum quasi visio lapidis chrysolithi. Et aspectus ipsarum quasi vna similitudo quatuor, quasi sit rota in medio rotæ. Lectio xvij.

QUando ambulabant, per quatuor partes suas ambulabant, non reuertebantur cum ambularent, sed ad locum ad quem prima erat, sequebantur eam, et non reuertebantur cum ambularent. Et corpus earum, et dorsa earum, et manus earum, et pennæ earum, et rotæ plenæ oculis per circuitum quatuor rotarum earum. Rotis autem istis vocatum est in auribus meis turbo. Et quatuor facies vni, facies prima facies cherub, facies secunda facies hominis, et tertia facies leonis, et quarta facies aquilæ. Et leuauerunt cherubim. Hæc animalia quæ vidi iuxta fluuium Chobar. Et cum ambularet vir, ambulabant cherubim, et cum leuarent cherubim alas suas vt exaltarentur de terra, non declinabant rotæ eorum a latere suo. Et cum illi starent, stabant, et cum illi exaltarentur, exaltabantur pariter cum eis, quia spiritus vitæ erat in rotis. Lectio xviij.

ET egressa est gloria Domini de limine domus, et stetit super cherubim. Et leuantes cherubim alas suas exaltati sunt de terra coram oculis meis, egredientibus illis, et rotis iuxta eos, et stetit vnusquisque ad introitum portæ domus Domini orientalis, et gloria Dei Israel super eos desuper. Et vidi, et ecce in firmamento quod erat super caput cherubim

euenerit in psalterio.

Lectio iiij.

ET comedi illud, et factum est in ore meo sicut mel dulce. Et dixit ad me: Fili hominis, vade ad domum Israel, et loqueris verba mea ad eos. Non enim ad populum profundi sermonis, et ignotę linguę tu mitteris, ad domum Israel: neque ad populos multos profūdi sermonis, et ignotę linguę, quorum non possis audire sermones, & si ad illos mitteres, ipsi audirent te: Domꝰ autem Israel nolunt audire te, quia nolunt audire me. Tu autem.

Lectio v.

OMnis quippe domus Israel attrita fronte est, & duro corde. Ecce dedi faciem tuam valentiorē facibus eorum, & frontem tuam duriorem frontibus eorum. Ut adamantem, et vt silicem dedi faciem tuā: ne timeas eos, neque metuas a facie eorum: quia domus exasperans est. Tu autem. Lect. vj.

ET dixit ad me: Fili hominis, omnes sermones meos quos loquor ad te, assume in corde tuo, et auribꝰ tuis audi, & vade, ingredere ad transmigrationem ad filios populi tui, et loqueris ad eos, & dices eis. Hęc dicit Dñs Deus. Si forte audiant, et quiescant. Et assumpsit me spiritus, et audiui post me vocem commotionis magnę. Benedicta gloria Domini de loco suo, & vocem alarū animalium percutientium alteram ad alteram, & vocem rotarum sequentium animalia, & vocem commotionis magnę. Hęc dicit Dominus.

¶In iij. noctur. Añę primę cum psal. & v. primę vel ij. diuisionis, vt euenerit in psalterio. ¶Tres vltimę lectiones Euangelium cum sua expositiōe quod occurrerit in ordine Dominicarum. ¶Te Deum laudamꝰ. & cętera, vt in psalterio in officio Dominicali fol. 10. Ad Benedict. Añā & ofo de Dñica currenti. fo. 280 ¶Per horas diei, vt i psalterio. fol. 58. Ofo de Dominica currenti. fol. 279. ¶In ij. Vesp. Añā. Sede a dextris meis &c. Dixit Dominus, cum reliquis añis & psal. vt in psalterio fol. 68 ¶Dominica pręparatiua.

¶Rotan-

¶ Notandum q̄ si in hac Dñica aliquod festum duplex occurrerit, officium erit de festo: & de Dñica fiet commemo. in vtrisq; Vesp. & Matutinis: & ix. lectio erit Euangelium de Dñica cum sua homilia. ¶ In primis Vesperis Capitulum.

ex ie rem. c.23. ECce dies veniunt, dicit Dñs, et suscitabo Dauid germen iustum: et regnabit rex, & sapiēs erit, & faciet iudicium, & iustitiā in terra. Et hoc est nomen, quod vocabunt eum, Dñs iustus noster. ℣. Deo gratias. Non dicitur ℣. Dy⁹. O lux beata Trinitas vers. Vespertina oratio vt in psalterio fol. 78 Ad Mag. añs Qui celorum contines thronos, & abyssos intueris Dñe rex regum, mōtes ponderas, terram palmo concludis, exaudi nos Dñe in gemitibus nostris. Oratio.

EXcita quęsumus Domine tuorum fidelium voluntates, vt diuini operis fructum propēsius exequentes, pietatis tuę remedia maiora percipiāt. Per Dominum nostrum.

¶ Ad Matut. Inuitato. & hymnus. vt in hiſtoria, Vidi Dominum.

¶ In primo noctur. primę añę cum psal. & ℣. primę vel ij. diuisionis, vt euenerit in **psalterio.**

Lectio i.

SPiritus quoq; leuauit me, & assūpsit me, & abij amarus in indignatione spūs mei: manus eñ Dñi erat mecum confortās me. Et veni ad transmigrationem ad Aceruum nouarum frugū, ad eos qui habitabant iuxta fluuiū Chobar: & sedi vbi illi sedebant, & mansi ibi septem diebus mœrens in medio eorū. Hęc dicit Dñs. ℣. vt in hiſtoria, Vidi Dñm̄ per. ix. ℣.

Lectio ii.

QUm autem pertransissent septem dies, factum est verbū Dñi ad me, dicens: Fili hominis, speculatorem dedi te domui Israel: & audies ō ore meo verbum, & annuntiabis eis ex me. Si dicēte me ad impium morte morieris, non annuntiaueris ei, neq; locutus fueris vt auertatur a via sua impia, & viuat: ipse impius in iniquitate sua morietur, sanguinem autē eius de manu tua requiram. Hęc dicit Dominus.

Lectio iii.

Si autem tu annuntiaueris impio, et ille non fuerit conuersus ab impietate sua, et a via sua impia: ipse quidem in iniquitate sua morietur: tu autem animam tuam liberasti. Sed, & si conuersus iustus, a iustitia sua fuerit, et fecerit iniquitatem: ponã offendiculum coꝛã eo, ipse morietur: quia non annuntiasti ei, in peccato suo morietur, et non erunt in memoria iustitię eius quas fecit: sanguinem vero eius de manu tua requirã. Hęc dicit Dominus.

℣ In. ij. noctur. Antiphonę prime cum psal. & verſ. prime vel ij. diuiſionis, vt euenerit in pſalterio.

Lectio vij.

Si autem tu annuntiaueris iusto, vt non peccet iustus, & ille nõ peccauerit: viuens viuet, quia annuntiasti ei, et tu animã tuam liberasti. Et facta est super me manus Domini, et dixit ad me: Surgens egredere in campũ, & ibi loquar tecum. Et surgens egressus sum in campum, et ecce ibi gloꝛia Domini stabat, quasi gloꝛia quam vidi iuxta fluuium Chobar: et cecidi in faciem meã. Hęc dicit Dominus.

Lectio v.

Et ingressus est in me spiritus, et statuit me super pedes meos: & loquutus est mihi, & dixerat ad me. Ingredere, et includere in medio domus tuę. Et tu fili hominis, ecce data sunt super te vincula, & ligabunt te in eis: & nõ egredieris in medio eoꝛum. Et linguam tuam adhęrere faciam palato tuo, & eris mutus, nec quasi vir obiurgãs: quia domus exasperãs est. Cum autem locutus fuero tibi, aperiam os tuum, et dices ad eos: Hęc dicit Dominus Deus. Qui audit, audiat: et qui quiescit, quiescat: quia domus exasperans est. Hęc dicit Dominus.

Lect. vj.

Et tu fili hominis sume tibi laterem, & pones eum coram te: et describes in eo ciuitatem Jerusalem. Et oꝛdinabis aduersus eam obsidionem, et ędificabis munitiones, et compoꝛtabis aggerem, et dabis contra eam castra, & pones arietes in gyro. Et tu sume tibi sartaginẽ ferream, et pones eam murũ ferreum ca. 4.

ferreum inter te, et inter ciuitatem: et obfirmabis faciem tuam ad eam, et erit in obsidionem, et circundabis eam: signum est domui Israel, Hęc dicit Dominus. ℭ In iij. nocturno antiphonę primę. cum psal. et vers. vt euenerit in psalterio.

ℭ Lectio sancti Euāgelij secundum Ioannem.

Lectio vij.

ca. 6 IN illo tempore, cum subleuasset oculos Iesus, et vidisset, quia multitudo maxima venit ad eū, dixit ad Philippū: Unde ememus panes, vt manducent hi? Hoc autem dicebat tentans eum, ipse enim sciebat quid esset facturus. Et reliqua.

ℭ Homilia beati Augustini Episcopi.

MIracula quę fecit Dominus noster Iesus Christus, sunt quidem diuina opera, et ad intelligendum Deum de visibilibus admonent humanam mentem. Quia enim ille non est talis substantia, quę videri oculis possit: et miracula eius quibus totum mundum regit, vniuersamque creaturā administrat, assiduitate viluerunt, ita vt nemo pene dignetur attendere opera Dei, mira, et stupenda in quolibet seminis grano. Tu autem.

Lectio viij.

SEcundum ipsam suā misericordiam seruauit sibi quędam quę faceret opportuno tempore, prętęr vsitatum cursum, ordinemque naturę, vt non maiora, sed insolita videndo, stuperent, quibus quotidiana viluerant. Maius enim miraculum est, gubernatio totius mundi, quam saturatio quinque millium hominum, de quinque panibus: et tamen hoc nemo miratur, illud mirantur homines, non quia maius est, sed quia rarum est. Tu aūt.

Lectio ix.

QVis enim et nunc pascit vniuersum mundum, nisi ille, qui de paucis granis segetes creat? Fecit ergo, quomodo Deus. Unde enim multiplicat de paucis granis segetes, inde in manibus suis multiplicauit quinque panes, potestas enim erat in manibus Christi. Panes autem illi quinq;, quasi semina erant, non quidem terrę mandata, sed ab eo qui terram fe-

cit multiplicata. Tu autē: Bonum Resp. Ecce dies veniunt dicit Dominus, et suscitabo Dauid germen iustum: ⁊ regnabit rex, et sapiēs erit, et faciet iudicium, et iustitiā in terra. ℣. Et hoc est nomen, quod vocabunt eum, Dominus iustus noster. ℟. In diebus illis saluabitur Iuda, et Israel habitabit cōfidenter. ℣. Et hoc. ℟. Gloria patri. ℣. Et hoc. Te Deum laud. ℟. añę ⁊ psal. vt in psalterio in officio Dominicali. fol. 10. Capitulum vt supra. ℟y⁹ ⁊ ℟. vt in psalterio fol. 12. ¶ Ad Benedictus. Añā. Cum subleuasset oculos Iesus, et vidisset maximam multitudinem venientem ad se, dixit ad Philippū, vnde ememus panes, vt manducent hi? Hoc autem dicebat, tentans eum, ipse enim sciebat, quid esset facturus. Oratio vt supra. ¶ Per horas dici antiphonę, vt in psalterio. Capitulum vt supra. Respons. et versus, vt in psalterio. fol. 58 Oratio vt supra.

¶ In secundis Vesperis. Antiphona. Sede a dextris meis. ℣s. Dixit Dominus. cum cęteris antiphonis et psal. vt in psalterio fol. 68.

¶ Pro commemoratione Dominicę Antiphona. Accepit ergo Iesus panes, ⁊ cū gratias egisset, distribuit discumbentibus. ℣. Dirigatur. Oratio vt supra.

¶ Sequuntur viginti quatuor Euangelia cum suis homiliis et antiphonis, ad Benedictus, ⁊ in secundis Vesperis pro commemoratione Dominicę, cum orationib⁹ dicendis ad Matutinas, ⁊ per horas diei, excepta, Prima, ⁊ Cōpletorio, in Dominicis xpiiq; incipiuntur numerari a prima Dominica post octauas Corporis Christi, vsque ad Dominicam ꝓparatiuam exclusiue, quę celebratur immediate ante primam Dominicam Aduentus Domini, ⁊ in prefatis Dominicis assignatur, nouem Responsoria. ¶ Et dicitur Ꝓparatiua ad ipsum Aduentum, quia inter primam Dominicam post octauas Corporis Christi, ⁊ primam Aduētus Domini quandoque plures eueniēt Dominicę, quandoq; pauciores, ⁊ sic Dominica Ꝓparatiua non in eodē die celebratur. Si ergo fuerint plures quam viginti

quatuor

quatuor, legendę de hystoria, vt Euangelia Dominicalia, repetantur, & iterum legantur proximiores, eo tamen ordine, vt vigesima quarta Dominica, sit vltima ex repetendis, si vero fuerint pauciores, omittantur omnino quę superfuerint, ita, vt inter hanc Dominicā vigesimā quartam, & primam Aduent⁹, habeat locus, Dominica Præparatiua, et nulla alia sit intermedia.

DOMINICA prima post octauas Corporis Christi.

Oratio.

DEus in te sperantiū fortitudo, adesto propitius inuocationibus nostris: et quia sine te nihil potest mortalis infirmitas, presta auxilium gratię tuę, vt in exequendis mandatis tuis, et voluntate tibi, et actione placeamus. Per Dominum nostrum.

Lectio sancti Euangelii secundum Lucam.

Lectio vi.

IN illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis parabolam hanc. Homo quidam erat diues, qui induebatur purpura, & byſſo: & epulabatur quotidie splẽdide. Et reliqua.

Homilia Beati Gregorii Papę.

HIc diues iste, non abstuliſſe aliena reprehenditur, sed propria non dediſſe: nec dicitur quia vi quempiam oppreſſit, sed quia in acceptis rebus se extulit. Hinc ergo, hinc ſũmopere colligendum eſt, qua pœna mulctandus ſit qui aliena diripit, ſi inferni damnatione pcutitur, qui propria non largitur: nemo itaque ſecurum ſe eſtimet, dicens. Ecce aliena non rapio, ſed conceſſis rebus licite fruor, quia diues iſte non idcirco punitus eſt, quoniam aliena abſtulit, ſed quia in acceptis rebus ſeipſum male dereliquit. Tu autem. c.16

Lectio vii.

SUnt nonnulli, qui cultum ſubtilium, pretioſarumque veſtium non putãt eſſe peccatũ. Quod ſi videlicet culpa non eſſet

nequa-

nequaquam sermo Dei tã vigilãter exprimeret, quod diues, qui torqueretur apud inferos, bysso ⁊ purpura indutus fuisset. Nemo quippe vestimenta præcipua, nisi ad inanem gloriã quærit, videlicet, vt honorabilior ceteris esse videatur Tu autem. Lect. ix.

℣ B. Gregorij primo moralium.

ET epulabatur quotidie splendide. Vbi solerter intuendum est, quia celebrari sine culpa conuiuia vix possunt. Pene conuiuia semp comitatur voluptas: nam cum corpus in refectionis delectatione resoluitur, cor ad inane gaudium relaxatur. Et sicut diues ille puluerem et terram purpura, et serico protegebat: secundum vestimenta eius, ita ⁊ epulę. Tu autem. ℟. nonum. Benedicat nos Deꝰ. Et in Dñica sanctę Trinitatis post .j. lectionem. fol. 224. Cum Gloria Patri.

ex ch risos.

℣ Ad Benedictus. Antiphona. Homo quidam erat diues, ⁊ induebatur purpura, et bysso, ⁊ epulabatur quotidie splendide. Et erat quidã mendicus nomine Lazarus, qui iacebat ad ianuam eius, vlceribus plenus, cupiens saturari de micis, que cadebant de mensa diuitis: et nemo illi dabat, sed et canes veniebant, et lingebant vlcera eius. Oratio vt supra.

℣ In secundis Vesperis pro commemo. Dominicę Antiphona. Factum est autem, vt moreretur mendicus, et portaretur ab angelis in sinũ Abrahę. ℣. Dirigatur. Oratio vt supra.

℣ Dominica. ij. post octauas Corporis Christi.

Oratio.

SAncti nominꝫ tui Domine timorem pariter, et amorem fac nos habere perpetuum, quia nunquam tua gubernatione destituis, quos in soliditate tuę dilectionis instituis. Per Dominum.

Lectio v.

℣ Lectio sancti Euangelij secundum Lucam.

IN illo tempore, Dixit Jesus discipulis suis, et turbis Judęorum similitudinem hãc. Homo quidam fecit cęnam magnam, et vocauit multos. Et misit seruum suum hora cęne dicere inuitatis, vt venirent, quia iam parata sunt ca. 14

sunt omnia. Et reliqua.

¶ Homilia Beati Gregorii Papę.

QUis iste homo est frater, nisi ille, de quo per Prophetam dicitur: Et homo est, & quis cognouit eum? Qui fecit cęnam magnam: Quia satietatē nobis dulcedinis in ęternū prępparauit. Qui vocauit multos, sed pauci veniunt, quia nonnunquam ipsi, qui ei per fidem subiecti sunt, ęterno eius conuiuio male viuendo contradicunt. Tu autem. Lectio viii.

QUum autem seruum suum hora cęnę dicere inuitatis, vt venirēt. Quid hora cęnę, nisi finis est mundi? In quo nimirum nos sumus, sicut iam dudū Paulus testatur dicens: Nos sumus in quos fines ęculorum deuenerunt. Si ergo iam hora cęnę est, cum vocamur, tanto minus nos debemus excusare a conuiuio Dei, quanto appropinquasse iam cernimus finem ęculi. Quo enim pensamus quod nihil est quod restat, eo debemus pertimescere, ne tempus gratię, quod prępsto est, pereat. Tu autem.

Lectio ix.

IDcirco autem hoc cōuiuium Dei non prandium, sed cęna nominatur, quia post prandium cęna restat, post cęnam vero, cōuiuium nullum restat. Et quia ęternum Dei conuiuium nobis in extremo prępparabitur, rectum fuit, vt hoc non prandium, sed cęna vocaretur. Sed quis p hunc seruum, qui a patre familias mittitur ad inuitandum, nisi prędicatorum ordo designatur? Tu autē. Respons. ix. Benedicto Dominus Deus Israel. Vt in Dominica sanctę Trinitatis post. ii. lectionem. fol. 224. Cum Gloria Patri.

¶ Ad Benedictus. Antiphona. Homo quidam fecit cenam magnam, et vocauit multos. Et misit seruum suū hora cene, dicere inuitatis, vt venirent, quia omnia parata sunt. Alleluya. Oratio vt supra.

¶ In secundis Vesperis pro commemo. Dominicę. Antiphona. Exi cito in plateas, et vicos ciuitatis, & pauperes, ac debiles, cecos, et claudos compelle intrare: vt impleatur domus mea. Alleluya. ℣. Dirigatur Domine. Oratio vt supra.

¶ Domi-

¶ Dominica. iiij. post octauas Corporis Christi.

Oratio.

OPeccationē nostrā quęsumus Domine benignus exaudi: & quibus supplicandi pręstas affectū, tribue defensionis auxilium. Per Dominum.

Lectio vii.

¶ Lectio sancti Euangelij secundum Lucam.

c. 15. IN illo tempore. Erāt autem appropinquantes ad Jesum publicani, & peccatores, vt audirent illū. Et murmurabant Pharisęi & scribę dicētes: Quia hic peccatores recipit, et manducat cum illis. Et reliqua.

¶ Homilia beati Gregorij Papę.

HAdistis in lectione Euangelica, fratres charissimi, quia publicani, & peccatores accesserūt ad redemptorem nostrum: et non solum ad colloquendum, sed etiam ad conuescendū recepti sunt. Quod videntes Pharisęi dedignati sunt. Ex qua re colligite, quia vera iustitia compassionem habet, falsa iustitia dedignationem quamuis & iusti soleant recte peccatoribus dedignari. Tu autem.

Lectio viij.

SEd aliud est quod agitur typo superbie, aliud quod zelo disciplinę. Dedignantur etenim, sed non dedignātes: desperāt, sed non desperantes: persecutionem commouent, sed amantes: quia & si foris increpationes per disciplinā exaggerant, intus tamen per charitatem dulcedinē seruant. Tu autem.

Lectio ix.

PRęponunt sibi in animo ipsos plerunque, quos corrigunt, meliores quoq; existimāt eos, quos iudicant. Quod videlicet agentes, & per disciplinam, subditos, et per humilitatem custodiūt semetipsos. At cōtra hi, qui de falsa iustitia superbire solent, cęteros quosq; despiciunt: nulla infirmantibus misericordia condescendunt: et quos se peccatores esse non credunt, eo deterius peccatores fiunt. Tu autem.

℣. ix. Quis Deus magnus. Vt in Dominica sāctę Trinitatis post. iij. lectionem. fol. 224.

¶ Ad

¶ Ad Benedictus Antiphona. Quis ex vobis homo, qui habet centum oues, et si perdiderit vnam ex illis, nonne dimittit nonaginta nouē in deserto, et vadit ad illam, que perierat, donec inueniat illam. Alleluya. Oratio vt supra.

℣ In secundis Vesperis, pro commemo. Dominicę Antiphona. Que mulier habens drachmas decem, et si perdiderit drachmam vnam, nonne accendit lucernam, et euertit domum, et querit diligenter, donec inueniat eā? Ps. Dirigatur Domine. Oratio vt supra.

¶ Dominica.iiij. post octauas Corporis Christi.

Oratio.

Rotector in te sperantium Deus, sine quo nihil est validum, nihil sanctū, multiplica super nos misericordiam tuam: vt te rectore, te duce, sic transeamus per bona temporalia, vt non amittamus ęterna. Per Dominum.

Lectio vij.

¶ Lectio sancti Euangelij secundum Lucam.

ca. 6 In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis. Estote misericordes, sicut et pater vester misericors est. Et reliqua.

℣ Homilia beati Gregorij Papę.

Intendite fratres ipsam misericordiam, et iudicium: misericordię modo tempus est, iudicij tempus post erit. Vnde est misericordię tempus, vocat modo auersos, donec conuertantur. Quandocunque cōuersi fuerint pręterita obliuiscitur, et futura promittit. Hortatur ergo pigros, consolatur afflictos, docet studiosos, adiuuat dimicantes, neminē deserit laborantem, reclamantem ad se. Donat vnde sibi sacrificetur, ipse tribuit, vnde sibi placatur. Tu autem.

Lectio viij.

Magnum misericordię tempus non vos trā seat fratres, non vos transeat. Venturum est iudicium, erit et tunc pęnitentia, sed infructuosa, dicentes (inquit) intra se pęnitentiam agentes, et pręangustia spiritus gementes. Tu autem.

Lectio ix.

QUid ergo nobis profuit superbia, & diuitiarum iactantia quid contulit nobis? Transierunt omnia, tanquã umbra, modo dicamus, infructuose omnia transierunt, hoc est tempus misericordię, & iudicij. Ne putetis fratres, quod ista possunt in Deo aliquo modo separari. Omnipotens est Deus, nec in misericordia amittit iudicium, nec in iudicio misericordiam. Tu autem. ℟. ix. Magnus Dominus. vt in Dominica Sanctę Trinitatis post. iiij. lectio.

¶ Ad Benedictus. Antiphona. Estote ergo misericordes, sicut et pater vester misericors est, dicit Dominus. Oratio vt supra.

¶ In secundis Vesperis pro commemoratione Dominicę. Antiphona. Nolite iudicare, et non iudicabimini, in quo enim iudicio iudicaueritis, iudicabimini, dicit Dominus. ℣. Dirigatur.

Oratio vt supra.

¶ Dominica v. post octauas Corporis Christi.

Oratio.

DA nobis Domine quę sumus, vt et mundi cursus pacifice tuo ordine dirigatur, et ecclesia tua tranquilla deuotione letętur. Per Dominum.

¶ Lectio sancti Euangelij secundum Lucam.

Lectio vij.

IN illo tempore. Cum turbę irruerent in Iesum, vt audirent verbum Dei, & ipse stabat secus stagnum Genezareth, & vidit duas naues stantes secus stagnum Et reliqua. ca. 5.

¶ Homilia venerabilis Bedę presbyteri.

FActum est autem, cũ turbę irruerẽt in eũ, vt audirent verbum Dei: & ipse stabat secus stagnum Genezareth. Stagnũ Genezareth idẽ dicũt esse qđ mare Galileę, vel mare Tyberiadis: sed mare Galileę, ab adiacẽte puincia dicit, mare autem Tyberiadis a proxima ciuitate quę olim Chennereth vocata, sed ab Herode Tetrarcha instaurata, in honorem Tyberij Cęsarę, Tyberias est appellata. Tu autem.

Lectio viij.

ET vidit ibi duas naues stantes duę naues secus stagnum positę circuncisionem, et prępucium significant. Quas bene

ne

ne Jesus vidisse perhibetur, quia in vtroque populo nouit Dominus, qui sūt eius, eorumque cor a fluctibus seculi huius ad futurę vitę tranquillitatem, quasi ad soliditatem litoris, videndo, hoc est misericorditer visitādo prouehit. Piscatores sunt ecclesię doctores, qui nos reti fidei comprehensos, et de profundo ad lumen elatos, quasi pisces litori, sic terrę viuentium aduehunt. Tu autē.

Lectio ix.

Sed hęc retia modo laxantur, in captura, modo lotaplicantur, quia non omne tempus est habile doctrinę: sed nunc exercenda est lingua Doctori, nunc suimet cura gerenda. Mauis Simonis est ecclesia primitiua, de qua Paulus dicit. Qui enim operatus est Petro in Apostolatum circuncisionis, operatus est et mihi inter gentes. Bene vna dicta, quia multitudinis credentium erat cor vnum, et anima vna. Tu autem. R. Gloria patri, genitęque pro li. Vt in Dominica sanctę Trinitatis post v. lectionem ¶ Ad Benedict. Ańa. Ascendens Jesus in nauim, et sedens docebat turbas. Alleluya. Oratio vt supra.

¶ In secundis Vesperis pro commemoratione Dominicę. Ańa. Preceptor per totam noctem laborantes nihil cepimus, in verbo autem tuo laxabo rete. ℣. Dirigatur. Oratio vt supra.

¶ Dominica vj. post octauas Corporis Christi.

Oratio.

Deus, qui diligentibus te bona inuisibilia przparasti, infunde cordibus nostris, tui amoris affectum, vt te in omnib⁹, et super omnia diligētes, promissiones tuas, quę omne desiderium superant, consequamur. Per Dñm.

¶ Lectio sancti Euangelij secundum Matthęum.

Lectio vij.

In illo tempore. Dixit Jesus discipulis suis. Nisi abūdauerit iustitia vestra plusquam scribarum, et Phariseorum, non intrabitis in regnum celorum. Et reliqua. ca. 5.

¶ Homilia beati Augustini Episcopi.

Si non solum ista mi nima legis przcepta impleueritis, quę inchoāt

homines, sed et ista quę-
me addūtur, q̄ non veni so
uere legem, sed adimplere,
non intrabitis in regnum
cęlorum. Quę autem sunt
ista: vt abundet, inquit iu-
stitia vestra super scriba-
rum, et Phariseorum. Tu
autem.

Lectio viij.

IUstitia Phariseorū
est, vt non occidant:
iustitia eorū qui intraturi
sunt in regnum Dei est, vt
non irascantur sine causa,
minimum est ergo non oc-
cidere, et qui illud soluerit
minimus vocabitur in re-
gno celorum. Qui autem
illud impleuerit, vt non oc
cidat, nō cōtinuo magnus
erit, et idoneus regno celo
rum, sed tamen ascendit a-
liquem gradum, perficie-
tur autem, si nec irascitur si
ne causa, quod si perfece-
rit, multo remotior erit ab
homicidio. Tu autem.

Lectio. ix.

QUapropter, qui do-
cet, vt nō irasca mur,
non soluit legem, ne occi-
damus: sed implet potius,
vt et foris dum non occidi
mus, et in corde dū non ira
scimur: innocentiam custo
diamus. Audistis, quia di-
ctum est antiquis, non occi
des, qui autem occiderit,
reus erit iudicio. Ego au-
tem dico vobis, quia omnis
qui irascitur fratri suo sine
causa, reus erit iudicio. Tu
autem. ℣. ix. Honor vir-
tus. Vt in Dominica san-
cte Trinitatis post vj. lec-
tionem.

℣ Ad Benedictus. Anti-
pho. Amen dico vobis, nis
si abundauerit iustitia ve-
stra plusquam scribarum, ⁊
Phariseorum, non intrabis-
tis in regnum celorum. Alle
luya. Oratio vt supra.

℣ In secundis Vesperis,
pro commemoratione Do
minicę Antiphona. Si of-
fers munus tuum ad alta-
re, et recordatus fueris
quia frater tuus habet ali-
quid aduersus te, relin-
que ibi munus tuum ante
altare, et vade prius recon-
ciliari fratri tuo, et tunc of-
feres munus tuum. Alle-
luya. ℣. Dirigatur. Ora-
tio vt supra.

℣ Dominica vij. post octa-
uas corporis Christi.

Oratio.

DEus virtutū, cuius
est totū quod est op-
timum, insere pectoribus
nostris amorem tui nomi-
nis,

nis, et pfecta in nobis religionis augmentum, vt quę sunt bona nutrias, ac pietatis studio, quę sūt nutrita, custodias. Per Dominū.

℣ Lectio sancti Euangelij secundum Marcum.

Lectio vij.

ca. 8. IN illo tempore, cum multa turba esset cum Jesu, nec haberent quod manducarent, conuocatis discipulis ait illis. Misereor super turbam, quia ecce iam triduo sustinent me, nec habent quod manducent. Et reliqua.

℣ Homilia beati Augustini Episcopi.

IN hac lectione simul consideranda est in vno eodemque redemptore nostro distincta operatio diuinitatis, ⁊ humanitatis. Nempe, quod super turbam miseretur Dominus, ne vel inedia, vel vię longioris deficiat, labore nouerimus affectum esse, et compassionem humanę fragilitatis. Tu autem.

Lectio viij.

QVod vero de septem panibus, et pisciculis paucis quatuor millia hominum saturauit, diuinę opus esse virtutis. Mystice autem hoc miraculo designatur, quod viam pręsentis seculi aliter incolumes transire nequimus, nisi nos gratia redemptoris nostri alimento sui verbi reficiat. Tu autem. ex ex positione vene. Bede

℣ Ex eadem expositione.

Lectio ix.

HOc vero typice inter hanc refectionem, et illam quinque panum, et duorum piscium distat, qđ ibi literis veteris instrumenti spirituali gratia plena esse signata est. Hic autē, noui veritas, ac gratia testamenti fidelibus ministranda monstrata est. Tu aūt. ℣ ix Sācte Trinitatis. vt in Dominica sanctę Trinitatis post vij. lectionem.

℣ Ad Benedictus, Antiphona Cum multa turba esset cum Jesu, nec haberent quod manducarent, conuocatis discipulis, ait illis: Misereor turbe huic, quia ecce iam triduo sustinent me, nec habent quod manducent: et si dimisero eos ieiunos, deficient in via. Alleluya. Oratio vt supra.

℣ In secundis Vesperis, pro commemo. Dñice, Aſi. Si dimisero eos ieiunos in

domum suam, deficiēt in via: quidam enim ex eis de longe venerunt. ℣. Dirigatur.

Oratio vt supra.

¶ Dominica viij. post octauas Corporis Christi.

Oratio.

DEus, cuius prouidētia in sui dispositione nō fallitur, te supplices deprecamur, vt noxia cuncta submoueas, et omnia nobis pro futura cōcedas. Per Dominum.

¶ Lectio sancti secundum Matthęum.

Lectio vii.

ca. 7 IN illo tempore. Dixit Jesus discipulis suis. Attendite a falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ouium: intrinsecus autem sunt lupi rapaces. Et reliqua.

¶ Homilia beati Hieronymi presbyteri.

OMnibus quidem intelligi potest, qui aliud habitu, ac sermone promittūt, aliud opere demonstrant. Sed specialiter de hęreticis intelligendū est, qui videntur continentia, castitate, ieiunio, quasi quadā pietatis se veste circundare: intrinsecus vero habentes animum venenatum: simpliciores fratrū corda decipiunt. Tu autem.

Lectio viii.

A fructibus ergo animę, quibus innocentiam ad ruinam trahunt, lupis rapacibus comparantur. Non potest arbor bona fructus malos facere. Quęramus ab hęreticis, qui duas inter se contrarias dicūt esse naturas. Si iuxta intelligentiam eorum arbor bona malos fructus facere nunquam potest. Tu autem.

Lectio ix.

QUomodo Moyses arbor bona peccauerit ad aquam contradictionis, et Dauid Uria interfecto cum Bersabee concubuerit. Petrus quoque Dominum negaret, dicēs: Nescio hominem, aut qua consequētia, Jetro socer Moysi arbor mala, qui vtiq; in deum Jsrael nō credebat, dederit consilium Moysi bonum: et Achior ad Holofernem aliquid vtile sit locutus, et Comicus dixerit, quod bene dictum, Apostolus comprobauit: Corrumpunt mores bonos colloquia mala. Tu autē. ℟. Benedicamus patrem. Et in

in Dominica sanctę Trinitatis post octa. lectionem.

¶ Ad Benedict. Añs. Attendite a falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, intrinsecus autē sunt lupi rapaces, a fructib⁹ eorum cognoscetis eos. Oratio vt supra. Cū secundis Vesperis pro commemo. Dñicę Añ. Nō potest arbor bona fructus malos facere, nec arbor mala fructū bonos facere. Omnis arbor, quę nō facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur. Ps. Dirigatur, Oratio vt sup.

¶ Dominica ix. post octa. Corporis Christi. Or̄o.

Largire nobis Domine, quęsumus, semper spiritum cogitandi quę recta sunt, propitius & agendi: vt qui sine te esse nō possumus, secundum te viuere valeamus. Per Dñm.

¶ Lectio sancti Euangelij secundum Lucam.

Lectio vij.

c. 16. In illo tempore. Dixit Jesus discipulis suis parabolam hanc. Homo quidam erat diues, qui habebat villicum, & hic diffamatus est apud illum, quasi dissipasset bona ipsius. Et reliqua.

¶ Homilia beati Hieronymi presbytri.

Villicus autē propriæ ex q. 6. ad alga sū. villę gubernator est, vnde et a villa villicus nomen accepit. Oeconomus autem tam pecunię quam frugum, et omniū quę Dominus possidet, dispēsator est. Iste igitur dispensator accusatus est apud Dominum suum, quod dissipasset substantiam eius. Quo vocato dixit: Quid hoc audio de te? redde rationem villicationis tuę. Tu aūt.

Lectio viij.

Ergo dispensator iniqui mammonę Domini voce laudatur, quod de re iniqua sibi iustitiam prępararit, et passus Dominus dispēdia, laudat dispensatoris prudētiā, quod aduersus Dominum fraudulenter quidem, sed pro se prudenter egerit: quanto magis Christus qui nullum damnum sustinere potest, et pronus est ad clemētiam, laudabit discipulos suos, si in eos, qui credituri sūt sibi misericordes fuerint? Tu autem.

Lectio ix.

Denique post parabolam intulit. Et ego

dico vobis, facite vobis amicos de iniquo mammona. Si ergo iniquitas bene dispẽsata vertitur in iustitiam, quãto magis sermo diuin⁹, in quo nulla est iniquitas, qui Apostolis creditus est, si bene dispensatur, dispensatores suos in cẽlum leuabit? Tu autẽ. ℣. ix. O beata Trinitas. vt in Dominica sanctę Trinitatis post ix. lectionem.

℣ Ad Benedictus Antiphona. Dixit Dominus villico, quid hoc audio de te? redde rationẽ villicationis tuę. Alleluya. Oratio vt supra.

℣ In secundis Vesperis, pro commemoratione Dominicę. Antiphona. Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, vt cum defeceritis, recipiant vos in eterna tabernacula. ℣. Dirigatur. Oratio vt supra.

℣ Dominica. x. post octauas Corporis Christi.

Oratio.

Pateant aures misericordię tuę Dñe precibus supplicantiũ, et vt petentibus desiderata concedas, fac eos quę tibi sunt placita postulare. Per.

℣ Lectio sancti Euangelij secundum Lucam.

Lectio vii.

In illo tempore. Cum c.19.
appropinquaret Dominus Jesus Jerusalem videns ciuitatem, fleuit super illam, dicens: Quia si cognouisses et tu, et quidẽ in hac die tua, quę ad pacẽ tibi. Nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis. Et reliqua.

℣ Homilia beati Gregorij Papę.

Flenit igitur pius redemptor ruinam perfidę ciuitatis, quam ipsa ciuitas sibi non cognoscebat esse venturam. Cui a flente Domino recte dicitur, quia si cognouisses et tu, subaudi, fleres: quę modo, quia nescis quod imminet, exultas. Unde subditur, Et quidem in hac die tua quę ad pacem tibi. Cũ enim se carnis voluptatibus daret, et ventura mala non prospiceret, in die sua, quę ad pacem ei esse poterant, habebat. Tu autem.

Lectio viii.

Qui vero bona presentia ad pacem habuerit, manifestatur cum dicitur. Nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis. Si enim a cordis eius oculis,

mala

mala quę imminerent, abscondita non essent, lęta in prȩsentibus prosperis non fuisset, cuius mox etiam pęna, quę de Romanis principibus imminebat, adiuncta est: cum sequitur, Quia venient dies in te, et circũdabũt te inimici tui vallo tuo, et coangustabunt te vndique, et ad terram prosternent te, et filios qui in te sunt, et non relinquent in te lapidem super lapidem, eo quod non cognoueris tempus visitationis tuę, idest mei aduentus. Tu autem. ℟. ix. Benedicat nos Deus Deus noster, vt in Dominica sanctę Trinitatis post primam lectionem.

℣. Ad Benedictus, Antiphona. Cum appropinquasset Dominus Jerusalem, videns ciuitatem fleuit super illam, dicens: Quia si cognouisses et tu: quia venient dies in te, et circundabũt te, et coangustabunt te vndique, et ad terram prosternent te, eo quod non cognoueris tempus visitationis tuę. Oratio vt supra.

℣. In secundis Vesperis, pro commemoratione Dominicę, Antiphona. Videns Jesus ciuitatem Jerusalem, fleuit super illã, dicens: Quia si cognouisses et tu, quę ad pacem tibi sunt, nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis. Vers. Dirigatur Domine. Oratio vt supra.

℣ Dominica xj. post octauas Corporis Christi.

Oratio.

DEus qui omnipotentiam tuam parcendo maxime, et miserando manifestas, multiplica super nos misericordiam tuam: vt ad tua promissa currentes, cęlestium bonorum facias esse consortes. Per.

℣ Lectio sancti secundum Lucam.

Lectio vij.

IN illo tempore. Dicebat Dominus Jesus ad quosdam qui in se confidebant, tanquam iusti, et aspernabantur cęteros, parabolam istam. Duo homines ascenderunt in templum, vt orarent: vnus c. 18.

Phariseus, et alter Publicanus. Et reliqua.

¶ Homilia beati Augustini Episcopi.

QUm dicit Phariseꝰ, Deus gratias ago tibi, quia non sum sicut cęteri homines: diceret saltē, sicut multi homines. Quid est cęteri homines, nisi omnes pręter meipsum. Ego inquit iustus sum, cęteri peccatores. Non sum sicut cęteri homines, raptores, iniusti, adulteri. Tu autem. Lectio viij.

ET ecce tibi ex vicino Publicano maior est tumoris occasio, sicut inqt Publicanus iste. Ego inquit solus sum, iste de cęteris est. Non sum, inquit, talis qualis iste, per iustitias meas quibus iniquus non sum. Jeiuno bis in sabbato. Decimas do omnium quę possideo. Quid rogauerit Deum, quęre in verbis eiꝰ, et nihil inuenies. Ascendit orare, noluit Deum rogare, sed se laudare, insuper et roganti insultare. Tu aūt. Lectio ix.

PUblicanus aut em de longinquo stabat, et Deo tamē ipse propinquabat. Cordis conscientia remouebat, pietas applicabat. Publicanus de longinquo stabat, sed Dominus eum de propinquo attendebat. Excelsus enim Dominus, et humilia respicit: excelsos autē, qualis erat iste Phariseus, a longe cognoscit, sed non ignoscit. Tu autem. R. ix. Benedictus Dominus Deus Jsrael cum Gloria patri. vt in Dominica anctę Trinitatis post ij. lectionem.

¶ Ad Benedictus. Antiphona. Duo homines ascēdebant in templum vt orarent: vnus phariseus, alter publicanus. Amen dico vobis, ascendit hic iustificatus in domum suam ab illo. Alle luya. Oratio vt supra.

¶ In secundis Vesperis, pro commemoratione Dominicę. Antiphona. Stans a longe Publicanus, nolebat oculos ad celum leuare, sed percutiebat pectus suum dicens: Deus propitius esto mihi peccatori. Ps. Dirigatur Domine. Oratio vt supra.

¶ Dominica xij. post octauas Corporis Christi.

Oratio.

OMnipotens sempiterne Deus, qui abundātia pietatis tuę, et merita supplicum

supplicum excedis & vota, effunde super nos misericordiam tuam, vt dimittas quę conscientia metuit, et adiscias quod oratio non presumit. Per Dominum. ¶ Lectio sancti Euangelij secundum Marcum.

ca. 7 IN illo tempore, exiēs Jesus de finibus Tyri, venit per Sydonem ad mare Galileę inter medios fines Decapoleos. Et adducunt ei surdum et mutum: et deprecabantur eum, vt imponat illi manum. Et reliqua.

¶ Homilia beati Hieronymi presbyteri.

TYrus interpretatur angustia, significans Judeam, cui Dominus dicit: Coangustatum est stratum, breue est pallium, vtrū que operire non potest, vt transferat se ad gentes alias. Sydon vero venatio interpretatur, quę fera, indomitaq; nostra natio est. Et venit ad mare Galileę, quod fluctuosa volubilitas est, inter medios fines Decapoleos, quod interpretatur Decalogi mandata. Saluator ad saluandas gētes ab Apostolis ducitur, qui interroganti se adolescenti quid faceret, respondit: Nosti mandata? Tu autem,

Lect. viij.

GEnus autem humanum, per multa membra, quasi vnus homo varia peste absumptus enumeratur. In protoplasto cęcatur, dum male videt: surdꝰ fit, cum audit: obmutescit, cum loquitur. Deprecantur autem eum, vt imponat illi manum, quia incarnatum forę Dominū, multi iusti, et Patriarchę cupiebant. Tu autem.

Lectio ix.

SEorsum semper a turbulentis cogitationibus, et actibꝰ inordinatis, sermonibusque incompositis educitur, qui sanari meretur. Digiti autem, qui in aures eius mittūtur verba vel dona spiritus Sancti sunt, de quo dicitur. Digitus Dei est hic: et, Opera digitorum tuorum sunt cęli. Et expuens. Sputū diuina sapiētia est, quę soluit vinculum labiorum humani generis, vt dicat: Credo in Deū patrem Omnipotentem, et quę sequuntur. Tu autem. ℟. ir. Quis Deus magnus, vt in Dominica sancte Trinitatis post

tiſ. lectionem. ℭAd Benedictus, Antiphona. Exiēs Jeſus de finibus Tyri per Sydonem, venit ad mare Galilee inter medios fines Decapoleos: et adducunt ei turbe ſurdum et mutum: et deprecabantur eum, vt imponat illi manum, et cum impoſuiſſet illi Jeſus manum, ſanauit eum, atque dimiſit. Alleluya. Oratio vt ſupra.

ℭIn ſecundis Veſperis, pro commemoratione

Antiphona. Bene omnia fecit, et ſurdos fecit audire, et mutos loqui. Alleluya, vſ. Dirigatur. Oratio vt ſupra.

¶Dominica xiij. poſt octauas Corporis Chriſti.

Oratio.

OMnipotens, et miſericors Deus, de cuius munere venit, vt tibi a fidelibus tuis digne, et laudabiliter ſeruiatur, tribue quęſumus nobis, vt ad promiſſiones tuas ſine offenſione curramus. Per Dominū.

¶Lectio ſancti
ſecundum Lucam.

Lectio vij.

C.10. IN illo tempore. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis: Beati oculi qui vident quę vos videtis. Dico enim vobis, quod multi Prophetę, et reges voluerunt videre quę vos videtis, et non viderunt. Et ręliqua.

¶Expoſitio ex B. Cyrillo.

QUonuertitur quidem Dominus Jeſus ad diſcipulos, quia repellens Judęos ſurdos, et cęcam mentem gerentes, nec videre volentes, totū ſe prębebat diligentibus eum, et beatos aſſerit oculos videntes, quę prius aliis ipſi videbant. Illud tamen ſcire conuenit, quia videre non ſignificat actum oculorū, ſed mētis recreationem in prędictis beneficijs.

Lectio viij.

PUta, ſiquis dicat: Iſte vidit bona tempora, ideſt, gauiſus eſt in bonis temporibus: ſecundū illud, videas bona Hieruſalem. Multi enim Judęorū viderunt Chriſtum diuine operantem, corporali ſcilicet intuitu, nec tamē omnibus beatificatio conuenit. Non enim crediderūt, ſed nec viderunt gloriam Dei oculis mentis. Tu autem.

Lectio ix.

BEatificati ſunt ergo oculi noſtri in hoc, quod fide vidimus verbum

pro

pro nobis hominem factū, imprimēs nobis decorem sui numinis, vt nos sibi cōformes faciat, per sanctificationem, atque iustitiam. Tu autem.

℣. ix. Magnus Dominus. vt in Dominica sanctę Trinitatis post iij. lectionem.

¶ Ad Benedictus, Antiphona. Beati oculi qui vident quę vos videtis dixit Iesus discipulis suis. Alleluya

Oratio vt supra.

¶ Pro commemoratione Dominicę Antiphona Homo quidam descendebat ab Hierusalem in Hiericho, & incidit in latrones, qui etiā despoliauerunt eum, et plagis impositis abierunt semiuiuo relicto. ℣. Dirigatur. Oratio vt supra.

Dominica xiiij. post octauas Corporis Christi.

Oratio.

OMnipotens sempiterne Deus, da nobis fidei, spei, & charitatis augmentum: et, vt mereamur assequi quod promittis, fac nos amare quod precipis. Per Dominum.

Lectio vij.

¶ Lectio sancti Euangelij secundum Lucam.

IN illo tempore. Dum c. 17
iret Iesus in Hierusalem transibat per mediā Samariam, et Galilęam. Et cū ingrederetur quoddam castellum, occurrerūt ei decem viri leprosi. Et reliqua.

¶ Homilia beati Augustini Episcopi.

NOn absurde leprosi intelligi possunt, qui scientiam verę fidei nō habentes, varias doctrinas profitentur erroris. Non enim vel abscondunt imperitiam suam, sed pro summa peritia proferunt in lucem, et iactantia sermonis ostentant. Color is quippe vitium lepra est. Tu autē.

Lectio viij.

NOllum autem eorum quibus hęc corporalia beneficia Dominus prębuit, inuenitur mississe ad sacerdotes, nisi leprosos. Sacerdotium enim Iudęorum figura fuit sacerdotij, quod est in ecclesia. Ętera autē vitia per seipsum interius in conscientia, et intellectu Dominus sanat, et corrigit. Tu autem.

Lectio ix.

DOctrina vero vel imbuēdi p sacramenta, vel

vel catechizandi per sermonē, ecclesię tributa est. Qui dum irent, mundati sūt. Quia gētiles ad quos venerat Petrus, nondum accepto baptismatis sacramento, per quod spiritualiter ad sacerdotes peruenitur, infusione spiritus sancti mundati declarantur. Tu autem &c. Gloria patri genitoque proli. cum Gloria Patri post v. lectionem.

℣ Ad Benedictus, Antiphona. Dum ingrederetur Jesus quoddam castellum, occurrerunt ei decem viri leprosi, qui steterunt a longe, & leuauerunt vocem dicentes: Jesu præceptor miserere nostri. Oratio vt supra.

℣ In secundis Vesperis, in commemoratione Dominicę Antiphona. Unus autem ex ipsis vt vidit, quia mundatus est, regressus est, cum magna voce magnificas Deum. Alleluya. ℟ Dirigatur. Oratio vt supra.

℣ Dominica xv. post octauas Corporis Christi.

Oratio.

Custodi Domine quę sumus ecclesiam tuā propitiatione perpetua: et quia sine te labitur humana mortalitas, tuis semper auxilijs et abstrahatur a noxijs, et ad salutaria dirigatur. Per Dñm.

℣ Lectio sancti Euangelij secundum Matthęum.

Lectio vij.

In illo tempore. Dixit Jesus discipulis suis: Nemo potest duobus dominis seruire. Et reliqua. ca. 6

℣ Expositio.

Quisquis vult diligere Deum, et cauere ne offendat, non se arbitretur duobus dominis posse seruire: et intentionem cordis sui rectam ab omni duplicitate explicet. Ideo, inquit, dico vobis, non habeatis solicitudinem in anima vestra, quid edatis, neq; corpori quid induatis, ne forte quamuis iam superflua non quęrātur, propter ipsa tamē necessaria cor duplicetur, & ad ista conquirenda nostra de torqueatur intentio. Tu autem.

Lectio viij.

Quem enim seruit Mammonę, id est diuitijs, illi vtique seruit, qui rebus istis terrenis merito suę puersitatis præpositus princeps huius sęculi a Domino dicit. Audiat ergo hoc qua-

auarus, audiat qui censetur vocabulo christiano, non posse se simul diuitijs, Christoque seruire. Tu autem. Lectio ix.

NOn dixit, Qui habet diuitias, sed, Qui seruit diuitijs. Qui enim diuitiarum seruus est, diuitias custodit vt seruus: qui autem seruitutis excussit iugum, distribuit eas, vt Dominus. Per Mammonam etiam intelligitur diabolꝰ, qui præest diuitijs: non q̄ possit eas dare, nisi quando Deꝰ permittit, sed quia per eas homines fallit. Tu autem. ℟. ix. Honor, virtꝰ. vt in Dominica sanctę Trinitatis post vij. lectionem. ¶ Ad Benedictus. Antiphona Nolite solliciti esse, dicentes: Quid manducabimus, aut quid bibemus? scit enim pater vester celestis quid vobis necesse sit. Alleluya. Oratio vt supra. ℂ In secundis Vesp. pro commemoratione Dominicę. Antiphona. Quærite primum regnum Dei, et iustitiam eius: et hęc omnia adijcientur vobis. Alleluya. ℣. Dirigatur. Oratio vt supra.

¶ Dominica xvj. post octauas Corporis Christi.

Oratio.

ECclesiam tuam Domine miseratio cõtinuata mundet, et muniat: et quia sine te non potest salua consistere, tuo semper munere gubernetur. Per Dominum.

ℂ Lectio sancti Euãgelij secundum Lucam.

IN illo tempore. Ibat Jesus in ciuitatẽ, quę vocatur Naim: et ibant cũ eo discipuli eius, et turba copiosa. Et reliqua. ca. 7

¶ Homilia beati Augustini Episcopi.

Lectio vij.

DE iuuene illo resuscitato, gauisa est mater vidua. De hominibus quotidie in spiritu resuscitatis gaudet mater ecclesia. Ille quidem mortuus erat corpore: illi autẽ mente. Illius mors visibilis visibiliter plangebatur: illoꝝ mors inuisibilis alibi nec quęrebatur, nec inuenieba tur. Tu autem.

Lectio viij.

QUęsiuit ille qui nouerat mortuos. Ille solus nouerat mortuos, qui poterat facere viuos. Nisi enim ad mortuos suscitandos veniisset, Apostolꝰ non diceret

diceret, surge qui dormis, & exurge a mortuis: & illuminabit te Christus. Tu autem.

Lectio ix.

Dormientem audis, cum dicit, surge qui dormis: sed mortuum intelige, cum audis, Exurge a mortuis. Dicti sunt sepe dormientes, morientes visibiliter: et plane ei, qui potest omnes excitare, dormiunt. Tu autē. ℣. ix. Summe Trinitati. Cum Gloria Patri vt in Dominica sancte Trinitatis post vij. lectionem.

℣ Ad Benedictus, Antiphona. Ibat Jesus in ciuitatem, que vocatur Naim, et ecce defunctus efferebatur filius vnicus matris suę. Oratio vt supra.

℣ In secundis Vesperis, pro commemoratione. Antiphona. Accepit autem omnes timor, et magnificabant Deum: dicentes quia Prophęta magnus surrexit in nobis, & quia Deus visitauit plebem suam. ℣. Dirigatur. Oratio vt supra.

℣ Feria iiij. quatuor temporum mensis Septembris ix. lectio Euangelium cum homilia, vt sequitur.

℣ Lectio sancti Euangelij secundum Marcum.

In illo tempore, Respondens vnus de turba dixit: Magister, attuli filium meum ad te habentem spiritum mutum; qui vbicunque eum apprehenderit, allidit illum, et spumat, et stridet dentibus, et arescit, et dixi discipulis tuis, vt eiscerent illum, et non potuerūt. Et reliqua. ca. 9.

℣ Homilia venerabilis Bedę presbytri.

Loca rebus congruūt, in monte Dominus orat, transfiguratur, et discipulis arcana suę maiestatis aperit: in inferiora descendens, turbę occursu excipitur, miserorum flectu pulsatur: sursum discipulis mysteria regni refert, deorsum turbis peccata infidelitatis exprobrat, sursum: Patris vocem his qui sequi poterant, pandit: deorsum, spiritus malignos ab his qui vexabantur, expellit. Tu autem.

℣ Pro commemoratione Ferie, Ad Benedictus. Antiphona. Surde, et mute spiritus, ego precipio tibi exi

ext ab eo, et amplius ne introeas in eum. ℣. In matutinis Domine meditabor in te. Respons. Quia fuisti adiutor meus.

Oratio.

Misericordię tuę remedijs quęsumus Domine fragilitas nostra subsistat, vt quę sua conditione atteritur, tua clementia reparetur. Per Dominum nostrum.

¶ Feria vj. quatuor temporũ ix. lectio, sequẽs Euangelium cum homilia.

℣ Lectio sancti Euangelij secundum Lucam.

L. 7. IN illo tempore, Rogabat Jesum quidam Pharisęus, vt manducaret cum illo. Et ingressus domum Pharisęi discubuit. Et reliqua.

¶ Homilia beati Gregorij Papę.

COgitãti mihi de Maria pęnitentia, flere magis libet, quam aliquid dicere. Cuius enim vel saxeũ pectus, illę huius peccatricis lachrymę ad exemplum pęnitendi non emolliant? Considerauit nanque quid fecit, et noluit moderari quid faceret. Super conuiuantes ingressa est, non iussa venit, inter epulas lachrymas obtulit. Discite quo dolore ardet, quę flere inter epulas non erubescit: sed ecce, quia turpitudinis suę maculas aspexit, lauanda ad fontem misericordię cucurrit, et conuiuantes nõ erubuit. Tu autem. ℣ Ad Benedict⁹ pro commemoratione ferię, Antiphona. Oleo caput meum nõ vnxisti, hęc autem vnguento vnxit pedes meos. Versus. In matutinis Domine meditabor in te. Vt in feria pręcedenti.

Oratio.

PRęsta quęsumus omnipotens Deus, vt obseruationes sacras annua deuotione recolentes, et corpore tibi placeamus, et mente. Per Dominum nostrum.

¶ Sabbato quatuor temporũ ix. lectio. Sequens Euãgelium cum homilia.

¶ Lectio sancti Euangelij secundum Lucam.

IN illo tempore, dixit Jesus discipulis suis, et turbis Judęorum similitudinem hanc. Arborem fici habe- c. 13.

habebat quidam plantatã in vinea sua: et venit quęrens fructum in illa, et non inuenit. Et reliqua.

¶ Homilia beati Gregorii Papę.

DOminus et saluator noster per Euangelium suum, aliquando verbis loquitur, aliquando rebus: aliquando aliud verbis, atque aliud rebus: aliquãdo autem, hoc verbis, quod rebus. Duas etenim res ex Euangelio fratres audistis, ficulneam infructuosam, et mulierem curuam, et vtrique rei est pietas impensa. Illud autem dixit per similitudinẽ, istud egit per exhibitionẽ. Sed hoc significat ficulnea infructuosa, quod mulier inclinata: et hoc ficulnea reseruata, quod mulier erecta. Dominus vineę tertio venit ad ficulneam, et fructum minime inuenit: et mulier quę erecta est, decẽ & octo annis fuerat curua. Hoc autem decem et octo annorũ numero signatur, quod tertio Dominus vineę ad infructuosam ficulneam venisse perhibetur. Tu autem.

¶ Ad Benedictus, pro cõmemoratione ferie, Antiphona Domine, dimittẽ illã et hoc anno, vsque dum fodiã circa illam, et mittam stercora: & si quidem fecerit fructũ: sin autem, in futurum succides illam. ℣. In matutinis Domine meditabor in te. vt supra. Oratio.

OMnipotens sempiterne Deus, qui per continentiam salutarem, & corporibus mederis, et mentibus, maiestatẽ tuam supplices exoramus, vt pia ieiunantiũ deprecatione placatus, et presentia nobis subsidia prębeas, & futura. Per Dominum.

¶ Dominica xvij. post octauas Corporis Christi.

Oratio.

TAa nos Domine quę sumus gratia semper et pręueniat, et sequatur: ac bonis operibus iugiter pręstet esse intentos. Per.

¶ Lectio sancti Euangelij secundum Lucam. c. 14.

IN illo tempore, cum intraret Jesus in domum cuiusdam principis Pharisęorum sabbato mã ducare panẽ, et ipsi obseruabant eum. Et ecce homo quidam hydropicus erat ante illum. Et reliqua.

¶ Expo-

¶ Expositio.
Lec. vij.

QVanuis Dominꝰ malitiam Phariseorum cognosceret, tamen eorum fiebat conuiua, vt prodesset presentibus per verba, et miracula. Et ipsi obseruabant eum. Scilicet, si reuerentiam legis contemneret, an quicquam prohibitorũ faceret in die sabbati. Tu autem.

Lectio vij.

ITaque, hydropico veniente in medium, in interrogatione reprehendit insolentiam Phariseorum eum arguere volentium: Dicens ad legis peritos, et Phariseos, si licet sabbato curare? In ista autem interrogatione Jesus videret eos, tanquam amẽtes. Deo enim benedicẽte sabbatum, ipsi prohibent bona operari in eo. Tu autem.

Lectio ix.

AT illi tacuerunt, sed merito interrogati tacent, quia cõtra se dictum quicquid dixerint, vident. Nam, si licet sabbato curare, quare saluatorem non curet obseruante? non licet, quare ipso sabbato pecora curãt? Neglectis igitur Judeorum insidijs, liberat a morbo hydropicum, qui metu Phariseorum remedia nõ postulabat propter sabbatum. Tu autẽ. ℟. ix. **Benedicamus patrem.** Et in Dominica sanctę Trinitatis post vij. lectionem.

¶ Ad Benedictus, Antiphona. **Interrogauit Jesus legis peritos, et Phariseos, dicens: Si licet sabbato curare hominem? At illi tacuerunt: ipse vero apprehẽsum, sanauit eum, ac dimisit. Alleluya.** Oratio vt supra.

¶ In secundis Vesperis, pro commemoratione Dominicę. Antiphona. **Cum inuitatus fueris ad nuptias, recumbe in nouissimo loco, vt dicat tibi, qui te inuitauit, Amice, ascende superius: tunc erit tibi gloria coram simul discumbentibus. Alleluya.** Dirigatur. Oro vt supra.

¶ Dominica xviij. post octauas Corporis Christi.

Oratio.

DAsqęsumus Domine populo tuo diabolica vitare contagia, et te solum Deum pura mẽte sectari. Per Dominum.

¶ Lectio sancti Euangelij secundum Matthęum.

c.22 IN illo tẽpore, Accesserũt ad Jesum Pharisęi, et interrogauit eum vnus ex eis legis doctor, tentans eũ. Magister, qđ est mandatum magnum in lege? Et reliqua.

¶ Homilia beati Joannis Chrysostomi. Lect. viij.

in opere imperfecto

QVenerunt in vnũ Pharisęi, vt multitudine vincerent, quem ratione superare non poterant. A veritate se nudos esse pfessi sunt, qui multitudine se armauerunt. Dicebant enim apud se, vnus loquatur pro oibus, et oẽs loquamur per vnũ: vt, si quidem vicerit, oẽs videamur vicisse, si autẽ victus fuerit, ille solus videatur confusus. Tu autem.

Lectio viij.

O Pharisęi, qui omnia propter homines cogitatis, et facitis: Primũ quidem veniẽtes cum vno, vincendi estis per vnũ. Tamen pone, quia in victo homines non intelligunt, oẽs vos esse victos. Nunquid conscientię vestrę non sentiunt se esse confusas? Letus est enim consolatio ei qui in ipso confusus est, quod ab aliis ignorat. Tu autem. Lect. ix.

INterrogauit Jesum vnus ex Pharisęis legis doctor, tentans eum. Magister, Quod est mandatum magnũ in lege? Magistrum vocat, cuius non vult esse discipulus. Simplicissimus interrogator, et malignissimus insidiator. De mandato magno interrogat, qui nec minimũ obseruat. Ille enim debet interrogare de maiori iustitia, qui iam minorem compleuit. Tu autem. R. ix. O beata Trinitas. vt in Dominica sanctę Trinitatis post ix. lectio. fol. 225.

¶ Ad Benedictus, Antiphona. Magister, quod est mandatum magnum in lege? Ait illi Jesus: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo. Alleluya. Oratio vt supra.

¶ In secundis Vesperis, pro commemoratione Dominicę. Antiphona. Quid vobis videtur de Christo, cuius filius est? Dicunt ei oẽs: Dauid. Dicit eis Jesus: Quomodo Dauid in spiritu vocat eum Dominum, dicẽs: Dixit Dominus Domino meo, sede a dextris meis? ℣. Dirigatur Domine. Oratio vt supra.

¶ Do-

¶ Dominica xix. post octa vas Corporis Christi.

Oratio.

ORigat corda nostra quęsumus Domine tuę miserationis operatio, quia tibi sine te placere nō possumus.

¶ Lectio sancti Euangelij secundum Matthęum.

ca. 9 IN illo tempore, Ascēdens Jesus in nauicu lam, tranfretauit, et venit in ciuitatē suā. Et reliqua.

Lectio vij.

QUitatem Jesu non aliā intelligimus, q̄ Nazareth, vnde et Nazarenus appellatus. Mare quod Dominus transfretauit sęculū istud significat. Mauis vero quam ascēdit, aliquoties corpus eius, aliquoties crucem, aliquoties vero animam sanctam, et specialiter, vel generaliter totam significat ecclesiam.

Lectio viij.

QUitas vero sua, quę Nazareth vocatur, ad quam misericorditer venit, quę mūda, siue custodita interpretatur, ipsam generaliter totam significat ecclesiam. Et ecce offerebant et paralyticum iacentem in lecto, quia ipse ingredi nō valebāt. Tu aūt.

Lectio ix.

ORatio paralitici huius, animę post diuturnam illecebrę carnalis inertiam ad Christum suspiratis indicat saluationē quę primo omnium ministris qui eam subleuent, et Christo offerant, idest bonis doctoribus, qui spē sanationis, opemque intercessionis suggerant indiget. Tu autem. ℟. ix. Benedicat nos Deus Deus noster. Et in Dominica sanctę Trinitatis post primā lectionem.

¶ Ad Benedictus, Antipoona Dixit Dominus paralytico: Confide fili, remittuntur tibi peccata tua. Oratio vt supra.

¶ In ij. Vesp. pro commemoratione Dominicę, Antiphona Dixit Dominꝰ Jesus: Quid est facilius dicere, Dimittūtur tibi peccata tua, an dicere: Surge, et ambula? ℣. Dirigatur Domine. Oro vt supra.

¶ Dominica xx. post octas vas Corporis Christi.

Oratio.

OMnipotens sempiterne Deus, vniuersa nobis aduersantia propitia-

tus exclude, vt mẽte, & corpore pariter expediti, quę tua sunt, liberis mentibus exequamur. Per Dñm.

¶ Lectio sancti Euangelij secundum Matthęum.

c.22. IN illo tempore, Dicebat Jesus turbis similitudinem. Simile factum est regnum cęlorum homini regi, qui fecit nuptias filio suo. Et reliqua.

¶ Homilia beati Gregorij Papę. Lectio vij.

REgnum cęlorum præsens ecclesia nominatur: congregatio quippe iustorum regnum cęlorum dicitur: Regnum ergo cęlorum est ecclesia iustorum, quia dum eorum corda in terra nihil ambiũt, per hoc quod ad superna suspirant, iam Dominus in eis quasi in cęlestibus regnat. Tu autem.

Lectio viij.

REx iste qui fecit nuptias filio suo Deus omnipotẽs est, qui fecit nuptias Domino Jesu Christo, et ecclesię, quę tam ex Judeis, quam ex gentibus congregata est. Tu autem.

Lectio ix.

TUnc enim Deus pater Deo filio suo nuptias fecit, quando hunc in vtero virginis, humanę naturę coniunxit: qñ Deum ante sęcula, fieri voluit hominem in fine sęculorũ. Tu autem. ¶ Ad Benedictus Antiphona. Dicite invitatis: Ecce prandium meum parauj, venite ad nuptias, Dicit Dominus. Oro. vt supra.

¶ In secundis Vesp. pro commemoratione Dominicę, Antiphona. Nuptie quidem parate sunt, sed qui invitati erant, non fuerunt digni. Ite ad exitus viarum, et quoscunque inueneritis, vocate eos ad nuptias, dicit Dominus. ℣. Dirigatur Domine. Oratio vt supra.

¶ Dominica xxi. post octa. Corporis Christi.

Oratio.

IMpetra quęsumus Domine fidelibus tuis indulgentiam placatus, & pacem: vt pariter ab omnib⁹ mundentur offensis, et secura tibi mẽte deseruiant. Per Dominum.

¶ Lectio sancti Euangelij secundum Joannem.

IN illo tempore, Erat quidam regulus cuj⁹ filiꝰ infirmabatur Capharnaum. Et reliqua. ca.4.

¶ Homilia beati Gregorij Papę.

Hoc autem vobis de expositione video esse solummodo requirendum cur regulus cum sit diminutiuum nomen a rege dicatur, & ideo forsitan regulus dicitur iste, qui salutē poposcit filio suo, quia plenam non habuit fidem. Hic cum audisset, quia Jesus veniret a Judæa in Galileam, abiit ad eum, et rogabat eum, vt descenderet, et sanaret filium eius. Incipiebat enim mori. Tu autē.

Lectio viij.

Dixit ergo Jesus ad eum, nisi signa, & prodigia videritis nō creditis. Quare ergo hoc dicit cū ille in se crediderit, priusquā signū videret. Qui eñ salutem quærebat filio, procul dubio credebat, nec eñ ab eo quæreret salutē quē non crederet saluatorem, sed memētote quid petijt: & aperte cognoscetis, quia in fide dubitauit, poposcit namque vt descenderet, et sanaret filiū eius. Tu autē.

Lectio ix.

Corporalē ergo Domini præsentiam quærebat, qui per spiritum nusquam deerat. Minus itaq; in illum credidit quem non putauit salutē posse dare, nisi præsens esset et corpore: si eñ perfecte credidisset, procul dubio sciret, quia non est locus, vbi non est Deus. Tu autem. ℣. ij. Quis Deus magnus. Vt in Dominica sanctæ Trinitatis post ij. lectionem.

¶ Ad Benedictus, Antiphona. Erat quidam regulus cuius filius infirmabatur Capharnaum. Hic cū audisset, quia Jesus veniret in Galileam rogabat eum, vt descenderet, et sanaret filiū eius. Oratio vt supra.

℄ In secundis Vesperis, pro commemoratione Dominicę, Antiphona. Cognouit autem pater, quia illa hora erat, in qua dixit Jesus: Filius tuus viuit. Et credidit ipse, et domus eius tota. Alleluya. ℣. Dirigatur Domine. Oratio vt supra.

¶ Dominica xxiij. post octauas Corporis Christi.

Oratio.

Familiam tuam quæsumus Domine continua pietate custodi, vt a cunctis aduersitatibus te protegente sit libera, et in bonis actibus tuo nomini sit deuota. Per Dominū nostrum.

¶Lectio sancti Euangelij secundum Matthæum

Lectio vij.

c. 18. IN illo tempore, Dixit Jesus discipulis suis parabolam hãc: Simile est regnum cælorũ homini regi, qui voluit rationem ponere cum seruis suis Et reliqua. ¶Expositio.

HAnc similitudinẽ ad nostram institutionẽ proposuit, et admonendo perire nos noluit, sic, inquit et vobis faciet pater meus cælestis, si non remiseritis vnusquisq; fratri suo ỏ cordibus vestris. Tu autem.

Lectio viij.

ECce fratres res in aperto est, admonito vtilj; ac valde salubris: obedientia debetur, vt quod iustum est impleatur, quia omnis homo et Dei debitor est, et debitorem habet fratrem suum. Quis est enim, qui nõ sit debitor Dei, nisi in quo non potest inueniri vllum peccatũ? Quis est autem, qui non habeat debitorem fratrem suum, nisi in quẽ nemo peccauit? Tu autem. Lectio ix.

PAtasne quisquam in genere humano reperiri potest, qui non et ipse aliquo peccato adstrictus sit fratri suo? Debitor ergo omnis homo, habens tamẽ et ipse debitorẽ. Ideo Deus iustus, constituit tibi regulam in debitore tuo, quam faciet, ipse eũ suo. Tu autem. ℣. ix. Magnus Dominus et in Dominica sanctæ Trinitatis post iij. lectio.

Ad Benedictus Antiphona. Dixit autem dominus seruo: Redde quod debes. Procidens autem seruus ille rogabat eum, dicens: Patientiam habe in me, et omnia reddam tibi. Oro. vt supra.

In secundis Vesp. pro commemoratione Dominicæ, Ana. Serue nequã, omne debitum dimisi tibi, quoniã rogasti me: nonne ergo oportuit, et te misereri conserui tui, sicut et ego misertus sum tui? Dicit Dominus. ℣. Dirigatur Domine.

¶Dominica xxiij. post octauas Corporis Christi.

Oratio.

DEus refugium nostrum, et virtus, adesto piis ecclesiæ precibus auctor ipse pietatis, et præsta, vt quod fideliter petimus, efficaciter consequamur. Per. ¶Lectio sancti

secundum Matthæum.

c. 22 IN illo tempore, Abeũntes Pharisęi consiliũ inierũt, vt caperent Jesum in sermone. Et reliqua.

Lectio vij.

¶ Homilia venerabilis Bede presbyteri.

ET obseruantes miserunt insidiatores, qui se iustos simularent, vt caperent eum in sermone, et traderẽt eum principatui, et potestati presidis. Quęrentes Dominum apprehẽdere principes sacerdotũ, et scribę timuerunt populum, atque ideo, quod per se non poterãt, presidis manibus efficere tentabãt: vt vel ita ipsi a morte eius viderentur immunes. Tu autem. Lectio viij.

PAuper enim sub Cęsare Augusto Judęa subiecta Romanis, quãdo in toto orbe celebrata descriptio stipendiaria facta fuerat, erat in populo magna seditio, dicentib⁹ alijs, pro securitate, et quiete, qua Romani pro omnibus militarent, debere tributa persolui. Tu autem.

Lectio ix.

PHarisęis vero, qui sibi applaudebant de iustitia ecõtrario nitentib⁹, non debere populum Dei, qui decimas solueret, et oraret primitias, et cętera quę in lege scripta sunt, humanis legibus subiacere. Tu autem. &. ix. Gloria patri, genitreque proli. Et in Dominica sanctę Trinitatis, nost inij. lectionem.

¶ Ad Benedictus, alia Magister scimus, quia verax es, et viã Dei in veritate doces. Alleluya. Oratio vt supra.

In secundis Vesperis pro commemoratione Dominicę, Intr. bona. Interrogatus est a Judeis Jesus, si licet censũ dari Cesari? quibus ille respõdens dixit: Reddite Cesari, quę sũt Cesaris, et quę sunt Dei, reddite Deo. Alleluya. ℣. Dirigatur Domine. Oratio vt supra.

¶ Dominica xxiiij. post octauas Corporis Christi.

Oratio.

OMnipotens sempiterne Deus, misericordiã tuam ostende supplicibus tuis, vt qui demeritorum qualitate deficimus, nõ iudicium tuum, sed indulgentiam sentiamus. Per.

¶ Lectio sancti Euãgelij secundum Lucã. Lectio vij.

IN illo tempore. Ecce venit vir cui nomen Jairus c. 8.

Jairus,et ipse princeps synagogę erat:ꝛ cecidit ad pedes Jesu, rogans eū vt intraret in domū eius, quia vnica filia erat ei fere annorū duodecim, ꝛ hęc moriebatur. Et reliqua.

¶ Homilia venerabilis Bede presbyteri.

Lectio vij.

Ecce vir venit cui nomen Jayrus, et ipse princeps synagogę erat. Priori lectioni, quam de abiectiõe synagogę, fideq; ecclesię, atque iterum instauratione synagogę fumus interpretati, consequenter Archysynagogę filia moziens subiungitur. Tu autem.

Lectio viij.

Quam dum suscitare properat Dominus, occupat hęmorroissa mulier, prępiit salutem, sitq;, vt pręueniens, prior salute potiatur. Ethiopia enim pręueniet manꝰ eius Deo. Et cum intrauerit plenitudo gentiū, tunc omnis Israel saluus fiet. Tu autē

Lectio ix.

Princeps itaque synagogę nullius melioꝰ quā ipse Moyses intelligitur. Unde bene Jairus, id est illuminans, siue illuminatus vocatur: quia qui accipit verba vitę dare nobis, ꝛ p hęc cęteros illuminat, et ipse a spiritu sctō, quo vitalia monita scribere, vel docere possit, illuminatur. Tu autem. ℣. ix. Honor, virtus, ꝛ potestas. vt in Dominica sanctę Trinitatis post vj. lectionem. ℭ Ad Benedictus, Antiphona. Dicebat enim intra se, si tetigero fimbriam vestimenti eius tãtum, salus ero. Sio vt sup. ℭ In secundis Vesperis, pro commemoratione Dominicę, Ps. Si tetigero fimbriam vestimenti eius salua esse potero ab infirmitate mea. ℣. Dirigatur Domine oratio mea. Oratio vt sup.

OFFICIA

OFFICIA PROPRIA SANCTORVM per totius anni circulum, secūdùm ordinem noui Calendarij, iuxta morem almæ ecclesiæ Compostellanæ.

¶ Die xxx. S. Andreę Apostoli.

℣ Et nota, quod si venerit in **Dominica** prima Aduentus, transferendum est in feriatis. sequenti.

In primis Vesperis. super psal. añs. **Unus ex duobus.** ij. Laudum. fol. 2 **Si** psalmi feriales.

Capitulum.

Iam nō estis hospites. vt in cōmu. Apostolorum. Ref. **Vidit Andreas Dominus,** vt infra post iij. lectionem. **Hymnus,** et ℣s. vt in communi. Ad **Magnificat antiphona. Ambulans Jesus iuxta mare Galilee, vidit Petrum, & Andreā fratrem eius, & ait illis. Venite post me, faciam vos fieri piscatores hominum. At illi relictis retibus, & naui, secuti sunt eum.** Oratio.

Maiestatem tuam Domine supplices exoramus, vt sicut ecclesię tuę beatus Andreas Apostolus extitit prędicator, & rector, ita apud te sit pro nobis perpetuus intercessor. **Per Dominum.**

Fiat comme. de festo dict.

℣ Ad Completo. añs. **Christus me misit.** iiij. Laudum. psal. **Cum inuocarem.** Cum ęteris. Ad **Nūc dimittis.** añs. **Beatus Andreas.** v.

Laudū. ℭAd Matutī. Inuitat. Christum regem adoremus.℣. Qui martyrio crucis, Andreā glorificauit Apostolum.℘s ℭ enite exultemus.fo. 1. Hymnus, Ut in communi Apostolorum. In primo nocturno. Ant. Vidit Dominus Petrum,et Andreā, et vocauit eos.℘s. ℭ ęli enarrāt.fol. 8. ańa. Uenite post me dicit Dominus,faciam vos fieri piscatores hominum.psal. ℭ enedicam Dominū.fo.18.ańa. Relictis retibus suis, secuti sunt Dominum Jesum Christum. psal. ℭructauit. fol. 25.℣. In omnē terram exiuit sonus eorum.℟. Et in fines orbis terre verba eorū. Pater noster.

Lectio j.

rom. c.10. ORde creditur ad iustitiam: ore autem cōfessio fit ad salutem. Dicit enim scriptura:Omnis qui credit in illum,non cōfundetur. Non enim est distinctio Judęi,t Gręci. Nā idem Dominus omnium, diues in omnes, qui inuocant illū. Omnis enim,quicunque inuocauerit nomē Domini,saluus erit. Tu autem.℟. Cum perambularet Dominus iuxta mare secus littus Galilee,vidit Petrum, et Andream retia mittentes in mare, et vocauit eos, dicens.℣. Uenite post me,faciā vos fieri piscatores hominū. ℣s. Erant enim piscatores,et ait illis.℘. Uenite.

Lectio ij.

QUomodo ergo inuocabunt, in quem non crediderunt? Aut,quomodo credent ei,quem nō audierūt? Quomodo autem audient sine prędicante? Quomodo vero prędicabunt,nisi mittantur? Sicut scriptum est: Quā speciosi pedes euangelizantiū pacem, euangelizantium bona. Sed non omnes obediunt euangelio. Tu aūt.℟. Mox vt vocem Domini predicantis audiuit beatus Andreas.℘. Relictis retibus quorum vsu actuque viuebat, eterne vite securus est premia largientem.℣s. Nihil ab eo adhuc de premio eterne retributionis audierat,t tamen ad vnum Domini preceptum.℘. Relictis.

Lectio iij.

ET Saias enim dicit, Domine,quis credidit auditui nostro? Ergo fides ex auditu: auditus autem per verbū Christi. Sed dico,

eo, Nunquid non audierunt? Et quidem in omnẽ terram exiuit sonus eorũ, & in fines orbis terrę verba eorum. Tu autem. ℟. Dilexit Andream Dominus in odorem suauitatis. Dum penderet in cruce dignum sibi cõputauit martyrem, quem vocauit Apostolum dum esset in mari. ℣. Et ideo amicus Dei appellatus est. ℟. Elegit eũ Dominus, et exelsum fecit illum. ℣. Et ideo. ℟. Gloria patri. ℣. Et ideo.

¶ In ij. nocturno. Antiphons. Salue crux preciosa, suscipe discipulum eius qui pependit in te magister meus Christus. Psal. Omnes gẽtes fol. 26. Ant. Andreas Apostolus Domini magnum operatus est miraculum, verbum, Dei predicãdo iugiter, populũ conuertit Myrmidonum. Psal. Exaudi Deus deprecã. fol. 31. Ant. Tu es magister meus Christus, quem dilexi, quem cognoui, quem confessus sum: tantummodo in hac voce dignare me suscipere. Psalm. Exaudi Deus orationem. fol. 31. ℟. Constitues eos principes super omnem terram. ℣. Memores erunt nominis tui Domine. Pater nr. Cetera.

ANdreas Petri frater in Bethsaida oriũ Galileę vico, piscatoriam artem cum fratre exercebat: et tunc piscabantur in litore Galileę: quũ Christus prẽteriens, hos omniũ primos vocauit, dicẽs: Venite post me, & faciam vos piscatores hominum. Ad quam vocem, nullo alio miraculo adducti, relictis retibꝰ secuti sunt eum. Post passionem vero et resurrectionem Christi Andreas cum in Scythia Europę, quę ipsi prouincia ad Christi doctrinam disseminandam obtigerat, multis miraculis editis plurimos ad verum Dei cultum perduxisset, in Gręciã venit: multisque ad fidem Christi cõuersis, Egęam pro consulem ad Patras vrbem prędicationibus suis obsistentem, Christianosq; diis sacrificare cogentem, liberrime cępit increpare. Tu autem. ℟. Homo Dei ducebatur, vt crucifigerent eum: populus autem clamabat voce magna dicens. ℣. Innocens eius sanguis sine causa damnatur. ℟. Cunque carnifices ducerent eum, vt crucifigeretur, factus est concursus

cursus populo; clamantium, et dicentium. ℣. Innocens.

Lectio v.

DIcebat enim, quod qui iudex hominum haberi vellet, Christum Deū, atque omnium iudicem a dęmonibus elusus non agnosceret. Cui Ægeas irat⁹ respōdit, desineret Christū iactare, cui similia verba nihil profuissent, quominus a Judęis crucifigeretur. Et Andream multa in laudem Christi sponte sua pro genere humano crucifixi dicere incipientem, vana, & impia oratione interpellatum, iubet in carcerē detrudi. Unde ab irato in Ægęam populo educt⁹ esset, nisi ipse animos populariū compescuisset, rogans, ne se martyrij desideratissima corona fraudarent. Igitur, paulo post in tribunal pductum, quum Ægeas in proposito constātissime perseuerantem, & crucis mysteriū maxime extollentē, sibique suam impietatem libera voce exprobrantem videret, in crucē eum tolli, & Christi mortem imitari iussit. Tu autē. ℟. Doctor bon⁹, & amicus Dei Andreas ducitur ad crucem, & aspiciēs a longe vidit crucem. ℣. Salue crux, susćipe discipulum eius, qui pependit in te magister meus Christus. ℟. Cum peruenisset ad locum, vbi crux parata erat, videns eam a longe, exclamauit voce magna dicens. ℣. Salue crux.

Lectio vj.

ADductus igitur Andreas ad locum martyrij, videns crucem exclamauit. O bona crux diu desiderata, & iā concupiscenti animo prępparata: securus, et gaudens venio ad te, ita & tu exultans susćipe me discipulum eius, qui pependit in te magister meus Christus. Cum hęc, & alia multa in crucis laudem exclamādo dixisset, pridie Calendas Decembris in crucem actus, Christi mortem imitatus est, nisi quod neq; manus, neque pedes eius clauis sunt affixi, sed fune ligati, vt diutius desiderata morte cruciaretur. Tu autem, ℟. Cum peruenisset beatus Andreas ad locū, vbi crux paratae rat, exclamauit, & dixit: O bona crux diu desiderata, et iam concupiscenti animo preparata. Secur⁹, & gaudens venio ad te, ita et

tu

tu exultans suscipe me, discipulum eius qui pependit in te. ℣. Amator tuꝰ semp fui, & desiderauí te amplecti. ℟. Securus. ℣. Gloria patri. ℟. Securus.

℣n.iij. noctur. Antiph. Salue crux pretiosa, que in corpore Christi dedicata es: & ex membris eius, tanquam margaritis ornata.

Psal. ℭonfitebimur tibi. fol. 37. aña. Suscipe me ab hominibus, et redde me magistro meo, vt per te me recipiat, qui per te me redemit. Psal. ℣Dominus regnauit, exultet. fol. 46. aña. Dignum sibi Dominus computauit martyrem, quem vocauit Apostolum, dum esset in mari. Alleluya. Psalmꝰ. ℣Dominus regnauit, iracscantur. fol. 48. ℣. Nimis honorati sunt amici tui Deꝰ. ℟. Nimis cõfortatus est principatus eorum. Pater noster.

Lectio vij.

ℭLectio sancti Euangelij secundum Matthæum.

ca.4 In illo tempore, Ambulãs Jesus iuxta mare Galileę, vidit duos fratres, Simonem, qui vocatur Petrus, & Andreã fratrem eius, mittentes rete in mare (erãt enim piscatores) & ait illis. Venite post me, & faciã vos fieri piscatores hominũ. &c reliqua.

ℭHomilia beati Gregorij Papę.

Audistis fratres charissimi, quia ad vnius iussionis vocem Petrus, & Andreas relictis retibus secuti sunt redemptorem. Nulla vero hũc facere adhuc miracula viderant, nihil ab eo de prędmio ętern̄ę retributionis audierant: & tamen ad vnũ Domini prędceptum, hoc quod possidere videbantur, obliti sunt. Quanta nos eius miracula videmus, quot flagellis affligimur? quantis minarum asperitatibus deterremur: & tamen vocantem sequi contemnimus. Tu aũt. ℟. O bona crux, que decorẽ, & pulchritudinem de mẽbris Domini suscepisti, accipe me ab hominibus, et redde me magistro meo. ℟. Ut per te me recipiat, qui per te me redemit. ℣. Securus, et gaudiens venio ad te, ita & tu exultans, suscipe me. ℟. Ut per te.

Lectio viij.

In cęlo iam sedet, qui de cõuersione nos admonet, iam iugo fidei colla gentium subdidit, iam mũdi glo-

di gloriam strauit, iam cuiusdam eius crebrescentibus districti sui iudicij die propinquantem denuntiat: et tamen, superba mens nostra adhuc non vult hoc spōte deserere, quod quotidie perdit inuita. Tu aūt ℣. Salue crux, que in corpore Christi dedicata es, et ex membris eius tanquam margaritis ornata. ℟. Suscipe discipulum eius, qui pependit in te. ℣. O bona crux diu desiderata, et iam concupiscenti anime preparata. ℟. Suscipe. Lect. ix.

QUid ergo fratres charissimi, quid in eius iudicio dicturi sumus, qui ob amorē presentis seculi, nec precepti flectimur, nec verberibus emendamur? Sed fortasse aliquis tacitis sibi cogitationibus dicat. Ad vocem dominicam vterq; iste piscator quid, aut quātum dimisit, qui pene nihil habuit? Sed hac in re fratres charissimi, affectū potius pensare debemus, quā censum. Tu aūt. ℣. Videns crucem Andreas exclamauit dicens: O crux admirabilis, O crux inenarrabilis, O crux, que per totum mundum fulgida es, suscipe discipulum eius, qui pependit in te. ℟. Et non me dimittas errantem, sicut ouem non habentem pastorem. ℣. Biduo viuens pendebat in cruce pro Christi nomine beatus Andreas, et docebat populum, et dicebat. ℟. Et non. ℣. Gloria patri. ℟. Et non. Te Deum laudamus. ℣. Constitues eos principes super omnem terram. ℟. Memores erunt nominis tui Domine.

℣ In Laudibus, Antiphona. Dilexit Andream Dominus in odorem suauitatis. Alleluya. ℣. Dominus reguauit deco. fol. 10. Antiphona. Unus ex duob⁹, qui secuti sunt Dominum, erat Andreas frater Simonis petri. Alleluya. ℣. Xubilate. fo. 31. Antiphona. Ego si patibulum crucis ex paruescerem, crucis gloriam nō predicarem. ℣. Deus Deus meus. fol. 10. Antiphona. De⁹ me misit ad istā prouinciam, vbi non paruum populum ei acquisiui. Canticum. Benedicite. fo. 11. Antiphona. Beatus Andreas orabat, dicens: Domine rex eterne glorie, suscipe me pendentem in patibulo. ℣. Laudate Dñm de cęlis. fol. 11. Cpim vr tuprem⁹.

℣.

℣ ℣ſ. vt in communi Apoſtolo. ad Benedictus. añia. Concede nobis hominem iuſtum, redde nobis hominem ſanctum, ne interfictas hominem Deo charum, iuſtum, manſuetum, ℣ pium.
Oratio vt in Veſperis.
℣ Per horas diei añę Laudum. Ad iij. vj. et nonam. Capſm vt ſupra. ℟. et ℣ſ. de communi Apoſtolorũ.
Oratio vt ſupra.
℣ In ſecundis Veſp. añę, Laud. Pſal. de communi. Capſm vt ſupra. Alleluya. ℣ſ. Dilexit Andream Dominus in odorem ſuauitatis.
Hymnus ℣ ℣. vt in communi. Ad Magn. Antipho. Cum peruentſſet beatus Andreas ad locum vbi crux parata erat, exclamauit, ℣ dixit: O bona crux diu deſiderata, ℣ iã concupiſcenti animo præparata ſecurus, et gaudẽs veni o ad te, ita et tu exultãs ſuſcipe me diſcipulum eius, qui pependit in te. Oratio vt ſupra in primis Veſperis.
℣ Ad Completo. vt heri.

DIe prima menſis Decembris ſanctorum martyr̃ Chryſanthi et Darię dia dicantur vt in communi plurimorũ martyrum, præter oſonem, ℣ iij. ℣. ℣ ſextam lectiones. Oratio.

SAnctorũ martyrũ tuorũ Dñe Chryſanthi ℣ Darię nobis adſit oſo, vt quos veneramur obſequio, pios iugiter experiamur auxilio. Per Dñm. Lect. iiij.

POlemius inter Alexandrię Egypti ciues illuſtris, Romam migrans cum Chryſantho filio ingenioſiſſimo, erudiendum eũ liberalib⁹ ſtudijs curauit. qui, dum omne ſcriptorum genus curioſe perlegit, forte in ſacras literas incidit, quib⁹ dum imbui cuperet, a Chriſtiano quodam ad Carpophorum preſbyter̃ ob perſecutionis procellã in montis ſpecu latentẽ ad ductus, baptizatus eſt, vnde Romam rediens publice Chriſtum prędicabat.
Tu autem. Lectio v.

AT, vbi pater reſciuit chriſtianũ eſſe Chryſanthum, recludit illum in tenebroſo carcere, et exiguo admodum cibo alit. Deinde, quorundam conſilio mutata ſententia, ad illum introduxit eleganti forma puellas, vt illarum amore illum a Chriſti religione ſepararet. Quib⁹ Dei nutu, nil apud illum agenti-

agẽtibus, postremo Daria inducta est, & ipsa idolorũ cultrix, quę prędicatione Chrysanthi Christiana effecta, simulato cõiugio cũ Chrysantho illibatam virginitatem seruabat. Tu autem. Lectio vj.

Chrysanthus autẽ viros plures, Daria plures fęminas ad Christum suis prędicationibus pertrahebant. Quo comperto, capti ambo a Celerino pfecto vrbis tribuno Claudio, vt torquerentur, traditi sunt. Chrysantho irrogatis sunt plurimi cruciatus, a quibus Dei virtute illęsus, septuagita milites ad Dominũ conuertit. Daria virgo in lupanar construpanda adducta, tuente eã leone, qui e cauea amphiteatri aufugerat, a Domino seruata est. Viui tandem simul defossi sunt, sub Numeriano imperatore, anno Domini ducentesimo octogesimo septimo. Tu autẽ.

¶ Die secunda. Vitalis & Agricolę martyrũ. Omnia dicantur de communi plurimorum martyr. pręter orationem. Oratio.

Adesto Domine populo tuo, vt beatorum martyrum tuorum Vitalis, & Agricolę merita pręclara suscipiens, ad impetrandam misericordiam tuam semper eorum patrocinijs adiuuetur. Per Dominũ.

¶ Die. iij. Leocadie virgis & martyr. omnia dicãtur vt in cõmuni vnius virgi. pręter orationem, ac quartam v. & vj. lectio. Oratio.

Deritis gloriosę virginis, & martyris tuę Leocadię, quęsumꝰ Dñe pręces nostras digneris audire, & veniam peccatorũ nobis benigne concede. Per.

Lectio iiij.

Cum Datianum pręsidem Diocletianus, & Maximianus crudelissimi tyranni veriusquam imperatores, ad moderandã, vel potius lacerandã Hispaniam destinassent, per agrata non sine multa cęde Christianorum Gallia, tandem Hispaniam venit. Vbi apud Cęsaraugustam fęlicem Cucufatum, & Eulaliam cum plurimis alijs interemit. Deinde, postęs Cęsaraugusta satis iam satis martyrum sanguine redũdauit, & Complutũ suos vidit Justum, & Pastorem trucidatos: Toletum adist ad

ad christianorum reliquias persequendas. Tu autem.

Lectio v.

IBi, cū multa ei de virginis Leocadię nobilitate, pietate, summoq; studio in Deum, religioneq; christiana prędicarētur, vocari eam ad se iussit, atque persuadere conat⁹ est, vt prędclaris ortа natalibus Christo nescio cui fictitio Deo seruire ōdignaretur, deosq; gentium, quibus imperatores ipsi parerent, coleret. Sed risit virgo sancta eius amentiam, qui relicto vero Deo, truncos, ac lapides sectaretur. Nō potuit tunc iram temperare Datianus, cum se, suosque deos contēptos vidit, quin confestim arreptam virginem intra carcerem trudi, ferreisque vinculis nimiū constringi pręceperit, donec, quibus eam tormentis afflige ret, plenius deliberaret. Tu autem.

Lectio vj.

DUm Leocadia seruatur in vinculis, Datianus Eluoram contendit ad conquirendos christianos: ibi Vincentiū cōprehēdit, quem postea cū Sabina & Christeta ei⁹ sororibus, & cum plurimis aliis in ciuitate Abulensi cōcidit. Emeritā deinde profectus, crudeliter suā carnificinam exercuit, quam plurima ibi turba christianorum interempta. Inter quos sancta Eulalia verberibus, multisq; cruciatibus afflicta, igneque succēsa occubuit. Quam famam vbi Toleti sancta Leocadia in vinculis excepit, Deo flexis genibus gratias agens, expirauit, quinto id⁹ Decembris. Tu autem.

¶ Die iiij. Barbarę virginis, & martyr. omnia dicantur, vt in communi vnius virginis, prętер orationem ac iij. v. vj. lect.

Oratio.

DEus, cuius dilectionem beata Barbara virgo, & martyr omni terreno amori antepos uit: pręsta quęsum⁹, vt cuius martyrij triumphum recolim⁹, eius suffragijs ad cęlestia regna peruenire possimus. Per Dominum nostrum.

Lectio iij.

MAximino imperatore, & Melchiade Romano pontifice, Barbara virgo illustri genere nata est Nicomedię, quę vrbs est

in Bithinia minoris Asię prouincia patre Dioscoro. Quę adeo ab ipsa statim pueritia veri Dei cognitionem sitiebat, vt deorum simulacra irrideret. Philosophorum quoq; libros frequenter ideo legebat, ipsosq; Philosophos libentissime audiebat, vt si quomodo in veri Dei cognitionem posset peruenire. Huius ergo rei desiderio ad Origenem, qui tunc Alexandrię Egypti florebat, literas dedit: quibus orabat, vt in veri Dei cognitionem sua illã doctrina induceret Tu aũt.

Lect. v.

ORigenes autem Valentinum presbyterũ eruditione, & sanctitate clarum, cum sacris codicibus ad Barbaram erudiendam misit: a quo edocta, & baptizata est. Pater tamẽ Dioscorus Barbarę obmixe suadet, vt virum accipiat, quo ex ea dulces nepotes se habere gloriaretur. Quę cũ constantissime patris imperium detrectaret, ab eodem in turri arctissima custodia asseruabatur. Vbi conspectis deorum simulacris, in eorum facies expuẽs, similes, dicebat, fiãt, qui faciunt ea. Hec Dioscorus pater satiatus Barbarę vinculis, apud Martianum pręsidem eã, quasi deorum contemptricẽ accusat. Tu autem.

Lectio vi.

QUam Martianus, cũ multis verbis ad deorum cultum non posset pertrahere, acerbissimis flagris afflixit, & in carcere publice seruari pręcepit, sperãs longa carceris pręssura a Christi religione illam posse dimouere. Sed a Christo per noctis tenebras visitata, & incolumitati reddita, multo hilarior ad sequẽtes cruciatus fustinendos effecta est. Nam ad Martiani tribunal adducta, totoq; corpore ferreis pectinibus lacerata, & flammis subiectis grauissime torta, alacris capitis sententiam excepit. Pater vero tanta indignatiõe in filiam exarsit, vt lictoris ministerio adesset, & filię caput amputaret, pridie nonas Decembris. Redeuntes autem a colle, quo Barbara occisa est, fulmine interierũt. Tu autem.

Die v. Gyraldi archiepiscop. Bracha. vt in comm[illegible]

ni vnius pontificis, omnia dicantur præter orationem ac inf. v. & vs. lectiones.

Oratio.

PRæciosa nos quæsumꝰ Domine beati Gyraldi confessoris, atque pontificis merita tueantur: ac ipsius precibus ecclesia dirigatur, quo patrono, & præsule gloriatur. Per Dñm.

Lectio iiij.

SAnctus Gyraldꝰ christianis parentibus in Germania natus, ab vtero matris vsqueadeo Christo fuit deditus, vt nihil q̃ omnem vitam gesserit, qđ non sit merito summo præconio celebrandum. Eius siquidem parentes, qui erant ex summatibus regionis Cartucensis, ante sobolem susceptam voverunt Dei primitias sui seminis. Tu autem.

Lectio v.

NAtus prima eorum fœtura Gyraldus, liberaliter nutritus ac sancte, priusquam excederet a pueritia in cœnobio Mosaico nuncupato, monasticę professioni adscriptus est. Ubi tantum profecit literis, fraternaque illa disciplina tum etiam integritate vitę, vt facile præ cunctis emineret. Inerant in eo virtutes omnes, quibus Christiana sanctitas commẽdatur. Tu aũt. Lec. vj.

HIc igitur cœnobita, vbi nũc postea in Hispaniam, quo tẽpore Bzacharẽsis forte ecclesia erat destituta pontifice, suffragiis omnium archiepiscopꝰ factus est. Quod vtique factũ, diuinamq; electionẽ Paschalis Papa. non solum confirmauit, sed multis etiam prærogatiuis prosecutus est. Regit Bzacharensem ecclesiam diuus Gyraldꝰ sic pie, sic sancte, vt post vitę cursum fœliciter peractum, inter sanctos merito relatus sit. Tu autem.

¶ Die vj. Nicolai epi. confesso. ad primas Vespe. super Psal. Aña. O per ola. v. Laud. psalmi. feriales. Capitulum, vt in comnu. vnius pontifi. ℟. Letamini in Domino, per gloriosa merita sancti Nicolai annisitis. ℣. Quia cunctorum ad eius tumulum venientiũ, peccata relaxantur. ℟. Gaudete, & exultate festiuitatem sancti Nicolai recolẽtes. ℣. Quia ℟. Gloria patri. ℣. Quia.

¶ Hymnus & versus vt in

communi. Ad Mag. Ańa. O pastor eterne, o clemens, ⁊ bone custos, qui dum deuoti gregis preces attenderes, voce lapsa ō celo presuli sanctissimo dignum episcopatu Nicolaum ostendisti tuum famulum. Oratio.

DEus, qui beatū Nicolaum confessorem tuum, atque pontificem in numeris decorasti miraculis, tribue quęsumus, vt eius meritis, ⁊ precibus a gehēne incendijs liberemur. Per Dominum nostrum. Fiat cōmemo. de festo diei. Ad Completo. Ańa. Amicus Dei. iiij. Laudum. Ad Hunc dimittis. Ańa. O per omnia. ℣. Laudum.

℄ Ad Matuti. Inuitato. Adoremus regem seculorū. ℣. In quo viuit Nicolaus gēma sacerdotum. Psal. Venite exultemus. Hymnus. vt in commu. In j. nocturno. Ańa. Nobilissimis siquidem natalibus ortus, velut lucifer Nicolaus emicuit, ps. Beatus vir. fol. 2. Ańa. Nondum matris adhuc lacte nutriretur, quarta, ⁊ sexta feria, semel in die mammillas sugebat. Psal. Quare fremuerunt. fol. 2. Ańa. Jam decus lactentium Nicolaus, mirabili protendebat auspicio, sancte parsimonie tempus. psal. Cum inuocarē. fol. 78. ℣. Amauit eum Dominus. Pater noster.

Lectio j.

HJli mi, ne obliuiscaris legis meę, ⁊ precepta mea cor tuū custodiat. Longitudinem enim dierū, ⁊ annos vitę, ⁊ pacē apponent tibi. Misericordia, et veritas te non derelinquat. Circunda eas gutturi tuo, et describe in tabulis cordis tui, ⁊ inuenies gratiam, et disciplinam bonam coram Deo, et hominibus. Tu autem. ℣. Confessor Dei Nicolaus nobilis progenie, sed nobilior moribus. ℟. Ab ipso puerili euo secutus Dominū, meruit diuina reuelatione, ad summum prouehi sacerdotium. ℣. Erat enim valde compatiens, ⁊ super afflictos pia gestans viscera. ℟. Ab ipso. Lectio ij.

Cap. 3.

HAbe fiduciam in Dño ex toto corde tuo, et ne innitaris prudentię tuę. In omnibus vijs tuis cogita illum, et ipse dirigat gressus tuos. Ne sis sapiēs apud temetipsum. Time Deum, et recede a malo, sanitas quippe erit vmbilico tuo,

tuo,ꝛ irrigatio oſſium tuorum. Tu autem. ℟. Dum vero adhuc pẽderet ad vbera matris. ℣. O nous res, quarta feria,ꝛ ſexta, ſemel in die mammillas ſuggebat. ℟. Jam quodam modo ſacri ieiunij ſe futurum preſignans amatorem Nicolaꝰ. ℣. O noua res. Lectio iij.

HOnora Deum de tua ſubſtantia,ꝛ de primitijs omnium frugum tuarũ da pauperibus:ꝛ implebũtur horrea tua ſaturitate, et vino torcularia redũdabunt, Diſciplinam Domini fili mi ne abijcias,nec deficias cum ab eo corriperis. Quem enim diligit Dominus corripit,ꝛ quaſi pater in filio complacet ſibi. Tu autem. ℟. Quantam denique in meſſem in eo diuina ſemina creuerunt. ℣. Innumera pietatis officia, quibꝰ quotidie ſtrenuus inſudabat, preconantur. ℟. Tranſitoriã felicitatem quantipenderet, et celeſtis regni gloriam. ℣. Innume. ℟. Gloria patri. ℣. Innumera.

℣ In ij. nocturno. Antiphona. Poſt quam domi puellem decurrit etatem, cunctis mundi huius ſpretis oblectationibus, Chriſti ſeruo ſubijciens documentis ſanctis,ſuum prebuit auditum. Pſal, Verba mea. fol. 21. Ant. Ad quantam vero meſſem diuina conualuerunt in eo ſemina,ſequentia pietatis opera profitentur. ℣. O omine Dominus noſter. fol. 3. Ant. Pudore bono repletus Dei famulus,ſumptibus datis,ſtupri nefas prohibuit. Pſal. In Domino confido. fol. 5. ℣. Juſtum deduxit Dominus. ꝛc. pater noſter. Lectio iij.

NIcolaus illuſtri loco Patarę natus,quod oppidum eſt in Lycia,orbatus in adoleſcentia vtroq; parente, omnes ſuas facultates pauperibꝰ diſtribuit. Cuius illud perſancte, et benigne factum imprimis memoratur. Quod cũ quidã eiꝰ ciuis ex diuite pauperrimus factꝰ, tres filias iam viro maturas non valens prę inopia matrimonio collocare, ſtatuiſſet proſtituere, Nicolaus, recognita, quadam nocte per feneſtram tantum pecuniarũ clam proiecit in domum illius, quantum doti vnius filiarũ abunde ſufficeret. Tu autẽ. ℟. Operibus ſanctis Nicolaus humiliter inſiſtens,

sistes, reuelatione diuina pro nectus est. ℟. Ad summum sacerdotij gradum. ℣. Uoce quippe clara ō celo lapsa, cui dam insinuatur presuli dignū episcopatu Nicolaum. ℟. Ad summum.

Lectio v.

QUod cum iterum, ac tertio fecisset, tres honestissimę virgines dotibus acceptis, honestis viris in matrimonium datę sunt. Quibus, ꝛ talibus virtutum officijs, cū magna sue sanctitatis przbuisset documenta, Myram oppidum eiusdem prouincię a Deo videlicet admonitus contendit, eo potissimum tempore, quo eius episcopus obierat. Tu autē. ℣. Quadam die tempestate sentissima quassari naute ceperunt sanctum vocare Nicolaum. ℟. Et statim cessauit tempestas. ℣. Quibus illis clamantibus apparuit quidam dicens illis. Ecce adsum, quid vocastis me? ℟. Et statim.

Lectio vi.

UBi, cum prouinciales episcopi de eligendo episcopo consultarent, diuinitus admoniti sunt, vt eum eligerent, qui postridie mane Nicolaus nominę primus ecclesiam ingrederetur. Quod cum accidisset Nicolao, ab obseruā tibus comprzhensus, magno cunctorum consensu episcopus creatur. Quod munus tam religiose, tam sancte, prudenterque gessit, vt omnis virtutis, ac pietatis clarissimum fuerit exemplum, maximumq; sui desiderium vniuersę Lycię moriens ętate senili octauo idus Decembris reliquerit. Ubi multis etiam miraculis claruisse memoratur. Tu autem. ℣. Beatus Nicolaus iam triumphopotit, nouit suis famulis prębere celestia commoda, qui toto corde poscunt eius suffragia. ℟. Illi nimirum tota nos deuotione oportet commitrere. ℣. Vt apud Christum eius patrocinijs adiuuemur semper. ℟. Illi nimirum. ℣. Gloria patri. ℟. Illi nimirum.

℣ In iij. nocturno, Antiphona. Auro, virginum incestus auro, patris earū inopiam auro prorsus vtrorūq; detestabilem infamiam Dei seruus ademit Nicolaus.

Psalmus. Domine quis habitabit in tabernaculo. Ana. Innocenter puerilia

lis iura transcendens, Euangelice institutiõis discipulus effectus est. Psal. O fie in virtute. fol. 9. Ãñs. Glozią mundi spreuit cum suis oblectationib⁹, ⁊ ideo meruit promoueri ad summum sacerdotij gradum. Psal. O omini est terra. fo. 14. ℣. Justus germinabit sicut lilium, ⁊c. pater noster.

Alię tres lectiones Euangelium. Sint lumbi vri. et Homilia. vt in communi. cum sequentibus Responsoriis. ℟. vij. Qui cum audissent sancti Nicolai nomen, statim expandunt vtraſq; manus ad celum. ℣. Saluatoris laudantes clementiã. ℟. Clara quippe voce coram hominibus dignum referebant illum Dei famulum. ℣. Saluatoris. ℟. viij. Magne pater Nicolae summo patri proxime, admiranda qua præcellis apud Deum gratia. ℣. A cõmissis nos emunda, ne cadamus sustine. ℟. Jam per terras, ⁊ per mare fama celeberrime, refouendo tribulatos, releuando naufragos. ℣. A commissis. ℟. ix. Ex eius tũba marmorea sacrum resudat oleum, quo liniti sanantur ceci, surdis auditus redditur. ℣. Et debilis quisque

sospes regreditur. ℟. Caternatim ruunt populi, cernere cupientes, que per eum fiunt mirabilia. ℣. Et debilis. ℟. Gloria patri. ℣. Et debilis. Te Deum laudamus. ℟. Non est inuentus similis illi. ¶ In Laudibus, Antiphona. Beatus Nicolaus adhuc puerulus multo ieiunio macerabat corpus. Psalmus. Dominus regnauit. fol 10. Antiphona. Ecclesie sancte frequentans limina, sacra pectore condebat mandata. Psalmus. Jubilate. fol. 10. Antiphona. Juste, ⁊ pie viuendo, ad honorẽ sacerdotij meruit promoueri diuinitus. Psalmus. Deus Deus meus ad te de luce vigilo. fo. 10. Antiphona. Amicus Dei Nicolaus pontificali decoratus infula omnibus se amabilem exhibuit. Canticum. Benedicite. fo. 11. Antiphona. O per omnia laudabilem virum, cuius meritis ab omni clade liberantur, qui ex toto corde querunt illum. Psal. Laudate Dominum. fol. 12. Capitulum ⁊ hymnus vt in Vesperis. ℣. Justus vt palma florebit. Respons. Sicut Cedrus Libani multiplicabitur.

Ad Benedictus, Antipho na. O Christi pietas omni prosequenda laude, qui sui famuli Nicolai merita longe, lateque declarat, nam ex tumba eius oleum manat, cunctosque languidos sanat. Oratio vt in Vesperis.

¶ Per horas diei, Antiphone, Laudum. Ad iij. vj. & nonam, Capitulum, ℣. & versiculi de communi. Oratio vt suora.

¶ In ij. Vesperis, Antiphonę, Laudum, Psalmi de communi. Capitulum, Alleluya cum suo ℣. Ipse, & vers. vt in communi.

Ad Magnificat. Copiose charitatis Nicolae pontifex, qui cum Deo gloriaris in celi palatio, condescende supplicamus ad te suspirantibus: vt exutos graui carne pertrahas ad superos. Oratio vt in primis Vesperis.

¶ Ad Comple. vt heri.

¶ Die vij. Melchiadis Papę, marty. omnia dicantur de commu. vnius marty. pręter sextam lectio. infrapositam.

¶ Commemo. S. Andreę in primis Vesperis. Ant. Unus ex duobus qui secuti sunt Dominum, erat Andreas frater Simonis petri, Alleluya. ℣. Dilexit Andreę Dominus. ℟. In odorem suauitatis. Oratio.

PRotegat nos Domine sępius beati Andreę Apostoli tui repetita solęnitas, vt cuius patrocinia sine intermissione recolimus, perpetua defensione sentiamus. Per Dominū.

¶ Fiat commemora. hęc in Matuti. Lect. vj.

MElchiades Papa natione Apher, Maxętij, Licinij, & Maximini tęporib⁹ eccleśię przfuit. Hic instituit, vt nec die dominico, neque quinta feria ieiunaretur: quoniam hos dies pagani, quasi sacros, ieiunijs celebrarent. Multa quoque constituit ad oblationes faciendas pertinętia, eo quod Manichęorum hęresis tunc maxime in vrbe Roma inualescebat. Quib⁹ peractis, Maximini iussu martyrio coronatus, via Appia sepelitur in Calisti cęmeterio, quarto idus Decembris: cū ex sacris ordinationibus semel habitis, presbyteros septem, diaconos sex, episcopos duodecim creasset. Sedit autem annos quatuor, menses septem, dies nouem.

uem. Tu autem.

¶ Die viij. Conceptio immaculatę virginis Marię. Hoc officium editum fuit per Reuerendum patrem Dominum Leonardū Hoguerol protonotarium apostolicum, artium ac sacrę theologię doctorē, qđ confirmatum fuit ꝛ approbatum per Sixtum Papā Quartum, cum ea indulgentia illud celebrantibus, quę habetur per totam octauam Corporis Christi.

¶ Notandum, quod si festū Conceptionis beatę Marię in dominica inciderit, fit officium de festo, quia specialis effectus Dei fuit in tali die, ꝛ ideo Dominica transfertur in diem sequentem: ꝛ hoc ex dispensatione pontificis.

¶ Et in ij. Vesp. diei Dominicę, post Benedicam⁹ fit commemoratio de Dominica per Ant̄am, vers. et orationem.

¶ Feria ij. ad Matuti. Inuitatorium et Hymnus de dominica. In nocturno dicantur Antiphonę, ꝛ Psalmi vt in feria ij. in psalterio. ℣. Emitte agnum Domine, vt in Dominica ante Euangelium. Deinde tres lectiones, scilicet, Euangelium cum sequentibus, et suis Responsoriis. Et nō dicitur Te Deum laudamus.

¶ In Laudibus. ℣. ꝛ ant̄a, de Dominica. Psalmi vt in Laudibus ferię ij. Capitulum ꝛ reliqua de Dominica. Post Benedicamus fiat cōmemo. de octaua.

¶ Per horas diei antiphonę, Laud. Capitulum, ℣. ℟. ꝛ oratio de Dominica.

¶ In ij. Vesp. post Benedicamus fit commemo. de octaua ꝛ de Dominica.

¶ Si vero Dominica occurrerit intra octauam, fit officium de Dominica cum commemo. octauę. Et in sabbato sequenti anticipabitur officiū d octauo die.

¶ In j. Vesperis super ps. Ant̄a. Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias Ade. Alleluya.

¶ Psalmi de beata virgine. Capitulum.

Ego diligentes me diligo, ꝛ qui mane vigilant ad me, inuenient me. In viis iustitię ambulabo, vt ditē diligentes me. Qui me elucidant, habebunt vitam ęternam. ℟. Deo gratias: ℣. Fiat mihi sanctuarium. vt infra post vj. lectionem

nem. Hymnus. Aue maris stella. fol. 578 ℣. Immaculata conceptio est hodie sancte Marie virginis. ℣. Cuius innocentia inclyta cunctas illustrat vndas animas. Ad Mag. Antiphona. Quã pulchri sunt gressus tui filia principis. Collum tuum sicut turris eburnea, oculi tui diuini, et come capitis tui sicut purpura regis. Quã pulchra es, et quam decora charissima. Alleluya.

Oratio.

DEus, qui per immaculatam virginis cõceptionem dignũ filio tuo habitaculũ prẽparasti, concede quẽsumus: vt sicut ex morte eiusdem filij sui prẽuisa eam ab omni labe prẽseruasti, ita nos quoque mundos eius intercessione ad te peruenire concedas. Per eundem Dñm.

¶ Fiat commemoratio de festo diei.

¶ Ad Matutin. Inuitato. Immaculatam conceptionẽ virginis Marie celebremus. ℣. Christum eius preseruatorem adoremus Dominum. Psalm. Venite exultem⁹. fol. 1. Hymnus. Quẽ terra pontus. fol. 578

¶ In j. noctur. Ãna. Multe filie congregauerunt sibi diuitias, tu vero supergressa es vniuersas. Alleluya. psal. Domine Domin⁹ noster. fol. 3. ℣. Siculus. Eo quod esset cunctorum vluentium mater. ¶ Ibi versiculi qui ponuntur, post eãs, dicũtur immediate post psalm. tam in nocturnis quam in Laudib⁹ deinde repetitur ãna, et hoc in die tantum in j. noctu. Ãna. Surrexerunt filij eius, et beatissimam predicauerunt: vir eius, et laudauit eam. Alia. Psalm. Celi enarrant. fol. 8. ℣. Os nũc de ossib⁹ meis, et caro de carne mea. Ãna. Fortitudo, et decor indumentum eius, byssus, et purpura vestis illius. Alia. Psalm. Domini est terra. fol. 14. ℣. Posuit in sole tabernaculum suum. ℣. Liberasti me Domine ex ore leonis. ℣. Et a cornibus vnicornium humilitatem meã pater noster.

¶ Ex dictis beati Hieronymi presbyteri. Lect. j.

CAnitur in canticis de Maria. Hortus conclusus, fons signatus, emissiones tue paradisus. Hortus deliciarum, in quo sunt consita vniuersa florum genera, et odoramenta virtutũ: sicq; signatus, vt nesciat violari

violari neq; corrumpi vllis insidijs fraudibusue diaboli. Fons itaq; signatus sigillo totius trinitatis. Quidquid in Maria gestū est, totum puritas, totū veritas, totūq; gratia fuit. Ceteris virginibus prestatur gratia per partes, Marię vero tota se infudit plenitudo gratię. Tu aūt. ℣. Ego ex ore Altissimi prodij primogenita ante omnem creaturam. Ego in celis feci, vt oriretur lumen indeficiens. ℟. Et sicut nebula texi omnem carnem. ℣. Gyrum celi circuiui sola, et in profundū abyssi penetraui, et in omni populo, et in omni gente primatum tenui. ℟. Et sicut.

¶ Ex sermone sancti Augustini. Lectio ij.

SUmma Dei sapientia nulla in massa humani generis inuenit viā, perquam, vt dispofuit, inmundum veniens eius subueniret luctuoso perditioni, donec ad illam, de qua loquimur, virginem ventū est. Sed hęc, mox vt inmundum per humani generis lineam venit, tanto omnis boni virtute perfecte resplenduit, vt eam Dei sapientia veridice iudicaret, vt per ipsam in hominem veniens, non tantum reatum primorum parentum, sed totius mundi peccata deleret. Magnifica igitur beata virgo illum, qui te ab omni peccato preseruauit. Quis enim dicere poterit, sine peccato sum natꝰ, aut, mundus sum ab omni iniquitate dicere audebit, nisi illa prudentissima virgo, animatum templum Dei ex celsi, quam Deus sic elegit, et prelegit ante mundi cōstitutionem, vt esset sancta, et immaculata mater Dei et filia, ab eterno reseruata, et incorrupta ab omni labe peccati. Tu aūt. ℣. Transite ad me omnes qui concupiscitis me, et a generationibus meis implemini. ℟. Spiritus enim meus super mel, dulcis, et hereditas mea super mel, et fauum. ℣. Qui audit me non confundetur, et qui elucidant me, vitam eternam habebunt. ℟. Spiritus.

Ex dictis sancti Ilefonsi archiepiscop. Toleta. Lectio iij.

BEata virgo Maria, nisi in vtero matris sanctificata fuisset, minime eiꝰ natiuitas colenda esset. Sed quia authoritate sanctorum

ctorum patrum, digne, vt nouit vestra charitas, veneratur, constat eam ab omni peccato originali fuisse immunem: per quam non solum Euę maledictio soluta est, verum etiam benedictio omnibus condonata. Nullis ergo quando nata est delictis subiacuit, nec originale peccatum in vtero sanctificata contraxit. Tu autem ℟. Meum est cōsilium, et equitas, mea est prudentia, mea est fortitudo. ℣. Per me reges regnāt, per me principes imperant, ⁊ potentes decernunt iustitiam. ℟. Ego diligentes me diligo, et qui mane vigilant ad me, inuenient me. ℣. Per me reges. ℟. Gloria Patri. ℣. Per me. ¶ In ij. nocturno, ańa. Quid videbis in Sunamite, nisi choros castrorum? Alleluya. psal. Eructauit. fol. 25. ℟. Ipsa est mulier, quam preparauit Dominus filio domini mei. Ańa. Aque multe non potuerunt extinguere charitatem: nec flumina peccatorū obruent Mariam. Alleluya. Psalm. Deus noster refugium. fol. 26. ℟. Non tetigit eam Abimelech, sed ipsa cōteret caput suum. Ańa. A custodia matutina vsque ad noctē speranit Maria in Domino: quia copiosa apud eum redemptio. Alia. Psal. Fundamenta. fol. 44. ℟. Terra in qua stas sancta est. ℟. Eruisti a frames Deus animam meam. ℟. Et de manu canis vnicam matrem meam. Pater noster. ¶ Ex dictis plurimorū sanctorum. Lectio iiij.

Hilarius. O virgo benedicta super omnes fęminas, quę angelos vincis puritate, quęque oēs sanctos superas pietate. Cyprianus. O virgo iusta, ⁊ omni iustitia plenissima, cuius conceptio fuit singularis. Basilius. O Maria, tu candoris, ⁊ decoris forma, cui i terris nō est ęqualis, nec in cęlis similis. Augustinus. O mater Domini, sicut in prima fęmina abundauit delictum: ita ⁊ in te superabundauit omnis plenitudo gratię: et ideo super omnes ignara delicti: fecit enim Deꝰ, vt Maria non solum non peccaret, sed neque peccatum excogitare posset: ⁊ super cūctos ab omni labe prędestinata fuit. Origenes. Quę nec serpentis persuasione decepta, nec eius venenosis

lis affl atibus est infecta. Ambrosius. Hęc enim est virga, in qua nec nodus originalis, nec cortex venialis culpę fuit. Tu autem. ℟. Equitatui meo in curribus pharaonis assimilaui te amica mea: pulchrę sunt genę tue sicut turturis. ℘. Faciamus adiutorium simile sibi. ℟. Eo quod post virū tuū alterum nescieris, ideo manꝰ Domini cōfortauit te, ⁊ ideo eris benedicta in eternum. ℘. Faciamus. Lect. v.

Anselmus. Siquid originalis peccati in propagatione matris Dei extitit, illud propagantiū, non propagatę fuit. Deus enim castaneę cōfert, vt inter spinas, et a spinis remota concipiatur, alatur, et formetur. Non potuit hoc filius facere matri suę plane potuit, ac voluit. Quod si voluit, ⁊ fecit. Ideoq; nō puto verum esse amatorē virginis, qui celebrare respuit festum eius immaculatę conceptionis. Tu autem. ℟. Fac tibi arcam de lignis leuigatis: ruptiq; sunt fontes abyssi magne. ℘. Et factum est diluuium peccati super omnem terram. ℟. Arca vero Deifera eleuata est in sublime, et ferebatur super aquas: oppertiq; sunt omnes montes excelsi sanctorum. ℘. Et factum.

℣ Ex dictis sanctorum.

Lectio vii.

Cyrillus. Post filium temerariū est, in Maria virgine, ponere culpam aliquam, aut peccatum. Bernardus. Caro virginis ex Adam sumpta, maculas Adę non admisit. Thomas. Maria ab omni peccato originali, ⁊ actuali immunis fuit. Dominicꝰ. Sicut primus Adam fuit ex terra virgine, et nunquam maledicta formatus: ita decuit in secundo Adam fieri. Ricardus de sancto Victore. Non decuit, vt caro Marię qualicunque foret obnoxia culpę. Nam Dei sapientia indignum credimus, vt quam ad lucē gentium destinauit, prauitate tenebrę fineret inuolui. Nec erit ingratus matri suę, qui patri, matrique honorem prępcepit exhiberi. Tu aūt. ℟. Fiat mihi sanctuarium, et habitabo in medio eorum. Arcam de lignis Setim compingite, et deaurabis eam auro mundissimo, intus, et foris. ℘. Et pones super mensam

vt sit nomen meū ibi in sempiternum, ⁊ permaneant oculi mei, ⁊ cor meum ibi cunctis diebus. ℣. Et ob hanc.

Lectio ix.

Videamus igitur, quid sibi noster Euangelista velit. Exclamat mulier de turba: Beatus venter q̄ te portauit. Vere beat⁹ venter, qui nescivit maculam, vterus puritatis, vterus innocētię, hortus omni suauitate repletus, domus Dei sancta, templum manu Dei factum, arca salutis, arca fœderis inter Deū, ⁊ hominem, vbi reconditur manna suauissimum, tabernaculum ornatissimum, in quo omnes mundi thesauri, ciuitas Dei cęlestis, ędificata ex margaritis, vestis candida, tunica inconsutilis, desuper contexta per totum, pellis Salomonis admirabilis, caro Christi immaculata. Tu autē. ℣. Domus, quam cupio edificare, magna est nimis, ⁊ inclyta p̄ Quia magnus Deus noster super omnes deos. ℟. Quis ergo poterit prevalere, vt ędificet ei dignam domum, si celum, ⁊ celi celorum capere eum nequeunt. ℣. p̄. Quia. ℟. Gloria patri. ℣. p̄. Quia. Te Deum laudamus. ℟. Immaculata conceptio est hodie sancte Marie virginis. ℣. Cuius innocentiam inclyta cunctas illustrat deuotas animas.

¶ In Laudibus, Antiphona. Domum tuam decet sanctitudo Domine in longitudinem dierū. Alleluya. ℣. Psalmi Laudum Dominicalium. ℟. Adorate scabellum pedum eius, quoniam sanctū est. Añia. Nec est domus domini firmiter edificata, bene fundata super firmam petrā. Alleluya. ℣. Confortauit feras portarum tuarum, quia sedes, et virga directionis tuę es. Alleluya. Añia. Fundauit eam Altissimus, qui sup maria fūdauit eā, ⁊ super flumina preparauit illā. Alia. ℣. Edificabo ei domum fidelem. Añia. Domin⁹ custodit te ab omni malo Maria, custodiuit animam tuam, introitum tuum, ⁊ exitum tuum in seculū. Alleluya. ℟. Per diem sol non vret te, nec luna per noctem. Añia. Fluminis impetus letificat ciuitatem Dei: sanctificauit tabernaculū suū Altissimus. ℟. Hic habitabo, quoniam elegi eam: Capitulum. Vt in Vesperis. Hymnus. O gloriosa domina.

mina. fol. 290 ℣. Non accedet ad te malum. ℟. Neque flagellum appropinquabit tabernaculo tuo.

¶ Ad Bened. Ant. Quã pulchra es amica mea, columba mea, immaculata mea, & odor vestimẽtoꝝ tuorum super oia aromata. Quam cum cognouisset pater, ait: Tunica filij mei est. Alleluya. Oratio vt in Vespe. Per horas dici Marię. Laudum.

¶ Hodie & per octauas et in aliis festiuitatibus beatę Marię, quando de ea fit officium maius dicitur ℣. ad primam. Christe fili Dei viui. p̄. Miserere nobis. ℣. Qui natus es de virgine Maria. ℣. Miserere. ℣. Gloria patri. ℟. Christe.

¶ Ad ij. Capitulum vt supra. ℟. Liberasti me Domine. p̄. Ex ore leonis. ℣. Et a cornibus vnicornium humilitatem meam. p̄. Ex ore. ℣. Gloria patri. ℟. Liberasti. ℣. Eruisti a framea. Et infra. Oratio vt supra.

¶ Ad vj. Capitulum vt supra. Eruisti a framea. p̄. Deꝰ animam meam. ℣. Et de manu canis vnicam matrẽ meã. p̄. Deus. ℣. Gloria patri. ℟. Erue. ℣. Vere Dominus est, Et infra. Oratio vt supra.

¶ Ad ix. Capitulum vt supra. ℟. Vere Dominus est in loco sancto isto. p̄. Et ego nesciebam. ℣. Non est hic aliud nisi domus Dei, & porta celi. p̄. Et ego. ℣. Gloria patri. ℟. Vere Dominus. ℣. Scalam vidit Jacob, cuius cacumen celos tangebat. ℟. Angelos quoque descendentes, qui eã lumine replebãt. Oratio vt supra.

¶ In ij. Vespe. Ant. Hieronymus. Nihil est candoris, nihil est splendoris, nihil est nunimis, quod nõ resplẽdeat i virgine gloriosa. Alleluya. Psal. Dixit Dominꝰ. 68. Antiph. Orige. Que neque serpentis persuasione decepta, neque eius venenosis afflatibus est infecta. Alleluya. Psal. Iudicate pueri. vel. 68. Ant. Augusti. Manc quam tu despicis Manichee, marer mea est, et de manu mea fabricata. Alleluya. Psal. Exaltabo te. fol 70. Ant. Insel. Decuit virginem eã puritate nitere, qua maior sub Deo nequit intelligi. Alleluya. Psal. Qui Dominus. fo. 71. Ambro. Hec est virga in qua nec nodus originalis, nec cortex venialis culpe fuit. Alleluya. Psal. Iudica Hierusalẽ,

fol. 77. Capitulū vt in primis Vesperis Alleluya. ℟. Veni regina nostra: veni domina in hortum odoris super omnia aromata. Hymnus. Aue maris stella. fol. ℣. Domine dilexi decorem domus tue. ℟. Et locum habitationis glorie tue.

Ad Mag. ańa. Unica est columba mea, vna est perfecta mea, vna est genitricis sue electa. Uiderunt eā anime sancte, & immaculatam predicauerūt. Alleluya. Oratio vt in primis Vesperis.

Die ix. de octaua Concep. Ad Matutin. Inuitato. Hymnus, Antiphonę, Psalmi, et Vers. vt in primo noctur. dici.

Lectio i.

Lectio sancti Euangelij secundum Lucam.

In illo tempore: Loquēte Jesu. Ut in die. Et reliqua.

Homilia vt sequitur.

Venter intactus, venter sanctus, immaculatus, mundus, virgineus, puritate plenus, verecundus, incognitus. Ambulate charissimi in porticu veri Salomonis: deambulate in thalamo tanti regis, mentes eleuate, introite in cellam vinariam, omni suauitate, & odore repletā. Tu autem. Respons. vt in primo nocturno dici.

Lectio ij.

Hec illa cella, illa anima, ille venter, quem pertransiuit Christi gladius. Gladius puritatis, gladius spiritus sancti procedens ex ore Dei, magni, profunde penetrauit quia a longe prę̄uisam prę̄seruauit. Lancea militis, latus Christi aperuit, cuius gladio pectus Marię iustificauit. Tu autem. Lec. iij.

Quinimmo, beati q̄ audiunt verbum Dei, et custodiunt illud. O inenarrabilis filij in matrem dilectio charitatis. Non excludit mulieris dictum, sed extollit incognitum. Non matrem reprobat, sed ipsam exaltat. Audi muliercula diuina secreta, audi synagoga, audi turba Judęorum, audi ignorantia mulieris, et crassa, audi tu abscondita, intellige admirandum respōsum. Laudasti mei matrem, sed a laude defecisti. Ignoras profecto cuius sit mater, qualisque sit filius, et quanta

sit

sit quam laudas. Tu aũt. Te Deum laudamus.

℣ Vers. Antiphonę, Laudem et omnia alia, vt in die. Per horas diei vt in die vsque ad Nonam inclusiue.

℣ Die x. Eulalię. Virginis et martyris.

℣ In primis Vesperis, Antiphona super Psalm. et alia dicantur de communi vnius virginis pręter hic expressa.

Oratio.

DEus, qui nos hodie beatę Eulalię virginis, et martyris tuę annua solennitate lętificas, concede propitius, vt eius ad iuuemur meritis, cuius castitatis, et martyrij irradiamur exemplis. Per Dominum.

℣ Fiat commemora. de octaua Conceptionis in vtrisque Vespe. et Matuti. vt in die.

Lectio j.

EUlalia virgo pueribus annis docta est a presbytero quodam Donato non modo Deum diligere, totaque mente sectari, sed etiam sese firmiter fidei constantia munire aduersus Christi hostes, christianique dogmatis oppugnatores. Tu autẽ Domine miserere.

Lectio ij.

QVibus viri boni preceptis tam ardenter Eulalia adhesit, vt non solum Christianos exacte ritus obseruaret, verum etiam dari sibi occasionem expeteret, qua posset per martyrium vitã finire. Tu autem Domine.

Lectio iij.

ERgo cum in Beticę regionis finibus annos nata tredecim cum foret, virginibusq; aliis moraretur, audiretque apud Emeritam ciuitatem in christianos tyrannicam rabiem desęuire, arsit desiderio, ingentique cupiditate moriendi pro Christo. Tu autem.

Lectio iiij.

DOndum satis fama persecutionis inualuerat, cum ecce carnifices adsunt, qui iussu presidis Datiani in vrbem plaustro deuehèrent ad martyrium. Vecta est igitur lęta admodum cum Julia comite, non aliter quam si ad exoptatas nuptias vocaretur. Tu autem.

Lectio v.

MVlta molitus est iudex, quo eam posset a proposito sancto deducere. Verum illa omnes illius conatus deludebat, omnia verba refutabat, & blandimēta respuebat, donec carnifex ad solitam feritatem versus est. Tu autem.

Lectio vi.

INnumera sunt quę in eam tormenta fer exercuit, virqꝫ humanum posse pati corpus credibile est: sed tandem admotis vtriqꝫ eius lateri ardentibus faculis, hauſtisque ore flammis efflauit spiritum sub specie columbę, anno natiuitatis Domini trecēteſimo nono, quarto idus Decembris. Corpus eius rapuere christiani, & sub altari condiderūt, addito tumulo marmoreo. Tu aūt.

¶Die xj. de octa. conceptionis. Ad Matuti. Inuitato. & Hymnus, vt in die. In nocturno, Aſſę, Pſal. et ℣. vt in ij. nocturno dici.

¶Lectio sancti Euangelij secundum Lucam.

Lectio j.

Luc.11 IN illo tēpore loquente Jesu. vt supra. Et reliqua.

¶Homilia vt sequitur.

AUdi me Marię filiū, audi Dñm, & Deum tuum, tibi absconditū. Mater mea, magni Dei mater est. Non hominis solū, non tantum prophetę, sed plus quam prophetę: non solum sancti viri, sed sancti sanctorum, quia verbo concepit. Audiuit, et obediuit. Custodiuit verbum, quod sibi a Domino per angelū transmiſſum est. Tu autē.

℣. vt in ij. nocturno dici.

Lectio ij.

NOn maculat est venter, sed concepit verbum, suscipiēdo sapienter, audiuit, & obediuit: custodiuit, & mater effecta est Dei. Sanctū in ventre portaſſe, laudis est: verbū Dei audiuiſſe, custodiſſe, et ex spiritu sancto concepiſſe, laudabilius multoque prę-ſtantius est. Tu autem.

Lectio iij.

SI nesc mulier, mater mea beatiſſima est, nō solum beata, quia fecit sibi magna, qui potēs est. Trāſmiſit enim me verbum suū in illum sanctum vterum, beatumqꝫ ventrem. Quia obediuit angelico verbo, & de spiritu sancto concepit,

et

et conceptum custodiuit, nutriuit, ⁊ conseruauit cõferens in corde suo. Istam ergo quantum digna est, si potes lauda: istam extolle mulier, quia simílem non inuenies. Tu autem, Te Deum laudamus. Omnia alia, vt in die Conceptiõis.

¶ Die xij. de octaua concep. Ad Matuti. Inuitato. ⁊ Hymnus, vt in die. In nocturno. vt in tertio nocturno diei.

¶Euangelium vt supra. Et reliqua, vt sequitur.

Lectio j.

Talis profecto laudãda est, quę sola super omnes electa est. Et post ruinam, mei gratia, sola immaculata concepta est. Audi ergo ⁊ tu me. Verbũ custodi illud, et efficieris grauida. Audite me omnes, custodite, concupiscite, ⁊ conseruate, ⁊ ingrediar viscera vra. Assimilamini Marię, quę substantialiter concepit: vos vero inuisibili lumine impleamini dulcissimi. Tu autem.

℣. vt in iij. nocturno.

Lectio ij.

Lauda tu istam, quia laudant eã in portis opera eius. Excludunt omnes ab ista viuente actualem maculam, exclude igitur ⁊ tu a veniente originalem. Audi Augustinũ, dum in Julianum clamat hęreticum. Profecto inquit, si Christus minor existens, originale peccatum habuisset, grandioris ętatis accessu, actuali nõ caruisset. Sane quia maior existens actuale nõ habuit, minor existens originale non habebit. Tu autem.

Lectio iij.

Plenus igitur gratia Christus originali macula infectus, actuali culpę resistere non poterit, et eius ancillã iam restitisse dabitur. Lege mulier tuũ canticorum librum. Vide, si mater mea ab omni vitio sensuũ sit exclusa, siue hos dixeris interiores, siue exteriores, seu minutas cogitationes inspexerit. Tu autem. Te Deum laudam⁹.

Omnia alia, vt in die, vsq; ad Nonam.

¶ Die xiij. Lucię virgin⁹ ⁊ mart. In j. vespe. sup psal. Assis. Orante sancta Lucia. Prima. Lau. Psalmi feriales. Capitulum vt in communi vnius virginis. ℣. Soror mea Lucia virgo Deo

deuota. ℟. Quid a me petis, quod ipsa poteris prestare cõtinuo matri tue? ℣. Per te Lucia virgo, ciuitas Syracusana decorabitur a Domino. ℟. Quid a me. ℣. Gloria patri. ℟. Quid a me. Hymnus et Vers. vt in communi. Ad Mag. Antiphona. Columna es immobilis Lucia sponsa Christi, quia omnis plebs te expectat, vt accipias coronam regni. Alia.

Oratio.

Exaudi nos Deus salutaris noster, vt sicut de beate Lucie virginis, et martyris tue festiuitate gaudemus, ita pie deuotionis eruditamur affectu. Per Dominum.

℣ Fiat commemora. octa. Ad Completo. Vña. Sorores mee Lucia. iii. Laud. Ad Hunc dimittis. Antipho. Lucia virgo. ij. Laud. ℣ Ad Matutin. Inuitato. Hymnus et omnia alia, vt in communi. præter hic expressa.

Lectio i.

ecclꝰ. 29. Propter mandatũ assume pauperem, et propter inopiã eius ne dimittas eum vacuum. Perde pecuniam propter fratrẽ, et amicum, et non abscondas illam sub lapide in perditionem. Tu autem.

℟. Lucia virgo, quid a me petis, quod ipsa poteris prestare continuo? Nam et matri tue fides tua subuenit, et ecce salus facta est. ℟. Quia iucundum Deo in tua virginitate habitaculum preparasti. ℣. Sicut per me ciuitas Catanensium sublimatur a Christo, ita et per te ciuitas Syracusana decorabitur. ℟. Quia.

Lectio ii.

Pone thesaurum tuum in preceptis Altissimi, et proderit tibi magis quã aurum. Conclude elemosinam in corde pauperis, et hec pro te exorabit ab omni malo. Elemosyna viri quasi sacculus cum ipso, et gratiam hominis quasi pupillam conseruabit: et post ea resurget, et retribuet illis retributionem vnicuique in caput illorum. Tu autem.

Lectio iii.

Super scutum potentis, et super lanceam aduersus inimicum tuum pugnabit. Vir bonus fidẽ facit proximo suo, et qui perdiderit, confusionẽ derelinquet sibi. Tu autem.

Respõ.

Respon. Soror mea Lucia. vt in Vesperis.

Lectio iiij.

SAncta Lucia Syracusis ex nobili orta familia, mortuo parente, pudice, ac sancte viuebat cū matre, dilargiens quantum opum poterat pauperibus. Mater eam verbis castigabat, quod immemor senectę cuncta profunderet, satis esse contendens, in morte pauperibus quālibet portiunculam legare. At Lucia matrem admonebat, vt viuens pauperum meminisset, seram esse in vltimo digressu largitionem, vt pote quę ex alieno fieret: qui enim iam iam moriens incipit largus esse, ea profecto dat, quę retinere non potest. Inter hęc mater in morbum incidit immedicabilem, cumque per totam Siciliā Agathę tūc miracula celebrarentur, ad eius sepulchrum Catanā, mater, & filia contenderūt. Tu autem.

Lectio v.

TVi, per somnum Agatha angelicis cincta chorus Lucię adfuit, adhortans, ne peteret ab ea, qđ ipsa poterat matri præstare. Cumque somno excitata Lucia, matrem reperisset incolumen, gratias egit Deo, sanctęque Agathę, et cum matre simul Syracusas reuersa est. Erat tunc Syracusis Paschasius truculentus tyrannus, qui forma virginis incensus, miserat ad eam consiliatricem cum muneribus, quę diceret, captum eum splendore oculorum perdite deperire eam, Sed Lucia auulsos confestim oculos remisit ad amantem, quod ille factum attonitus arti magicę imputauit. Interim Lucia pulchrioribus lucidioribusque oculis a Raphaele archangelo donata est. Tu autem.

Lectio vi.

SPonsus Lucię, cui pater eam viuēs desponderat, apud Paschasium sponsam accusauit, tum prodigalitatis, tum qđ Christiana esset. Quod audiens Paschasius, cum verbis eam pellicere non posset, vt abnegaret Christum, conuocatis leonibus, et satellitibus ad lupanar trahi iperauit. Verum cum nulla neque vi hominum, neque boum

moueri posset, extrui circa eam pyram Paschasius edixit: a qua etiam cum seruaretur ab angelis, & inter flammas secura, mortem iam iam imminentem ipsi Paschasio denunciaret, a quodã satellite gladio trãsfixa est. Ante tamen quam laberetur, multa futura, quę mox euenere, prędixit: & in his, ecclesię tranquillitatem futuram post Maximiani, & Diocletiani tempora, in quib⁹ passa est idibus Decembris. Eius aũt corpus Syracusis conditũ est, & longo post tempore Constantinopolim translatum, et hinc postremo Venetias. Tu autem. ℣. Rogaui Dominum meũ Jesum Christũ, vt ignis iste non dominetur mihi, ℟. Et impetrauit a Domino inducias martyrij mei. ℣. Vt credentibus timorẽ auferrem passionis, & non credentibus vocem insultationis auferrem. ℟. Et impe. ℣. Gloria Patri. ℟. Et impetrauit.

¶ Alię tres lectiones Euangelium cum Homilia, vt in communi. Post ix. lectio. ℣. Grata facta est Domino in certamine: quia apud Deũ et apud homines glorificata est. In conspectu principum loquebatur sapientiam. ℟. Et Dominus omnium dilexit eã. ℣. Erecta namque in virtutis culmine tormẽta derisit. ℟. Et Dominus. ℣. Gloria Patri. ℟. Et Dominus. Te Deum laudamus. ℣. Species tua. In Laudibus Ant. Orante sancta Lucia, apparuit ei beata Agatha consolans ancillam Christi. psal. Dominus regnauit. fol. 10. Ant. Lucia virgo quid a me petis, quod ipsa poteris prestare continuo matri tuę? Psalm. Iubilate. fol. 10. Ant. Soror mea Lucia, virgo Deo deuota, quid a me petis quod ipsa poteris prestare continuo matri tuę? Ps. Deus Deus meus. fo. 10. Ant. Benedico te pater Domini mei Jesu Christi, quia per filium tuum ignis extinctus est a latere meo. Canticum Benedicite. fol. 11. per te Lucia virgo ciuitas Syracusana decorabitur a Domino Jesu Christo. psal. Laudate Dominum. fol. 11. Capitulum, Hymnus et ℣. vt in commu. Ad Benedictus. Ant. In tua patientia possedisti animam tuã Lucia sponsa Christi. Odisti que in mundo sunt, et coruscas cũ

angelis,

angelis,sanguine proprio inimicum vicisti. Oratio vt supra. ℭ Fiat commemora. de octaua. Per horas dicitur Ant. Laudum.

℣ Ad tis. vj. et Nonam. Capitulum. ℟. et versi. vt in communi. Oratio vt supr. ℭ Ad i. Vesp. Ant. Laud. Psalmi, Capitulum, Alleluya, cum suo ℣. Hymnus ℣ versi. vt in communi.

ℭ Ad Magnificat, Ant. Rogaui Dominum meum Jesum Christum, vt ignis iste non dominetur mihi: et impetraui a Dño inducias martyrij mei, vt credentibus timorem auferrē passionis. Oratio vt in primis Vesperis.

ℭ Fiat commemo. de octa.

ℭ Ad Completo. vt heri.

ℭ Die xiij. de octaua conceptio. Ad Matuti. Inuitatorio. Hymnus. Ant. Psal. ℣ ℣. vt in j. nocturno dicitur.

Lectio j.

ℭ Euāgelium vt in die. Et reliqua. Homilia vt sequitur.

Sancta quippe viscera, sancta porta, sancti postes ostij. Beatus qui obseruat, qui dicit, qui confitetur postes ostij. Principium conceptionis suę immaculatum. Sancta quippe dum concipitur, sancta dum mundi portas intrat, sancta in vtero, sancta extra vterum, sancta in operibus, sancta videndo, dum audit, dum gustat, dum tāgit, dum loquitur, et tacet sancta in habitu, sancta domi, et foris, nihilq; inquinatum in ea. Tu autem. ℟. vt in primo nocturno dicitur.

Lectio ij.

Dum esset rex in accubitu suo, nardus nostra dedit odorem suauitatis, quiescente adhuc me filio in sinu cęlestis patris. Nardus humilis satis herba, humilis Maria odorem dedit. Fasciculus myrrhę dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur: vt scias non in se illam, sed in Dño gloriari, neq; de propria virtute, sed de Dñi adiutorio pūmere, dicit illū inter vbera sua cōmoraturū. Lectulus noster floridus est, et tigna domorum nostrorum cedrina, quoniā ambo sine macula. Tu aūt.

Lectio iij.

Vide igitur mulier, et considera, quādo mater, et soror mea alloquenda est, quomodo eam laudes, ne deficias a laude. Et

si enim parvula sit, & vbera non habeat, et si ex se vbertatem pręseruandi a macula non teneat, murus tamen est, et ostium. Si igitur murus, ędificemus super eum propugnacula argentea innocentię, et candoris. Tu autē. Te Deū laudamus. Vers. et omnia alia vt in die.

℣ Die xv. Octa. Concep. dicantur omnia vt in die.

℣ Die xvj. Translatio sancti Fructuosi episcop. Bracharen. officium de communi vnius pontificis, pręter orationem, & lectiones.

Oratio.

Preces nostras quęsumus Domine clementer exaudi, et interuenientę beato Fructuoso confessore tuo, atq; pontifice, supplicationes nostras placatus intende. Per Dominum. Fiat commemo. de octaua concep.

Lectio j.

Anno post Christum natum M. centesimo ij. Paschale, huius nominis secundo summum pontificatum gerente, Didacus Hispię vltimus episcopus, et primus Compostelę Archiepiscopus, translata ab Hiria ad vrbem Compostellam episcopali sede, secundo anno sui episcopatus apud Cōpostellanos, quasdam ecclesias, et possessiones Lusitanię ad suā dięcesim pertinentes inuisere (vt par erat) decreuit: vsus ad eam rem viris probis, et prudentibus, principibusque in templo Diui Jacobi, quorum ille obsequio, & familiaritate plurimum ducebatur. Perueniens ergo in Lusitaniam, a Gyraldo Bracharensi archiepiscopo benignissime est hospitio exceptus. Sequentiq; die vna cum ipso Gyraldo diuersatus fuit apud diuum Victorem, cuius ecclesię dimidium tantum ius dictionis Bracharensis tunc erat. Tu autem.

Lectio ij.

Cum igitur industrius pastor sua templa inuiseret, suas oues agnosceret, et pasceret, peractis solenniter sacris, et habitis ad populum concionibus, contemplatus inter gentes horridas, et agrestes, in ecclesijs parū cultis, multorum sanctorum corpora semisepulta indigne iacere, suo ōtio, & honore fraudata,

data,et cuiusque improbitati, rapinęq; exposita, nõ poterat sibi tẽperare,quin in suspiria,et gemitus erũperet, atque anxie animo versaret, quanam ratione pręciosas gemmas e locis incultis extrahere, et ad vrbem Compostellam in societatem Jacobi Zebedęi asportare posset. Tu autem Domine.

Lectio iij.

PIus itaque pręsul diuino spiritu afflatus iudicabat e re Christiana fore, si quorundam nobiliorum sanctorum corpora nuda,& dissecta, quibus nihil cultus ab iguaris populis exhiberetur, sed quę ad illum vsque diem fuissent veluti margaritę ante porcos sparsę, transferrentur in Compostellanam sedem,vbi digna veneratione a mansuetioribus hominibus essent colenda. Verum id clam esse agendum intelligebat, ne barbara gens amplissimo thesauro spoliata, quas tragedias excitaret, et pios conatus impediret. Quam sententiam, cum familiares, et consiliarij, post maturam deliberationẽ maxime probassent,religiosus antistes eam diligenter sequi studuit. Tu autem.

Lectio iiij.

PRimum ergo ex ecclesia diui Victoris duas capsulas argenteas clanculum tulit: quarum vna Christi seruatoris, altera vero, plurium sanctorum reliquias seruabat: Hor ex diua Susanna virgine,& martyre, quę non longe distabat a sancto Victore, Cucufati,& Syluestri martyrum,atque ipsius Susannę corpora, latenter per ministros fidos, ignorante turba, in suum cubiculum deferri iussit: ac demũ duobus interiectis diebus diuum Fructuosum confessorem, et pontificem illius regionis defensorem, & patronum e propria domo pręripuit, et suis occulte custodiendum tradidit. Qua re confecta ad Cornelianam, tanquam finiens fugam diuertit. Tu autem Domine.

Lectio v.

IAm Portugallenses rem olfacere, pontificem adire, graviter per vias publicas queri, indignũ facinꝰ a Cõpostellano epis-

episcopo fieri: sanctos sibi furto sublatos patrię numina, & custodes, cōtra ius fasq; ad alienas sedes trāsferri. Quod vbi prudentissimus Didacus resciuit, veritus ne qua factione præciosissimos thesauros amitti cōtingeret, interim dum ipse seditiones componit, Hugoni cuidā canonico, & archidiacono Compostellano corpora sanctorum p occultas vias in Tudēsem ciuitatem celerrime deferenda comisit. Nec id sine miraculo gestum est. Nam cū Minius iā per tres dies sęuissima procella exęstuaret, subita tamen tranquillitate, tanquam sentiens, & reuerens præsentia numina, ad trajciendos sacros martyres se placidissimum præbuit. Tu autem.

Lectio vi.

COmpositis igitur Lusitanorum motibus. sapiens Didacus immortales gratias Deo agens, triumphansque ob religiosam prędam, ad suam sedē per Goegildenses, hodie dictos, Redondellanos reuertitur: missis prius nunciis, qui Cōpostellanis gesta narrarent. Vniuersus autem clerus, populusque Compostellanus lętus tantorum martyrum aduentu, & patrocinio, nudis pedib⁹, et solenni quadam supplicatione ad crucifixum, et aggerem lapidum, qui humiliatorium Patroni dicitur, episcopum sanctorum reliquijs onustum religiosissimis gratulationibus, & hymnis excepit, atque ad diuum Jacobum deduxit. Vbi Fructuosus ad aram saluatoris primum est conditus: sed post quatuor annos, erecto proprio lararío in ipsum est translatus. Cucufatus autem ad altare Joannis Apostoli & Euāgelistę est appositus. Syluester vero in sacello Petri, & Pauli iacuit. Susanna denique in ecclesia tūc sancti sepulchri, & omnium sanctorum, quę nūc de suo nomine dicitur, ad monticulum vrbis adiacentem, collocata fuit. Tu autem.

¶ Alię tres lectiones Euāgelium cum Homilia de cōmuni. fol. 557

¶ Die xvij. Damasi papę confessoris. Omnia de cōmuni vnius Pōtificis, præter orationē, quartā, quintam et sextam lectionem.

Oratio

Oratio.

EXaudi Domine preces nostras, et intercedent beato Damaso cõfessore tuo atq; pontifice, supplicationes nostras placatus intende. Per Dñm.

Lectio iiij.

DAmasus papa natione Hispan⁹, qui Juliani imperatoris tempore prefuit ecclesię, in publico concilio adulterij causam dixit, & innocens absolut⁹ est. Concordio, atque Calisto diaconis accusatoribus damnatis, qui falsum crimẽ detulerant, lataq; lege, vt in posterum falsi criminis delatores pœnam talionis subirent. Hic ocio literario delectatus, res gestas omnium superiorum pontificum libro, quem ad Hieronymum misit, memorię prodidit. Templum, & cultum diuinũ auxit. Tu aũt.

Lectio v.

BAsilicas duas condidit, alteram in honorem diui Laurentij, non lõge a theatro Pompeiano, quam fundis, domibusque dotatam, magnis quoque muneribus exornauit: alteram via Ardeatina ad Catacũbas. Dedicauit, & Platoniã, vbi corpora Petri, & Pauli aliquando iacuerant, versibus quoque elegantib⁹ corpora ibi sepulta celebrauit. Ipse preterea instituit, vt psalmi in ecclesia alternatim canerẽtur, et in fine cuiusque diceretur, Gloria Patri, & Filio, & spiritui sancto. Tu autem. Lectio vj.

QVstituit etiam, vt in principio missę confessio diceretur, quẽadmodum & hodie fit. Hic prim⁹ interpretationi Hieronymi sacrę scripturę, auctoritatem dedit. Cum autẽ sedisset annos xix. menses tres, dies vndecim, moritur tertio id⁹ Decembris, ac sepelitur via Ardeatina cũ matre, & sorore in basilica, quam ipse condiderat. Tu autem.

Die xviij. Commemora. Annũciationis beatę Marię quę dicitur Expectatio partus.

CNota, quod si hoc festũ euenerit in die dominica, trãsfertur ad diẽ sequentẽ. In j. Vespe. super Psal. Ant. Missus est Gabriel angelus ad Mariam virginem desponsatam Joseph. Psalmi de beata virgine.

Capi-

¶ Capitulum.

isa.7 ECce virgo concipiet, & pariet filium & vocabitur nomẽ eius Emanuel. Butyrũ, & mel comedet, vt sciat reprobare malum, et eligere bonũ. ℟. Deo. ℟. Aue Maria, vt infra post secundam lectio. Hymnus. Aue maris stella. fol. 478 ℣. Angelus Domini annuntiauit Marie. ℟. Et concepit de spũ sancto. Ad Mag. Ant. O virgo virginum quomodo fiet istud quia nec primam similem visa es, neq; habere sequentẽ. Filie Hierusalem quid me admiramini: diuinum est mysterium hoc quod cernitis. Oratio.

DEꝰ, qui de beatę Mariæ virgĩs vtero verbum tuum, angelo nũciante, carnem suscipere voluisti: præsta supplicibus tuis, vt qui vere eam Dei genitricẽ credimus, eius apud te intercessionibus adiuuemur, per eundem.

¶ Fiat commemo. de sancto Damaso, & de Aduentu per Antiphonam. O sapientia. Vt in Dominicali. fol. 93. Ad Complet. Ant. Angelus Dñi. ij. in tertio noct. Psal. Cum inuocarem fol. 78. Cum sequen. ¶ Ad Nũc dimittis. Ant. Ecce ancilla Domini, vltima in ij. noct. ¶ Ad Matuti. Inuitat. Aue Maria gratia plena Dñs tecum. ℣. Benedicta tu in mulieribus Ps. Venite exultemus. fol. 1. Hymn. Quem terra pontus. fol. 477 ¶ In j. noctur. Ant. Missus est, vt supra in vespe. Psal. Dñe Dñs noster. fol. 3. Ant. Aue Maria gratia plena, Dñs tecum, benedicta tu in mulieribus. Psal. Celi enarrant. fo. 8. Ant. Ne timeas Maria, inuenisti gratiam apud dñm. Ecce concipies, & paries filium. Alia. Psal. Dñi est terra. fol. 14. ℣. Diffusa est gratia in labijs tuis. ℟. Propterea benedixit te Deus in eternum. pater noster.

¶ Sermo sancti Illephõsi Archiepiſ. Toleta. ad honorẽ beatę Mariæ virginis, qui hoc eius festũ primo celebrari instituit. Lect. j.

DEus lumẽ verũ, qui illuminas oẽm hominem venientẽ in hunc mundum: Deus qui das sapientiã paruulis, insipiẽtes cõuocas, vt ambulẽt per vias prudẽtię: Deus qui ex immũdo, facis mũdũ, & tollis peccata, iustificas sine opere

re peccatorem, da mihi lumen per quod te videã: da mihi sapientiã, vt te intelligam: da iniquitatibus meis veniam, vt cõsequar viam tuam. Tu autẽ. ℟. Missus est Gabriel angelus ad Mariã virginẽ desponsatam Joseph, nuntians ei verbũ, & expauescit virgo de lumine. Ne timeas Maria, inuenisti grãm apud Dñm. Ecce cõcipies, et paries. ℣. Et vocabitur Altissimi filius. ℟. Dabit ei Dominus Deus sedẽ Dauid patris eius, & regnabit in domo Jacob, in eternum. ℣. Et vocabitur.

Lectio ij.

DOminamea, domina trix mea, dominans mihi, mater dñi mei, ancilla filij Dei, genitrix factoris mundi: te rogo, te oro, te quęso, habeã spiritũ filij tui, habeam spiritum redẽptoris mei, vt de te vera et digna: sapiam, de te vera, & digna loquar, de te vera, et digna quęcunq; sunt dicã. Tu autem. ℟. Aue Maria gratia plena Dñs tecũ, Spiritꝰ sanctꝰ superueniet in te, & virtꝰ Altissimi obumbrabit tibi. ℣. Quod enim ex te nascetur sanctũ vocabitur filius Dei. ℟. Quomodo fiet istud, quoniam virũ non cognosco? Et respondens angelus dixit ei. ℣. Quod enim. Lect. ij.

QVe electa Deo, assumpta Deo, aduocata Deo, proxima Deo, adhęrens Deo, coniuncta Deo, visitata ab angelo, benedicta ab angelo, lętificata ab angelo, turbata in sermone, attonita in cogitatiõe, stupefacta in salutatiõe, admirata in dictorũ enunciatione. Inuenisse te apud Deum gratiã, audis, ne timeas iuberis, fiducia roboraris, cognitione miraculorum instrueris, ad nouitatis inauditę gratiã proueheris. Tu autem. ℟. Quomodo in me fiet hoc, quia virum non cognosco? dixit Maria ad angelũ. Spiritus sanctus in te descendet, & virtus Altissimi obumbrabit tibi. ℣. Et quod nascetur ex te sanctũ, vocabitur filius Dei. ℟. Ne timeas Maria, inuenisti gratiam apud Dominum. ℣. Et quod. Gloria patri. ℣. Et quod. ¶ In ij. noctur. Ant. Ecce cõcipies, & paries filiũ, & vocabitur nomẽ eius Jesus. Hic erit magnus, & filius Altissimi vocabitur. ps. Exultauit. fo. 25. Ant. Dabit ei Dñs sedem Dauid patris eius, & regnabit in eternum.

Psal.

Psal. Deus noster refugium fol. 25. Ana. Quomodo fiet istud, quoniam virum in concipiendo non pertuli? Audi Maria virgo Christi. Spiritus sanctus superueniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi. psal. Fundamenta. fol. 44. ℣. Specie tua, et pulchritudine tua. ℟. Intende prospere, procede, et regna. Pater noster.

Lectio iiij.

De prolis nomine pudicitia admonetur: de nomine prolis virginitas certificatur. Nascetur ex te sanctum, Dei filius vocitãdus dicitur, et quę sit nascentis regni potentia mirabiliter intimatur. Quomodo fiat quęris? de origine interrogas? de ratione perscrutaris? de experientia requiris? de ordine scisciteris? Audi inauditum oraculum, considera inusitatum opus, animaduerte incognitum arcanum, attẽde inuisibile factum. Spiritus sanctus superueniet in te, et Altissimi virtus obumbrabit tibi. Tu autem. ℟. Suscipe verbum virgo Maria, quod tibi a Domino per angelum transmissum est: Cõcipies, et paries Deum pariter, et hominem. ℣. Ut benedicta dicaris inter omnes mulieres. ℟. paries quidem filium, et virginitatis non patieris detrimentum: efficieris grauida, et eris mater semper intacta. ℣. Ut benedicta.

Lectio v.

Nota inuisibiliter Trinitatis cõceptionem operabitur in te? Sola filij Dei psona in corpore nascitura carnẽ assumit de te. Jdeoque, quod concipietur ex te, quod nascetur ex te, quod pdiet ex te, quod germinabitur ex te sanctũ, vocabitur filius Dei. Erit magnus hic Deus virtutũ, hic rex sęculorũ, hic factor omnium rerum. Tu autẽ. ℟. Ecce virgo concipiet, et pariet filium Jesum Christum. ℣. Et vocabitur nomen eius admirabilis Deus fortis. ℟. super solium Dauid, et super regnum eius sedebit in eternum. ℣. Et vocabitur.

Lectio vj.

Ecce benedicta tu inter mulieres, integra inter puerperas, domina inter ancillas, regina inter sorores. Ecce ex hoc beatam te dicunt omnes gentes, beatam nouerunt cęlestes virtutes, beatam prędicant

cant omnes vates, beatam omnes celebrãt nationes. Tu autem. ℟. Annunciatũ est per Gabrielem archangelum ad Mariam virginem de introitu regis. ℣. Et ingressus est per splendidam regionem autem virginis, visitare palatium vteri: et regressus est per clausam portam virginis. ℟. Ave Maria gratia plena Dominus tecum. ℣. Et ingressus. ℣. Gloria patri. ℣. Et ingressus. Cũ ut. nocturn. Ant. Spiritus sanct⁹ in te descendet Maria: ne timeas, habebis in vtero filiũ Dei. Alleluya. Psal. ℭ antate. fol. 46 Ant. Angelus Domini annunciauit Marie, & concepit de spiritu sancto. Alleluya. Psal. Dominus regnauit, exultet. fol. 46. Ant. Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum. Psal. ℭ antate. fol. 48 ℣. Adiuuabit eam Deus vultu suo. ℟. Deus in medio eius non commouebitur. Pater noster.

ℭ Lectio sancti. secundum Lucam.

Lectio vij.

ca. 1. In illo tempore, Missus est angelus Gabriel a Deo in ciuitatẽ Galileę, cui nomen Nazareth, ad virginem desponsatam viro, cui nomen erat Joseph, de domo Dauid, & nomen virginis Maria. Et reliqua.

ℭ Homilia beati Bernardi abbatis.

Quid sibi voluit euangelista tot propria nomina rerum in hoc loco tã signanter exprimens? Credo, quia nolunt nos negligẽter audire, quod tam diligenter studuit enarrare. Nominauit si quidem nuncium qui mittitur, Dominum a quo mittitur, virginem ad quam mittitur, spõsam quoque virginis: amborum genus, ciuitatẽ, ac regionem propriis designauit nominibus. Tu autẽ. ℟. Egredietur virga de radice Jesse, et flos de radice eius ascendet. ℣. Et erit iustitia cingulũ lumborũ eius & fides cũctorũ renũ eius. ℟. Et requiescet sup eũ spũs Dñi, spũs sapiẽtie, & intellect⁹, spũs consilij, & fortitudinis. ℣. Et erit.

Lectio viij.

Quid hoc? Putas ne aliquid horum superuacue positum sit? Nequaquam. Si enim nec folium de arbore sine causa, nec vnus ex passeribus sine

patre cęlesti cadit sup terram, putem ego de ore sancti euangelistę superfluum defluere verbum, præsertim in sacra hystoria verbi? Nõ puto. Tu autem. ℣. Beatã me dicent omnes generationes. ℟. Quia fecit mihi Dominus magna, qui potẽs est, et sanctum nomen eius. ℣. Magnificat anima mea Dominum, ⁊ exultauit spiritus meus in Deo salutari meo. ℟. Quia. Lectio ix.

PLena quippe sunt omnia supernis mysteriis, ac cęlesti singula dulcedine redundantia, si tamen diligentem habeãt inspectorẽ, qui nouerit mel sugere de petra, oleumque de saxo durissimo. Tu autem. Responſ. Gaude Maria virgo, cunctas hereses sola interemisti, que Gabrielis archangeli dictis credidisti. ℟. Dum virgo Deum, et hominem genuisti, et post partum virgo inuiolata permansisti. ℣. Gabrielem archangelum credimus diuinitus te esse affatum: iterum tuum de spiritu sancto credimus impregnatum. Erubescat Judeus infelix, qui dicit Christum ex Joseph semine esse natum. ℟. Dum virgo. Ad Magnificat. ℟. Gaude Maria virgo. Prosa.

INuiolata Maria, integra permanes alma. Quę meruisti portare sęculi vitam. Spectosa præ filijs hominum forma. Quam cuncta laudat polorum mira turma. Sacra inter chorẽas angelicas. Virgo ascendisti benedicta. Oquam beata es alma præelecta. Incorrupta mater ⁊ grauida. Et post partum virgo inuiolata permansisti. Te Deum laudamus. Vers. Beatam me dicent omnes generationes. Respons. Quia ancillam humilẽ respexit Deus. ¶ In Laud. Antiphona. Beata es Maria, que credidisti, perficientur in te, que dicta sunt tibi a Domino. Alleluya. ℣. Psalmi Laudis. Dominicalium. Solic. Antiphona Beatam me dicent omnes generatiões, quia ancillam humilẽ respexit Deꝰ. Añia. Ecce virgo concipiet, ⁊ pariet filium: ⁊ vocabitur nomen eius Emanuel. Añia. Antequam conuenirent, inuenta est Maria habens in vtero de spiritu sancto. Alleluya. Añia. Ex quo facta est vox salutationis tue in auribꝰ meis, exultauit in gaudio in-

infans in vtero meo Alla. ℣. Capitulum, vt in Vespe. Hymnus. O Gloriosa domina. fol. 98 ℣. Spiritus sanct⁹ superueniet in te. ℟. Et virtus Altissimi obūbrabit tibi. Ad Benedict. Antiph. Beata Dei genitrix Maria virgo perpetua, templum Domini, sacrarium spiritus sancti, sola sine exemplo placuisti femina Jesu Christo. Ora pro populo, interueni p clero, intercede pro deuoto femineo sexu. ℣. vt supra. Fiat comme. de Aduentu.

℣ Per horas diei Antiphona Laudum. ℣ Ad tiertiam. Capitulū vt supra. ℣ Ad tiertiam. ℟. Spiritus sanctus. ℣. Superueniet in te. ℣. Et virtus Altissimi obūbrabit tibi. ℣. Super. ℟ Gloria patri. ℟. Spiritus sanctus. ℣. Angelus Domini Et infra Oratio vt supra. Ad vi. ℟. Angelus Dñi. ℣. Nunciauit Maria. ℟. Et concepit de spiritu sancto. ℣. Nunciauit. ℟. Gloria patri. ℟. Angelus Domini. ℣. Spiritus sanctus in te. Et infra. Oratio vt supra.

℣ Ad ix. ℟. Spiritus sanctus. ℣. In te descendet Maria. ℣. Ne timeas, habebis in vtero filium Dei. ℣ In te. ℟ Gloria patri. ℟ Spiritus sanctus in te. ℟. Rorate celi desuper, & nubes pluant iustum. ℟ Aperiatur terra, & germinet saluatorem. Oratio vt supra.

℣ In ij. Vespe. Ant̄, Lau. Psalmi de beata virgine. Capm vt supra. Alla. ℣. Spiritus sanctus in te descendet Maria Dei genitrix: intercede pro nobis. ℟. ℣. Ant̄ ad Mag. & oratio vt in primis Vesp. ℣ Fiat cō memoratio Anastasiē martyris, & de Aduentu.

℣ Ad Complet. vt heri.

℣ Die xix. Anastasiē martyris oia dicantur de communi continentium, p̄ter orationem & sex primas lectio. Oratio.

QUA quesumus oipotēs Deus, vt q̄ beatę Anastasię martyris tuę solēnia colimus, eius apud te patrocinia sentiamus. Per Dominum. Lectio i.

ANastasia nobilissima Romanor⁹ filia p̄ęte ptati illustris, sed pagani, a matre sua Fausta X̄piana, & a beato Chrysogono fidē x̄pi edocta est. Tradita aūt Publio in vxorē, languorē simulans, semper se ab eius consortio abstinebat. Tu.

Lectio iij.

QVi audiens eam cum vna tãtum ancilla in vili habitu christianorum carceres circuire, & eis necessaria ministrare, fecit eã arctissime custodiri: ita, vt etiam et alimoniam denegaret, volebat enim eam sic perimere, vt posset in eius latissimis possessionib⁹ lasciuire. Tu autem.

Lectio iiij.

QVtans igitur Anastasia se mori, dolorosas literas Chrysogono mittebat, et ille cõsolatorias remittebat. Interea vir eius moritur, et illa a carceribꝰ liberatur. Postea ab Imperatore cuidam præfecto traditur, vt si eam sacrificare faceret, postmodum in vxorem eam haberet. Tu autem.

Lectio iiij.

QVmque eam in thalamum induxisset, & eã amplexari vellet, statim ęcus effectꝰ, deos adijt, quę rens si euadere posset. Responderunt dicẽtes: Quia sanctam contristasti, nobis traditus es: & amodo semper nobiscũ in inferno torqueberis. Tu aũt

Lectio v.

QVmque domum reduceretur inter manus puerorum vitam finiuit. Tũc Anastasia alio præfecto traditur, vt eã in custodia detineret. Audiens enim quod infinitas possessiones haberet priuatim dixit ei, Anastasia, si vis esse Christiana, fac quod præcepit Dñs tuus. Tu autem.

Lectio vj.

ILle eñ præcepit, Qui non renunciauerit omnibus quę possidet, non potest meus esse discipulꝰ. Omnia igitur, quę habes, mihi da, & vade quo volueris, et vere christiana eris. Cui illa respondit: Deus meus præcepit, Vende oia quę habes, & da pauperibꝰ non diuitibus. Post plurima supplicia igne cremata est sub Diocletiano, circa annum Domini. cc. lxxxvij. Tu autem

¶ Die xx. Dominici de Silos confessoris atque abbatis. Omnia dicuntur vt in cõi vnius insti, præter orationem xvj. primas lectionem.

Oratio.

IMmensam clementiã tuã omnipotens Deꝰ, humiliter imploramus, vt beati Dñici cõfessoris tui, atque abbatis assiduis præcibꝰ adiuuemur, & eius suffragan-

fragantibus meritis, ab omni aduersitate liberemur Per Dominum.

Lectio j.

SAnctus Dominicus abbas Silensis Joannis cuiusdam viri nobilis filius, in vico Lanensi regionis Cantabrię prope Tritium, q̄ nunc Nagera dicitur nat⁹ est. Qui adeo fuit a teneris (quod aiunt) vnguiculis religionis, monasticęque solitudinis studiosus, vt cum primum per ętatem licuit, confestim relicto paternarū omniū magisterio, cui per quatuor annos intenderat, eremū sacris iam initiatus abierit: deinde mutato consilio cucullum Benedictinum in cœnobio sancti Emiliani induerit. Tu autem.

Lectio ij.

POstea, cum miro iam vitę splendore coruscaret, cura ei delegata est ecclesię sanctę Marię ad Canas. Quam quidē rem q̄ pie gessit, q̄ sapiēter, rursusque ad monasterium reuocatus est. Sed quod regi Cantabrię perperam a monasterio exigenti tributum nimis erat aduersus, in solitudinē montiū cum duobus monachis relegatus est. Vnde etiam, quo vitaret regis inuidiam, quę vsque ad inuia montiū penetrabat, ad Castellę q̄ Legionis primum regem Ferdinandum iter intēdit. Tu autem.

Lectio iij.

FErdinādus rex lętus Dominici aduentu, cuius sanctimonię virtutisque fama celebris vbique habebatur, Silensi monasterio cui tunc sanctus Sebastianus nomen erat, deserto pene, ac nullo quasi sodalitio frequentato prę-fecit: diœcesanumque episcopum rogauit, vt sacris eum benedictionibus, abbatisque nomine dignaretur. Tu autem.

Lectio iiij.

NOn possunt prędara huius viri gesta breui coarctari. Nam prę-ter industriā singularē, quam in substruēdo, ampliando, ditandoque comisso sibi cœnobio adhibuit, tot, tantaque miracula edidit, vt volumen nō sufficiat ad enarrandum. Nullum morbi genus est, nulla membrorū debilitas, quam non ille verbo Dei sanauerit. Claudi, cęci, ac debiles quicunque

confugiebant ad eum, tanquam ad veram salutē. Tu autem.

Lectio v.

Omnium admirandū vidit, in quo tres sibi aureas coronas a Deo porrigi videre visus est: quod postea in demigratione animę non fuisse futile, satis patuit. Verum, vt reliqua prętermittamus, morbū contraxit, quē sibi mortem afferre statim intellexit. Ergo vocatis ad se monachis multa eis futura p̄dixit, mortemque suam adesse confirmauit. Tu aūt.

Lectio vj.

Epiphanio etiam tum temporis eum adeūti multa diuinitus prænunciauit: quę mox stupentibus cunctis acciderunt. Demū perceptis de more Christiano sacramentis e vita migrauit. Anno Domini, Millesimo septuagesimo quarto. Eiusque anima visa est a pueris quibusdam triplici corona refulgens in celum euolare. Corpus in codē monasterio sepultum est, quod posteritas sanctum Dominicū de Sidos appellauit. Tu autem.

Vigilia sancti Thomę.

Lect. ix. erit de vigilia sancti Thomę Apostoli, scilicet Euangelium cum sua homilia vt in communi Apostolorum.

Die xxj. Thomę Apostoli in j. Vespe. super Psal. Ańa. Apparuit Thome Dominus, j. Laud. Psal. feriales. Capitulum de communi apostolorum. ℟. Orabat sanctus Thomas. Vt infra post iij. lect. Hymnus ℣. vt in communi. Ad Mag. Ańa. Sanctus Thomas orabat ad Dominum: Deprecor te Domine, vt benedicas hos innocentes: et inspira in eis, que agi oporteat.

Oratio.

Da nobis quęsumus Domine beati Apostoli tui Thomę solennitatibus gloriari: vt eius semper ℣ patrocinijs subleuemur, ℣ fidē congrua deuotiōe sectemur. Per Dūm.

Si fiat cōmemorat. de sancto Dominico.

Ad Matuti. Inuitato. Hymnus, Ańe, Psalmi et ℣. vt in communi in j. noct.

Lectio j.

Caritas enim Christi vrget nos, estimantes hoc, quoniā si vnus pro omnibus mortuus est, ergo omnes 2. cor. ca. 5.

omnes mortui sunt, et pro omnibus mortuus est Christus: vt et qui viuunt, iã non sibi viuãt, sed ei qui pro ipsis mortuus est, et surrexit. Tu autẽ. ℟. Apparuit Thome Dominus in visu noctis dicens ei. ℣. Ne timeas descendere in Indiam quia ego non te derelinquã. ℟. Domine, mitte me vbi vis preter ad Indos: et dixit Dominus ad eum. ℣. Ne timeas.

Lectio ij.

ITaque nos ex hoc neminẽ nouimus secundum carnẽ: et si cognouimus secundum carnem Christũ, sed nunc iam non nouimus. Si qua ergo in Christo noua creatura, vetera transierũt, ecce facta sunt omnia noua. Tu autem. ℟. Tollite iugum meum, vt in communi post ij. lectio.

Lectio iij.

OMnia autem ex Deo qui nos reconciliauit sibi per Christũ: et dedit nobis ministerium reconciliationis: quoniã quidẽ Deus erat in Christo mũdum reconcilians sibi, non reputans illis delicta ipsorum: et posuit in nobis verbum reconciliationis. Pro Christo ergo legatione fungimur, tanquam Deo exhortante per nos. Obsecramus pro Christo, reconciliamini Deo. Eũ qui nõ nouerat peccatum, pro nobis peccatum fecit: vt nos efficeremur iustitia Dei in ipso. Tu autem. ℟. Orabat sanctus Thomas ad Dominum. ℣. Respice in me Domine inuocantem te, ac deprecantem ad nuptias. ℟. Circunda hodie Domine Jesu Christe famulum tuum gloria tua. ℣. Respice. ℟. Gloria patri. ℣. Respice.

℣ In ij. noctur. Ant. Domine quohs mitte me, preter ad Indos. Vade quia ego te cum sum dicit Dñs. Psal. Omnes gentes. fol. 26. Ant. Cum Indos acquisieris, venies martyr ad me. Ait Thomas, seruus tuus sum, fiat voluntas tua.

℣ Exaudi Deus deprecationem. fol. 31. Antiphona. Rex autem cum cognouisset aduentũ Apostoli, cepit eum rogare, vt benediceret sponsum cum sponsa. Ps. Exaudi Deus oratioonẽ fol. 28. ℣. Constitues eos. pater nr.

Lectio iij.

THomas, qui et Didymus appellatur, natione Galileus, de numero

duodecim Apostolorꝫ fuit. Huic Christum a mortuis surrexisse dubitanti, nec cęteris Apostolis, quibꝰ ipso absente apparuerat, eum surrexisse confirmantibus credenti, Christus ipse tra ctandū se prębuit. Ingressus enim foribus clausis, huic professo se non crediturum, nisi digitum in vulnera clauorum, ⁊ manum in lanceę plagam inseruisset, in medio Apostolorum consistens, dixit. Infer huc digitum tuum, et vide manus meas, ⁊ affer manum tuam, ⁊ mitte in latus meū, ⁊ noli incredulus esse. Tu autem. ℣. Nimis honorati sunt. Vt in communi poſt inſ. lectio. Lect. v.

QVo facto, respondēs Thomas: Tu es (inquit) Dominus meus, et Deus meus: sua itaque dubitatione magnum indubitatę fidei testimonium posteris crediturꝭ reliquit. Quos beatos fore tunc Christꝰ his verbis testatꝰ est: Quia vidisti me Thoma, credidisti: beati qui nō viderunt, ⁊ crediderūt. Tu autem. ℣. Non sunt loquele. Vt in communi poſt v. lectio. Lectio vj.

POst Christi vero ad Patrē ascēsum, Thomas multum de Christiana pietate meritus, quam in Medos, Persas, Hircanos, Brachmanas, ⁊ Indorum gentem longe, lateꝙ propagauit, in interna gentium prędicatione delatus multis editis miraculis, ab eis qui veritatis lucem infense oderant, primum est candentibus laminis adustus, deinde in fornacē iectus, postremo lanceis confossus occubuit, in India vrbe Calaminia, ibidēque sepultus est, duodecimo calendas Januarij. Tu autem. ℣. Sancte Thoma Christi Apostole audi rogantes seruulos. ℟. Et impetra tam celitus tu defer indulgētiam. ℣. O sancte Thoma ſy dus aureum, Domini gratia, seruorum gemitus, soluta ſuſcipe clementia. ℟. Et impetratam. ℣. Gloria patri. ℟. Et impetratam.

¶ In iij. nocturno, Antiph. Thomas orabat ad Dominū, Deprecor te Domine, vt benedicas hos innocentes: et inſpira in eis que agi oporteat. Pſal. Confitebimur tibi fol. 37. Aſſa. Deus Abrahā, ⁊ Deus Iſaac, ⁊ Deus Jacob,

Jacob, benedic adolescentes istos: & semina, semē vite in mentibus eorum. Psalm. Dominus regnauit, exultet. fol.46. Ana. Quicquid bene rogaueris percipies p Jesum Christum filiū tuum vnigenitum redemptorē mūdi. Psal. Dominus regnauit, iracscantur. fol.48. ℟. Numis honorati sunt. Pater noster.

¶ Alie tres lectiones Euāgelium cum Homilia, vt in communi Apostolorū preter ix. Responsum.

℣. Aij. & viij. ℟. de cōi.

ET auiditate fēmina presentia cupit immemor futurorū. Quod aūt interrogat dñs, ꝛ illa petēte respōdit, Quid vis? nō venit de ignorantia, sed ex ei⁹ psona dicitur qui flagellād⁹, ꝛ crucifigēdus erat. Tu aūt. ℣. O beata dies populo venerāda ab omni, qua Dei⁹ Hispanis glorioſum dedit patronum apostolū Jacobū Cō postelle terra sepultū. ℟. In quo omnis Hispania letatur hoste deuicto. ℣. O quā letabūda est festiuitas, in qua beatus Jacobus nobis a Deo datur patronus. ℟. In quo oīs. ℣. Alia ꝓt. ℟. In quo. Te Deū laudam⁹. fo. 9. ℣. Cōstitues eos. Te laudabus. Añ. Adest dies letitie, beati⁹ in quo Jacobus terre datur Hispanie, dux, ꝛ patronus inclyt⁹. Psalmi laudū dñicalū. Añ. Exultet hoc Hispania duce sublimata, digna cantans preconia diu desolata. Añ. Felix o tu Gallecia, manib⁹q; plaude, tāti ducis p̄sentia digna oi laude. Añ. Sacra gaude Cōpostella magistu pre ceteris, cū sis digna facta cella hui⁹ sancti corporis. Añ. O decus Gallecie, o lumē Hispanie, sydus aureū, virtute mūditie nobis regē glie demōstra placatū. Capitulū, Hymn⁹ ꝛ ℣. vt in Vesp. Ad Bened. Añ. Gaudeat plebs Gallecorū, q̄ tātū ducē ac pastorē meruit suscipere almū

Jacobum. Exultent gentes occidentales, omnesq; insule illustrate tanto patrono. Letetur Samaria documentis eius imbuta: gratuletur Hierosolyma sanguine eius purpurata: omnes festa eius celebrantes dicant, Gloria in excelsis Deo. Alleluya. Oratio vt supra.

℣ Per horas diei Añs. laudum.

℣ Ad iij. capitulum vt supra. ℟. Adest nobis. vt supra: post j. lectio. ℣. Constitues eos. Oratio vt sup̄.

℣ Ad vj. et ix. capitulū vt supra: responsoria et versiculi vt in communi apostolorum. Oratio vt supra.

℣ In ij. Vespe Antiph. et psalmi vt in die Natiuitatis dñi. Capitulum vt sup̄. Alleluya. ℣. O patrone sanctissime, lumen, et sydus aureum, dux, defensor inclyte, terram quam elexisti defende: tuum populum augmentans, et ecclesiam in charitate Chr̄i. Hymnus. ℣. Añs. ad Magn. et Oratio vt in j. Vespe.

℣ Fiat cōmemoratio Syluestri papę vt infra. Ad cōpletor. vt heri.

℣ Die xxxj. Syluestri papę omnia dicantur de communi vnius pontificis pręter ea quę sequuntur. Oratio.

EXaudi dñe preces nostras, quas in sancti Syluestri cōfessoris tui, atq; pōtificis solennitate deferimus: vt eius, qui tibi digne meruit famulari intercedentibus meritis, ab omnibus nos peccatis absoluas per Dñm.

Lectio j.

SYluester patria Romanus, patre Rufino, et matre Justina ortus, sacras literas, docente Quirino presbitero, didicit. Presbiter deinde ordinatus hospitalitatem maxime sectatus est. Unde Timotheum, qui Christū prędicabat, atq; ab Antiochia Romam venerat, hospitio suscepit. Tu autem.

Lectio ij.

TImotheo vero pro Chro martyrii passo, Syluester a Tarquino, qui Timotheū occiderat, capt⁹ est, ⁊ carcere clausus: vt ab eo tormentis extorqueret diuitias, quas habuisse Timotheū credebat. Tarquinus vero nocte eadem osse piscis, quod in gutture hęserat, strāgulatur, vt prędixerat Syluester, et postri die

die Sylvestrum populis a vinculis eęmit. Tu autē.

Lectio iij.

QVi postea ad summū pōtificatum euectus est anno tercentesimo trigesimo nono a nato Saluatore, imperante Constantino, qui christianę religionis adeo studiosus fuit, vt non alio vexillo, quā signo crucis, in bellis vteretur. Reddita ergo ecclesijs pace p Constantinū, Sylvester relicto Soracte monte, is eīn est in Phalisćis altissimus, iuxta Flammiā viam paulo plus viginti passuū millibus a Roma distās, quo fuerat a tyrannis relegatus, Romā venit. Tu aūt.

Lectio iiij.

QVōstātinum vero iā in christianos bene animatū, promptiorē reddidit Sylvester ad optime de ecclesia Dei merendū. Cū autem multa et ad Dei cultum, et clericorum honestatem statuisset, pręsertim cauit, vt chrisma ab episcopo tantum consecraretur: vt baptizatum, si moris instet, liniat chrismate presbyter: vt causas in curia clericus non agat. Tu autem.

Lectio v.

VT diaconus in ecclesia celebrandi causa dalmatica induatur, et palla lęua eius tegatur. Pręfuit autem Sylvester Nicęno concilio, quod sub Constantino celebratum est trecētum, decem et octo episcoporum conuentu, per legatos Osium Corduběsem, et Victorium Vbilcensem. Tu autem. Lectio vj.

EAndem, cum in pontificatu annos viginti tres, menses decem, dies vndecim sanctissime vixisset, euolauit ad cęlum: et in cęmeterio Prisćillę via salaria sepultus est, pridie Kl's Januarij. Anno domini trecentesimo trigesimo septimo. Tu autem.

Januarius.

¶ Die ij. Exaltatio fidei, vt delicet festum Granatę. In j. Vespe. Ąfię et psalmi. vt in ij. Vesper. Natiuitatis dñi. Capitulum.

OMnia facio propter euangelium, vt particeps euāgelij efficiar, nam ij qui in stadio currunt, omnes quidem currunt, sed vnus accipit brauium. ℟. Deo. ℣. Letare Hierusalē, exulta Siō ciuitas regis magni. ℟. Inueniśti ouem, que perierat. 1.Co rin.c. 9.

rierat. ℣. Ciuitas quondam sub Barbaris, iam redditur christicolis. ℟. Jnue. ℣. Gloria patri. ℟. Jnue.

Hymnus.

IN cantico lętitię
Applaudat trra gaudia
Christicolarū gloria (dio
Felicium examia.
Et orbis cosmi integer
Exultet, et salubriter:
Nostrum clima pręcipue,
Illiberis Solumine.
Quę longo postliminio
In compedibus insita,
En ipsa iam nunc libera
Ferdinandi suppetia.
Helisabet consortio
illiusq; pręsidio
Quib⁹ Deo quā maximo
Laudes dātur in numero.
Gloria tibi dñe
Qui natus es de virgine
Cū patre, et sancto spiritu
in sempiterna sęcula amen.
℣. Omnia per Christum facta sunt. ℟. Et sine ipso factum est nihil. Ad Mag. Ant. Laude Hispania oppressione libera, letare ciuitas quondā Illiberis, nunc Granatensis metropolis, que iam fulges ecclesijs.

Oratio.

OMnipotens sempiterne Deus, rex regum, et dñs dominātium, qui famulorū tuorum Ferdinandi, et Helisabeth regis et reginę ministerio, parta victoria Hispaniā a Mahumetica secta mundasti, cōcede propitius, vt qui tua fide, et no mine gloriantur, tecum sine fine lętetur. Per Dñm. Loco Benedicamus dicitur Verbum patris.

¶ Fiat commemoratio de circuncisione. Ant. et ℣. vt in ij. Vesper. Natiuitatis dñi. Oratio vt in die. Et de beato Stephano vt in primis Vesp. ipsius diei: dein de de beato Jacobo. Ant.

Decus Hispanie sanctissime Jacobe, patrone singularis, esto nobis protector. et presidium. ℣. Apostoli Jacobi cōmemoratione letamur. ℟. Cuius patrocinio et ope muniamur.

Oratio.

DEus, qui Ramiro regi in Clauigio beati Jacobi apostoli tui meritis, et pręcibus subueniisti, eidemq; populo Hispanię, patrocinium contulisti: da quęsumus, vt quem habemus patronum in terris, consortem habere mereamur in cęlis.

¶ Pro stabilitate ciuitatis et regni. Ant. Nisi dominus custodierit ciuitatem, frustra sunt qui custodiunt eam.

eam. ℟. Dominus custodiat te. ℣. Dñs protectio tua.

Oratio.

DEus, sine quo nihil est validum, nihil firmum: & præter quem omne mobile, & instabile est: custodi ciuitatem, & regnum, tuorum sanguine, & strage quæsitum, vt tuo sancto nomini semper dedicatũ existat. Per Dominum.

¶ Ad Completor. vt in Natiuitate domini.

¶ Ad Matutin. Inuitato. Regem regum in cuius manu sunt omnes fines terre. ℣. Venite adoremus. Psal. Venite. fol. 1.

Hymnus.

SUrgamus arcti latria
Athanato reddita:
Canamus in lętitia
Regali pro victoria.
Trophęa regũ pangimus,
Quibus Deo perpẽdimus
Laudes enixe debitas
Nostris psallẽtes vocibus.
Nam si dulia mortalibus
nostro debemus tẽpore,
Nullis dicamus iustius,
Hesperię quam regibus,
Gloria tibi dñe vt supra.

¶ In j. noctu. Antiph. Pugnauerunt reges in nomine tuo: vicerunt in brachio sancto tuo. Psℓ. Quare dñs no ster. fol. 3. Dñi est terra. fol. 14. Benedicam dñm. fol. 18. ℣. Mirabilis Deus in factis suis. ℟. Et laudabilis in omnib⁹ operibus suis. Pater noster. Lectio j.

QUisti seruatoris nomine per orbẽ propagato, iã fere per sexcẽtos, & viginti annos, Mahumetus acerrimus hostis velut alter Jeroboã repente prodijt, & tã pernicioseper christianã religionẽ est grassatus, vt, nondũ peracto centũ annorũ spatio, Asiã pene, & Africam occupauerit: & quod magis dolẽdum est, vniuersam etiam Hispaniã a fide auerterit, præter vrbes quasdã Celtiberię, & Gallecię ad Oceanũ sitas, ad quas nomẽ christianum in horrẽda Gothorũ persecutiõe, & in ea totius ferme Hispanię gentis clade, tanquã ad arcẽ videtur confugisse. Tu autem. ℣. Cõtere brachiũ peccatoris, & maligni. ℟. Quæretur locus eius, & nõ inuenietur. ℣. Cadent a latere tuo mille, et decẽ millia a dextris tuis. ℟. Quæretur. Lectio ij.

IdĢ tanta fideliũ trepidatione, vt qui euasissent, præruptos Asturum

montes, et Alpium cacumina fuga peterent, ac inter syluas, et specus in magna frondium et nemorum vastitate delitescerent, nec sibi sat tutos fore arbitrarentur. Rebus autem christianis in tantas angustias redactis, suscitauit dominus germen iustum, et spiritum Helię, Pelagium mirum, genere clarum, armis strenuum, omniq; laude dignum: cuius auspicatissimo principatu religio felicissime instaurari cępit. Atqui ab hoc diuino principe reges Legionis, et Castellę manarunt. Qui omnes numero quadraginta tres sibi inuicem origine, et ordine succedētes: fide pugnarūt, fide vicerūt, fide regna amissa recuperauerūt septingentis quadraginta duobus annis. Tu autem. ℟. Reges, et principes conuenerunt pro domino, et pro Deo sancto suo. ℣. Ut heredes fierent in domo dñi. ℟. Hostes exterminauerunt, regna recuperauerunt. ℣. Ut heredes. Lectio iij.

TAlibus igitur parentibus orti Ferdinandus, et Isabella Castellę, Legionis, Aragonię, et Sicilię rex, et regina clarissimi (quorum tanta fuit pietas, clementia, et diuini cultus studium, vt omniū cōsensu catholicorum regum cognomentum promeruerint) anno salutis, millesimo quadragentesimo nonagesimo secundo, quarto nonas Januarij, Innocentio huius nominis octauo pontifice maximo, Granatā opulentissimam vrbem (quę quōdam Illiberis dicebatur) Christo restituerunt. O victoriam optatissimam, et faustissimā. O fęlicissimos, et christianissimos principes, assertores religionis, columnas fidei, Hispaniarum numina. O aurea secula, O fortunatissimos Hispanos sapientissimorū regū consiliis administratos, et nobilissimę gētis diuitiis, et cōmerciis auctos. O beatum Jacobū Hispanię patronum, cuius ope, et fauore amplissimos triumphos Ferdinandus, et Isabella reportarunt, florentissimum regnum fidei reddiderunt, et Mahumeticam fecā longe a Betica propulsarunt. Omnes ergo Hispaniarū prouincię exultēt, et iubilēt, omnes plaudant manibus,

et Deo

& Deo gratias agãt, qui talibus regibus Hispaniam illustrauit. Tu autem. ℣. Dñi est regnum, & ipse dominabitur gentium. Inimicos posuit. ℟. Scabellum pedum nostrorum. ℣. Subiecit barbaros nobis, et gentes sub pedibus nostris. ℟. Scabellum. Gloria patri. ℟. Scabellum. ¶ In ii. noctu. Ania. Terra, quã dedisti nobis, funiculum fuit hereditatis nostre. ℣. O mnes gentes. fol. 26. E xultate Deo. fol. 42. Q uam dilecta. fol. 43. ℣. In ecclesijs benedicã te domine. ℣. Psalmum dicã nomini tuo. pater noster.

Lectio iiij.

Q Ue fides nostra sit Christi, sacra testantur eloquia, cuius nẽpe mater virgo est, cuius pater Deus est. Unum hic est immobile fundamentũ, quod Petrꝰ ore cõfessus inquit, Tu es Christus filius Dei viui. Sed Christum vera religione profitemur, si patrem, & filium, & spiritũ sanctum vnum Deum, & creatorem omnium credimus: humani autẽ generis causa Dei filius natꝰ est ex virgine, & spiritu sancto, ipso sibi in hac operatione famulante, & sua, Dei videlicet inumbrãte virtute, corporis sibi initia consciuit, & exordia carnis instituit, vt homo factus ex virgine naturam in se carnis exciperet, per quam sanctificatũ in eo vniuersi generis humani corpus existeret: vt quemadmodum omnes in se, per id, quod corporeum se esse voluit, conderentur, ita rursus in omnes ipse, per id, quod eius est, inuisibile referretur. Tu aũt. ℣. Fides nostra est ex auditu, & auditus. ℟. Per verbũ Dei. ℣. Hec est victoria, que vincit mundũ, fides nostra. ℟. Per verbum.

Lectio v.

Q Ui Christum Jesum verum Deum, & verũ hominem ignorat, ignorabitur. Eiusdem periculi res est, alterum denegare, vel vtrunq; ipsa enim de se veritas ait, Qui me confitebitur coram hominibus, cõfitebor & ego eũ coram patre meo qui in cẽlis est: et qui me negauerit corã hominibus, & ego negabo eũ coram patre meo. Hęc itaq; humanę beatitudinis fides vera est, Deum & hominem prędicare, verbũ, & carnem confiteri. Geminam

igitur naturā Christi fidei profiteamur, diuinam scilicet, qua æqualis est patri, humanā, qua minor est patre. Utrunq; autē simul nō duo, sed vnus est Christus, ne sit quaternitas Deus. Tu autē. ℣. Induti loricā fidei pugnauerunt cum pseudoserpente: inimicorū castra verterunt, vicerunt regna. ℟. Operati sunt iustitiā. ℣. Nō vt corruptam, sed incorruptibilem coronam acciperēt. ℟. Operati sunt. Lectio vij.

HUmanę ergo naturę gratulandū est, quod sic assumpta est a verbo, vt immortalis constitueretur in cęlo: atque ita fieret terra sublimis, vt incorruptibilis pulvis sederet ad dexteram Dei patris. Noli dubitare, ibi nunc esse hominem Christum, vnde venturus est. Memoriter recole, & fideliter tene, quoniam surrexit a mortuis, ascendit in cęlum, & sedet ad dexteram patris, nec aliunde quam inde venturus est ad viuos, & mortuos iudicandos. Et cum cruce veniet, vt hi, qui eū crucifixerunt, suę sentiant dementię cęcitatem, quos arguit, cum eorum dementię signum portat. Tu autem. ℣. Si habueritis fidem sicut granum sinapis. ℟. Nihil impossibile erit vobis. ℣. Quidquid petieritis patrē in nomine meo, dabit vobis. ℟. Nihil. ℣. Glia patri. ℟. Nihil.

℣ In ij. nocturn. Antipho. Psallite Deo nostro, psallite regi nostro, psallite sapiēter, quia nō est Deus preter Deū nostrum. Psalm. ℣ ātate. j. fol. 460 ominus regnauit, exultet. fo. 46. ℣ anta te. ij. fol. 46 ℣. In cymbalis, & organo canā tibi. ℣. psalmum dicā nomini tuo. ℟ nr. Lectio sancti Euangelij secundum Mathęum.

Lectio vij. Math. c. 25.

IN illo tēpore: dixit Jesus discipulis suis parabolā hanc: Homo quidā peregre proficiscens, vocauit seruos suos, & tradidit illis bona sua. Et reliqua.

PRoficiscitur dūs, & in regionem longinquā, vt alia parabola dicit, qua sperandarum rerum fides est, nō apparentium: vnde. oculus non vidit, nec auris audiuit, quanta fidelibus sunt promissa. Quis sine fide hęc credet? Oportet ergo accedētē credere. Quę fides, vt gentibus innotes-

ce-

ceret, abiit Jesus in regionem longinquã, vt suis primum inquit apostolis. Expedit vobis vt ego vadam, quia nõ abiero paracletus nõ veniet ad vos, et si abiero mittã eum ad vos. Tu aũt. ℟. Dñe quinq; talenta tradidisti mihi: ecce alia quinq; superlucratus sũ. ℣. Intra in gaudiũ dñi tui. ℟. Abũdãti omnibus laboraui non ego solus, sed gratia Dei mecũ. ℣. Intra. Lectio viij.

TAlenta partitur dñs pro accipientium viribus, vt & apostolus eos, quibũ solidum capere nõ poterãt, se lacte potasse dicit. Quid em̃ habet homo qđ adeo non acceperit? Accepit, reddat in duplo: nam quinq; talẽta tradidisti mihi, & alia quinq; superlucratus sum. Sed ad vos o reges terrę nostra vertatur oro. Quinq; talenta a dño accepistis, fidẽ, sapientiã, prudẽtiã, potentiã, & inimicorũ victoriã, quinq; reddite Deo vestro. Pro fide, religionẽ: pro sapientia, constãtiam, pro prudentia, iustitiã, pro potẽtia, clementiã, pro inimicorũ victoria, gratiarũ actiones. Tu autẽ. ℟. Duo talenta tradidisti mihi, & alia duo superlucratus sum. ℣. Intra in gaudiũ dñi tui. ℟. Cursum cõsummaui, fidẽ seruaui, reposita est mihi corona iustitie. ℣. Intra. Lectio ix.

ORrate populi, dicite seniores, religiosissimũ principẽ audisti vnq; infortunatũ & irreligiosos, fuisse infelices legimus, sępe nihil magis principem beat, aut decorat quã religio quę regũ indumẽtũ esse debet. Induite ergo dñm Jesum Chr̃um, cuius nomẽ, & arma capessistis. Diligite iustitiã qui iudicatis terrã. Principẽ etiam non decet obliuisci clementię, qua eius diligitur, & pãditur potẽtia ad explẽtũ ipsius Dei, qui potentiã suam parcendo, & miserãdo maxime manifestat. Vos ergo reges terrę Deum semper oculos ponite, eius auspicijs bella, & omnia alia negotia gerite, illi pro victorijs gratias agite, dicite cũ psalmographo. Benedictus dñs Deus qui docet manus meas ad prælium, & digitos meos ad bellũ. Tu aũt. ℟. Exultate Christi reges, Jubilate christo nostro victori. ℣. Quia magnus dominus, et magnalia facit. ℟. In pauca fuistis fideles,

supra

supra multa vos constituet. ℣. Quia magnus. ℟. Gloria patri. ℣. Quia. Psal. Te Deū laudamus. fol. 9. ℟. Omnia per Christum facta sunt. ℣. Et sine ipso factum est nihil.

℣ In laudibus. Ańa. Firmauit dominus orbem terre, & non commouebitur in eternum. Psal. Dominus regnauit, deco. fol. 10. Ańa. Dominus ipse est Deus, et nos populus eius, & oues pascue eius. Psal. Iubilate. fol. 10. Ańa. Gloriam dedisti nomini tuo, & laudem glorie tue. Psal. Deus deus meus, ad te. fol. 10. Ańa. Benedixisti dñe terram tuā, auertisti captiuitatem plebi tue. Cāt. Benedicite. fo. 11. Ańa. Spiritus angelici, hominum cetus, & populi laudate nomen domini. Psalm. Laudate dñm de cęl. fol. 11. Capitulum & Hymn. vt in Vespe. ℟. Magnificauit dominus facere nobiscū. ℣. & facti sumus letantes. Ad Benedictus Ańa. Vocauit dominus seruos suos, & tradidit illis bona sua, vni dedit quinq; talēta, alij duo: alij vno vnum, vnicuique secūdum propriam virtutem. Oratio vt in Vespe.

℣ Fiat cōmemoratio sācti Stephani vt in die. deinde de beato Jacobo. Antpho. Victoriam psallentes Apostoli, laudemus nomen domini. ℟. Esto nobis Jacobe apostole Dei. ℣. Turris fortitudinis a facie inimici. Oratio. Deus, qui Ramiro. vt supra. ℣ Pro stabilitate ciuitatis & regni commemo. Ańa. Nolite timere, placuit patri vestro dare vobis regnum. ℟. Montes in circuitu eius. ℣. Dominus in circuitu populi sui. Oratio. Deꝰ, sine quo vt supra.

℣ Per horas dicet Antiphy. laudum. ¶ Ad iij. vſ. & ix. capitulum. vt supra. Ad iij. ℟. Mirabilis Deus. ℣. In factis suis. ℟. Et laudabilis in omnibus operibus suis. ℣. In fact. ℟. Gloria patri. ℣. Mirabilis. ℟. In ecclesijs benedicam te domine. & infra Oratio vt supra. ¶ Ad vſ. ℣. In ecclesijs. ℟. Benedicam te domine. ℟. Psalmum dicam nomini tuo. ℟. Benedic. ℣. Gloria patri. ℟. In ecclesijs. ℣. In cymbalis, & organo, vt infra. Oratio vt supra. ℣ Ad ix. ℣. In cymbalis, & organo. ℟. Canam tibi. ℟. Psallam nomini tuo altissime. ℟. Canam. ℣. Gloria patri.

tri. ℟. In cymbalis. ℣. Repletum est gaudio os nostrū. ℟. Et lingua nostra exultatione. Oratio vt supra.

¶ In ij. Vespe. Ant. & psalmi vt in j. Vesper. Capm, vt supra. Alleluya. ℣. Laudate dominum omnes gētes, & collaudate eum omnes populi. Hymnus &. ℣. vt in j. Vespe. Ad Magnif. Ant. Fecit nobiscū magna qui potens est, & sanctum nomen eius. Oratio vt supra loco Benedicam⁹. Verbū p̄fis.

¶ Fiat cōmem. S. Joannis vt in j. Vespe. diei, deinde Innocē. vt in ij. Vesp. dici.

¶ Ad Cōplet. vt in heri.

¶ Die iij. Octaua S. Joānis apostoli. Omnia dicantur vt in die p̄cter hic exp̄essa, & non dicatur nisi vnus nocturnus p̄out euenerit dies, scilicet die dominica, feria ij. & feria. v. Ant. ℣. psalmi. ℣. & Responsoria vt in j. noctur. dici: Feria iij. & feria vj. p̄out in ij. noct. Feria iiij. & Sabbato vt in iij. noctur. Lectio j. Euangelium vt in die cum p̄ma lectione homelię.

Lectio iij.

Quod apostolus, & euāgelista Joānes supra pectus domini in cęna recubuit, nō p̄esentis solummodo dilectionis, sed futuri erat signum mysteriꝫ. Figurabatur etenim iam tūc euangelium, quod idem discipulus erat scripturus, vberius, atq; alius cęteris sacrę scripturę paginis arcana diuinę maiestatis esse cō p̄hensurum. Quia enim in pectore Jesu sunt omnes thesauri sapientię, & sciētię abscōditi, merito supra pectus eius recubat, quē maiore cęteris sapientię & sciētię singularis munere donat. Tu autem.

Lectio iiij.

Cęteri quippe euangelistę plura de miraculis Saluatoris nr̄i, pauciora de diuinitate locuti sunt: Joannes autem per pauca scribens de humanis actibus, potius exponendis diuinę naturę incubuit arcanis, patenter insinuans, quanta de pectore Jesu fluenta doctrinę cęlestis, quę nobis eructaret, hauserit. Perhibuit quippe testimonium verbo Dei p̄dicando, perhibuit scribendo, perhibuit denuo, ea quę scripserat docendo: perhibuit etiā nunc, euangelium, quod scripsit eccle

sisꝫ

siss legendū pandendo. In principio, inquiens, erat verbū, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbū. Tu autem.

¶ Post Datut. fiat commemoratio Innocen.

¶ In ij. Vespe. Añę & psal. vt in die & post capitulū nō dicitur. Alla. Sed absolute Hymnus & finiatur officium sancti Joannis, & post verbū patris. fiat cōmemo. Innocen. vt j. Vespe. dici.

¶ Ad Completo. vt in Natiuitate domini.

¶ Die iij. Octaua Innocentium, omnia dicantur vt in die, & non dicitur nisi vnus nocturnus modo supradicto vt in octaua sancti Joānis. Euangelium vt in die cū prima lectione homilię.

Lectio ij.

HOdie fratres charissimi natale eorū infantiū colimus, quos ab Hero de crudelissimo rege interfectos esse euāgelij textus eloquitur. Et ideo cū summa exultatiōe gaudeat terra nra cęlestiū militū, et tā tarū parens fęcunda virtutū. Ecce profanus hostis nequaq̄ beatis paruulis tantū prodesse potuisset obsequio, quantū pfuit odio.

Tu autem. Lectio iij.

QUam sicut sacratissimū presentis diei festū manifestat, quātū cōtra beatos paruulos iniquitas abundauit: tantū in eis gratia diuinę benedictionis refudit. Beata es o Bethleē terra Juda, quę Herodis regis īmanitatē in puerorum extinctione perpessa es: quę sub vno tempore candidatam plebem imbellis infantię Deo offerre meruisti. Tu autem.

¶ Dicitur Te Deum laudamus.

¶ In ij. Vesperis Antiphą & psalmi vt in die. Capitulum erit de vigilia Epiphanię vt in dominicali et post verbum patris. fiat commemoratio Innocētium vt in ij. Vesperis diei.

¶ Die viij. Festum nominis Jesu. In j. Vespe. Añę & psalmi vt in die Natiuitatis domini. Capitulum.

DEus dedit illi nomē, quod est super omne nomen, vt in nomine Jesu omne genu flectatur, cęlestium, terrestium, & infernorum. ℟. Deo. ℟. O quam gloriosum dñe Jesu, et admirabile est nomen tuum in vniuersa terra. ℣. Omnia subiecisti

eisti sub pedibus ei⁹. ℣. Omnis lingua confitebitur ei, et curuabitur omne genu. ℟. Omnia. ℣. Gloria patri. ℟. Omnia. Hymnus.

GAude mater ecclesia,
Ad sunt noua solēnia
Nominis Jesu, quo tua
Placantur desideria.
Lux lucis, splendor glorię
Jesus gratię, delitię,
Nomen tuum nobis dulce
Veneremur hodie.
Nomen Jesu benedictum,
Et super cuncta locatum,
Glorioſum in ſecula,
Dirigat corda, ꝛ corpora.
Gloria tibi domine
Qui apparuiſti ſydere,
Cum patre et ſancto ſpū
In ſēpiterna ſecula. Amē.
℣. Sit nomen Jesu benedictum. ℟. Ex hoc nunc, et vſque in ſeculum. Ad Magnific. Ant. Magnificat pater filium in carne humiliatum, et exaltat nomen eius brachio virtutis roboratum, dum vigore vnionis ſublimatum de ſede eiecit potentes, et exaltat humiles, eum Jeſum confitentes.

Oratio.

OMnipotens Adonay qui ex abundātia amoris, te hominem, ꝛ tibi noſtrę ſalutis nomen prędeſtinaſti, reple nos dulcedine tui nominis, et da, vt ſicut pro nobis tibi nomē Jeſus impoſitum eſt, ita ſis nobis propitius, et ſaluator. Qui viuis et regnas cum Deo.

¶ Fiat commemoratio de octaua Epiphanię.

¶ Ad Complet. vt in Epiphanis domini.

¶ Ad Matu. Inuita. Deū carne indutum virginis in vtero: et eius nomē Jeſum. ℟. Venite adoremus. Pſalm. Venite. fol. 1.

Hymnus.

IEſu panis angelorum
Mūdi auctor, ꝛ celorū
Rex ꝛ director fabricę,
Actus noſtros tu dirige.
Te colimus a te facti,
Laudes damus conſignati
Tui nominis culmine,
Sed ꝛ redempti ſanguine.
Miſerere nobis rex,
Et tuere ab aduerſis:
Sed ꝛ poſt diem funeris
Fac gaudere cum ſuperis.
Gloria tibi dñe. vt ſupra.

¶ In 3. noct. Ant. In multitudine miſericordie tue gloriabūtur in te fonte pietatis: qui diligunt nomen tuum, ſcīa tū bone tue voluntatis. ℟. Verba mea. fo. 21. Ant. Vi notatus tu o Jeſu per naturā carnis ſubangelis, ſed eleuata

eſt

est magnificentia tua in celis, ꝛ nomen tuum admirabile in terris. ℣. Salu. O ñe, dominus noster. fol. 3. Añ. Ne in morte obdormiam, oculos meos illumina, vt Jesu altissimi psallam nomini. ℣. Usquequo. fol. 5. ℟. Secundum nomẽ tuum domine Jesu Christe. ℟. Sic ꝛ laus tua in fines terre. Pater nr̃.

Lectio j.

Sanctissimi nominis dñi nostri Jesu Christi dignitas, fratres charissimi, humanis nõ potest ser monibus explicari: sed licet mortalis infirmitas tãti nequeat nominis excellẽtiam perscrutari, pro modulo tamen imbecillitatis nostre eloqui ipsius benignissime saluatoris nr̃i charitas, suique mellifluj, suauissimiq; nominis vtilitas nos cõpellit. Ipse enim dominus ad Moysen dixit, in omni loco, in quo fuerit memoria nominis mei, veniam ad te, ꝛ benedicam tibi. Tu autẽ. ℟. A filio Dei carne velando virginis in verum, salutis futurum predixit effectum angelus. ℣. Ex hoc quod filii nomẽ Jesus. ℟. Jesum ait nomen eius vocabis: saluum enim faciet populum a peccatis. ℣. Ex hoc.

Lectio ij.

Ipsius ergo memoriã studeamus celebrare, vt ab eo visitati, eius benedictionem mereamur obtinere, ad quod faciendũ sapiens Ecclesiasticus nos inuitat, dicens, in corde et ore collaudate, ꝛ benedicite nomen domini. Ad hoc etiam peragẽdum prophetarum princeps Dauid omnes fideles exhortatur, dicẽs, Magnificate dominũ mecum, ꝛ exaltemus nomẽ eius in idipsum. Tu autẽ. ℟. Diuersa in nos mouent prelia mundus, caro, ꝛ demonia. ℣. Sed ꝛ tu Jesu preceptor miserere nostri, vt redẽptor. ℣. Exurge dñe, adiuua nos: ꝛ libera nos propter nomen tuum. ℣. Sed.

Lectio iij.

Huic enim omnes prophetę testimoniũ perhibent, remissionem peccatorum accipere per nomen eius omnes qui credunt in eum quia non est aliud nomen sub cęlo datum hominibus, in quo oporteat saluos fieri credentes. Hinc Psalmista ait, saluauit eos propter nomen suum: vt notam faceret populis potẽtiam

tiã suam. Et in Actib⁹ apostolorũ dicitur, Ablue peccata tua inuocato nomine Jesu. Tu autem. ℟. Initiũ sapientie timor domini. Letetur ergo cor meum, vt tis meat nomen tuum. ℣. Quia terribile, et sanctum est. ℟. Omnes gentes quascunq; fecisti, adorabunt coram te: et glorificabunt nomen tuum. ℣. Quia. ℟. Gloria pri. ℣. Quia ¶ In iij. nocturn. Añia. Mitte nobis auxilium de sancto, et in saluatori tuo letabimur, et in nomine Jesu Dei nri magnificabimur. Ps. Exaudiat te dñs. fo. 9. Añia. Dñs Jesus regit me ad locũ pascue: et propter nomen suum deduxit me super semitas iustitie. Psal. Dñs regit me. fol. 14. Añia. Tu es Deꝰ Jesus meus, propter nomen tuum peccato meo propitiaberis: et negligentias meas ne memineris. Psal. Ad te dñe leuaui. fol. 14. ℟. Non discedimus a te domine, et viuificabis nos. ℟. Et nomen tuum inuocabimus. Pater noster.

Lectio iij.

Unde Paulus Corinthijs scribens, dicit, Abluti estis, z sanctificati, ac iustificati in nomine dñi nostri Jesu Christi. Eapropter peccatis omnibus emundari, ac sanctificari cupiens propheta Dauid, huius sacratissimi nominis cõmemorationem cõtinue facere proponebat, qui ait: Psallam nomini Dei altissimi. Tu autem. ℟. Nomen tuum, et memoriale tuũ o Jesu Christe in desiderio anime. ℣. Quia sanat contritos corde, et alligat contritiones eorum. ℟. Sit nomen domini Jesu benedictum ex hoc nunc, et vsque in seculum. ℣. Quia.

Lectio v.

De apostolis etiam legitur, quod ibãt gaudentes a conspectu concilij, quoniã digni habiti sunt pro nomine Jesu contumeliam pati. Nec mirum, si tãta ex hoc sanctissimo nomine emanat virtus. Prophetia esñ dicit. Deus deduxit me super semitas iustitię propter nomen suũ. Et iterum, Propter nomẽ tuum deduces me, et enutries me. Et rursus, Propter nomen tuum dñe propitiaberis peccato meo, multum est enim. Tu autẽ. ℟. Dulce, et terribile est Jesu nomẽ tuũ: per ipsum remissio datur peccatorum. ℣. Et omne genu ei curuatur celestiũ, terrestrium,

strium, & infernorum. ℣. Domine dominus noster quam admirabile est nomen tuum. ℟. Et omne.

Lectio vj.

HOc est nomẽ, quod nobis reconciliat, atque propitium facit Deum patrem. Unde ipse saluator ait, si quid petieritis patrẽ in nomine meo, dabit vobis. Hoc etiam est nomen, quod diuinam mitigat vltionem: vnde Psalmista. Aspice in me, et miserere mei secundum iudicium diligentium nomen tuũ. Hoc est illud nomen, de quo dominus apostolis prędixit. In nomine meo dęmonia eiscięt, Hoc est nomẽ, quod dedit cęcis visum, surdis auditum, claudis gressum, sermonem mutis, et mortuis resurrectionem. Tu autẽ. ℣. Adiutorium nostrum in nomine dñi cecinit Dauid: & non in alio est salus, Petrus ait apostolus. ℟. Nisi in nomine quod est Jesus. ℣. Nõ est aliud nomen sub celo, in quo oporteat nos saluos fieri. ℟. Nisi. ℣. Gloria patri. ℟. Nisi.

¶ In vij. nocturn. Antipho. protegar in velamento alarum tuarum, o Jesu salus populi: et psalmum dicam nomini tuo in seculũ seculi. ℣. Quando Deus deprecationem. fol. 31. Ańa. A patre in vterum virginis missus Jesus descendit sicut pluuia in vellus. In secula benedictum nomen eius. Psalm. Deus iudi. fol. 35. Ańa. Columne soluentur quibus innititur, vt firmentur stabilius. O Jesu tibi confitebimur attentius, & nomen tuum inuocabimus. Psal. Confitebimur tibi. fol. 37. ℣. Sit nomen domini benedictum in secula. ℟. Ante solem permanet nomẽ eius. Pater noster.

Lectio sancti Euangelij secundum Luc. Lectio vij. ca. 2.

IN illo tempore, postquã consummati sunt dies octo, vt circumciderentur puer, vocatum est nomen eius Jesus, quod vocatum est ab angelo priusquã in vtero conciperetur. Et reliqua.

Ex beato Bernardo.

VOcatum plane est nomen, non impositum. Nẽpe hoc ei nomẽ ab eterno est. A propria natura habet vt sit saluator: innatum est ei nomen hoc, non inditũ ab humana, vel angelica

creatura. Tu autē. ℟. In nomine meo demonia ejicient, & serpentes tollent. Contra aereas potestates titulus triū phalis. ℣. Jesus Nazarenus rex Judeorum. ℟. Notus in Judea Deus: in Israel magnum nomen eius. ℣. Jesus.

Lectio viij.

IN libro vitę in quo descripti sunt omnes electi, ante omnia alia nomina descriptū est benedictum nomen salvatoris nostri. Qui de se ipso inquit per prophetam. In capite libri scriptū est de me. Hoc autem nomen illi vocatum fuit abęterno. Unde ipsi nascituro prędixerat Isaias dicēs, vocabitur tibi nomē quod os dñi nominavit. Et iterum, dñe a seculo nomē tuum. Tu autem. ℟. In nomine tuo o Jesu spernemus insurgentes in nos. ℣. Nam & demonia subjiciuntur nobis in nomine tuo. ℟. Jesus autem transiens per medū illorum ibat. ℣. Nam.

Lectio ix.

HOc quoq; dignissimū nomen ab angelo antequ in matris utero Dei filius conciperetur, beatissimę virgini revelatū est, dū ei dixit: paries filiū, & vocabis nomē eius Jesum. Apparens etiam angelus Joseph przcepit ei, vt filiū ex sponsa sua nasciturū appellaret Jesum, eo quod ipse salvaturus esset populum suū. Jesus enim salvator interpretatur. Tu autē. ℟. Si iniquitates observaveris dñe Jesu, quid facias laudabili nomini tuo. ℣. In ipso apud te propitiatio est. ℟. Propitiaberis dñe Jesu peccato meo propter nomen tuum. ℣. In ipso. ℟. Gloria patri. ℣. In ipso. Ps. Te Deū laudamus. fol. 9. ℣. Nō nobis dñe Jesu nō nobis. ℟. Sed nomini tuo da gloriam.

℄ In laudibus. Antipho. In sede parata ex virgine, induit se Jesus virtutum decore, et dum elationes hostis prostravit, mirabilis in altis dominus regnavit.

Psalmi laudum dominicalium. fol. 10. Antiph. Scitote, quia Christus ipse est Deus. Laudate nomen eius, et in exultatione psallite Jesu Nazareno, et subiciate Deo. Antiph. In nomine tuo levabo manus, vt cognoscant in gentibus Christum, de quo prędixit codex Hebreus, et labia mea laudabunt te Deus Deus

meus. Ańa. Spiritus, ꝛ anime iustorū Christo Jesu psallite, sed et cuncte res cōpositę dño benedicite. Ańa. Exaltatum est nomen eius solius Jesu: etas vtriusq; sexus laudet nomē eius, sed et cuncte res create dominum laudate. Capitulum. vt supra.

Hymnus.

IEsu rex clementissime
Da robur, fer auxiliū,
Vt dignis tuo nomini
Laudes canamus titulis.
Nomen tibi potentię
Excelsum, ꝛ terribile,
Cui omne genu flectitur,
Quod pauet turba demo-
Nomē tibi clemētię, (nū.
Dulce, suaue, amabile,
Quod laudāt oēs angeli,
Et beatorum spiritus.
Nomen tibi perpetuę
Salutis, atque glorię
Per quod cętus fidelium
Oportet saluos fieri.
Gloria tibi dñe. vt supō. ℣. Propter gloriam nominis tui Christe Jesu libera nos. ℟. Et propitius esto propter nomē tuum. Ad Benedictus. Ańa. Benedictus sit dominus Israelis Jesus lator nouę legis, per quem Deus fecit sue redemptionem plebis, et erexit nobis nomē salutis, ad dirigendos in viam pacis, et virtutis. Oratio vt supō. ¶ Fiat cōm. de oct. Epiph. ¶ Per horas diei Antiphi laudum. ¶ Ad omnes horas Capitulum. vt supra. ¶ Ad iij. ℟. Secundum nomen tuum. p̄. Domine Jesu Christe. ℣. Sic et laus tua in fines terre. p̄. Domine. ℣. Gloria patri. ℟. Secundum. ℣. Non discedimus. vt infra. Oratio vt supra. ¶ Ad vj. ℟. Nō discedimus dñe a te. p̄. Et viuificabis nos. ℣. Et nomen tuum inuocabimus. p̄. Et vi. ℣. Gloria patri. ℟. Non dis. ℣. Sit nomen. vt infra. Oro vt supō. ¶ Ad ix. ℟. Sit nomen Jesu benedictum. p̄. In secula. ℣. Ante solem permanet nomen eius. p̄. In se. ℣. Gloria patri. ℟. Sit nomen. ℣. Sit nomen Jesu benedictum. ℟. Ex hoc nunc, et vsque in seculum. Oratio vt supra. ¶ In ij. Vespe. Ańe. ꝛ psalmi vt in die Natiuitatis domini. Capitulum vt supra. Alla. ℣. In nomine meo demonia eiicient, et super egros manus imponent, ꝛ bene habebunt. Hymnus ꝛ ℣. vt in j. Vespe. Ad Magn. Ańa. O sanctum nomē eius, cuius misericordia super omnia opera eius, et iustitiā esurientes replet

replet bonis, de se presumentes spoliat donis. Oratio vt supra. ¶ Fiat commemoratio de octaua Epiphanię.

¶ Ad Completor. vt heri.

¶ Die xiiij. Felicis in principijs martyris omnia dicantur de communi vnius martyris, pręter orationem, et iiij. & v. & vj. lect. Oratio:

OMnipotēs Deus, vt ad meliorē vitā exēpla sancti martyris tui Felicis nos prouocēt, quatenus cuius solennia agimus, etiam actus imitemur per Dñm.

Lectio iij.

FElix presbyter, & martyr a pręfecto vrbis Draco, sub Diocletiano, quod Christum doceret, captus est, & ad Serapis templū, vt sacrificaret ductus. Quo cum peruenisset, insufflans in simulachrum in puluerē illud redegit. Quartis etiam & Dianę simulachra pari miraculo comminuit. Tu autem. Lectio v.

DRacus itaque magicis artibus id fieri credens, in carcerem trusum Felicem diris cruciatibus torquet, vt fateatur, vnde illi esset tantum magicarum artium. Qui cum respondisset, Christi fidei virtute se talia edere, extra vrbem duci iubetur in fanū, vt deorum simulachra adoraret. Lectio vj.

FElix vero ad locum veniens, in ingentem arborē, quę fano proxima erat, insufflauit, euulsaqea radicitus, & corruens fanū euertit. Vnde ira percitus Dracus, capite punire Felicē ibidem iussit, & auibus deuorandum relinquit. Cuius corpus in eadē fouea, vnde arbor euulsa fuerat christiani cōdiderūt. Quod cum iuxta Pincianā portā gestum fuerit, vbi & corpus Felicis quieuit, Felix in Pincijs dictus est. Passus est autem decimo nono kalendas Februarij.

¶ Die xv. Mauri Abbatis omnia dicantur de communi vnius Justi vel Abbatis pręter iiij. & v. & vj. lect.

Lectio iiij.

MAurus senatorio genere ort⁹, factoq; Benedicto a parentibus instituēdus in monastica disciplina, traditus est. Qui magistri vestigia adhuc iuuenis ita imitari curauit, vt breui ad summam vitę perfectionem peruenerit, vnde

& ipsi præ cęteris charior, & reliquis admirabilis habebatur. Tu autem.

Lectio v.

POst hęc abbas constitutus, ieiuniis, & orationibus deditus, vitę austeritatem tam victu, quã vestibus sectabatur. Tandem, apud Legerim ciuitatem in qua (iuuante Gallorum rege) cœnobium construxerat. Tu autem. Lectio vj.

POst plurima miraculorum insignia annum agẽs nonagesimũ secundũ, migrauit ad dñm. anno dñi quingentesimo vigesimo octauo. Tu autem.

¶ Die xvj. Marcelli papę martyris, omnia dicuntur de cõmuni vnius martyris præter orationem & iiij. v. & vj. lect. Oratio.

PRæces populi tui quęsumus dñe clementer exaudi, vt beati Marcelli martyris tui, atq; põtificis meritis adiuuemur, cuius passione lętamur. Per Dominum. Lectio iij.

MArcellus patria Romanus, a Cõstãtino, & Gallerio vsq; ad Maxentiũ gessit pontificatũ. Huius hortatu Priscilla, & Lucina matronę Romanę ad ductę sunt, altera, vt cœmeterium suis sumptibus via Salaria cõstrueret, altera, vt ecclesiam Dei hęredem suorum bonorum institueret. Tu autem. Lectio v.

TItulos quinq; & vigiti in vrbe Roma idem disposuit, quasi dioeceses ad commoditatem baptismi, & eorum qui ad fidem Christi ex gentibus quotidie veniebant, & ad martyrum sepulturas. Quibus rebus iratꝰ Maxentius, Lucina relegata, ipsum minis impellere conatur, vt se pontificatu abdicaret, atq; nomen christianũ deponeret. Tu autẽ.

Lectio vj.

IN quo cũ se ab eo negligi animaduerteret, ipsum in viuaria ad curam publicarũ bestiarum dãnabit. Ex quo loco nec orationes ille, nec ieiunia prętermittens, parochias etiam eptis, quãdo aliter nõ licebat, multos annos gubernauit. Demum ex fœda illa, atq; in cõmoda habitatione, pœdore, & situ confectus obijt, cuiusq; sanctissimũ corpus in cœmeterio Priscillę in via Salaria sepeliꝝ, xvij Kalẽdas Feb. sedit autem annos quinque, mẽses sex, dies

dies vnū ꝛ viginti. Tu aūt.

℣ Die xvij. Antonij abbatis. Ja. Vespe. Ańa. super Psal. ꝛ per totum diem, omnia dicūtur de cōmuni vnius Justi, vel abbatis ꝓter hic expressa. Oratio.

OMnipotens sempiterne Deus, qui beatum Antonium abbatē famulū tuū inter mūdi hujus turbines illęsum conseruare dignatus es, cōcede ꝓpitius, vt qui eius festa veneramur, ipsius meritis, et precibus adiuuemur. Per Dūm.

Lectio j.

Ad Philip. ca. 3. EXistimo omnia detrimentum esse, ꝓpter eminentem scientiam Jesu Chri dñi mei, ꝓpter quē omnia detrimentū feci, ꝛ arbitror vt stercora, vt Christum lucri faciam, ꝛ inueniar in illo nō habens meā iustitiā, quę ex lege est, sed illam, quę ex fide est Christi Jesu, quę ex Deo est iustitia in fide ad cognoscendum illum, ꝛ virtutē resurrectionis eius, et societatē passionis illius configuratus morti eius, si quomodo occurram ad resurrectionem quę est ex mortuis, nō quod iam acceperim, aut iā perfectus sim: sequor autem si quomodo comprehēdam in quo ꝛ comprehēsus sum a Chro Jesu. Tu aūt.

Lectio ij.

FRatres, ego me non arbitror comprehendisse, vnum autem, quę quidem retro sunt obliuiscēs, ad ea vero quę sunt ꝓiora extendens me ipsum ad destinatum persequor, ad bravium superne vocationis Dei in Christo Jesu. Tu autem. Lectio iij.

QUicūq; ergo perfecti sumus, hoc sentiamus, ꝛ si quid aliter sapitis, ꝛ hoc vobis Deus reuelabit. Verū tñ ad quod peruenimus, vt idē sapiamus, ꝛ in eadē permaneamus regula. Imitatores mei estote fratres, ꝛ obseruate eos qui ita ambulant sicut habetis formā nostram. Tu autem.

Lectio iij.

ANtonius in Egypto nobili genere natus, Constantini magni tempore cum intrans ecclesiam, vt solebat, audisset illud euāgelij. Si vis perfectus esse, vende omnia quę habes, ꝛ da pauperibus, velut ea sibi tunc peculiariter dicta interpretatus, omnibus suis possessio-

nibus distractis, pretium distribuit pauperibus, ipseque in vastam Egyptiſolitudinem recessit. Tu autem.

Lectio v.

QVi quã plurimos annos incredibili parsimonia, et sanctitate vitam gessit vir humanam, sępe a dęmonibus ipsi sanctimoniam inuidentibus varijs imaginibus infestat⁹, quos ipse ope diuina fretus, tam constanter spernebat, vt cõuitijs etiã, & maledictis persequeretur, exprobrãs illis imbecillitatẽ in eos, quos diuina gratia non destituisset. Tu autem.

Lectio vj.

ITaque tanto iam terrori dęmonibus erat sępe a se deuictis, vt multi per Egyptũ ab illis agitati nomine Antonij super ipsos inuocato liberarentur. Huic Constantinus Imperator se, et filios per literas commendauit, vt pro eis Dño supplicaret. Ita miraculis clarus annũ agens vltra cẽtesimũ, a vita migrauit, decimo sexto Kłas Februarij. Tu autem.

¶ Die xviij. Prisęq virginis & martyris omnia dicũtur de cõmuni vnius virginis, pręter vj. lect. Lect. vj.

PRisca nobilis Romana, decimo tertio ętatis suę anno, quod christianę fidei esset accusata, Jussu Claudij Imperatoris, ad templum Apollinis ducitur, vt dijs immolaret. Quod cum facere recusaret, alapis cęsa in carcerẽ truditur. Educta postridie cum in Christi confessione nihilominus persisteret, flagellis verberata feruenti a dipe toto corpore perungitur, ac rursus in carcerem reducitur. Die tertia in amphitheatrum producta exponitur immanissimo leoni, qui ad pedes eius mansuetus se proiecit. Tunc ergastulo virgo recluſa, triduo inedia maceratur, ac postmodum cum maximos cruciatus fortiter sustinuisset, tãdem capitis abscissione martyrio coronatur. xv. Kalen. Feb. Tu autem.

¶ Die xix. Germani martyris omnia dicuntur de cõmuni vnius martyris.

¶ Die xx. Fabiani & Sebastiani martyrum. In j. Vespe. super Psal. Dixi. Sebastianus vir christianissim⁹, j. laudum, vt infra. Psalmi feriales. Capitn. Justi aũt.

vt

vt in cõmuni plurimorum martyrũ. ℟. Erat enim. vt infra post iij. lect. Hymnus ⁊ ℣. de communi. Ad Mag. Ant. Si ego vt infra iij. laud. Oratio.

INfirmitatem nostram respice omnipotens Deus, ⁊ quia pondus propꝛie actionis gravat, beatorum martyrum tuorum Fabiani, ⁊ Sebastiani intercessio gloriosa nos protegat. Per dñm.

¶ Fiat cõme. de festo diei. ¶ Ad Matu. Invitatorium. Mirabilem Deum in sanctis suis. ℣. Venite adoremꝰ collaudantes. Psal. ℣enite. fol. 1. Hymnus de cõmuni. ¶ In j. noctur. Ant. Sebastianus Mediolanensium partium ciuis, quem perfuderat Deus gratia, ab omnibus amabatur. Psal. Beatus vir. fol. 2. Ant. Erat enim in sermone verax, in iudicio iustus. Psal. Quare fremuerunt. fol. 2. Ant. Christo quotidie sedulũ exhibebat officiũ, erat enim verus Dei cultor. Psalm. Dñe quid. fol. 2. ℣. Letamini in dño, ⁊ exultate iusti. ℟. Et glo. Pr̃ noster.

Lectio j.

FAbianus patria Romanus a Gordiano ⁊ Philippo ad Decium Imperatorem pontifex ecclesiꝛe prꝛefuit. Hic septem diaconis regiones diuisit, qui a notarijs res martyrũ gestas scribentibus, colligerent. Tu autem. ℟. Sebastianus vir christianissimus, quẽ occultabat militaris habitus. ℣. Et chlamidis sue obumbrabat aspectus. ℟. Nunc milites, ac patrem charissimo venerabãtur affectu, erat enim verus Dei cultor. ℣. Et. Lectio ij.

STatuitque, vt singulis annis in die cenꝛe domini chrisma renocaretur, ac vetꝰ cõbureretur in ecclesia. Huius tẽpore orta est hꝛeresis Novatij Romanꝛe ecclesiꝛepresbyteri, negantis apostatas, etiam pꝛenitentes, ab ecclesia recipi debere. Tu autẽ. ℟. Erat enim in sermone verax, in iudicio iustus, in consilio prouidus, in charitate conspicuus. ℣. In vniuersa morum honestate preclarus. ℟. In comisso quoque fidelis, in interuentu strennus ℣. In.

Lectio iij.

SEd congregato Romꝛe concilio sexaginta episcopoꝛũ, totidemque presbyteroꝛum tum diaco-

nis compluribus hęc hęresis Nouatiana damnata fuit, & cum alijs errorquoque Melchesitarum asserẽtium non esse criminosum in tormentis Christum vocetenus ab eo negari, qui corde ipsum confiteretur. Fabianus denique xiij. kalendas Feb. martyrio coronatus in cęmeterio Calisti via Appia sepelitur, cum sedisset annos xiiij. menses vndecim, dies xj. Tu autem. ℣. Christo quotidie sedulum exhibeat officium. ℟. Et christianorum animas quas in tormentis videbat deficere confortabat. ℣. Erat enim in sermone verax, in iudicio iustus. ℟. Et ℣. Gloria patri. ℟. Et.

℣ In ij. noctur. Antipho. Ad hoc tantum sub chlamyde Christi militem regebat absconditum, vt Deo redderet animas, quas diabolus conabatur auferre. Psalm. Domine, quis ha. fol. 6. Antiph. Clarissimis quotidie viris Marcellino, & Marco suadebat seculi blandimenta respuere, et momentanea tormentorum genera non timere. Psalm. Conserua me Dñe. fol. 6. Antipho. Vt vidit beatus Sebastianus athletas Dei immenso certaminis pondere fatigari, dixit: O fortissimi martyres Christi, nolite permisera blandimenta coronas deponere sempiternas. Psalm. Domine in virtute. fol. 9. ℣. Exultent iusti. pater noster.

Lectio iiij.

Sebastianus ciuis Mediolanensis, sed Narbone ortus, vel vt alij tradunt oriundus, vir nobilis, et Imperatori Diocletiano charus, primęque cohortis ductor, multos christianorum in tormentis deficientes tam fortiter, et sancte in fide confirmauit, vt martyrium constanter subierint. Quorum fuere Marcus, & Marcellianus fratres, qui Romę in domo Nicostrati vincti asseruabantur, cuius Nicostrati vxor Zoe exorante Deum Sebastiano vocem ante sex annos per morbum amissam recepit. Tu autẽ. ℣. Sebastianus Dei cultor studiose curabat sub absconso chlamydis sanctorum animas confortare. ℟. Spem promittẽs et gloriam consequi sempiternam. ℣. Multas denique martyrum

mẽ

mentes a timore passionis eripuit, et ad coronas perpetue glorie incitauit. ℟. Spē.

Lectio v.

QVibus rebus cognitis, Diocletianus Sebastianum ad se vocat, et grauissime increpatum omni ratione a fide conatur auertere. Sed hoc frustra tentato, iubet eum stipite alligatum a sagittarijs configi. Frequentibus itaque sagittis confixus, cum ab omnibus aut pernecatus: aut protinus moriturus crederetur, tamen consequenti nocte ab Hyrene sancta matrona sepeliendi gratia sublatus, viuus reperitur: et ope diuina breui est in domo illius in pristinam valetudinem restitutus. Tu autem. ℣. Vt vidit Sebastianus athletas Dei immēso certaminis pondere fatigari dixit. ℟. O fortissimi milites Christi, nolite per misera blandimenta coronas deponere sempiternas. ℣. Christianorum animas, quas in tormentis videbat deficere, cōfortabat, dicens. ℟. O fort.

Lectio vj.

ITaque, paulo post factus obuiā Diocletiano ad rei miraculum attonito, cepit libere impietatem, et iniquitiam in christianos improperare. Tunc vero iussu eiusdem, tandiu virgis cesus est, donec animam exhalauit. Eius vero corpus in cloacam deiectum Lucinę opera cui Sebastianus per somnum visus, et vbi corpus suum esset, et vbi condi vellet demonstrauit, ad Cathacumbas sepultum est: vbi templum extat eiusdem nomine dicatum. Passus est autem. Romę tertiodecimo Kalendas Februarij. Tu autem. ℣. Nolite timere, non separabuntur a vobis. ℟. Sed vadunt in celum parare vobis sydereas mansiones. ℣. Beatus Sebastianus dixit, nolite timere, non separabuntur a vobis. ℟. Sed. ℣. Gloria patri. ℟. Sed.

¶ In ij. noctur. Antipho. Sebastianus dixit Marcellino, et Marco, non vos seducant blandimenta mulierum. Psalm. Exultate iusti. fol. 18. Antipho. Nolite timere, non separabuntur a vobis, sed vadunt in celum parare vobis sydereas mansiones. Psalmus:

Bene-

Benedicam dño. fol. 18. Añia. Descendit lux magna super Sebastianum, vt confirmaret, ⁊ roboraret viros christianos. Psal. O eus, venerunt. fol. 39. ℣. Justi autē. Pater noster.

¶ Alię ij. lectionis ex euāgeliocum homilia, vt in cōmuni. ℟. viij. Si ego verus Christi seruus sum, et si vera sunt omnia que ex ore meo hec mulier audiuit, ⁊ credidit, aperiat os eiꝰ. ℣. Qui aperuit os Zacharie prophete domini. ℟. Jubeat dominus Jesus Christus, vt redeāt ad eam officia labiorum eius. ℣. Aut. ℟. viij. Zoe vxor Nicostrati dixit beato Sebastiano, beatus es tu, et benedictus sermo oris tui. ℣. Per Jesum Christum dominum nostrum. ℟. Benedicti, qui in omnibus que locutus es, credunt. ℣. Per. ℟. ix. Beatus es, ⁊ bene tibi erit egregie martyr Sebastiane. ℣ Quia cum sanctis gaudebis, ⁊ cum angelis exultabis in eternum. ℟. Beatus es Christi martyr Sebastiane, ⁊ benedictus sermo oris tui. ℣. Quia. ℟. Gloria patri. ℣. Quia. Te Deum laudamus. ℟. Exultabunt sancti in gloria. ¶ In laudibꝰ. Añia. Sebastianus vir christianissimus, quem occultabat militaris habitus, ⁊ chlamidis sue obumbrabat aspectus. Ps. O ominus regna. fol. 40. Añia. Sebastianus Dei cultor, studiose cursabat sub abscōso chlamidis sanctorum animas confortare, spem promittens, et gloriam consequi sempiternam. Psal. Jubilate. fol. 40 Añia. Si ego verus Christi seruus sum, et si vera sunt omnia que ex ore meo hec mulier audiuit, ⁊ credidit, aperiat os eius qui aperuit os Zacharie prophete domini. Psal. O eus Deꝰ meus ad te. fol. 10. Añia. Zoe vxor Nicostrati dixit beato Sebastiano, beatus es tu, ⁊ benedictus sermo oris tui. Psal. Canticum. Benedicite. fol. 11. Añia. Beatus es, et bene tibi erit egregie martyr Sebastiane, quia cū sanctis gaudebis, ⁊ cum angelis exultabis in eternum. Psal. Laudate dñm. fol. 11. Capit. Hymn. ⁊ ℣. vt in communi. Ad benedictus. Añia. Multitudo languentium veniebat ad eum, ⁊ sanabātur omnes. Alleluia. Oratio vt supra.

¶ Per horas dici Añę laudum, capitulū, respōsoria, ⁊ versiculi vt in communi.

Ora-

Oratio vt supra. ¶ Ad is. Vespe. Añę. laudū. Psal. capitulū, Alleluya, Hymn. & ℣. vt in cōmuni. Ad Magnificat. Añā. Sebastianus dixit Nicostrato, Saluator noster pro peccatoribus dignatus est suam exhibere presentiam. Oratio vt supra.

¶ Die xxj. Agnetis virginis & martyris in j. Vespe. pro commemoratio. Añā. Stans beata Agnes in medio flamme expansis manibus orabat ad dominum, Omnipotens, adorande, colende, tremende, benedico te, & glorifico nomen tuum in eternum. ℣. & Oratio. vt in communi vnius virginis. fol.

¶ Ad Matut. Inuitat. Virginum regem adoremus. ℣. Qui celestis regni meritum, et gloriam cōtulit sancte sue Agneti. Psal. Venite. fo. 1. Hymn. vt in communi.

¶ In j. noctur. Añā. Discede a me pabulū mortis, quia iam ab alio amatore preuenta sum. Psal. Deus, dominus noster. fol. 3. Antiph. Anulo suo subarrauit me dominus meus Jesus Christus, et immensis monilibus ornauit me. Psal. Celi enarrant. fol 8. Añā. Dextera mea, & collum meum cinxit lapidibus pretiosis, tradidit auribus meis inestimabiles margaritas. Psalm. Deus noster est terra. fol. 14. ℣. Diffusa est gratia.

Lectio j.

Inuocaui dominū patrem dñi mei, vt nō derelinquat me in die tribulationis meę, & in tempore superborum sine adiutorio. Laudabo nomen tuum assidue, & collaudabo illud in confessione, & exaudita est oratio mea. Et liberasti me de perditione, & eruisti me de tempore iniquo. Propterea cōfiteboꝛ, & laudem dicam tibi, & benedicam nomini domini. Tu autē. ℣. Diem festum sacratissime virginis celebremus: qualiter passa sit beata Agnes ad me moriam reuocemus. Tertio decimo eratis sue anno mortē pertulit, & vitam inuenit. ℣. Quia solum vite dilexit auctorem. ℣. Infantia quidem cōputabatur in annis, sed erat senectus mentis immensa. ℣. Quia. Ecclesiastici c. 51:

Lectio ij.

Quam adhuc iuniꝛ essē, priusquam oberrarē, quęsiui sapientiam palam in oratione mea. Ante templum postulabam pro illa, et vsque in nouissimis inquiram

ram eam, et florebit tanquam ptecox vua. Tu autem. ℟. Pulchra facie, sed pulchrior fide beata Agnes. Respuens mundum letaberis cum angelis. ℣. Intercede pro omnibus nobis. ℟. Diffusa est gratia in labijs tuis, propterea benedixit te Deus in eternum. ℣. Intercede.

Lectio iij.

Lętatum est cor meum in ea, ambulauit pes meus iter rectum, in iuuentute mea inuestigabam eã. Inclinaui modice aurem meam, & excepi illam. Multam inueni in me ipso sapientiam, et multum profeci in ea. Dauit mihi sapiętiam dabo gloriam. Tu autem. ℟. Dexteram meã, et collum meum cinxit lapidibus pretiosis. Tradidit auribus meis inestimabiles margaritas. ℣. Et circundedit me vernantibus, atque coruscantibus gemmis. ℟. Posuit signum in faciem meam, vt nullum preter eum amatorem admittam. ℣. Et circun. ℟. Gloria patri. ℣. Et circun.

¶ In ij. noctur. Antipho. Posuit signum in faciem meam, vt nullum preter eum amatorem admittam. Psal. Exultauit. fol. 25. Ańa. Induit me dominus cyclade auro texta, et immensis monilibus ornauit me. Psalm. Deus noster, ref. fol. 25. Antipho. Mel, & lac ex eius ore suscepi, et sanguis eius ornauit genas meas. Psal. Magnus dominus. fo. 26 ℟. Specie tua. pater noster.

Lectio iiij.

Agnes virgo Romana claris parentibus orta, cum ab vrbis prefecti filio amore flagrante in coniugem magnis pollicitis, et contentione peteretur, omnibus spretis in ea responsione perstitit, se ab amatore Christo fuisse occupatam, ipsique soli se datam fidem prestare oportere. Tu autem. ℟. Induit me dominus vestimento salutis, et indumento iustitie circundedit me. ℣. Et tãquã sponsam decorauit me corona. ℟. Tradidit auribus meis inestimabiles margaritas, et circundedit me vernantibus, atque coruscantibus gemmis. ℣. Et tanquam.

Lectio v.

Qumque prefecti filius virgini insultaturus

turus intrasset, confestim exanimis iacuit, qui mox oratione virginis suscitatus, egressusque in publicum clamare cepit, templa deorum esse dęmonum domicilia, et solum christianorum verum esse Deum. Quo miraculo templorum pontificibus commotis, ac virginem magam esse clamitãtibus, Symphoroni⁹, licet iam Agnetem libenter absolueret, timens tamen pontificum calumniã, causam virginis cognoscendam, Aspasio vicario commisit. Tu autem. ℣. Amo Christum in cuius thalamum introiui, cuius mater virgo est, cuius pater feminam nescit, cuius mihi organa modulatis vocibus cantant. ℟. Quem cum amauero, casta sum, cum tetigero, munda sum, cum accepero, virgo sum. ℣. Anulo fidei sue subarrauit me, et immensis monilibus ornauit me. ℟. Quem.

Lectio vj.

Hic autem in conspectu omnium rogum accendit, et in eum virginem protrudi iussit. Quo facto, flammis diuisis, ipsa in medio illęsa permansit, et ignis circunstantes exurebat, qui tamen ad orationem virginis statim extinctus est. Tunc Aspasius ira concitatus iussit eam decollari. Et sic martyrio coronata ad sponsum Christum emigrauit duodecimo kalendas Februarii. Tu autem. ℣. Vel, & lac ex ore eius suscepi, et sanguis eius ornauit genas meas, cuius pulchritudinem, sol, & luna mirantur. ℟. Ipsi soli seruo fidem, ipsi me tota deuotione committo. ℣. Ostendit mihi thesauros incomparabiles, quos ipsi se daturum repromisit. ℟. Ipsi. ℣. Gloria patri. ℟. Ipsi.

¶ In ij. nocturno Antiph. Ipsi sum desponsata, cui angeli seruiunt, cuius pulchritudinem, sol, & luna mirantur. Psalmus. Cantate j. fol. 11. Antipho. Cuius pulchritudinem, sol, et luna mirantur, ipsi soli seruo fidem. Psalmus. Dominus regnauit, exultet. fol. 46. Antiph. Ipsi soli seruo fidem, ipsi me tota deuotione committo. Psalm. Cantate. ij. ℣. Adiunauit eam Deus vultu suo. Pater noster,

¶ Alię tres lectio. Euangelium cum homilia. vt in cō muni. ℟. vij. Ipsi sum desponsata, cui angeli seruiūt, cuius pulchritudinē sol, & luna mirantur. ℣. Ipsi soli seruo fidē ipsi me tota deuotione committo. ℟. Dexteram meam, & collum meum cinxit lapidibus pretiosis: tradidit auribꝰ meis inestimabiles margaritas. ℣. Ipsi soli. ℟. viij. Iā corpus eius corpori meo sociatum est, et sanguis eius ornauit genas meas. ℣. Cuius mater virgo est, cuius pater feminā nescit. ℟. Indsuit me dominus cyclade auro texta, & immensis monilibus ornauit me. ℣. Cuius. ℟. ix. Omnipotens, adorande, colēde, tremende, benedico te. ℣. Quia per filium tuum vnigenitum euasi minas hominum impiorum, & spurcitias diaboli impolluto calle trāsiui. ℟. Te confiteor labijs, te corde, te toris visceribus cōcupisco. ℣. Quia. ℟. Gloria patri, ℣. Quia. ℟. Specie tua.

℣ In laud. Añā. Christi virgo nec terrore cōcutitur, nec blandimētis seducitur. ℣. Quis regna. fol. 10. Añā. Mecum enim habeo custodē corporis mei angelum domini. Psal. Jubilate. fo. 10 Añā. Ingressa Agnes turpitudinis locum, angelum dñi preparatum inuenit. Psal. O eus Deus meus. fo. 10. Añā. Benedico te pater dñe mei Jesu Christi, quia per filium tuum ignis extinctus est a latere meo. Cant. Benedici. fol. 11. Añā. Stans a dextris eius agnus niue cādidior Christus sibi sponsam, et martyrē consecrauit. Psal. Laudate. fol. 11. Capitulum, Hymnus & ℟. vt in cōmuni. Ad Benedict. Añā. Beata Agnes in medio flammarum expansis manibus orabat ad dominum, Te deprecor venerande, colende, pater metuende, quia per sanctum filium tuum minas euasi sacrilegi tyranni, & carnis spurcitias immaculato calle transiui. Et ecce venio ad te quē amaui, quem quesiui, quē semper optaui. Oratio vt in cōmuni. fol. 561

¶ Dicantur commemorationes consuete.

℣ Per horas viei Añę. laudū. Capitm. responso. versi. & oratio vt in communi.

℣ Pro commemora. Añā. ℟. & oratio vt in j. Vespe.

¶ Die xxij. Vincentij leuitę & martyris in j. Vesper. super psal. Añā. Agnosce o

Vin-

Vincenti, vt infra iiij. laud. psalm. feriales, capitulū vt in communi vnius martyris. ℣. Sāctus Vincentius. ℟. cum. Gloria patri. vt infra post ij. lect. Hymnus et ℣. vt in communi. Ad Magnif. Ant. Sacram huius diei solennitatem humili celebremus deuotione, qua inuictus Christi martyr Vincentius tyranno deuicto insignē victorie palmam celo gaudēs intulit. Oratio vt in cōmu. ¶ Ad Matut. Inuitator. Regem regum dominum venite adoremus. ℟. Quia ipse est corona sancti Vincentij martyris. Psalm. Venite. fo. 1. Hymnus vt in cōmu. ¶ In j. noctur. Ant. Sanctus Vincentius a pueritia studijs literarum traditus, superna sibi prouidente clementia gemina scientia efficacissime claruit. Psa. Beatus vir. fol. 2. Ant. Sanctitate quoque insignis diaconij arce suscepta vices pontificis diligenter exequebatur. Psal. Quare fre. fol. 2. Ant. Valerius igitur episcopus, & leuita, Vincētius spe fruēdi victoria diuinitus subnixi in confessione deitatis alacriter cucurrerunt. Psal. Die quid. fol. 2. ℣. Gloria, & honore. Pater noster.

Lectio j.

HAbemus thesaurum istū in vasis fictilib⁹, vt sublimitas sit virtutis Dei, & non ex nobis. In omnibus tribulationem patimur, sed non angustiamur: aporiamur, sed nō destituimur: persecutionem patimur, sed nō derelinquimur, Humiliamur, sed non confundimur: deijcimur, sed nō perimus: semper mortificationem Jesu Christi in corpore nostro circunferētes, vt et vita Jesu manifestetur in corporibus nostris. Semper enim nos qui viuimus, in mortem tradimur propter Jesum: vt et vita Jesu manifestetur in carne nostra mortali. Tu autem. ℣. Sacrā presentis diei solennitatē humili celebremus deuotione, qua inuictus Christi martyr Vincētius tyranno denicto. ℟. Insignem victorie palmam celo gaudens intulit. ℣. Peracto igitur passionis sue venerando triumpho angelorum ciuibus comitatur. ℟. Insignem.

Pau. ad 2. Cor. ca. 4.

Lectio ij.

ERgo mors in nobis operatur, vita autem in vobis. Habentes autem

eundem ſpiritum fidei, ſcri ptum eſt, credidi, propter quod loquutus ſum, & nos credimus: propter quod, & loquimur ſcientes quoniã qui ſuſcitauit Jeſum, & nos cum Jeſu ſuſcitabit, & conſtituet vobiſcum. Tu autẽ. ℟. Sanctus Vincẽtius Chriſti martyr, prouidente ſuperna clementia, que ſibi eũ prouidebat vas electionis futurum. ℣. Semina ſcientia efficaciſſime claruit. ℟. Sanctitate quoque inſignis diaconij arce ſuſcepta: vices pontificis diligẽter exequebatur. ℣. Semina.

Lectio iij.

OMnia enim propter vos, vt gratia abundans per multos in gratiarum actione abundet in gloriam Dei. Propter quod, non deficimus, ſed licet is qui foris eſt noſter homo corrumpatur, tamen is qui intus eſt renouatur de die in diẽ. Id enim quod in preſenti eſt momẽtaneum, & leue tribulationis noſtre: ſupra modum in ſublimitate eternũ glorie pondus operatur in nobis: non contemplantibus nobis que videntur, ſed que non videntur. Que enim videntur, temporalia ſunt, que aũt non videntur eterna ſunt. Tu autem. ℟. Valerius igitur epiſcop⁹, & leuita Vincentius ſpe fruẽdi victoria diuinitus ſubnixi. ℣. In cõfeſſione deitatis alacriter cucurrerunt. ℟. Tanto nãque feliciores ſe eſſe credebant, quanto acriora tyranni ſupplicia pia lõganimitate certaſſent euincere. ℣. In cõfe. ℟. Ria patri. ℣. In cõfe. ¶ In iſ. noctur. Aña. Tanto namque feliciores ſe eſſe credebant, quanto acriora tyranni ſupplicia pia longanimitate certaſſent, euincere. Pſalm. Cum inuoca. fol. 78. Aña. Leuita Vincentius dixit beato Valerio, ſi iubes pater ſancte, reſponſis iudicem aggrediar. Pſal. Uerba mea. fol. 21. Aña. Jam tibi fili chariſſime diuini verbi curam commiſeram, nunc quoq; pro fide, qua adſtamus, reſponſa committo. Pſalm. Domine dominus noſter. fol. 3. ℣. Poſuiſti dñe ſuper caput eius. ℟. Coronam.

Lectio iiij.

VIncentius Oſchę natus, quod oppidũ eſt Hiſpanię citerioris, ab incũte ętate ſtudio literarũ deditus, & ſacris literis eruditus, a Valerio Ceſarauguſtano

gustano ẽpiscopo, cui blesa lingua erat, munus iniunctum prędicãdi euangeliũ pro ipso sanctissime, ⁊ constanter obibat. Tu autem. ℟. Leuita Vincentius dixit beato Valerio, si iubes pater sancte responsis iudicem aggrediar. Jam tibi filii charissime diuini verbi curam cõmiseram. ℣. Nunc quoque pro fide, quas adstamus, responsa committo. ℟. Tibi enim gemina scientia pollenti, ac superni amoris igne feruenti celestis olim doctrine ministerium delegauit. ℣. Nunc quoque.

Lectio v.

QVo cognito, Datianus prouincię prȩses in persecutione Diocletiani, ⁊ Maximiani capi eum iubet Cęsaraugustę cum Valerio, ⁊ vinctũ ad se Valentiam duci. Vbi propter fidei constantiam verberibus primum vsque ad tormentum lassitudinem cęsus est: deinde in equuleo ferreis vnguibus exaratus: postremo in craticula primis subiectis impositus, ⁊ ferreis pectinib⁹ alte impressis excarnificatus. Tu autem. ℟. Ecce iã in sublime agor, ⁊ omnes principes tuos seculo altior tyranne despicio, nolo gloriam meam minuas, nec damna inferas laudi. ℣. Paratus sum enim ad omnia tormenta pro saluatoris nomine sustinenda. ℟. Insurge ergo, ⁊ toto maligni tatis spiritu debachare, videbis me Dei virtute plus posse, quam possis ipse, qui torques. ℣. Paratus.

Lectio vi.

QVę cum inuicto animo pertulisset in carcerem retruditur, vbi paulo post spiritum ad martyrii coronam accipiendam emisit, vndecimo Kalendas Februarij. Tu autem. ℟. Assumptus ex equuleo leuita Vincentius, atque ad patibulum raptus tortores suos pene preuenies. ℣. Moras carnificum arguendo ad penam alacriter properauit. ℟. Intrepidus itaque Dei athleta candentis ferri machinam vitro conscendens. ℣. Moras. ℟. Gloria patri. ℣. Moras.

℣. Inuit. noctur. Antipho. Beatus Vincentius cuius iã mens conscia erat corone, dixit Datiano, Hactenus a te habitus sermo de neganda fide peroraui. Psalm. In domino confido. fol. 5.

Añā. Nefarium tamen apud christianorum prudentiā esse cognoscas deitatis cultū abnegando blasphemare. ℣. Dñe, quis. fol. 6. Añā. Profitemur enim christiane religionis nos esse cultores, ac vnius veri Dei permanentis in secula famulos, & testes. Psal. Domine in virtute tua. fo. 9. ℣. Magna est gloria eius. Pater noster.

¶Alię iij. lectiones euangelium cum homilia vt in communi. ℟. viij. Beatus Dei athleta Vincentius horrendo clausus ergastulo carceris, psalmum Deo, & hymnum angelorum frequētia relenatus, lenis dicebat. ℣. Quorum vallatus caterua venerādo fouebatur obsequio, & mulcebatur alloquio. ℟. Dantur ergo hinc laudes Deo altissimo, & resonante organo angelice vocis modulata suauitas procul diffunditur. ℣. Quorum. ℟. viij. Agnosce o Vincenti inuictissime pro cuius nomine fideliter decertasti. ℣. Ipse tibi coronam preparatam seruat in celis, qui te fecit victorē in penis. ℟. Esto igitur iā securus de premio, quia mox deposito onere carnis nostri eris addendus collegio. ℣. Ipse. ℟. ix. Martyr insignis alme Vincenti meritisq; clare cū Christo regnas, preces nostras in aula regis eterni subleua. ℣. Et protege vtrumq; ordinem cuius egregius extitisti leuita in orbe. ℟. Incessanter pro nobis supplica Deo, vt feliciter mereamur perfrui gloria paradisi. ℣. Et protege. ℟. Gloria patri. ℣. Et protege: Te Deum laud. ℟. Posuisti domine super caput eius.

¶In laud. Añā. Assumptꝰ ex equuleo leuita Vincētius atque ad patibulum raptus, moras carnificum arguendo ad penam alacriter properabat. Psal. Dominus reg. fo. 10. Añā. Intrepidus ira que candentis ferri machinā vitro conscēdens, ac manens immotus erectis in celum luminibus dominum precabatur. Psalm. Exultate. fo. 10. Añā. Hinc horrendo carceris clausus ergastulo Dei athleta angelorum venerādo fouebatur obsequio, & mulcebatur alloquio. ℣. Deus. Deus meus. fol. 10. Añā. Agnosce o Vincenti inuictissime, quia pro cuius nomine fideliter decertasti, ipse tibi coronam preparatam seruat in celestibus. Cantic. Benedicite. fo. 11. Añā. Dantur ergo

ergo hinc laudes Deo altissimo, ꝛ resonante organo vocis angelice modulata suauitas procul diffunditur. Psalm. Laudate dominum de cęl. fo.11. ℂ Capitulum, Hymnus, ꝛ ℣. vt in communi. Ad Benedict. Añs. Egregius Dei martyr Uincentius diris tormentorum suppliciis pro Christo alacriter superatis, ac felicis pugne agone constãter expleto, tandẽ pretiosam resolutus in mortem celo triũphans spiritũ reddidit. Oratio vt in communi.

℣ Per horas dici Añę lau. ℣ Ad iij. vj. ꝛ ix. Capitulũ, responsoria, versiculi, ꝛ oratio vt in communi.

¶ In ij. Vespe. pro commemorat. Añs. Dixit sanctus Uincentius. Dominum Jesum Christum confiteor, ꝛ ipsum cum patre, ꝛ spiritu sancto vnum, ꝛ verum Deũ esse protestor. ℣. Gloria, ꝛ hono. Oratio vt in communi.

¶ Die xxiij. Illefonsi archiepiscopi Toletani in ij. Vesp. Añs super psalmos, ꝛ per totum diem officium dicatur, vt in cõmuni vnius põtificis, pręter hic expressa. Oratio.

DEus, qui beatũ Illefonsum archipręsulem tuum aureola decoratum virginis tue matris specialiter obsequijs deputasti, vt virgo virgini deseruiret, pręsta quęsumus, vt eius precibus, ꝛ meritis sordibus expiati desideratam quaitur ad patriã recõciliationis gratiã consequamur, qui vius, ꝛ reg.

Lectio ij.

EXcelsum fecit Aaron fratrem suum, ꝛ similẽ sibi de tribu Leui. Statuit illi testamentum ęternum, ꝛ dedit illi sacerdotiũ gentis, et beatificauit illum in gloria. Et circuncinxit eum zona iustitię, ꝛ induit eum stolam glorię, ꝛ cozonauit eum in vasis virtutis. Tu autem. Lectio ij.

CIrcumpedes, ꝛ femoralia, ꝛ humerale posuit ei, ꝛ cinxit illũ tintinnabulis aureis plurimis in gyro, dare sonitum in incessu suo, auditum facere sonitũ in templo in memoriam filijs gẽtis suę. Stola sancta auro, ꝛ hyacintho, ꝛ purpura, opus textile, viri sapientis iudicio, ꝛ veritate pręditi. Torto cocco opus artificis, gemmis preciosis figuratis in ligatura auri, ꝛ opere lapidarij sculptis in

Ecclesi. c.45

memoziam secūdum numerum tribuū Israel. Tu aūt.

Lectio iij.

Corona aurea super mitram eius expressa signo sanctitatis: ⁊ gloria honoris, et opus virtutis, desiderio oculorum ornata. Sic pulchra ante ipsum nō fuerunt talia vsque ad originem. Nō est indutus illa alienigena aliquis, sed tantum filij ipsius soli, ⁊ nepotes eius per omne tempus, sacrificia ipsius cōsumata sunt igni quotidie. Tu aūt.

Lectio iiij.

Ildefonsus, qui Alfonsus ab alijs dicitur, nobili genere Toleti natus, liberaliū disciplinarū sacrarumq; literarum studio deditus, Eugenij Toletani, Isidoriq; Hispalensis prę-sulum, sanctorum doctissimorumq; virorum monitis, atq; præceptis morū sancti tatem egregiā, ⁊ singularē cum pietate doctrinam est adeptus. Itaque primū factus monachus in Agalensi monasterio, breui propter virtutum præstantiā abbas est a monachis electꝰ. Tu autem.

Lectio v.

Deinde mortuo Eugenio, cleri, populique Toletani magno consensu sufficitur in episcopatum. Quod munus mira prudē tia, ⁊ sanctitate administrauit. Hereticos quosdā qui in Hispaniam hęresim Helui dianam tollentem perpetuam Dei genitricis virginitatem disseminabant, doctissime confutauit, ab Hispaniaq; depulit. Quam di sputationem explicauit libro, quem inscripsit de Maria virginitate, rem miraculo confirmante. Tu autem.

Lectio vj.

Cum enim Ildefonsus ad preces matutinas in ecclesiam nocte descēderet, comites eius in ecclesię limine fulgore quodā repentino deterriti, retrocesserūt. Ille vero intrepidus ad aram progressus virginem Dei genitricem vidit, ⁊ adorauit, ab eademq; vestem, qua in sacrificio vteretur, accepit. Obijt anno episcopatus sui sanctissime gesti circiter decimo, ⁊ sepultus est in Basilica, beatę Leocadię. Tu autem.

¶ In ij. Vesp. fiat comme moz. Timothei mart.

¶ Die xxiij. Timothei martyris discipuli Pauli, omnia dicuntur de communi

vnius

vnius martyris preter ea que sequuntur. Oratio.

QVesumus omnipotes Deus, vt beatus Timotheus martyr tuum pro nobis imploret auxilium, vt a nostris reatibus absoluti, a cunctis etiam periculis eruamur per dñm.

Lectio j.

1.Pe. ca.5. SEniores ergo qui in vobis sunt, obsecro cõsenior, & testis Christi passionũ & eius, que in futuro revelãda est, glorie cõmunicator. Pascite qui in vobis est gregẽ Dei, prouidentes nõ coacte sed spontanee secundũ Deũ, neq; turpis lucri gratia, sed voluntarie, neq; vt dominantes in cleris, sed forma facti gregis ex animo. Et cum apparuerit princeps pastorũ, percipietis immarcessibilẽ glorie coronã. Tu aũt. Lectio ij.

SImiliter adolescẽtes subditi estote seniorib⁹, oẽs enim inuicẽ humilitatẽ insinuate, quia dñs superbis resistit, humilib⁹ aũt dat gratiam. Humiliamini igitur sub potenti manu Dei, vt vos exaltet in tẽpore visitationis. Omnem solicitudinem vestram proiicientes in eum, qñ ipsi cura est de vobis. Tu aũt. Lect. iij.

SObrij estote, & vigilate, quia aduersarius vester diabolus tanq̃ leo rugiẽs circuit quẽrẽs quẽ deuoret. Cui resistite fortes in fide scientes eandẽ passionẽ eique in mũdo est vestre fraternitati fieri. Deus aũt omnis gratie, qui vocauit nos in eternã suã gloriã in Christo Jesu, modicum passos ipse perficiet, confirmabit, solidabitq;. Ipsi gloria, & imperiũ in secula seculorum. Amẽ. Tu aũt. Lectio iiij.

TImothe⁹ discipulus beati Pauli apostoli fuit, qui Lystris exort⁹ Lycaonie ciuitate, filius mulieris viduq;, vt in actibus apostolorũ habetur cap. xvj. ab eodẽ Paulo in fide doct⁹, & baptizatus, eidem cõperegrinus factus est. Tu autẽ.

Lectio v.

QVam quo deueniẽs ad Ephesum ciuitatem Asie metropolim, ibidẽ ab apl'o episcopus ordinatus est, imperante Nerone, vbi doctrinis, & miraculis coruscauit, & glorios⁹ euãgeliste Joannis adiutor fuit, quo in Pathmõ insulã sub Domitiano relegato locũ ei⁹ tenuit. Tu aũt. Lec. vj.

SEd dum gentiles festo Dianę ad templū accedentes a sacrificijs prohibere niteretur, furēte populo in eum palis, ꝛ lapidibus mactatur: ꝛ semiuiuus relictus a chꝛistianis in mōtem adiacentem ciuitati reducitur, vbi nono kalend. Feb. quieuit in pace, imperante Nerone. Tu autem.

¶ Die xxv. Conuersio sancti Pauli Apostoli. In j. Vesper. Añia. super psalm. A Chꝛisto de cęlo vocatus, j. laud, vt infra. psal. feriales. Capitulum.

Act. c. 9. SAulus adhuc spirās minarū, ꝛ cędis in discipulos Domini, accessit ad principē sacerdotū, ꝛ petiit ab eo epistolas in Damascum ad synagogas: vt si quos inuenisset huiꝰ vię viros, ac mulieres, vinctos perduceret Hierusalē. ℣. Ibat igitur Saulus. Cum Glozia patri, vt infra post ij. lect. Hymnus ꝛ ℣. de communi apostolozum. fo.

Ad Magn. Añia. Prostratus est seuissimus persecutoz, sed erectus est fidelissimus prędicatoz: quos domine verbis edocet de te, meritis ducat ad te.

Oratio.

DEus, qui vniuersum mundum beati Pauli apostoli tui prędicatione docuisti, da nobis quęsumꝰ, vt qui eius hodie conuersionē colimus, per eius ad te exēpla gradiamur. Per Dominum.

¶ Fiat commemozat. Timothei mart.

¶ Ad Matu. Inuitat. Laudemus Deū nostrum. ℣. In conuersione apostoli Pauli. Psal. Venite. fol. 1. Hymnus vt in cōmuni. fol. 547.

¶ In j. nocturn. Añia. Saulus adhuc spirans minarū, ꝛ cedis in discipulos Domini, abiit ad principem sacerdotū, ꝛ petiit ab eo, vt vbicunq; inuenisset huius vie viros vinctos perduceret Hierusalē. Ps. Cęli enarrant. fol. 8.

¶ Versiculi qui ponuntur post Añas tam in nocturn. quam in laud. dicuntur immediate post. Glozia patri. cuiuslibet psalm. deinde repetatur Aña. ℣. Paternarū traditionum amplius emulator existens. Añia. Ibat igitur Saulus furia inuectus, dirūq; toto pectoze virus effiabat: et sanctozū sanguinē sine intermissione sitiebat. Psa. Benedicam dñm. fol. 18. ℣. Et cum iter faceret, contigit,

git vt appropinquaret Damasco. Ana. Et subito circũfulsit eum lux de celo, & cecidit in terram, nihilque videbat. Psal. Eructa. fol. 25. ℣. Audiuit autem vocem de celo dicentem sibi, Saule, Saule quid me persequeris? ℟. In omnem terram exiuit sonus eorum.

Sermo beati Augustini episcopi. Lectio j.

Hodie de Actibus apostolorũ lectio hęc pronuntiata est, vbi Paulus apostolus ex persecutore christianorum annũtiator factus est christianorum. Percutiẽs eum Christus, & sanans: occidens, & viuificans: occisus agnus a lupis, & faciens agnum de lupis. Prędictum enim erat, quod in Paulo contingit. Jacob quippe benedicens filijs ait de illo. Beniamin lupus rapax. Tu autẽ. ℟. Saulus adhuc spirans minarũ, & cedis in discipulos Domini. ℣. Abijt ad principem sacerdotum, & petijt ab illo, vt vbicunque inuenisset huius vie viros, vinctos perduceret Hierusalem. ℟. Ibat igitur Saulus furijs equi innectus, dirumq; toto pectore virus effiabat. ℣. Abijt.

Lectio ij.

Quid ergo? lupus rapax semper est? absit. Sed qui mane rapit prędam, ad vesperas diuidit escas. Hoc in apostolo Paulo impletum est, quia, & de illo dictum erat. Jã si placet, audiamus illum mane rapientem, ad vesperum escas diuidentem. Mane, et, vespere posita sunt pro eo, ac si diceret, prius rapiet, postea diuidet escas. Attẽdite raptorem: Saulus, inquit, acceptis epistolis a principibus sacerdotũ ibat, vt vbicũque inueniret christianos, ad sacerdotes attraheret, & adduceret vtiq; puniendos. Tu autem. ℟. Ibat igitur Saulus furijs equi innectus, dirumq; toto pectore virus effiabat. ℣. Et sanctorum sanguinem sine intermissione sitiebat. ℟. per totam Judeam insania ferebatur, vt Christi membra laniaret in terris. ℣. Et sancto rum. Lectio iij.

Ibat spirãs, & anhelãs cędes, hoc est, mane rapiens. Nam, & quando lapidatus est Stephanus primus martyr pro nomine Christi, euidentius aderat & Saulus, & sic aderat lapi

dantibus, vt non ei sufficeret, si tantum suis manibus lapidaret, vt enim esset in omnium lapidantium manibus, omnium vestimenta seruabat, magis sqiēs omnes adiuuando, quam suis manibus lapidando. Audiuimus mane rapiet, audiamus ad vesperam qualiter diuidit escas. Voce Christi prostratus de cęlo, ꝛ accipiens desuper interdictū iam sequendi, cecidit in faciem suā, prius posternendus, postea sanandus. Tu autem. ℣. Vade Anania, ꝛ quere Saulum, quia vas electionis est mihi. ℟. vt portet nomen meum coram gētibus, ꝛ regibus, ꝛ filijs Israel. ℣. Ego enim ostendam illi quanta oporteat eum pati pro nomine meo. ℟. Vt portet. ℣. Gloria patri. ℟. Vt portet.

¶ In ij. noctur. Antipho. Saule, Saule quid me persequeris? Quis es Domine? Ego sum Jesus Christus quē tu persequeris, durum est tibi contra stimulum calcitrare. Psalm. Omnes gentes. fol. 26. ℣. Sed surge, et ingredere ciuitatem, ꝛ dicetur tibi, quid te oporteat facere. Añá. Viri autem qui comitabantur eum eo, stabant stupefacti, audientes quidem vocem, sed neminem videntes. Psalm. Exaudi Deus deprę. fo. 31. ℣. Saulus autem cadens in terra apertisque oculis nihil videbat. Añá. Saulus autē tremens ac stupens dixit ad Jesum. Quid me vis facere? Ait autem dominus ad eum, surge, et ingredere ciuitatem: et dicetur tibi, quid te oporteat facere. Psalm. Exaudi, Deus orationem. fol. 38. ℣. Viri autem qui comitabantur cum eo, stabant stupefacti. ℟. Constitues eos principes.

Lectio iiij.

Non enim in eo postea Xp̄s viueret, nisi occideret in eo quod male ante vixisset. Quid ergo prostrat⁹ audit? Saule, Saule: quid me persequeris? durū est tibi cōtra stimulū calcitrare. Et ille, Quis es dñe? Et vox desuper. Ego sum Jesus Nazarenꝰ quē tu per se queris. Mēbris adhuc positis in trā, caput clamabat de cęlo, ꝛ nō dicebat, Quid persequeris fideles meos? Sed, Quid me persequeris? Et ille, Quid me iubes facere? iam parat se ad obediēdū, qui prꝰ sequiebat ad perse

persequēdum. Jā formatur ex persecutore predicator, ex lupo ouis, ex hoste miles. Audiuit quid facere debeat. Hęc⁹ nēpe factus est, vt interior lux ad tēpus subtracta est psecutori, vt interiore luce fulgeret cor ei⁹. Exterior lux ad tēpus subtracta est persecutori, vt interior redderetur prędicatori. Tu autē. ℟. Ingressus Paulus in synagogas predicabat Jesum Judeis. ℣. Affirmans, quia hic est Christus. ℟. Stupebant autem omnes qui eum audiebant. ℣. Affirmans.

Lectio v.

ET tamen eo tempore quo cętera non videbat, Jesum videbat. Adductus est ad Ananiam, ꝛ Ananias interpretatur ouis. Ecce lupus rapax adducitur ad ouem sequendam, non rapiendam: et ne rapientem ouis expauesceret lupum, ipse pastor de cęlo qui omnia faciebat, nunciauit lupum venturum oui, sed non sęuiturum. Et tamen tam immanis fama lupum illum pręcesserat, vt nec posset ouis audito eius nomine nō turbari. Tu autem. ℟. Damasci prepositus gentis Aretħe regis voluit me comprehendere. A fratribus per murū. ℣. Submissus sum in sporta, et sic euasi manus eius in nomine domini. ℟. Deus, et pater domini nostri Jesu Christi scit, quia non mentior. ℣. Submissus.

Lectio vi.

ISta cogitātes fratres charissimi non desperemus, quia etsi peccatores sumus, magnum medicū habemus. Ipsum medicum audite. Non enim venit vocare iustos, sed peccatores ad penitētiam. vtilitas autem rei gestę huius, hęc est, vt nemo de se desperet, qui fuerit magnis peccatis inuolutus, et in magnis sceleribus irretitus, quasi veniam non sit accepturus, si conuersus fuerit ad eum, qui pendens in cruce pro persecutoribus orauit. Tu autem. ℟. Mihi viuere Christus est, et mori lucrum. ℣. Gloriari me oportet in cruce domini nostri Jesu Christi. ℟. per quem mihi mundus crucifixus est, et ego mundo. ℣. Gloriari.

℣. In uj. noctur. Antipho. Ad manus autem illū trahentes introduxerunt Damascē, et erat

& erat tribus diebus non videns, & non manducauit, nec bibit. Psal. O. ōfitebimur tibi. fol. 37. ℣. Surrexit saulus de terra, apertisq; oculis nihil videbat. Ant. Vade Ananias, & quere Saulum, ecce enim orat, quia vas electionis est mihi, vt portet nomen meum coram gentibus, & regib⁹, & filijs Israel. Ps. O dominus regnauit, exult. fo. 46. ℣. Dixit autem dominus ad visu Ananie. Ant. Saule frater, dominus misit me Jesus qui apparuit tibi in via qua veniebas, vt videas, & implearis spiritu sancto. Psal. O ns regna. iras. fol. 48. ℣. Et abijt Ananias, & introiuit in domum, & imponens ei manum dixit. ℣. Nimis honorati sunt amici tui Deus.

℣ Lectio sancti euangelij secundum Matheum.

Lectio vij.

c. 19. IN illo tempore: dixit Symō Petrus ad Jesum, Ecce nos reliquimus omnia, et secuti sumus te, quid ergo erit nobis? Et reliqua. Homilia beati Hieronymi presbyteri.

GRandis fiducia, Petrus piscator erat, dies non fuerat, cibos manu, & arte quærebat, & tamē loquitur confidenter, reliquimus omnia. Et quia nō sufficit tantum relinquere, iungit quod perfectum est, et secuti sumus te: fecimus quod iussisti, quid ergo nobis dabis pręmij? Tu autē. ℣. Magnus sanctus Paul⁹, vas electionis, vere digne est glorificandus. ℣. Qui, & meruit thronum duodecimum possidere. ℣. A Christo de celo vocatus, & in terrā prostratus, ex persecutore effectus est vas electionis. ℣. Qui et.

Lectio iij.

JEsus autem dixit illis, Amē dico vobis, quod vos qui secuti estis me, in regeneratione cum sederit filius hominis in sede maiestatis suę, sedebitis & vos super sedes duodecim, iudicātes duodecim tribus Jsrael. Tu autem. ℣. A Christo de celo vocatus, & in terrā prostrat⁹, ex persecutore effectus est vas electionis. ℣. Et plus omnibus laborans multo latius inter omnes verbi gratiam seminauit: atque doctrinam euangelicam sua predicatione complenit. ℣. Inter apostolos vocatione nouissimus, predicatione prim⁹, nomen Christi multarum manifestauit gentium populis.

℣. Et

℣. Explas. Lectio ix.

QVi dixit, Qui reliquistis omnia: hoc enim, ꝛ Socrates fecit philosophus, ꝛ multi alij diuitias contempserunt. Sed, qui secuti estis me, quod proprie apostolorum est, atque credentium. Tu autem. ℟. Celebremus conuersionē sancti Pauli apostoli. ℣. Quia hodie ex persecutore effect⁹ est vas electionis. ℟. Gaudēt angeli, atque letantur archāgeli, ꝛ collaudant in celis filium Dei. ℣. Quia. ℟. Gloria patri. ℣. Quia. Psalm. Te Deum laudamus. fol. 9. ℟. Cōstitues eos principes. ¶ In laud. Añā. A Christo de celo vocatus, ꝛ in terram prostratus, ex persecutore effect⁹ est vas electionis. Ps. Dominus regna. fol. 10. ℟. Prostratus est senissimus persecutor, sed erectus est fidelissimus predicator. Añā. Sācte Paule apostole, predicator veritatis, ꝛ doctor gentium, intercede pro nobis ad dominū qui te elegit. Psal. Exultabilate. fol. 10. ℟. Ut dignī efficiamur promissionibus Christi. Añā. Saulus, qui ꝛ Paulus, magnus predicator a Deo confortatus, conualescebat, ꝛ confundebat Judeos. Psalm. Deus Deus. fol. 13. ℟. Ostendens quia hic est filius Dei. Añā. Damasci prepositus gentis Arethe regis voluit me comprehendere. A fratribus per murū submissus sum in sporta, ꝛ sic euasi manus eius. In nomine domini. Cant. Benedicite. fol. 11. ℟. Deus, ꝛ pater domini nostri Jesu Christi scit, quod nō mentior. Añā. Saulus autē magis conualescebat in Christo, ꝛ cōfundebat Judeos. Psa. Laudate dominum de cęl. fol. 11. ℟. Affirmās quia hic est Christus filius Dei. Capitulum vt supra, Hymnus ꝛ ℣. vt in communi.

¶ Ad Benedict. Añā. Cum autem complacuit ei, qui me segregauit ex vtero matris mee, et vocauit me per gratiā suam, vt reuelaret in me filiū suum in gentibus, cōtinuo nō acquieui carni, et sanguini, sed abij ad antecessores meos Apostolos. Oratio vt sup. ¶ Per horas diei Añe ias. ¶ Ad iij. vj. ꝛ ix. capitulum vt supra respon. ꝛ ℣. vt in communi, oratio vt supra. ¶ In ij. Vesper. Añę laud. psalm. vt in communi capitulum vt supra, Alleluya, Hymnus, ꝛ ℣. vt in cōmuni. Ad Magn. Añā. Ego enim

iam

tam delibor, et tempus mee resolutionis instat. Bonum certamen certaui, cursum cō sumaui, fidē seruaui, superest mihi corona iustitie, quam reddet mihi dominus in illa die iustus iudex. Oratio vt supra. ¶ Fiat cōmem. Polycarpi episcopi martyr.

¶ Die xxvj. Polycarpi episcopi martyris, omnia dicā tur de cōmuni, preter orationē, et iiij. v. et vj. lectio.

Oratio.

SAncti Polycarpi martyris tuiatq; pōtificis quesumus dne precibus adiuuemur, et eius digne solēnia celebrātes tuo nomini fac nos esse deuotos, per Dñm. Lectio iiij.

POlycarpus Joannis apostoli discipulus, et ab eo Smyrnę episcop⁹ prefectus, probatissimis fuit moribus, et ingēti doctrina, cuius magistros habuerat nō nullos apostolorū. Hic propter quasdam de die Paschę cōtentiones Romam venit tēpore Anacleti papę, vbi multos a Valentini et Marcionis hęresi ad rectam fidem reuocauit, rebusq; cū Anacleto cōpositis, Smyrnā redijt. Tu aūt.

Lectio v.

EBioq; per aliquot annos ecclēsia sanctissime ministrata, Marci Aurelij persecutione in christianos per totā Asiā sęuiente, accusatus, et comprehensus, cum ad tribunal procōsulis se christianum esse cōstanti animo profiteretur, nec posset minis deterreri, vniuersa multitudine gentilium, et Judęorum id clamoribus efflagitante, a procōsule dānatur, vt viuus igne combureretur. Tu autem.

Lectio vj.

SEd in rogum vinctis post tergum manibus iniectus, permanebat illęsus, flamma enim in modū camerę curuata, quasi velū nauis vento sinuāte corpus martyris tegebat, potius q̄ adurebat. Quo animaduerso sceleris ministri, corpus cui flammę peperceraut, iubent gladio a carnifice trāsfodi. Quo facto beatissimi martyris spiritus vinculis corporis solutus ad Deum euolauit. Passus est aūt annū agēs octuagesimū sextū septimo kl̄as Feb. Tu aūt.

¶ Die xxvij. Joannis Chrysostomi episcopi, omnia dicantur de cōmuni vnius pōtificis preter hic expressa.

Oratio

Oratio.

DEus, qui ecclesiam tuã per os beati Joãnis confessoris tui atq; põtificis mira eloquentia clarificas, cõcede quęsumus, vt cuius doctrinis instruimur, eius sanctitatem imitando vita nostra reformẽtur, per Dñm.

Lectio j.

1. Pe. ca. 4. VNusquisq; sicut accepit gratiam in alterutrũ illam administrantes, sicut boni dispensatores multiformis gr̃ę Dei. Si quis loquitur, quasi sermones Dei. Si quis ministrat: tanquã ex virtute quã administrat Deus, vt in omnib⁹ honorificetur Deus per Jesum Christũ, cui est gloria, & imperium in sęcula sęculorum. Amen. Charissimi, nolite peregrinari in feruore, qui ad tentationem vobis fit, quasi nouũ aliquid vobis cõtingat: sed cõmunicãtes Christi passionibus, gaudete, vt et in reuelatione glorię eius gaudeatis exultantes. Si exprobramini in nomine Christi, beati eritis: quoniam quod est honoris, glorię, & virtutis Dei, & qui est eius spiritus, super vos requiescet. Tu autem.

Lectio ij.

NEmo autem vestrum patiatur quasi homicida, aut fur, aut maledicus aut alienorũ appetitor. Si autẽ vt christianus, nõ erubescat, glorificet autẽ Deũ in isto nomine: quoniam tẽpus est, vt incipiat iudiciũ a domo Dei. Si autem primum a nobis, quis finis eorum, qui non credunt Dei euangelio? Et si iustus qui dem vix saluabitur, impius et peccator vbi parebunt? Itaque, & hi qui patiuntur secundum volũtatem Dei, fideli creatori commẽdent animas suas in benefactis. Tu autem.

Lectio iij.

JOannes Chrysostom⁹, Antiochię natus, cum esset liberalibus artibus eruditus, relictis forẽsibus, et secularibus studijs, quibus ab ineunte ętate vacauerat, totum se sacrarum literarum studio tradidit. Ergo a Melitio Antiochię episcopo lector, & diaconus, & ab Euagrio illius successore sacerdos ordinatus, tum doctrine, tum sanctitatis nomine omnium voce celebrabatur. Tu autem.

Lectio iiij.

Qua

QVa fama motus Archadius Imperator, ipsum ex Antiochia accersiri iubet, vt Nectario Cõstantinopolitano episcopo mortuo succedat: susceptoautem episcopatu, cum vitia clericorũ partim exẽplo, partim etiam verbis, & legitimis pœnis insectaretur, magnam ipsorum ipse inuidiam concitauit. Eudoxiæ quoq; Augustæ ob Seuerianum Gabalensem episcopum, a se tanquam hæreticum vrbe pulsum, magnum odium incurrit: erat enim Seuerianus Eudoxiæ intimus, et familiaris. Quamobrem eadem contra Joannem quorundam episcoporum concilium cogendum curauit: ad quod velut hostile, cum Joannes vocatus ire recusasset, dãnatus est, & in exilium missus: sed paulo post, coorta in vrbe ob id magna seditione, ab exilio reuocatus est. Cui redeunti, populus cũ magna gratulatione frequentissimus occurrit. Tu autem.

Lectio v.

OEinde, cũ in diuæ Sophiæ foro ante Augustæ argenteam imaginẽ ludos agi vetuisset, rursus irata Eudoxia, quasi factũ id fuisset in suam contumeliam, dat operam, vt Joannes ab inimicis episcopis vrbe pellatur. Ad quod synodo coacta, hoc modo prætenta causa, quod post priorem depositionem sine concilij decreto in sede resedisset, damnatus iterum mittitur in exilium. A quo dum iubente Papa Innocentio, ex concilij, quod Romæ coegerat, decreto reuerteretur, mortuus est multis calamitatibus propter ecclesiam, & morum correptionẽ exhaustis, multisq; libris mira doctrina, & eloquentia sanctitateq; conscriptis. Tu autem.

Lectio vj.

OBijt autem decimo octauo kalẽdas Octobris. Quo die vehemens grando Constantinopolis suburbanis magnum detrimentum inuexit. Quod creditum est euenisse propter iniustam Joannis damnationem, et eam opinionem confirmauit mors Augustæ post decimumnonum diem secuta. Itaque postea corpus eius Theodosius Archadij filius Constantinopolim transferendum, ac religio-

religiose sepeliendum curauit, sexto Kalendas Feb. Quo die festū eius in Brixiorum ecclesia celebratur. Obijt circa annos domini, cclxxx.

¶ Die xxviij. Thyrsi mart. omnia dicantur, vt in communi vnius martyris præter hic expressa.

Oratio.

POpulum tibi dicatum omnipotēs Deus protegendo tuere, vt qui beati Thyrsi martyris tui natalicia colimus, æterna gaudia cōsequi valeamus, per Dominum. Lectio j.

DEcio Cęsare Romanam ditionem moderāte, Bricius præses Apollonię chr̄ianos ad deorū cultura adigere conabatur, cui Thyrsus ex deorum ipsorum cultoribus vnus, sed iam parans ex ea se dementia vindicare, factus obuiꝰ, Quid vos, inquit, malos genios colitis, vero relicto Deo, cui seruiendū soli sermo diuinus exclamat? Tu autem. Lectio ij.

HIs commotus Briciꝰ iubet Thyrsum plumbatis (genus id flagelli est) tūdi. At ille ridens, Quo magis (ait) exterius homo conficitur, eo magis interius decoratur. Missus tūc Thyrsus in cacabum ferue tis plumbi illęsus emersit: atque in circunstantes ministros plumbum subsultauit. Tu autem.

Lectio iij.

DUctus est in carcerē Thyrsus: sed nocte iā intempesta reserato illuminatoq; carcere prodijt, z ad episcopum venit, baptizatusq; ab eo carcerem repetiuit. Postea Syluanus præses qui Bricio Ricomediam properanti successerat, de gestis Thyrsi factus certior constituit eū ante se iussit. Tu autem.

Lectio iiij.

QUo viso, sacrifica (inquit) diis bene iuuantibus. Cui Thyrsus ait, Libēter quidem. Ingressusq; cum Syluano templū, paucis Deum precatus est, et protinus corruit Apollo, magnūq; cunctis timorem incussit. Syluanus per territus reduci Thyrsum in carcerem iussit. Tu autem.

Lectio v,

DUm Thyrsus tenere tur in vinculis, Syluanus ac Bricius fęda tristiq; morte cōsumpti sunt:

Et quo-

quorum in locum Bladus suffectus cum Thyrsum cõstantem animaduerteret, in mare proiecit: emersumq; cernens bestijs tradidit: nihilq; etiam nocentibus feris, in duas secari partes præcepit. Tu autem.

Lectio vj.

Cæterum, cũ nec a carnificibus Thyrsus findi posset, vocem superne Dei vocantis audiuit: & cõtinuo expirauit, quinto kalendas Februarij in Apollonia Ponti. Tu autem.

Die xxix. Valerij episcopi omnia dicantur de communi vnius pontificis, præter iiij. v. & vj. lect.

Lectio iiij.

Et pietate, & doctrina Valens insignis Valerius, ex consulari Valeriorum turba, teste Hzudẽtio, Cesarauguste ortus est. Talemque se in episcopatu gessit, qualem nec optare quidẽ populus potuisset. Miro quippe affectu oues sibi traditas pauit, et magno zelo Dei honorem, ac fidei integritatem tutatus est.

Lectio v.

Et igitur tempestate, cũ Datianus impius in christianum nomen virus suæ feritatis effundẽs, Valerium, et Vincentium vinctos Valentiam iussisset adduci, sic verbis Vincentij ira præsidis accensa est, vt quicquid in eo furoris erat, in Vincentium subito conuerteret. Magis itaque se lædi ac sperni ob eius loquendi licentiã existimans: naturali eius feritate vehementior accessit impetus, & eo truculentior effectus est, quo ille constantior in contẽnendis tormentorum minis videbatur. Tu autem.

Lectio vj.

Valerium itaque velut longæuum ac imbecillem relinquens, solo damnauit exilio, senectutẽ illi grauiorem tormento futuram, & sibi nullum eius morte triumphum acquirendũ credens. Cæterũ Valerius Anetum oppidulum sibi ad habitandum deligens, sic insuperne illius ac melioris vitæ amorem exarsit, vt in solis ieiunijs, vigilijs, orationibus, & sacris meditationibus intenderet. Vbi & fœliciter migrauit ad dominum, anno domini trecentesimo decimoquinto. Insigne

signe vero nunc monumentum eius reliquias continens, ac nomen referens, in cenobio, Roda vulgo nũcupato, conspicitur. Tu autem.

¶ Die xxx. Adelesmi confessoris omnia dicuntur de communi vnius iusti pręter oratio. et iiij. v. et vj. lect.

Oratio.

Propitiare quęsumus domine nobis famulis tuis per intercessionẽ beati cõfessoris tui Adelesmi, cuius solennitatem celebramus, vt eius pia intercessione ab omnibus semper protegamur aduersis. Per Dominum.

Lectio iiij.

Adelesm⁹ Lugduni illustri christianoq; familia ortus, post mortem parentum omnibus bonis suis pro Christo pauperibus erogatis, vili coopertus palliastro, Romam mẽdicans properauit. Vbi, cum triennium pijs orationibus, ieuniijs, et carnis afflictionib⁹ se maceraret, tandem ad Case Dei monasterium se contulit. Ibi que inuictus, et subterfugiens, abbas constituitur: quam curã non multo post obluctãte sodalitio, ægre ferentibus fratribus tandem deposuit. Tu autem.

Lectio v.

Iam eiusdem fama late diffusa, omnes in admirationem verterat, vel ob eius sanctitatem, vel ob pręstita infirmantibus beneficia. Quare accitus literis Cõstantię Alfonsi septimi Castellę regis vrozis, in Hispaniam venit, atque ab eisdem principibus perhumane acceptus, mirabilem se primo ostendit. Tu autẽ.

Lectio vj.

Iam per vada Tagi fluminis cum regius esset exercitus traducendus, ipse debili insidẽs asello, vadarum globos cũ omni stupore tranauit. Tunc rex sacellum diui Joannis, quod in suburbio Burgensi ipse construxerat, sancto Adelesmo id petenti tradidit ad habitandum. Vbi tandem feliciter mortuus est, et insigne ibi reliquiarum eius monumentũ conspicitur. Tu autem.

¶ Die xxxj. Basilij episcopi, et confes. omnia dicuntur de communi vnius pontificis, pręter quę sequuntur.

Lectio j.

BAsilius Cesareę, quę prius Mazaca vocabatur, Capadocię prouincię patre Basilio, matre Eumelia nobilissimis, ꝛ potentibus natus est, Qui prius in sua ciuitate, deinde Constantinopoli, ꝛ Athenis eruditus, studiorum ꝛ vite comitem Gregorium Nazianzenum nactus est. Adolescens adhuc tantę fuit omnibus sodalibus, ꝛ studiorū comitibus admirationi, et veneration: vt in ore omnium esset illius sanctitas, frugalitas, ꝛ eruditio. Nā pudicitia, quam perpetuo seruauit, mirisq; semper laudibus euexit, quod in tā lasciuę vrbis licentia vix fieri poterat, non in postrema Basilij laude reponi debet. Tu autem. Lectio ij.

TAm acris, ac sublimis ingenij fuit, vt omnē omnium philosophorū supellectilem ad manum, ꝛ in numerato haberet. Quod cum multę illius lucubrationes, tū vel precipue Hexameron liber manifestissime prodit. Eloquētia quoque tanta fuit, vt ab eloquētissimis hoc etiam nomine laudatus fuerit. Ab Athenis itaq; in patriam reuersus, ꝛ adiutor Eusebij episcopi effectus, mores hominum ad euangelij normam instituebat. Defuncto q; vita Eusebio, in eius locum Basilius subrogatus est. Tu autem, Lectio iij.

VErum cum catholici episcopi omnes fere a suis ecclesijs expulsi essēt a Valente imperatore Arriano, quod cōsentire in Arrianam hęresim nollēt, Valēs audita sanctitate, ꝛ gloria Basilij, non prius vim inferre sanctissimo viro voluit, quam dolis ꝛ artibus illum in suam sententiā pelliceret. Valens igitur prę missō prętorij sui prefecto ad Basilium, blāditijs, pollicitationibus, minis in Arrianam hęresim illū impellere conabatur. Sed Basilius non minore confidentia, ꝛ auctoritate prefectū, illiusque minas a se repulit, quam decebat tantā ecclesię columnam. At Valens cognita Basilij constātia, ꝛ sanctimonia, primo illum in pretio apud se habuit, multaq; in Basilij gratiam pauperibus elargitus est. Tu autem,

Lectio iiij.

Po-

POstremo abalienato Valentis a Basilio animo per Arrianos, ire illũ in exilium iubet, ni Arrianis consentiat. Sed cũ exilij legem subscribere Valens conaretur, nõ potuit, tribus calamis confractis, & nil atramenti reddẽtibus, correptusq; tremore ac terrore, cum etiam imperatoria sella fracta, & dissoluta fuisset, ambabus manibus exilij chartam rupit. Neq; hoc solo a domino Valens misericorditer castigat⁹ est, sed filius eius egrotãs, quẽ victurum, si a catholicis baptizaretur, prędixerat Basilius, ab Arrianis baptizatus, est extinctus. Tu autẽ.

Lectio v.

TAntę autem continentię in victu, et cultu fuit Basilius, vt vnica tantum tunica vestiretur, & pane, & aqua ac leguminibus victitaret. Neque enim aliter putãdus est vixisse, quã ipse ad Gregoriũ Nazianzenum in epistola quadam christiani hominis vitã luculentissime describit. Unde primus fuit, qui cœnobia excogitauit, ritumque illũ monachorum antiquum, atque agrestem ad ordinem quendam formulamq; religioni propriorem reduxit, vt ait Nazianzenus. Tu autem. Lectio vj.

MEriti vero tãti apud Deũ fuit, vt iuuenẽ, qui abnegato Christo, dęmonum imperio, vt vxorẽ ducere posset destinatã perpetuę virginitati adolescẽtulã, se subdiderat, & Christo restituerit, & chirographum, quo se iuuenis dęmonũ tradiderat receperit. Efrem etiam Abbati Syro ignis colũna, quę cœlos attingeret Basilius monstratus est. Tandem sub Gratiano Imperatore migrauit ad cœlum Kalendis Januarij. Tu autem.

Februarius.

Die j. Ignatij episcopi & mart. omnia dicantur de cõmuni vni⁹ mart. prąter quę sequuntur. Oratio.

BEati Ignatij martyris, atque pontificis, quęsum⁹ dñe precibus adiuuemur: & eius digne solẽnia celebrantes, tuo nomini fac semper esse deuotos. Per Dñm.

Lectio j.

IGnatius, Joannis Euangelistę discipulus, Antiochenę ecclesię tertius

post Petrum apostolū episcopus, tanta fuit sanctitate insignis, vt a Deipara virgine Maria epistolā sacra ipsius manu scriptam meruerit accipere. Tu aūt.

Lectio iij.

IS commouente persecutionē Traiano damnatus ad bestias, Romam sub decem militibus mittitur. Cumq; nauigās Smyrnam venisset, Polycarpum Joannis etiam auditorem Smyrnęq; pręsulem salutauit. Tu autem.

Lectio iiij.

EPistolas quatuor in itinere scripsit ad diuersos, quarum vna ad Romanos, hoc habuit. Nunc incipio Christi esse discipulus, nihil de his quę videntur desiderans, vt Jesum Christum inueniam, Ignis, crux, bestię, confractio ossium, membrorum diuisio, et totius corporis contritio, et tormenta diaboli in me veniant, tantum Christo fruar. Tu autem.

Lectio iiij.

IAm vero Romam perductus, plumbatis primo cęditur: deinde vngulis atrociter laniatur, mox super accensos carbones nudis pedibus cogitur ambulare. Cumque ea nihil martyrem mouerent, iussit cum Imperator, vncinis ferreis ad ossa excarnificari, et plagas sale perfundi. Tu autem.

Lectio v.

QVibus erātlatis omnibus, infertur in custodiam catenis constrictus, indeque eductus famelicis exponitur feris. Quas, vt pię fame rugientes audiuit, frumentum (inquit) sum Christi, dentibus ferinis molar, vt panis syncerus inueniar. Obiectus tandem feris, a duobus leonibus pręfocatur. Eius reliquię cadaueris Antiochiā deportatę, iacent in cęmeterio ante portam Daphnitican. Tu autem.

Lectio vj.

HEc vero est illud silentio prętereūdum, quod rogatus alictore, cur Jesum toties inclamaret in tormentis, responderit quoniam id sibi nomē esset in corde scriptum. Quod an verum esset, post necem lictor explorare nixus, cōspexit in exsecti cordis vulnere Jesu nomen ex auro unctis literis spiēdere.

dere. Quę res, et Traianum a persecutione retraxit, et pijs per ea tempora pacem attulit. Passus est autem kalendis Feb, Tu autem.

¶ Die ij. Purificatio beatę Marię virginis.

¶ Si hoc festum inciderit in septuagesima, sexagesima, vel quinquagesima, vide regulam in septuagesima. fol. 127. ¶ Ad Vespe. Ańa. Nesciens mater virgo virum, peperit sine dolore salvatorem: ipsum regem angelorum, sola virgo lactabat, vbere de celo pleno. Psal. de beata virgine.

Capitulum.

Malachy. ca. 4. ECce ego mitto angelum meum, et preparabit viam ante faciem meã. Et statim veniet ad templum sanctum suum dominator, quem vos queritis, et angelus testamẽti quem vos vultis. ℟. Deo. ℣. Do die Maria.

¶ Purificatio Marię virgi. vt infra post vi. lectio. Hymnus. Aue maris stella. fol. 578. ℟. Obtulerunt pro eo dominо. ℣. Par turturum, aut dues pullos columbarum. Ad Mag. Ańa. Homo erat in Hierusalem, cui nomen Simeon, homo iste iustus, et timoratus expectabat redemptionem Israel, et spiritus sanctus erat in eo.

Oratio.

OMnipotens sempiterne Deus, maiestatem tuã suppliciter exoramus, vt sicut vnigenitus filius tuus hodierna die, cum nostrę carnis substantia in templo est pręsentatus, ita nos facias purificatis tibi mẽtibus pręsentari. Per eundem. Fiat commemoz. sancti Ignatij.

¶ Ad Matuti. Inuitatoz. Ecce venit ad templum sanctum suum dominator dominus. ℣. Saude, et letare Sion, occurrens Deo tuo. Psalm. Venite. fol. 1. Hymnus. Quem terra, pontus. fol. 578.

¶ In j. noctrn. Antipho. Benedicta tu in mulieribus, et benedictus fructus ventris tui. Psalm. Domine dominus noster. fol. 3. Antipho. Sicut myrrha electa odorem dediſti suauitatis sancta dei genitrix. Psalmus. Celi enarrant. fol. 8. Antiph. Hec est, que nesciuit thorum in delicto, habebit fructum in respectione

ąnimarum sanctarum. Psal. Domini est terra. fol. 14. ℣. Diffusa est gra. pater nr. Sermo sancti Augustini episcopi. Lectio i.

HOdiernę diei, fratres chariſſimi, nota solennitas ad habendam spem vitę ęternę, magnum contulit gaudium generi humano, qua Christus infans in templo est przesentatus. Exultēt ergo virgines, virgo peperit Christum. Nihil in ea quod vouerūt, putent exterminatum, mansit virgo post partum. Exultent vidue, infantem Christum vidua Anna cognouit. Exultent coniugatę, nasciturum Christum Elisabet nupta prophetauit. Nullus gradꝰ przetermissus est, de quo nō haberet testimonium salus hominum. Tu autem. ℟. Adorna thalamum tuū Siō, & suscipe regē Christum. ℣. Quem virgo concepit, virgo peperit, virgo post partū quē genuit adorauit. ℟. Induere vestimētis gloriæ tuæ ciuitas sancta. ℣. Quem virgo.

Lectio ii.

QUanquid enim solę virgines ad regnum cęlorum perueniunt? perueniunt & viduę. Magni meriti fuit illa vidua sancta Anna, quę a virginitate sua septem annis vixerat cum viro suo, quo defuncto vsque ad senilē ętatē peruenerat, & in senectute sancta expectabat infantiā saluatoris, vt paruū videret ānosa, paruū agnosceret anicula, et intrantē mundum saluatorem videret itura. Tu aūt. ℟. Postquam impleti sunt dies purgationis Marie secūdum legē Moysi, tulerunt Jesum in Hierusalem, vt sisterent eum domino, ℣. Sicut scriptum est in lege domini, quia omne masculinū adaperiens vuluam, sanctum domino vocabitur. ℟. Obtulerunt pro eo domino par turturum, aut duos pullos columbarū. ℣. Sicut. Lectio iii.

SImeō ille senex diuixerat, cuius ętas comparatur Annę, & audierat responsum quod non esset visurus mortem, nisi prius videret Christum Dñi. Stabat eū Maria mater eiꝰ infantem, vidit ille, & agnouit. Vbi nouerat, quem agnouit? An intus est reuelatus, qui foris est natus? Cū ergo cognouisset infantē, accepit eum in vinas suas, hoc est in brachia sua, amplexa

plexatus est eum, portabat a quo portabatur, et ipse. Tu autem. ℟. Obtulerunt pro eo Dño par turturū, aut duos pullos columbarum. ℣. Sicut scriptum est in lege domini. ℟. Postquam impleti sunt dies purgationis Marie secundum legem Moysi, tulerunt Jesum in Hierusalem, vt sisterent eum domino. ℣. Sicut. ℟. Gloria pri. ℣. Sicut. ¶ In ij nocturn. Aña. Specie tua, et pulchritudine tua intende, prospere procede, et regna. Psalm. Eructauit. fol. 25. Aña. Adiuuabit eā Deus vultu suo, Deus in medio eius non commouebitur. Psal. Deus noster refugium. fo. 25. Aña. Sicut letantium omnium nostrorū habitatio est in te, sancta Dei genitrix. Psal. Fundamenta. fol. 44. ℟. Specie tua. pater noster.

Lectio iiij.

ACcepit ergo eum Simeon in brachia sua, et dixit. Nunc dimittis seruum tuum dñe, secundum verbum tuum in pace, quia vide rūt oculi mei salutare tuū. Salutare enim Dei, dominus noster Jesus Christus est. Annūtiate de die in diē salutare eius. Veram salutem accipientes, gaudentes exultate, quia salutē accepimus, quam propheta prędixerat, quando ait, salus nostra cito veniet, et cō minuet iugum captiuitatis nostrę. Tu autē. ℟. Simeō iustus, et timoratus expectabat redemptionem Jsrael. ℣. Et spiritus sanctus erat in eo. ℟. Responsum acceperat a spiritu sancto non visurum se mortem, nisi prius videret Christum domini. ℣. Et spiritus.

Lectio v.

HAnc igitur salutem cōsiderās Simeō in corde exultabat, et adiunxit dicens. Quod parasti ante faciem omnium populorum. Salutem his qui prope, et salutem his qui longe. Lumen ad reuelationem gentium, et gloriam plebis tuę Jsrael. Omnes recte credētes in Christum non solum semen Jacob, sed per id quod dixit plebis Jsrael, aperte intelligim⁹, quod omnibus est gloria, agnoscentibus salutare Dei. Tu autem. ℟. Responsum acceperat Simeon, a spiritu sancto, non visurum se mortem, nisi prius videret Christum

Domini, et benedixit Deum, et dixit. Nunc dimittis seruum tuum in pace. ℣. Quia viderunt oculi mei salutare tuum Domine. ℟. Lumen ad reuelationem gentium, et gloriam plebis tue Israel. ℣. Quia.

Lectio vi.

PRęclarus dies festiuitatis hodiernę, o gloriosa genitrix, incorrupta mater, et innupta virgo, quę tale decus portasti in templum, cui accensis lampadibus omnes obuiā progressi cantabant laudes. O genitrix benedicta talem portans filium, qui creauit omnia, qui venit a sinu patris, Hunc Simeon senex in vlnas accipiens benedixit. Tu autem. ℣. Hodie Maria virgo, puerum offert in templo, quem Simeon senex accepit in manibus. ℣. Et Anna vidua Christum agnouit aduenisse in terris. ℟. Simeon iustus et timoratus expectabat redemptionem Israel, et spiritus sanctus erat in eo. ℣. Et Anna. ℟. Gloria patri. ℣. Et Anna.

℣ In vi. noctur. Antipho. Pulchra es, et decora filia Hierusalem, terribilis vt castrorū acies ordinata. Psal. Cantate. j. fol. 46 Ańa. Post partum virgo inuiolata permansisti, dei genitrix intercede pro nobis. Psalm. Dominus regnauit exultet terra. fo 46. Ańa. Ecce de Maria virgo, cunctas hereses sola interemisti in vniuerso mundo. Psal. Cantate. ij. fol. 48. ℣. Adiuua bit eam. pater noster.

Lectio sancti Euangelij secundum Lucam.

Lectio vij.

IN illo tempore, Post quā impleti sunt dies purgationis Marię, secundum legem Moysi, tulerūt Jesum in Hierusalem, vt sisterēt eum domino, sicut scriptum est in lege domini. Et reliqua. ca. 2.

Homilia beati Ambrosij.

GEneratio domini non solum ab angelis, et prophetis, a pastoribus, et parentibus, sed etiam a senioribus, et iustis accepit testimonium. Omnis ętas, et vterque sexus venturorum miraculorum fidē adstruūt: virgo generat, sterilis parit, mutus loquitur, Elisabeth prophetat, Magus adorat, vtero clausus exultat, vidua confitetur, iustus

iustus expectat. Tu autem. ℟. Cum inducerent puerum Jesum parentes eius, vt facerent secundum consuetudinem legis pro eo, accepit eum Simeon in vlnas suas, et benedixit Deum, et dixit. ℣. Nunc dimittis domine seruum tuum in pace. ℟. Suscipiens puerum in manibus, exclamauit voce magna dicens. ℣. Nunc dimittis.

Lectio viii.

ET bene iustus, qui nõ suam, sed populi gratiã requirebat, cupiens ipse corpore vinculis fragilitatis absolui, sed expectãs videre promissum, sciebat enim quia beati oculi, qui viderent Christum. Et accepit eum in manibus suis, et benedixit Deum, et dixit, Nunc domine dimittis seruum tuum in pace. Tu autẽ. ℟. Suscipiẽs Jesum in vlnas suas Simeon exclamauit, et dixit. ℣. Tu es vere lumen ad illuminationem gentium, et gloriam plebis tue Jsrael. ℟. Cum inducerent puerum Jesum parentes eius, vt facerent secundum consuetudinem legis pro eo, et ipse accepit eũ in vlnas suas, et dixit. ℣. Tu es.

Lectio ix.

VIdete iustũ velut corpore carcere molis inclusum velle absolui, vt incipiat esse cũ Christo. Dissolui enim, et esse cum Christo multo melius est. Qui vult ergo dimitti, veniat in templum, veniat in Hierusalem, expectet Christũ dominũ, accipiat in manibus verbum Dei, complectatur velut quibusdam fidei suę brachijs, operib⁹ suis. Tũc dimittetur, vt non videat mortem, quia viderit vitã. Tu autem. ℟. Gaude Maria virgo, cunctas hereses sola interemisti, que Gabrielis archangeli dictis credidisti. ℣. Dum virgo Deum, et hominem genuisti, et post partũ virgo inuiolata permansisti. ℟. Gabrielem archangelum credimus diuinitus te esse affatum, verum tuum de spiritu sancto credimus impregnatum. Erubescat Judeus infelix, qui dicit Christum ex Joseph semine esse natũ. ℣. Dũ virgo. ℟. Gloria patri. ℣. Dũ virgo. Prosa. Inuiolata, vt in festo beatę Marię de Fol.299 De Deũ lauda. ℣. post partum virgo.

℣. Ad Laudes. Ana. Obtulerunt pro eo Dño, par turturũ, aut

ant duos pullos columbarū. Psalm. O ūs regnauit. de eo. fol. 10. Añā. Respōsum accepit Simeon a spiritu sancto, non visurum se mortem, nisi videret dominum. Psal. Iubilate. fo. 10. Añā. Simeon iustus, & timoratus expectabat redemptionem Israel, & spiritus sanctus erat in eo. Psal. O eus Deus meus ad te. fol. 10. Añā. Accipiens Simeon puerum in manibus, gratias agens, benedixit Dominum. Canti. Benedicite. fol. 11. Añā. Senex Simeon puerum portabat in manibus, & Anna vt dua Christum agnouit aduenisse in terris. Psal. Laudate dominum de cęl. fol. 11. Capitulum, vt supra, in vespe. Hymnus. O gloriosa. fol. 590 Ps. Obtulerunt pro eo. vt supra.

¶ Ad Benedict. Añā. Cū inducerent puerū Iesum parentes eius, accepit eum Simeon in vlnas suas, & benedixit eum dicens, Nunc dimittis domine seruum tuū in pace. Oratio vt in vespe.

¶ Per horas diei Añę laudum, ad omnes horas, capitulum vt supra, respōsoria, & versicu. de beata virgine, vt in officio minore, a prędicto festo, vsque ad dominicā in passio. oratio vt supē.

¶ In secundis vesper. Añę & psal. vt in secundis vespe. Natiuitatis domini. Capitulū vt supra. Allelui. Ps. Post partum virgo inuiolata permansisti, Dei genitrix intercede pro nobis. Hymnus & ver. vt in primis vesp. Ad Magn. Añā. Hodie Maria virgo puerum offert in tēplo quem Simeon senex accepit in manibus, et Anna vidua Christum agnouit aduenisse in terris. Oratio vt in primis vespe. loco benedicamus dicitur verbū patris. Fiat commemor. beati Blasij, vt infra. ¶ Ad Completo. vt in die Natiuitatis domini, post iij. Vespe.

¶ Die iij. Blasij episcopi & mart. In primis vespe. pro commemor. Añā. Aue presul honestatis, martyr magne sanctitatis: sancte Blasi vir laudande, orbe toto predicande, qui das lapsis releuamen, et infirmis medicamentu pro nobis intercede, vt celesti nos mercede ditet Deus cū beatis, regno sue claritatis. Ps. Gloria et honore.

Oratio.

Beatorū martyrū tuorum remunerator om

nipotēs

potēs Deus, prēsta supplicibus tuis, vt intercedente beato Blasio martyre tuo atque pontifice, de quacunque tribulatione te inuocauerint, liberētur. Per Do. ℭ Ad Mati. Inuitat. Adoremus vnū Deum atq; trinū pariter. p̄. In quo viuit felix martyr Blasius perenniter. Psal. Uenite. fol. 1. Hymnus vt in cōmu. vnius mar. ℭ In ſ. noct. Añā. Celebremus exultantes sancti festa Blasij, vt in celo mereamur eius esse socij. Psal. Beatus vir. fol. 2. Añā. Eius prece nobis Deus donet celi gaudia, vt cum ipso perfruamur paradisi gloria. Psalm. Quare fremuerunt. fo. 2. Añā. Hunc genuit virū Dei dines Capadocia, sirque presul dono Dei in vrbe Sebastia. Psal. Domine, quid. fol 2. ℣. Gloria et honore. Pater noster.

Lectio ſ.

Licet sanctus Blasius ob egregiam pietatē, miramq; sanctitudinē fuisset a Sebastiensibus, qui sunt in Capadocia, creatus episcopus, ipse tamen cupiens tutius a persecutione, quā Diocletianus tūc exercebat, vitā degere, mōtis Argei speluncam adiit, solique Deo heremita vacare constituit. Tu autem. ℟. Deo dignus, et benignus, vir fuit egregius. p̄. Almus infans, vir perfectus, martyr potens Blasius. ℣. Qui inuenis factus magnos exercuit actus. p̄. Almus. Lect. ij.

Aues illi victū dabāt, ferę speluncam quoti die quasi cōcordes adibāt, eiusq; dicto parebant, nec nisi accepta prius benedictione redibant. Quod ani maduertētes Agricolai prę sidis venatores, domino renuntiarunt, Blasium episcopum in spelunca latere, omnesq; feras magicis artibus ad se trahere, earūq; rixas componere, ac lāguoribus medicari. Tu autem. ℟. Uidens ad se venientes pōtifex sanctissimus. p̄. Deū celi laudans, vnde factus est letissimus. ℣. Christum prope iam sciebat, ideoque congaudebat. p̄. Deum.

Lectio iij.

Iubet Agricolaus sanctum virum comprehendi, & in custodia teneri, vbi Christum habuit prę ceptorē. Puerum etiā, dum in carcere teneretur, osse piscis strāgulatū vitę reddidit,

dit. Quod quidem prefagium fuit, futurum eum remedium gutturis morbo laborantibus presentaneum. Tu autem. ℟. Felix martyr pretiose. ℣. Confer nobis relevamen dans egrotis medicamen. ℟. Absolue nostrorum precibus sordes vitiorum. ℣. Confer. ℟. Gloria. ℣. Confer.

℣ In iſ. nocturn. Aña. Quanta deus eius precе fecit mirabilia, sepe vidit ac sentit fidelis ecclesia. Psal. Cum inuocarem. fol. 78. Aña. Nam infirmis eius precе restauratur sanitas, languor fugit, atque venit optata iucunditas. Psal. Verba mea. fol. 24. Aña. Sancte Blasi tu pro nobis funde preces domino, vt possimus exultare tecū sine termino. Psal. Domine, dñs noster. fol. 3. ℟. posuisti domine.

Lectio iiij.

PRoductus ad presidē Blasius, cum Ioui sacrificare renuisset, grauiter cesus est, & in carcerē reductus. Vbi, quod paupercula quędā mulier questa est, porcellū mox retulit lupus. Tu autem. ℟. Deo multos conuertebat, errare quos videbat, egris manū imponebat, atque sanos faciebat. ℣. Uniuersi qui videbāt, eius signa, stupebant. ℟. Expectantes eius signa loquebantur Deo digna. ℣. Uniuersi.

Lectio v.

POst aliquot dies, eductus iterum e carcere, quia idolis maledicebat, in ligno suspēsus est, vngulisq; ac ferreis pectinibus laniatus, ergastulo tum denique durissimo mancipatus. Unde spē mulieres in eius collectione sanguinis deprehensę ad martyrū sunt perlate. Quarum vnius filios duos in fide Blasius instruxit, ac baptizauit. Tu autē. ℟. Sanabat homines, sanabat bestias depellens ab ipsis omnes molestias. ℣. Omnib⁹ profuit eius oratio, nostra sit per eum in celis portio. ℟. Erat feruēs charitate, magna plenus pietate. ℣. Omnibus.

Lectio vj.

POst hoc cum ante presidē Blasius fidē Christi denuo fateretur, deosq; gentium exploderet, ac exsibilaret, in lacum cū ingenti saxo demergitur. At ille signo crucis premunit⁹ super aquas siccis gressibus incedebat, submersis quadraginta quinq; militibus, qui vt

cum

eum suffocarent pelago se crediderant. Demum, cum duobus pueris quos in carcere fecit christianos decollatus est. Quorum corpora Helizea christiana mulier noctu rapiens, sepeliuit. Passus est aũt Blasius cũ pueris tertio nonas Feb. Tu autem. ℣. Martyr gaudet in dolore, Christi fruet in amore. ℟. In dolore cõfortatur, in amore roboratur. ℣. Eius nobis suffragiũ celi donet palatium. ℟. In dolore. ℣. Gloria patri. ℟. In dolore. ¶ In iij. noctu. Ãna. Cuius prece mulieri damnũ restituitur, pristineq; sanitati sanus homo redditur. Psalm. In dño cõfido. fo. 5. Ãna. Lesus spina, gratulatur Blasij suffragio, pulsu eiꝰ cruciatur ac dolore nimio. Psal. O ñe quis habita. fol. 6. Ãna. Stat securus super undas felix martyr Blasius Deũ laudans, & exaltãs, tã corone conscius. Ps. O ñe in virtute. fo. 9. ℣. Magna est gloria eius in salutari tuo.

¶ Alię tres lect. Euãgeliũ. Nisi granũ. cũ homilia vt in cõmu. vnius mart. ℣. vij. Ferreis dirupta caro pectinibus, magnũ dabat planctũ illis fidelibus. ℟. Agebat Blasius immensum gaudiũ, sed nimis lugebat cetus fideliũ. ℣. Cruore manabat corpus pontificis, quem fundebat atrox manus carnificis. ℟. Agebat. ℣. viij. Decoratur presul sacer Blasius martyrio. ℟. Et in Christi regnat felix beato consortio. ℣. Contulit eterne Deus illi gaudia vite. ℟. Et in Christi. ℣. ix. O vir magne sanctitatis, & immense pietatis, omnes tibi famulantes, & te pie venerantes, ab inferni tempestate, tua magna potestate. ℟. Libera nos martyr sancte, vt possimus Deo dante paradisum possidere, & cum Deo permanere. ℣. Nos tua deprecatio Christi iungat collegio. ℟. Libera nos. ℣. Gloria pri. ℟. Libera nos. Te Deum laudamus. ℣. Posuisti dñe super caput eius.

¶ Ad Laudes. Ãna. Regnat Deus, & cum eo sanctus Blasius, presul sacer, & cõfessor, & martyr egregius. Psa. O ominus regnauit, deo. fol. 10. Ãna. Jubilando sanctum laudat omnis terra Blasium, quem hodie traxit ad se Deus per martyrium: Psalm. Jubilate. fol. 10. Ãna. Vigilemus, et psallamus Deo summis laudibus, qui Blasium, tantis

vite

vite ditauit honoribus: Pſ. O eus, Deus meus ad te. fo. 10. Añā. Benedicat creatura plaſmatorem omniū, per quem nobis ſit eterna ſalus, ⁊ remedium. Canti. Benedicite. fol. 11. Añā. Laudate dignum, laudate Deum, cuius laudatio reſonet in ſecula: detque nobis cum Blaſio vite tabernacula. Pſalm. Laudate. fol. 12. Capitulū, Hymnus ⁊ ver. vt in cōmuni vnius martyr.

¶ Ad Benedict. Añā. Benedictus rex eternus, qui creauit omnia, qui Blaſiū in hac die coronauit gloria, ex hac vita ducens illum ad celi faſtigia, qui nobis regnum vitet per eius ſuffragia. Oratio vt ſupra.

¶ Ad Primam. Añā. Vultu nitens angelico, coruſcās miraculis, ore pio predicabat Jeſum Chriſtum populis. Pſalm. O eus in nomine tuo. fol. 58.

¶ Ad iij. Añā Ut geſtorum verax eius narrat hiſtoria, ei⁹ fide ſeptem fere baptizantur milia. Pſal. Legē pone. fol. 63. Capitulum, reſpō. ⁊ verſi. vt in cōmuni vnius martyr. Oratio vt ſupra.

¶ Ad vj. Añā. O vir Dei martyr potens, tuis ſanctis precibus, vniuerſis nos emūda vitiorum ſordibus. Pſal. O efecit. fol. 65. Capitulū, reſp. ver. ⁊ oratio vt ſupō.

¶ Ad Nonam. Añā. In iſti⁹ ſacro feſto proferamus cantica, prece cuius nobis pius donat Deus celeſtia. Pſalm. Mirabilia. fol. 67. Capitulū, reſp. ver. ⁊ oro vt ſupō.

¶ In ij. Veſpe. Añę laudū. pſal. capitulum, Alleluya, Hymnus, ⁊ verſ. vt in cōmuni. Ad Magnifi. Añā. Magnificet totus mundus Chriſtum Dei filium, qui hodie ſublimauit pontificem Blaſiū, hunc exaltans, ⁊ collocans celo per martyrium, cuius prece nos illuſtret paradiſi gaudium. Oratio vt ſupra.

¶ Fiat cōmemo. de ſancto Eleſpho. papę martyr.

¶ Die iiij. Eleſphori papę marty. omnia dicuntur, de commu. vnius mart. prę ter vj. lectio.

Lectio vj.

Eleſphorus natione Grec⁹, Antonino Imperatore pontifex factus, conſtituit, vt proxime ante Paſcha ieiunium quadrageſimę obſeruaretur: vtq; in Natali Chriſti tres miſſę celebrārētur. Prima media nocte, cum Chriſtus eſt natus

natus in Bethleē secūda, in aurora, quando à pastoribus est cognitus, postrema circa eam horam, qua redēptionis humanę mysterīū agebatur. Item, vt ante sacrificium caneretur: Gloria in excelsis Deo. Ordinationibus quatuor mēse Decembri habitis, presbyteros xv. diaconos xvij. episcopos xiij. creauit. Cum autē sedisset annos vndecim, mēses tres, dies xxij. martyrio coronatus est, ac in vaticano sepultus nonis Januarij. Tu autem.

℣ Die v. Agathę virginis ℟ mart. in primis vespe. capitulū, vt in cōm. vnius virgi. ℟. Quis es tu. vt infra post tertiā lectio. Hymnus et vers. vt in communi. Ad Magnificat. Ańa. Wentem sanctam, spontaneam, honorem, Deo, ℟ patrie liberationem. Oratio. Deus, qui inter cętera, vt in communi.

℣ Fiat cōm. de festo diei, de inde cōme. consuetę.

℣ Ad Matut. Inuitato. et Hymnus, vt in communi.

℣ In j. noctur. Ańa. Mens mea solidata est, ℟ a Christo fundata. Psal. O ñe, dominus noster. fol. 3. Ańa. Ingenua sum, ℟ spectabilis genere, vt omnis parente tamen testatur. Psal. Celi enarrāt gloriā Dei. fol. 8. Ańa. Et si ingenua es, cur te ostēdis seruilem personam. Ps. O omni est terra. fol. 14. Ps. Diffusa. Lectio j.

SUb Decij in christianos persecutione, Quintianus prętes apud Catanam Sicilię vrbem maritimam, Agatham nobilissimam, ac pulcherrimam virginem, cuius nimio amore insanichebat, ignobilis ipse, ℟ degener, prętenta causa quod christiana esset, cōprehendi iubet, captāq; cuidam Aphrodisię turpissimę fęminę septemque illius filiabus matre turpioribus, vt in suum amorem pellicerēt, studiose commendauit. Tu autem. ℟. Agatha lectissime, et gloriantes ibat ad carcerem. ℣. Et quasi ad epulas inuitata agonem suū domino precibus commendabat. Nobilissimis orta natalibus, ab ignobili gaudens trahebatur ad carcerem. ℣. Et quasi.

Lectio ij.

QUam cum per dies triginta Aphrodisia filiręq; eius nunc magnis pollicitationibus, nunc blanditijs, nunc minis flectere in

Quintiani amorem nō potuissent, illi nunciant immobilem illā esse, & a virginitatis proposito, & a fide christiana. Unde Quintianꝰ ad tribunal sisti Agatham iubet, quā cum de genere interrogaret, non solum ingenuā se esse fassa est, sed nobilissimo genere procreatā, multo tamen se esse nobiliorē, quod christianę religionis cultrix esse meruerit. Tu autem. ℟. Dum torqueretur beata Agatha dixit ad iudicem. ℣. Impie, crudelis, & dire tyranne, non es confusus amputare in femina, quod ipse in matre suxisti. ℟. Ego habeo mamillas in anima mea, integras, quas ab infantia Domino cōsecraui. ℣. Impie.

Lectio iij.

Quo audito, Quintianus alapis eam cędi, deinde in carcerem recipi imperat. Postridie vero cū nullis suasionibus, ad deorum cultum adduci posset, equuleo suspensa torquetur. Ubi cum & Deos irrideret, & alacri vultu cruciatus perferret, in mamilla torqueri, & eandem tortam abscindi iubet Quintianꝰ, exprobrāte Agatha, quod non veritus fuisset, amputare in fęmina quod ipse in matre suxisset. Tu autem. ℟. Quis es tu qui venisti ad me curare vulnera mea? Ego sum apostolus Christi, nihil in me dubites filis. ℣. Ipse me misit ad te, quem dilexisti mente, & puro corde. ℟. Nā ego apostolus eius sum, & in nomine eius scias te esse saluandam. ℣. Ipse. ℟. Gloria. ℣. Ipse.

Lectio iiij.

Reclusę deinde in carcere Quintianus prohibet, ne quid cibi, aut medicinę inferretur. Sed ecce de cęlo missus est medicus ad Agatham apostolus Petrus, qui & mammillam restitueret, & totū virginis corpus in optimā valetudinem integraret. Educta post diē quartum e carcere, substratis carbonibus, & testulis, imponi iubetur, & super eos volutari. Dum hęc aguntur, ingenti terremotu vrbs quatitur, ac pręcipue locus in quo Quintianus agebat. Oppressięq; sunt parietis ruina Syluanus, & Falconius Quintiani familiares. Tu autē. ℟. Ego autem adiuta a domino perseuerabo in confessione eius. ℣. Qui me saluam fecit, & con-

⁊ cõsolatus est me. ℣. Mens mea solidata est, et a Christo fundata. ℟. Qui.

Lectio v.

AT Catanensium populus terremotu perturbatus, in ædes Quintiani irrumpunt, vociferantes tam horrenda illos pati ob eius in virginem sęuitiam. Quintianus vero populi furorem declinans in penitissimas ędium partes se recipiens, Agatham, quã arcte custodiri iusserat, spirasse, dum orat, accepit, nonis Februarij, anno Dñi ducẽtesimo quinquagęsimo tertio. Tu autem. ℣. Qui me dignatus est ab omni plaga curare, et mamillam meam meo pectori restituere. ℟. Ipsum invoco Deum vivum. ℣. Medicinam carnalem corpori meo nunquam exhibui, sed habeo dominum Jesum Christum, qui solo sermone restaurat vniuersa. ℟. Ipsum invoco.

Lectio vi.

QUintianus ipse dum virginis facultates in pasurus nauigio flumẽ traijcit, ab equis calcibus, ⁊ morsibus in vndam deturbatus periit, corpore eius nũquã inuento. Transacto anno, eo die quo Agatha migrauit ad cęlũ, et Aetna, mõs Siciliæ ingẽs eructauit incendiũ. Quod cũ iam iam Catanę vrbi immineret, gẽtilis populus Agathę velũ furenti igni opponens, vrbis conflagrationem Agathę meritis cuasit. Tu aũt. ℣. Ipse me confortauit, qui per apostolum Petrum viscera mea recreauit pro eo quod iussa sum suspẽdi in equuleo propter fidẽ castitatis. ℟. Ad iuua me domine Deus meus in rotture mamillarũ mearũ. ℣. Ipse me dignatus es ab omni plaga curare, ⁊ mamillã meã meo pectori restituere. ℟. Adiuua. ℣. Gloria. ℟. Ad iuua. ℭ In iij. noctu. Añã. Si ignem adhibeas rotæ mihi salutiferũ de cælo angelũ ministrabit. Psal. ℭ ãtate. j. fol. 46 Añã. Agatha letissime, ⁊ gloriãter ibat ad carcerem, ⁊ quasi ad epulas inuitata, agonem suum domino precibus cõmendabat. Psal. ℭ Dixit insipiens in corde suo non est deus. fol. 46. Añã. Agatha ingressa carcerẽ, benedicebat dominum Jesum Christũ. Psal. ℭ antate. ij. fol. 48. ℣. Adiuuabit eam. Pater noster. Alie tres lect. Euangelium cum homilia, vt in communi.

ℭ ℣. vij. Audisti dñe, ⁊ expe

creasti agonem meum, quomodo pugnaui in stadio: sed quia nolui obedire mandatis principū fussa sum in mammilla torqueri. ℣. Propter veritatem, & mansuetudinem, & iustitiā. ℟. Jussa. ℣. viij. Beata Agatha ingressa carcerem expandens manus suas ad Deum dixit, Domine, qui me fecisti vincere tormenta carnificum. ℟. Jube ad tuā misericordiā pernenire. ℣. Domine, qui me creasti, & tulisti a me amorem seculi, qui corpus meum a pollutione separasti. ℟. Jube. ℣. ix. Gaudeamus omnes in domino, diem festum celebrantes sub honore Agathe virginis. ℟. De cuius passione gaudent angeli, & collaudant filium Dei. ℣. Immaculatus dominus immaculatam sibi famulam in hoc fragilitatis corpore positam misericorditer consecrauit. ℟. De cuius. ℣. Gloria. ℟. De cuius. Te Deum. ℣. Specie tua. ¶ In Laudibus Ana. Nisi diligenter feceris corpus meum a carnificibus attrectari, non poterit anima mea in paradysum domini cū palma intrare martyrij. Ps. Dominus regnauit. fol. 10. Ana. Vidisti domine agonem meum, quomodo pugnaui in stadio: sed quia nolui obedire mandatis principū fussa sum in mammilla torqueri. Psa. Jubilate. fol. 10. Antiph. Quis es tu, qui venisti ad me curare vulnera mea? Ego sū apostolus Christi, nihil in me dubites filia. Ps. Deus Deus. fo. 10. Ana. Benedicote pater domini mei, quia per apostolum tuum mamillam meo pectori restituisti. Cant. Benedicite. fol. 11. Ana. Medicinam carnalē corpori meo nunquam exhibui, sed habeo Dominum Jesum Christum, qui solo sermone restaurat vniuersa. Psal. Laudate. fol. 12. Capitulum, Hymnus, & vers. vt in communi. ¶ Ad Benedict. Ana. paganorum multitudo fugiens ad sepulchrum virginis, tulerunt velum eius contra ignē, vt comprobarent dñs, quod a periculis incēdij meritis Agathe martyris sue eos liberaret. Oratio vt in communi. ¶ Per horas dici. Aliē. laud. ¶ Ad Tertiam, sextam, et nonam, capitulum, respons. & vers. & oratio vt in cōmuni. ¶ Ad ij. Vespe. Aliē laud. psalm. vt in communi, ¶ Pro commemora. Ana. Stans beata Agatha in medio carceris expāsis manibus

tota

tota mẽte collaudabat dominũ. Domine Jesu Christe magister bone, gratias ago tibi qui me fecisti vincere tormenta carnificis: tube domine ad tuam immarcessibilem gloriam feliciter peruenire. ℣. Oratio vt in communi. ¶ Dicãtur comm. cõsuetę. ¶ Die vj. Dorotheę virgi. & mart. omnia dicantur de communi vnius virgi. prętęr oratio, iij. v. vj. lectio.

Oratio.

DEus, qui nos per ineffabilem clementiã tuam, sponsę filij tui Dorotheę solennitate lętificas, concede propitius, vt eius quã veneramur laudibus, etiam pię deuotionis irradiemur exẽplis. Per Dñm.

Lectio iij.

QUm apud Cęsaream, Cappadocię Dorothea virgo tantę fuisset virtutis, & sanctimonię, vt eam vix pauci imitari possent viri, atq; eius fama per aures hominum curreret, peruenit tandem ad Sapitium prędem christiani nominis persequutorẽ. Qui vrbem ingressus, Dei famulã comprehendi, atque ad suũ tribunal adduci prędecepit. Tu autem.

Lectio iv.

INterrogata de nomine, & professione: virgo sancta, & Dorotheam nominari, et christianam se esse testata est. Cui sęua sunt intentata tormenta. Tradita est deinde duabus sororibus suis, quę prędem tormentorum metu a fide apostatauerant, vt eam ad idolorum culturam pellicerẽt. Sed longe aliter cessit. Nã Dorotheę persuasionibus sorores resipiscẽtes, timiditate pristina abiecta, ad Christum reuersę sunt. Tu autem. Lectio vj.

QUibus igne traditis, Dorothea in catasta durissime cędit. Cunque ad decollãdum duceretur, Theophilus quidam gentilis eam irridens, dicebat, vt de paradiso ad quem se ire testabatur, rosas illi mitteret. Dirum dictu. Statim vt ceruicem eius amputauerunt, tres rosę, ac tria mala in sinu eius reperta sunt. Admirat⁹ Theophilus media hyeme rosarum viriditatẽ, & Christum credidit, & martyrio est coronatus. Tu autem.

¶ Die vij. Juliani Basilissę et comitum martyr. omnia dicun-

dicuntur de communi, plurimo marty. preter oratio. iiij. v. & vj. lectio.

Oratio.

PRęsta nobis dñe quęsumus, vt sicut sanctorum martyrum tuorum Juliani, & Basilissę, & comitum eorũ nos natalicia celebrãda non deserunt, ita eorum apud te suffragijs iugiter adiuuemur. Per Dñm.

Lectio iiij.

JUlianꝰ, & Basilissa Antiochię (quę ad Daphnem est in Syria) ciues fuerũt, ex christianis orti parẽtibus, & christiani educati. Sed Julianũ perpetuę virginitatis propositó deuotum, vt vxorem duceret, parentes coegerunt. Qui oraculo diuino admonitꝰ, Basilissam Christinam virginẽ duxit vxorem. Nocte autẽ illa, qua noui coniuges congressuri erant, miram rosarum fragrantiam intra cubiculum sentiens Basilissa, eo quod media hyems esset obstupuit. Tu autem.

Lectio v.

QUam Julianus virginalis esse pudicitię signũ edocet, simulq; ad tam preclarũ virginitatis donũ puellã exhortatus est. Adhuc tianus interea preses, Antiochiam missus est, vt christianum nomen deleret. Is vbi accepit, & Antiochię episcopum, & cleri ac populi multitudinẽ intra cœnobiũ quod Julianus construxerat, ad ipsum cõfugisse missis satellitibus, Julianũ cõprehendit. Reliquos vero igne iniecto, vna cum cœnobio exussit. Tunc Julianum ad tribunal sisti iubet, diisq; immolare: detrectãtem grauissimis tormentis affligi imperat. Tandem cum Basilissa feris obiectꝰ est. Quibus cũ bestię pepercissent, nec presidis furor mansuesceret, capite puniuntur septimo idus Januarij. Tu autem.

Die viij. Fulgẽtij episcopi, omnia dicantur vt in cõmuni, preter lectiones sequentes. Lectio j.

FUlgẽtius episcopus Astigitanus, frater beatorum Leandri, & Isidori doctorũ excellentissimorum, tẽporibus Justiniani Imperatoris fulsit, doctrina ecclesiastica clarissimus, Græco, Hebraico, Arabico, & Syro, Latinoq; sermone eruditus. Cuius documẽtis primo ecclesia Astigitana,

na,demũ,ꝛ Carthaginẽsis, quã viginti quatuor annis gubernauit, claruerũt. Tu autem. Lectio ij.

OEnicz beatissimꝰ Fulgentius in omnibus suis dictis,ꝛ operibus,imminẽtem futurę retributionis diem vltimũ perpendebat,tantoz cautius cũcta, cunctozumcz negotia ponderabat,quanto ꝛ propinquius finem mundi consistere, ruinis crebzescentibus aduertebat. Tantiscz curarum tumultibus pzo animarũ pariter, ꝛ pzouincię suę custodia grauatur, vt semper Deo gratias agẽs corpozis diuersas molestias incurreret. Tu autem.

Lectio iij.

HIc doctoz beatissimꝰ interfuit concilio Toletano, vbi condemnata est hęresis Arrianozum per sexaginta duos episcopos, auctozitate beati papę Gzegozij cõgregatos. Cui etiã cõcilio interfuit glozioſus rex Recaredus,qui in pzęsentia dictozum episcoporum,ac beati Fulgentij subscriptione firmauit, abdicans cũ omnibus suis perfidiã Paganozũ,Judeozũ,ꝛ Arrianozum. Tu autem.

Lectio iiij.

HIc beatissimus in sacra euangelia ,; et in Isaiã, ꝛ duodecim pzophetas,ꝛ in Pentatcuchum,ꝛ libzos Regum,mysteria nõ minima pertractauit. Tu autem. Lectio v.

POstquam autẽ sedem Carthaginensem doctrinis mellifluis illustrauerat,anno ętatis suę sexagesimo sexto, receptis sacramentis in pzęsentia sanctorum Leãdri archiepiscopi Hispalensis fratris sui, et Braulij archiepiscopi Cęsaraugustani a carnis cozruptione subtractus est,in incozruptionis glozia sublimandus,vj.idus Januarij. Tu aũt. Lectio vj.

OCurrit autẽ Recaredus rex glozioſus, et Isidozus, ipsius Fulgentij frater,ꝛ multi nobiles ad eius obsequias conuenerũt, ꝛ in ecclesia impensis diutꝰ officijs,vbi minister cõstitutus erat, iuxta altare pzęcurzoris dñi Joãnis Baptiste humatus iacet, vbi multa miracula fiũt ad laudẽ,ꝛ gloziam dñi nostri Jesu Chzisti.Tu autem.

Die ix. Appollonię virgi.ꝛ marty.omnia dicantur

de cõmun. vnius virgi. pręter orationem, iiij. v. & vj. lectio.

Oratio.

DEus qui beatam Apolloniam virginem & martyrem tuam speciali priuilegio decorasti, vt ipsi dono, & meritis languores dentium a patientibus expellantur: concede quęsumus, vt qui eius confidentiam gerimus, per eandem sanitatis remedium consequamur, & ad vitam perueniamus ęternã. Per dñm.

Lectio iiij.

APpollonia virgo in vrbe Alexandrina sęuiẽte in christianos tempore Decij Imperatoris persecutione, cum iam in senili ętate, a furente populo correpta, & ad idola perducta adorare recusasset, dentes ei primum effossi sunt omnes. Tu autem.

Lectio v.

DEinde congestis lignis incensoq; rogo, combusturos se minantur carnifices viuam, nisi Christũ detestata deos alienos, adoraret. Tu autem.

Lectio vj.

AT illa in fide Christi constantissime perseuerans, crudelissimam mortem subire maluit, quam a vera pietate discedere. Ita que corpore sęuissimis flammis absumpto, inuictus spiritus in ęlum ad martyrij coronam euolauit, quinto idus Februarij. Tu autem. ¶ Die x. Scholasticę virgi. omnia dicantur de communi pręter iiij. v. & vj. lectio.

Lectio iiij.

SOror beati Benedicti Scholastica nomine, ab ineunte pueritia Deo dicata, ad eum semel per annum venire cõsueuerat. Ad quam vir Dei nõ longe extra ianuam in possessione monasterij descẽdebat. Cumq; quadam die de more ad eum venisset, & in sacris colloquijs diem totum peregissent: incumbẽtibus iam tenebris, rogabat fratrẽ sancta Scholastica, ne eam illa nocte desereret, vt de ęlestis patrię gaudijs colloquerentur. Abnegat Benedictus, se vllo modo extra cellam pernoctare posse. Tu autem.

Lectio v.

TAnta vero erat tunc ęli serenitas, vt nec parua quidem nubecula appareret. At beata Scholastica cum fratris negantis

verba

verba audisset, insertas digitis manus super mensam posuit, & caput in manibus Deū precatura defixit. Cui orationem finierat, cū ecce fulgura, tonitrua, imbresq; de cęlo sic irruerunt, vt extra limen domus exire non valerent. Tu autem.

Lectio vi.

ET Tita vir pius fecit initus, quod spōte facere recusauerat. Post triduum autem cum sanctus Benedictus in sua cella oraret, vidit suę sororis Scholasticę animam in specie columbę cęlos penetrasse. Cuius corpus vir beatus in sibi prępparata clausit sepultura, quarto idus Februarij. Tu autem.

Die xj. Eulogij & Lucretię martyr. vt in cōmuni pręter quę sequuntur.

Lectio j.

ERat quidam vir in vrbe Cordubēsi nomine Eulogius, Christi sacerdos, & famulus, literis, ac sacrę legis documentis admodū imbutus, qui diebus ac noctibus vigiliis, orationib⁹, & ieuniis Christo domino seruiebat, vtpote miles perfectissimus. Huic inerant erga sacrę fidei cultores, ac Christi pauperes, pietatis eximię viscera, refouens egenos, consolans tribulatos, visitās infirmos, & pro Christi nomine in carcere positos. Tu autem.

Lectio ij.

HAc etiam hęreticis, & Judęis, ac gentib⁹ prędicans, plerosq; perfidię errore depositō conuertit ad Dominum. Erat autem in eo tanta animi, corporisq; abstinētia, vt in diebus Aduentus domini, ac per totū quadragesimę tempus, nunquā ab ecclesia discederet, nullumq; corpori suo stramentum, prēter Psalterium quo legebat, capiti supponeret. Tu autem.

Lectio iij.

ISte igitur ad perfectionis cumulum peregrinari cupiens, antequ subiret martyrium salutatis parentibus, & omnibus christianis Cordubę degentibus, Romā ire disposuit. Qui aggressus iter, vbique prędicādo, Pampilonam vsque peruenit. Vbique qui aderāt fideles, ire longius dissuadentes, loca deserta, & inculta, gentemq; Sarracenorum infestam in itinere opponētes, a peregrina

tione, quam ceperat, retrazerunt. Tu autem.

Lectio iiij.

RAptus itaq; ab iti nere Cordubã redijt: & puella quędã nobilis, Lucretia nomine, sancto viro occurrit, & se ad pedes eius aduoluens, christianam fieri petijt, eiusq; discipulam. Quod vir Dei audiens, eã baptizauit, atque in domũ cuiusdam matronę sanctę occulte stare fecit. Tu aũt.

Lectio v.

QVm autem diu a parentibus quęsita, tandem in oratione prostrata inueniretur, domum, & omnẽ substantiã prędari iusserunt, atque domum combusserũt, & currentes ad ecclesiam sancti Zopli martyris inuenerunt sanctum virum in oratione iacẽtem, quem diu verberibus cęlum semiuiuum reliquerunt, deinde in carcerem iussu regis missus, cum nollet sacrificare, capite plexus est. Tu autẽ.

Lectio vj.

BEata vero Lucretia cum neque pollicitationibus matris, nec diuersis ornamentis & diuitijs, ex parte regis sibi oblatis a via veritatis discedere vellet, a speculatore caput eius amputatum est. Quorum corpora, licet tunc a christianis sublata, & occultata forent, procedẽte tempore Ouetũ fuit translata, vbi per eos dominus multa miracula quotidie operatur, qui passi sunt, quinto idus Januarij. Tu autem.

Die xij. Eulalię virgi. & mart. vt in communi vnius virgi. przter quę sequũtur.

Oratio.

DEus qui beatam Eulaliam honorasti virginitate, & martyrio coronasti, przsta quęsumus, vt qui commemorationis eius festa percolimus, eius apud te przsidio fulciamur. Per Dominum.

Lectio j.

EVlalia virgo, Barchinone Hispanię ciuitate, Diocletiano, & Maximiano res Romanas agentibus, a przside Datiano detenta, & ad sacrificandũ inuitata est, at illa quãuis adolescẽtula, nondum annũ transgressa tredecimum, soli se Deo cęli, et terrę conditori sacrificaturam dixit, cui se iam dudum sponsam addixerat. Tu autem.

Lectio ij.

Nuda, fustibusque ac stipitibus duris grauissime cesa, deinde oleo feruēti super mamillas perfusa, insuper in massam calcis viue demersa. Sed cum hec omnia constantissime superasset, iussu Datiani super lectum ferreum, sic nuda extenditur, plumboque perfunditur liquefacto. Tu autem. Lectio iij.

Non exhozruit virgo sancta illud etiam subire tozmentum fusis tamē ad Deum pzecibus nihil ei plumbum nocuit, cum carnificum interim manus cōcremarentur. Ceditur iterum crudelissime virgis, testarumq; minutis fragmentis eius plage confricātur, nihilo tamen minus immobilis persistens, felicitatem suam, quod pzo Deo talia pateretur, commendabat. Tu aūt. Lectio iiij.

Quin etiam, euidētissimis, apertisq; rationibus demonstrabat, moztem Christi humano fuisse generi, sicuti conducibilem, ita etiam necessariam, gentiliū que Deos refellēdos, ac cōfutādos insinuabat. Quod ferre non valens pzefes, cādelis accensis genas eius exuri, sinapimque ex aceto naribus infundi pzecepit. Tu autem. Lectio v.

Deterea iussit, vulnera calce permixta oleo conspergi, sicq; Eulaliā in camunum succensum dimitti. Unde, quod hymnos illesa diuinos personaret, educitur, perq; ciuitatem vt pudoze confunderetur, nuda, ac decaluata deducitur. Tu aūt. Lectio vj.

Postremo extra ciuitatem expozrata cū nulla esset iā spes reliqua, tozmentis eam aliquando cessurā, decollatur. Cuius exēplo, multi sunt ad martyriū animati. Nam post sectura gutturis, visa est eius anima sub specie columbe ad celos euolare, pzidie idus Febzuarij. Tu autem.

℣. Diexiij. Pauli primi eremite omnia dicātur vt in cōmuni vnius iusti, vel abbatis, pzeter oztionem iij. v. t vj. lectio. Oratio.

Sancti Pauli eremite tue maiestati nos que sumus dne cōmendet oso: t pzo nobis ipso intercedē te ad gaudia eterna perducat. Per Dnm. Lect. iij.

Paulus, a quo primum eremus habitari cepta est,

est, ex Thebaide Egypti vrbe oriundus, literis Grecis, & Egyptijs apprime eruditus, parentibus amissis cum esset annorum xv. Decio Imperatore in christianos sęuiente, in solitudinē secessit. Vbi (authore Hieronymo, qui vitam eius cōscripsit) ad Saxei mōtis radices speluncam, quam vetus palma, & fons limpidissimus exornabat, ad vitam peragēdam elegit, palma eadem obsonium, & indumentum suggerente. Tu autem. Lectio. v.

QVm autem centum tredecim annorū esset, a beato Antonio nonagenario in illa solitudine inuisitur. Quibus inter se iucundissime colloquentibus coruus panem integrū ante ipsos deposuit. Tunc Paulus sexaginta (inquit) anni sunt, quibus dimidiatū semper panem accipio, nunc ad aductum tuum mi litibus suis Christus duplicauit annonam. Tunc ad marginem nitidissimi fontis considentes, facta oratione, pane & aqua refecti, noctem peruigiles traduxerūt. Postridie Antonio, cum Pauli mortem instare ipso prędicente cognouisset, lachrymans ad monasterium suum reuertitur, relaturus palliū, quod ipsi dederat Athanasius ad Pauli corpus inuoluendum, vt ab ipso fuerat rogatus. Tu autem. Lectio vi.

REdiens autem vidit inter angelorum cateruas eius animam niueo candore fulgentem in sublime conscendere, & statim cū gemitu, & lachrymis exclamat, cur me Paule deseris? cur in salutatus abis? Et accurrens in speluncam cadauer inuenit genibus cōplicatis, erecta ceruice, extensis in altum manibus oranti simile. Quod cum męstissimus obuoluisset pallio, nec quo terram foderet haberet, ecce duo leones ex interiori parte solitudinis venientes, vnius hominis capacem locū effodere. Vbi humato corpore, ac tumulo composito, tunicā Pauli expalmarum foliis cōtextam secum deferens Antonius, ad monasterium suum reuersus est. Tu autem.

¶ Die xiiij. Valentini presbyteri mart. omnia dicūtur de communi vnius martyris pręter hic expressa.

Lectio

Lectio j.

VAlentinus presbyter, Rome sub Claudio Imperatore passus est. Si quidē, cum apud Claudiū ei crimini datū esset, quod Christum coleret, biduo in vinculis tentus est, post vero productus in amphitheatrum, ac cur deos spernere interrogatus, Imperatori cumulatissime satisfecit. Tu autem.

Lectio ij.

ENim vero vsque adeo fidem Christi extulit, predicauit, asseruit, tamq; etiam deos gentium impugnauit, vt admiratus Imperator eius sapientiam cōmēdauerit. Calphurnium certe dixisse prefectum cōstat, seductus est Imperator noster. Tu autem.

Lectio iij.

VItare igitur cupiens Imperator, ac subterfugere astātis populi murmurationem, Asterio cuidam principi Valētinū tradidit, vt ad deorum culturā per blandimenta, si commode fieri posset, pelliceret. Tu autem.

Lectio iij.

DUcitur ergo sanctus Valentinus in Asterij domum, cumq; limen intraret, Iesum Christum lumen verum inuocans enixissime deprecabatur, vt domū eam illuminaret. Quod audiens Asterius, si tuus iste Deus (ait) quem lumen verum appellas, cęcam filiam meam adoptiuam illuminaret, ego cum omni familia sine mora crederem illi. Tu autem.

Lectio v.

NUllas traxit moras vir sanctus, sed dicto citius genua flexit deprecabūdus, mox q; puella visum recepit. Sed neque Asterius distulit quod promiserat. Nam statim se cum omni familia Christo Deo dicauit, ac baptizatus est. Tu autem.

Lectio vj.

QUo comperto Claudius Asterium iubet, ac omnes quot quot cū eo sunt baptizati, Ostiam ciuitatem deferri, vbi per varios cruciatus omnes martyrium pertulere. Sanctus vero Valentinus fustibus cęsus, cū nihilominus Christū pleno ore fateretur, via Flaminia decollatus est, decimo sexto kalendas Martij. Tu autem.

℣ Die xv. Ignatij papę mar-

tyris,

tyr. prꝛeter vj. lect. Lect. vj.

IGinius papa natione Grꝛecus, patria Athenienſis, Antonino pio Imperatore pontifex factus, clericorum ordinem, prudẽter per gradus diſtribuit, inſtituitque ne templa ſine celebratione dedicarẽtur, neue augerentur numero, aut diminuerentur in conſulto metropolitano, vel epiſcopo. Item, ne tigna, reliquaque templorum materia, in prophanos vſus conuerterẽtur. Prꝛeterea, vt vnus ſaltem patrinus, vnaque matrina, infantib⁹ adſint in baptiſmo. Poſtremo, de eccleſia Dei optime meritus, cũ menſe Decembri ordinationes ter habuiſſet, creaſſetque preſbyteros quindecim, diaconos quinq;, epiſcopos ſex, martyrio coronatus in vaticano monte ſepelitur, tertio idus Januarij, cum ſediſſet annos quatuor, menſes iij. dies iiij. Tu autem.

¶ Die xvj. Julianę virgi. & marty. vt in cõmuni vnius virgi. prꝛeter iiij. v. & vj. lect.

Lectio iiij.

IUliana virgo orta eſt, Nicomedię, quę vrbs eſt in Ponto, patre nobili, gentili tamẽ, quę tenera ad huc ętate deſpõſata eſt Eleuſio prꝛefecto, cui cũ iam ętate grandiori nubere nollet, niſi ſponſus Chriſti fidẽ ſuſciperet, a patre grauiter cęſa ſponſo tradita eſt. Tu autem.

Lectio v.

QUam Eleuſius, quod ad Chriſtũ negandũ adigere non poterat, criminib⁹ per horas ſex ſuſpenſam atque atrociter flagris veberatã liquato plumbo perfundi iuſſit. Verum cũ hęc mollire virginis conſtantiã non poſſent, teterrimo carcere includitur. Vbi dęmõ viri ſpecie illi viſus eſt, eam q; Dei nomine exhortabatur, vt diis ſacrificaret, ne periret. Tu autem.

Lectio vj.

IUliana vero oratione impetrauit a dño, vt impoſtoris dęmonis fraudẽ detegeret, qua detecta, catena dęmonẽ vinctum flagellauit, et coram populo ad tribunal vinctũ produxit. Prꝛefectus tamẽ, cũ nil tormentis ſe proficere cerneret, caput Julianę amputari prꝛecepit, ſub Diocletiano, & Maximiano Imperatoribus xiiij. Kl̃as Martij. Tu autem.

¶ Die

¶ Die xvij. Hilarij episcopi confe. omnia dicãtur de commu. vnius pontifi. prꝛter quę sequuntur.

Lectio j.

HIlarius Aquitanus, postꝫ coniugiũ expertus, filiã prꝛogenuit, relictis mundi curis, ac delicijs sacris initiatus est. Deinde succedentibus annis clericorum, populiꝫ suffragijs Pictauensis episcopus factus. Qui vsꝫ adeo fuit hꝛreticorum infectator ac hostis, vt persuasione Arrianorum quorundam episcoporum in Phꝛygiã a Cõstantino Romano prꝛincipe relegatus sit. Tu autem.

Lectio ij.

SCripsit inde epistolã ad filiam Appiam, dehꝛortans a connubio, quam illa non aspernata, virginitatis continuo votum concepit. Sed timidus adhuc pater ne aliquando filię integritas laberetur, Deum omnipotentem exꝛorauit, vt eam de vita tolleret. Idem postea impetrauit prꝛo coniuge. Tu aũt. Lect. iij.

LOnge, lateꝫ Arrianorũ hęresis diffundebatur, & impetratũ erat ab Imperatoꝛe, vt synodus Seleucię conueniret, qua veritas Chꝛisti eluceſceret, ad quã Hilarius nihil cũctatus interꝛimos aduẽtauit. Tu autem. Lectio iiij.

QVterum Arriani eius supꝛa modũ expauescentes facundiam, incomparabilemꝫ sapientiã, cum Imperatoꝛe qui ab eis stabat egerũt, vt ad Pictauẽsem eũ ire ecclesiã iuberet quo longe a cõcilio amouꝛetur. Tu autem.

Lectio v.

SEd inter eundũ in insula Gallinaria, serpẽtes (quoꝛũ magna est in illa insula, non sine pernicie hominũ, copia) cõpescuit, facꝛeꝫ imperata coegit. Pictauis etiã infantẽ sine baptismo defunctũ, intentissimis prꝛecationibꝰ ad vitã reuocauit. Tu autem.

Lectio vj.

POstremo cum multis, claruisset miraculis, & mortẽ suã longe ante prꝛedixisset, Pictauis mortuus est, atꝫ sepultus: Valẽtiniano, & Valente Imperatoꝛibus. Vbi nõ paucis postea miraculis claruit. Libꝛos quos cõposuit, diuus Hieronymus inter illustriũ monumenta recenset. Tu aũt.

¶ Die

¶ Die xviij. Pãthaleonis cũ sociis suis mart. omnia dicantur de communi plurimo, marty. pręter quę sequuntur. Oratio.

QVæsumus omnipotens Deus, vt qui beatorum martyrum tuorum, Panthaleonis cũ sociis suis solennia colimus, eorum apud te intercessionibus adiuuemur. Per Dominum. Lectio j.

PAnthaleon Eustorgij Nicomedię senatoris filius, traditus est puer ad huc erudiendus Euphrosino cuidam archiatro. Cũque iter esset illi ad scholas qua Hermolaus quidã presbyter latitabat, euocatus ab eodem, ac interrogatus, q genus, q religionem, ac etiam quam disceret artem, professus est. Tu autem,

Lectio ij.

DOn distulit Hermolaus Pãthaleoni idẽ tidẽ suadere, vt relicta Hippocratis, atque Galeni doctrina, Christi dogma sequeretur: cuius solo nutu omnes languores sanarẽtur. Sed Panthaleon cum libẽtissime nihilominus Hermolai suadelã perciperet, videns tandem puerum serpẽtis morsu interemptum, Dominum deprecatus est, vt si vera esset, quę de Christo cõcepisset, cõtinuo puer ille resurgeret. Quod protinus factum est, serpensq medius ruptus. Tu autẽ.

Lectio iij.

QVo viso miraculo, Panthaleon ad Hermolaum contendit, baptizatusq ab eo parẽtem Eustorgium reuisit, quem vera persuadendo, cum ad baptisma perduxisset, atque post paulo defunctũ tumulasset, patrimonium omne in pauperes erogauit. Tu autem. Lectio iiij.

IAm solo verbo Dei, varios Panthaleon languores curauerat, et inter alios cęcum quendam maxime notũ illuminauerat, Cum Maximianus Imperator rumoribus excitus, cęcum diuinitus illustratũ quod in Christi nomine fuisse curatũ prędicabat, morte affecit. Deinde, Panthaleonem quod sacrificare nollet, in equuleo suspendi, vngulisq attrectari pręcepit. Tu autem.

Lectio v

QChristus tñ sub Hermolai presbyteri for-

ma

ma sanctum virum erexit, ac conformauit, tormenta, ignesq; discussit. Cumq; plumbo liquefacto immergeretur, lapideq; ad collum alligato in pelagus truderetur, vtrobique sub eadem forma Christus eum liberauit. Leones etiã, ac leopardi omissi vt eum discerperent, faciem, ac manus lingebant, Quo miraculo multi crediderunt, et decollati sunt. Tu autem.

Lectio vj.

POstremo, cum sanctus Panthaleõ alligaretur ad rotã, vt penit⁹ dissecaretur, dissoluta machina multos occidit, ipsumque seruauit. Hermolaus magister tum quęsitus, ac decollatus est. Ad vltimũ iussus ⁊ ipse Panthaleõ extra vrbẽ decollari. Sed milites, quibus hoc imperatũ erat, non valentes eum occidere, quod ferrum habetaretur, crediderunt Deum esse Christum, ⁊ veniam a Panthaleone tali lege promeruere, vt ipsum, sicut erant iussi decollarent. Tu autẽ.

℣ Die xxv. Sulpitij episcopi confessoris, omnia dicãtur de communi vnius pontifi.

¶ Die xx. Pontiani martyr. omnia, vt in cõmuni vnius martyris.

℣ Die xxj. Fructuosi Augurij, ⁊ Eulogij martyr. omnia dicantur de communi pręter vj. lectio.

Lectio vj.

FRuctuosus episcop⁹ cum Augurio, ⁊ Eulogio eius diacone magnũ pro Christo in Hispania ciuitate Tarracona sustulerãt martyrium. Galiem nãque Imperatoris tempore ab Aemiliano pręside diris carceribus mãcipati sunt, ac plurimum afflicti. Educti de carcere sancti martyres flãmis iniecti sunt. Sed exustis vinculis, quibus alligati fuerant, manibus in modum crucis expãsis, dominũ, vt exuri eos permitteret, deprecabantur. Quo obtẽto, quidã ex fratribus, ⁊ eiusdem pręsulis filia, quę astabat, sanctorum animas cęlos ascendere coronatas viderunt, duodecimo Ikalendas Januarij. Tu aũt.

℣ Die xxij. Cathedra sancti Petri apostoli, in primis vesp. super psal. Dixit. Amauit eum dominus. vt in communi vnius pontificis fol. psalmi feriales. fo. Capitulum. Ecce sacerdos

cerdos magnus. fol. ſſſ ℟. Quem dicunt homines. cum gloria patri, vt infra poſt iij. lectio. Hymn. Iſte confeſſor. fol. ſſſ ℣. Tu es petrus. ℟. Et ſuper hãc petram edificabo eccleſiam. Ad Magn. Ant. Exultent cũ in eccleſia plebis, et in cathedra ſenioꝝ laudẽt eum.

Oratio.

DEus, qui beato Petro apoſtolo tuo collatis clauibus regni cęleſtis, ligandi, atque ſoluendi pontificium tradidiſti, concede, vt interceſſionis eius auxilio, a peccatorum nexibus liberemur. Per Dñm. ¶ Fiat cõme. de feſto diei. ¶ Ad Complet. Ant. Amauit eum dñs. Pſa. ¶ ũ inuocarẽ, cum cęteris. fol. 78. ¶ Ad Nunc dimi. Antiph. Serue bone. v. laudum. vt in prędicto communi.

¶ Ad Matuti. Inuitat. Paſtori ſummo iubilemus corde iucundo. ℣. Qui claues Petro cęlorum contulit almo. Pſalm. ¶ enite. Hymnus. ℟ ex glorioſe p; ſulum, vt in commuꝝ. fol. ſſſ.

¶ In primo noctur. Ant̃ę, pſalm. et verſ. vt in communi vnius pontificis.

Lectio j.

INſtitutio ſolẽnitatis, hodiernę a ſenioribus nr̃iſcathedrę nomẽ accepit, ideo, quod primus apl'orũ Petrus hodie epiſcopat9 cathedrã ſuſcepiſſe refera tur. Recte ergo eccleſię per orbem, ſedis illius natalem colunt, quam apoſtolus pro eccleſiarum ſalute ſuſcepit, dicente ſibi Domino, Tu es Petrus, et ſuper hanc petram ędificabo eccleſiam meam. Tu autem. ℣. Simon Petre antequam de naui vocarem te, nouite, et ſuper plebem meam principem te cõſtitui. ℣. Et claues regni celorum tradidi tibi. ℣. Quodcunque ligaueris ſuper terram, erit ligatum, et in celis, et quodcunque ſolueris ſuper terram, erit ſolutũ, et in celis. ℣. Et.

Lectio ij.

PEtrum itaque fundamentum eccleſię nominauit dominus, et ideo digne hoc fundamentum generalis eccleſia colit, ſupra quod eccleſiaſtici ędificij altitudo conſurgit. Vnde cõuenienter pſalmus dicit. Exaltent eũ in eccleſia plebis, et in cathedra ſenioꝝ laudẽt eum. Tu autem. ℟. Quem dicunt homines eſſe filium

lium hominis: dixit Jesus discipulis suis, Respondens Petrus dixit, Tu es Christus filius Dei vivi. ℣. Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, et super hãc petrã ædificabo ecclesiam meã. ℟. Beatus es Simõ Bariona, quia caro, & sanguis non revelavit tibi, sed pater meus qui est in cælis. ℣. Et.

Lectio iij.

IGnum ergo est, vt fundamẽtũ hoc in ecclesia honorẽtur, per quod ad cælũ conscẽditur. Quod natalis ergo cathedræ hodie colitur, sacerdotale officium honoratur. Quę etiã tanto necesse est, plus habeat in ecclesia dignitatis, quanto sacerdotale officiũ plus honoris. Tu autẽ. ℟. Beatus es Simon Bariona, quia caro, & sanguis non revelavit tibi, sed pater meus qui in cælis est. ℣. Dicit dñs. ℟. Et ego dico tibi, quia tu es petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiã meam. ℣. Dicit. ℟. Gloria patri. ℣. Dicit. ℣. In ij. noctu. Añę, psalm. & vers. vt in communi.

Lectio iiij.

DIes ergo hęc a nobis, fratres charissimi, merito honoratur, quia dũ natalẽ cathedræ colimus, episcopatum beati Petri apostoli veneramur. Tamẽ cum frequenter intra Quadragesimę dies eueniat, facere eam nobis debet, sanctorũ dierũ reuerẽtia gratiorẽ. Tu autẽ. ℟. Tu es petrus, et super hanc petrã ædificabo ecclesiã meam. ℣. Et portæ inferi non prevalebunt aduersus eam, & tibi dabo claues regni cælorũ. ℣. Intuitus autẽ Jesus Petrũ dixit, Tu es Simõ Bariona qui vocaris Cephas, quod interpretatur petrus, & super hanc petrã ædificabo ecclesiam meam. ℣. Et portæ inferi.

Lectio v.

ET bene natalẽ cathedræ inter ipsa ieiuniorum initia nobis Deus præstitit, vt dies, qui erat prius intemperantię, nunc sit sobrietatis, quę erat gulę, sit abstinentię: quę erat peccati, sit sanitatis. Tu autẽ. ℟. Si diligis me Simon petre, pasce oues meas, Dñe nosti, quia amo te. ℣. Et animam meam pono pro te. ℟. Et si oportuerit me mori tecum, non te negabo. ℣. Et animam.

Lectio vj.

HUius autẽ solẽnis religio, sic est ecclesiis introducta. Cũ apostus Petr⁹ Antiochiã ciuitatẽ gueniſſet,

ra Deo innumerabilia, ingentiaq; miracula inibi per egisset, et intra septē dies, plusquam decem millia hominum credentes Deo baptizati fuissent; Theophilus, qui erat cunctis potentibus in ciuitate sublimior, domus suę ingentem basilicam ecclesię nomine construxit. In qua basilica Petro apostolo ab omni populo constituta est cathedra, et omnis multitudo quotidie ad audiendum verbum illuc conueniens credebat sanę doctrinę, quę omnium est causa sanitatum. Tu autem. ℟. Petre amas me? Tu scis domine quia amo te. ℣. Pasce oues meas. ℟. Domine tu omnia nosti, tu scis quia amo te. ℣. Pasce. ℣. Gloria patri. ℣. Pasce.

In iij. noctur. Asse, psal. 7 versus vt in communi.

Lectio sancti euangelij secundum Matheum.

In illo tempore, venit Jesus in partes Cesareę Philippi, 7 interrogabat discipulos suos dicēs. Quem dicūt homines esse filiū hominis. Et reliqua. Homilia venerabilis Bedę presbyteri.

Lectio viij.

Lectio sancti euangelij, quā modo fratres audistis, tanto intentius cogitāda, ac sine obliuione est iugiter retinenda, quanto constat, quia magnā nobis fidei perfectionem cōmendat, magnumq; nobis eiusdem perfectę fidei contra tentamenta robur ęque demonstrat. Tu autē. ℟. Ego pro te rogaui Petre. ℣. Ut non deficiat fides tua, 7 tu aliquando conuersus, confirma fratres tuos. ℟. Simon, ecce Sathanas expetiuit vos, vt cribraret sicut triticū, ego autem rogaui pro te. ℣. Ut non.

Lectio viij.

Si enim scire volumus, quomodo in Christū credi oporteat, quid lucidius eo, quod ait ad eū Petrus? Tu es Christus filius Dei viui. Rursus, si audire delectat quantum hęc fides valeat, quid apertius eo quod ait dōs de ecclesia, quę super eum ędificāda erat? Et portę inferi nō pręualebūt aduersus eā, sed hęc in suis locis plenius exponentur. Tu autē. ℟. Qui regni claues, et curā tradit ouilis, qui celi terreque petro commisit habenas. ℣. Et reserat clausis, 7 soluit vincla ligatis.

℟. Iste

℣. Iste per hunc nostros dignetur soluere nexus. ℟. Et.

Lectio ix.

DUnc autem reuertentes ad explanandam per ordinem lectionem Dominicam, primo videamus de loco, in quo habita res memoratur. Venit (inquit) Jesus in partes Cesareę Philippi. Philippus iste, vt Lucas testatur, erat Tetrarcha Ituręę, & Trachonitidis regionis. Tu autē. ℟. Tu es pastor ouiū, & princeps apostolorum, tibi tradidit Deus omnia regna mundi. ℟. Et ideo tradite sunt tibi claues regni celorum, ℣. Tibi enim a Domino collata est potestas ligandi, ac soluēdi. ℟. Et ideo Te Deum lauda. ℣. Non est inuentus.

¶ In laudibus Asię, psalm. capitulum, hymnus, & vers. vt in cōmuni vnius pontif.

¶ Ad Benedictus Antiph. Quodcumq; ligaueris super terram, erit ligatum & in celis, et quodcumque solueris super terram, erit solutum, & in celis, dicit dominus Simoni petro. Oratio vt in vesp.

¶ Per horas diei, Asię, lau.

¶ Ad Tertiam, Sextam, & Nonam, Capitulum, resp. et vers. vt in cōmuni.

¶ Ad Nonam. ℣. Tu es petrus. Oratio vt supra.

¶ In secundis vesp. Asię. laud. psalm. vt in communi vnius pontificis. capitulū, hymn. vers. Aña ad Magn. & oratio vt in primis vesp.

¶ Ad Completo. vt heri.

¶ Die xxiij. Emerentianę virginis & martyris omnia dicantur de cōmuni vnius virgi, pręter nonam lectio. quę erit euangelium de vigilia Mathei apostoli cum homilia, vt in commu. apostolorum.

¶ Die xxiiij. Mathię apostoli, in primis vesp. super psalm. Aña, & omnia alia vt in communi apostolorum pręter hic expressa.

Oratio.

DEus qui, beatū Mathiam apostolorum tuorum collegio sociasti, tribue quęsumus, vt eius interuētione, tuę circa nos pietatis viscera sentiamus. Per Dominum.

Lectio j.

MAthias, cum esset e numero septuaginta discipulorum, post Domini Ascensionē proponēte Petro in fratrum collegio, quicentum & viginti erant, vt Lucas in apostolorū actis

testatur, in numerū apostolorū loco Judę proditoris, a spiritu sancto cooptatus est. Judas siquidem, cū triginta argenteis dñm vēdidisset, agrū de mercede iniquitatis possedit, & suspēsus crepuit medius, & diffusa sūt viscera eius, & abijt in locū suū. Tu aūt. Lectio ij.

APostoli ergo cū sortes dedissēt Josepho, qui vocabatur Barsabas, & cognominabatur iustus, et Mathię, oratione facta ab apostolis cecidit sors super Mathiā. Qui primo in Judea prędicās, deinde in Macedoniam Europę prouinciam profectus, cum Macedonibus Christum prędicaret, medicato poculo, ex quo, qui bibissent, excęcabātur, appetitus, nil mali passus est. Lectio iij.

QUo modo aūt illi non nocuit pestifer potus, verū etiā multis, qui illo excęcati fuerāt, manus super oculos imponēs Mathias visum restituit. Lect. iiij.

SUggerēte deinde diabolo cum gentiles apostolum necare vellēt, nec eum in eorum medio constitētem cernere possent, sua sponte oblatum post diem tertium in carcerē trudūt. Unde ab angelo emissus iterum in Judeā rediit. Tu autem. Lectio v.

UBi, cum multos suę prędicatione ad Christum veram lucem, a Judaicis tenebris adduxisset, a Judęis comprehēsus, lapidibus pene obrutus est, ac deinde securi percussus. Passus est aūt vj. kłas Martij. Tu autem. Lectio vj.

SOphronius tamen discipulus Hyeronymi amicus, & contubernalis tradit, prędicasse Mathiam apostolū in altera Aethiopia, vbi est Apsari fluminis eruptio in mare: et Hyssi portus, & illic illum dormisse, ac sepultum fuisse, vsq; ad sua tempora. Tu autem. ℣. In ij. vespe. vt in cōmuni oratio. vt supra.

℣ Die xxv. Babili episcopi cū sociis suis martyr. In primis vespe. commemoratio, & per totum diem, vt in cōmuni plurimorum mart.

℣ Die xxvj. Proiecti episcopi & mart. omnia de communi vnius martyris.

℣ Die xxvij. Seueri episcopi confessoris. omnia vt in cōmuni vnius confessoris.

℣ Die xxviij. Brigidę virgi. vt in cōmu. vnius virgi.

Bar-

Martius.

Die .j. Rudesindi episcopi confess. omnia dicantur, vt in cõmu, vnius põtifi. pręter quę sequũtur. Oratio.

DEus, qui conspicis, quia ex nulla nr̃a virtute subsistimus, concede propitius: vt intercessione beati Rudesindi confessoris tui, atque pontificis, cõtra omnia aduersa muniamur. Per Dñm. Lect. .j.

RUdesind⁹ natione Callaicus, ex ea regione, quę circa Limiam fluuium est, qualis esset futurus, eius cõceptio satis ostendit. Mã cũ parẽtes eius Guterrius Hispaniarum regi genere coniunctissimus, ⁊ Ilduara illustri ⁊ ipsa genere nata multis annis in coniugio sine prole vixissent, a domino tandem Rudesindum filium impetrarũt. Tu aũt.

Lectio ij.

QUtris enim, ac largis in pauperes eleemosynis, orationibus crebris, ⁊ lachrymis Ilduara cũ vacaret, ab angelo prędmonita est, se concepturam filium, qui ⁊ apud Deũ magni futur⁹ esset meriti, ⁊ apud homines prędcipuo sãctitatis nomine. Unde Ilduara accito ad se coniuge, qui cum Ranemiro Odonij Regis filio apud Conimbricã, Lusitanię oppidum, aduersus Machometanos bellũ gerebat, Rudesindum concepit, ⁊ pridie solẽnitatis beatorũ martyrum Facundi, ⁊ Primitiui peperit, qui dies semper illis sacer, ac festiuus, quandiu vixerũt, fuit. Tu aũt.

Lectio iij.

QOnstruxit prędterea Ilduara in honorẽ archãgeli Michaelis ecclesiã eo loco, vbi ab angelo certior facta est, se cõceptura. Rudesindus itaq; ab ipsa pueritia dũi legẽ meditãs, breui admodũ in virum apostolicum creuit. Tu aũt.

Lectio iiij.

QUa propter ab ecclesię Dumiensis, quę in Callaicis septẽtrionalibus est, clero, et populo magno omniũ consensu episcopus eligitur, Ranemiro atq; pręcibus mire gaudentibus. Nota enim illis erat Rudesindi sanctitas, ⁊ eruditio. Prędsul ergo Dumiensis factus, multis virtutibus claruit. Splenduere certe in Rudesindo prędter ceteras dotes, profusę in pauperes eleemosynę, ecclesiarũ aut

tam diruta rum aut ruinam minantium restauratio, aut nouarum constructio, atq; euangelicę doctrinę frequentissima prędicatio. Tu aũt.

Lectio v.

ASsumptus deinde ad Vendonien sem, et Tricẽsem episcopatum, vbi tunc apostoli Iacobi corpus conditum erat, maiori in dies fructu Christiano populo prędrat. Denique ablegatis a se omnium ecclesiarum curis, monachorum cœnobium in propijs condidit prędijs, quę illi amplissima, & opulentissima parentum testamẽto contigerãt. Nomen cœnobio Cella noua, quod religione, atq; redditibus etiã hodie amplissimum est. Tu autem.

Lectio vj.

EOdem igitur quod cõdiderat, cœnobio, monasticam subbeati Benedicti regula vitam annos viginti ducens, migrauit ad Dominum kalendis Martij, editis innumeris per eum in vita, & post obitũ miraculis. In quo cœnobio vsque in hodiernũ diem eius corpus quieſcit, ac magna percipue Gallaicorum, et Lusitanorũ frequentis semper inuisitur. Tu autem.

Die xj. Vbini episcopi, confessoris, omnia vt in cõmuni vnius pontifi.

Die xij. Emetherij, & Celedonij mart. vt in communi plurimorum martyr. prędicatione iiij. v. & vj. lect.

Oratio.

SAnctorum martyrum tuorum dñe, Emetherij, & Celedonij intercessione placatus, prędicta quęsumus, vt quod temporali celebramus actione, perpetua saluatione capiamus. Per Dominum.

Lectio iiij.

AEmetherius, & Celedonius martyres, Legionis vrbis Hispanię ciues fuere, testante Prudentio egregio christiani carminis auctore, qui & asserit tot tã taque ad eorum sepulchra, tamque frequentia miracula edi solita: vt eo illustriores suos martyres effecerit Christus, quo magis obliterata eorũ martyria fuerant. Tu autem.

Lectio v.

TAm tamen miraculum vetustas inuidiosa delere non valuit, quod quasi per manus traditum ad posteritatem peruenit.

Dum enim apud Calagurram vrbē carnificis gladio iam plectendi essent, alter anulum fuę fidei gestamen cōtinentem, alter ozarium quasi munera depositurūt: quę statim rapta per auras, cęli viam euolantia pręmō strarunt. Tu autem.

Lectio vi.

DEnique constat secularibus eos primum stipendijs militasse, deinde Christi victricia signa secutos, per martyrium triumphale circa annum dñi ducentesimum vigesimū, quinto nonas Martij. Quorum corpora apud Calagurrā magno cum honore sepulta visuntur. Tu autem.

℣. Die iiij. Lucij papę martyris in communi vnius mart. pręter iiij. v. et vj. lectio.

Lectio iiij.

LUcius patria Romanus, Gallo, Volusiano, Gallieno, et Valeriano Imperatoribus pontificatum gessit, Quorum tēporibus tanta in christianos sęuitia exorta est, vt paucę ipsorum domus, nedum ciuitatis aut prouincię fuerint cuius calamitatis expertes. Tu autem.

Lectio v.

HIc igitur Romā mortuo Volusiano, a quo relegatus fuerat, reuersus constituit, vt bini presbyteri, ac terni diaconi episcopum vbique comitarentur, testes videlicet eius vitę, actionumq; futuri. Ordinationibus sacris ter mense Decembri habitis, presbyteros iiij. diaconos. iiij. episcopos vij. creauit. Tu autem.

Lectio vj.

DEmum iubēte Valeriano acerrimo christiani nominis hoste martyriū passus, in cęmeterio Calixti sepultus est, quarto nonas Martij, cū sedisset annos tres, menses tres. Qui Valerianus meritas sue impietatis pęnas mox dedit. Illam paulo post christianum nomen ab ipso vexari cęptum, in bello Persico victus est, viuusque venit in hostium potestatem, apud quos tam miserabiliter in turpissima seruitute vixit, vt quoties Pacorus Persarum rex equum ascenderet, velut scabello dorso eius vteretur. Tu autem.

℣. Die v. Theophili episcopi omnia dicantur de communi vnius pontif. pręter sextam lectionem.

Lectio vj.

THeophilus episcopꝰ Palestinę ciuitatis, quę quondã turris Stratonis, siue Cęsarea dicebatur, nunc vero Pãcas dicitur, sub Seuero principe insignis sapientia, et cõspicuus sanctitate admodũ effulsit. Qui inter cętera laudabilia, cũ cęteris episcopis, synodicã, ꝛ vtilẽ valde aduersus eos qui cũ Judęis luna decima quarta pascha celebrant, cõposuit epistolã, et quieuit in dño tertio nonis Martij, teste Hieronymo de viris illustribus. Tu aũt.

Die vj. Martiani episcopi martyꝛ. omnia vt in communi. pręter iiij. v. ꝛ vj. lect.

Lectio iiij.

MArtianus martyꝛ, et episcopus apud Terdonã passus est, sub Adriano Imperatoꝛe, agẽte pręfecto Sapritio. Qui a ciuitate Mediolanensi, ad partes illas ab Imperatoꝛe delegatus, ciuitatẽ Terdonã ingressus. Martianum de christianitate suspectum in carcerẽ reclusum inuenit. Tu aũt.

Lectio v.

HO quẽ visitandũ sanctus Secũdus miles iam a Calocero in ciuitate Astensi in fide edoctus, sed occultus Christianus, cũ Sapritio venerat, eũq; satis videre desiderabat. Tunc, educente ipsum angelo, Martianus de carcere exiit, ꝛ Secũdũ visitauit, atque in dño confortauit. Post hęc, Secũdus Mediolanũ iuit, ꝛ a sanctis Faustino, ꝛ Jouita baptizatus fuit. Tu autem.

Lectio vj.

REdiens autem secundus, cũ iam nox esset, ꝛ ad ripã Padi venisset, angelus dñi frenũ equi accipiens super Padũ ipsum transuexit, ꝛ vsq; ad Terdonam perducens, ad Martianũ in carcerem introduxit. Post hęc Martianus eductus de carcere cum lamínis ferreis candentibus super verticem eius appositis illesus permãsisset, a Sapritio capitalem sententiã accepit. Et Secundus coꝛpus eius rapiẽs, sepeliuit, secundo nonis Martij.

Die vij. Thomę de Aquino confessoꝛ. omnia de communi vnius iusti, pręter quę sequuntur. Oratio.

DEus qui ecclesiã tuã beati Thomę cõfessoris tui mira eruditione clarificas,

rificas, & sancta operatione fœcundas, da nobis quęsumus, & quę vocuit intellecta conspicere, & quę egit, imitatione complere. Per Dominum.

Lectio j.

Sapi. c. 7. QEminẽ diligit Deus nisi eum, qui cum sapiẽtia inhabitat. Est enim speciosior sole, & super omnem dispositionem stellarum, luci cõparata inuenitur prior. Illi enim succedit nox, sapientiã autem nõ ca. 8. vincit malitia. Attingit ergo a fine vsque ad finem fortiter, et disponit omnia suauiter. Hanc amaui, & exquisiui eam a iuuentute mea. Et quęsiui sponsam mihi eam assumere, et amator factus sum formę illius. Generositatem illius glorificat, contubernium habẽs Dei: sed & omnium dñs dilexit illam. Tu autem.

Lectio ij.

DOctrix enim est disciplinę Dei, et electrix operum illius. Et si diuitię appetuntur in vita: quid sapientia locupletius, quę operatur omnia? Si autem sensus operatur: quis horũ quę sunt, magis quam illa est artifex? Et si iustitiam quis diligit labores huius magnas habent virtutes. Sobrietatẽ enim, & prudentiam docet, & iustitiã, & virtutem, quibus vtilius nihil est in vita hominibus. Tu autem. Lectio iij.

ET si multitudinẽ scientię desiderat quis: scit preterita, & de futuris estimat: scit versutias sermonum, & dissolutiones argumẽtorũ, signa, & mõstra scit antequam fiant, & euentus temporum, et seculorum. Proposui ergo hanc adducere mihi ad cõuiuendum, sciens quoniam mecum cõmunicabit de bonis, et erit allocutio cogitationis, et tędij mei. Habebo propter hanc claritatem ad turbas, et honorem apud seniores. Iuuenis, et acutus inueniar in iudicio, et in cõspectu potentiũ admirabilis ero, & facies principũ mirabũtur me. Tu aũt.

Lectio iij.

THomas vir doctrina, et sanctitate clarus, Aquini natus loco illustri ex comitum familia, patria vastata a Cõrado Imperatore, relictus est a profugis parẽtibus in cœnobio Lasinẽsi monachis cõmendari.

Vbi

Vbi aliquandiu literis studuit, ac religioni. Deinde monachus prędicatorũ ordinis factus, Alberto Magno pręceptori operam dedit in conuentu Coloniensi. Tu autem.

Lectio v.

EQue processit eruditionis in defessa cura, et ingenij magnitudine, vt facile principatum obtineret in Gymnasio Parisiensi. Vbi philosophiã, Theologiamq; docuit, cum maxima sua laude. Tot libros de philosophia ac Theologia doctissime cõscripsit, vt longum sit enumerare. Quorũ summam theologicam quatuor libris, adhibita etiam quadam lima, senex cõplexus est. Romam vero accersitus ab Vrbano papa spretis dignitatibus quę vltro ipsi a pontifice offerebantur, nulli rei pręter quam lectioni, & scriptioni vacabat. Tu autem.

Lectio vj.

QVi etiam viuens miraculis claruit. Sed iussus a pontifice Gregorio decimo Lugdunum, ad concilium, quod ibi cogebatur, contendere, dum profectionem pararet, febri correptus ad monasterium Follã nouam appellatũ, emigrauit ad Dominũ anno Christi Natiuitatis M. cclxxiij. nonis Martij, suę vero ętatis quinquagesimo. Quem postmodum Ioannes papa vigesimus secũdus sanctorum confessorum numero aggregauit.

℣ Die viij. Perpetuę & Felicitatis, et comitum earũ marty. omnia dicantur vt in communi plurimorũ mart. pręter quę sequũtur.

Oratio.

DA nobis quęsumus dñe Deus noster, sanctarum martyrum tuarum Perpetuę, & Felicitatis, et comitum earum palmas incessabili deuotione venerari, & quos digna mente non possumus celebrare, humilibus saltem frequentemus obsequijs. Per Dñm.

Lectio j.

IN ciuitate Viburbitanorum, quę est in Mauritania, Valeriano, & Galieno principibus, a proconsule Tarnutio comprehensi sunt viri sancti, Satyrus, & Saturninus fratres, Reuocatusque, & Felicitas etiam fratres, Perpetuaq; nobilis fęmina, quę filium infan-

infantē lactabat. Omnesq; simul in carcerem sunt retrusi. Tu autem.

Lectio iij.

QVod cum audissent Perpetuę parentes, conati sunt filiam decipere, atque a pia religione reuocare. Cęterum illa nō ferens quę de Christo parentes impie blaterabant, Abscedite, inquit, a me totius impietatis assertores, nescio vos. Tu autem.

Lectio iiij.

CVmq; omnes ad prę fidem fuissent ducti, nec vllis blandimentis, aut minis flecterentur, tandem ad bestias sunt damnati, in carcere tamen ad Cęsaris natale seruati. Tu autem.

Lectio v.

QVm in vinculis tenerentur, Fęlicitas, quam vterum gestare tunc patuit, prece suorum comitum filium repente peperit, ac cuidā ex custodibus querenti, quid animi sit habitura in amphiteatro cū rugiant leones, respondit. Hic crucior ego, illic Dñs patietur pro me. Tu autē.

Lectio vj.

IAm Cęsaris natalis aderat, et productos sanctos martyres Fęlicitas sancta subsequitur, tēditq; a sanguine carnis ad sanguinem salutis, & ab obstetrice festinat ad gaudium. Tu autem.

Lectio vij.

IAgens fit hominū cōcursus in amphiteatrum, & sancti manibus post terga reuinctis in eius meditullio destituuntur, cum bestię repente dimissę eos inuadunt. Satyrus & Perpetua a leonibus, Saturninus, et Fęlicitas a leopardis deuocati sunt. Reuocatus, & cęteri gladio percutiuntur, nonis Martij. Tu autem.

¶ Die ix. Sanctorum quadraginta militum martyrum omnia de cōmuni plurimorum martyr. pręter expressa.

Oratio.

PRęsta quęsumus omnipotens Deus, vt qui gloriosos martyres fortes in tua confessione cognouimus, pios apud te in nostra intercessione sentiamus. Per Dominum.

Lectio iij.

APud Sebasten Armenię minoris vrbem tempore Licinij Imperatoris, prędide Agricolao, quadraginta milites chri-

stiani

stiani comprehẽsi, post vincula, & cruciatus impositis custodibus in stagnum missi sunt, instante bruma, vt aqua nocturno frigore concrescente, constricta ipsorũ corpora dirumperentur, apposito tamẽ balneo, quo pateret effugium, si quis eorũ a cõfessione Christi discessisset. Itaque vnus frigoris vehementiam non ferẽs, negato Christo ad balneum confugit. Sed cum primum attigit calorem, expirauit. Tu autem.

Lectio v.

QVo perspecto cęteri gra Christi recreati in Dei laudes eruperunt. Circa horã vero tertiã noctis resplenduit velut sol, lumẽ super eos, & glacies dissoluta est. Custodibus autẽ somno grauatis, solus custodię prefectus vigilabat, qui audiens orantes, miratusque lucem, ac glaciem resolutam, vidit super eos coronas descendentes numero triginta nouem. Tu autẽ.

Lectio vi.

TVnc vero miraculo cõmotus expergefactis sociis proiecit vestimẽta in facies eorũ, & exiliuit in stagnum clamore se christianũ esse professus. Cum autem illuxisset, & extracti fere omnes essẽt examines igne combusti sunt, ac cineres in fluuiũ proiecti, vt per omnem creaturam eorum transiret certamen, vt vere possint vocem illam vsurpare, transiuimus per ignẽ, et aquam, et eduxisti nos in refrigerium. Passi sunt autem septimo idus Martij. Tu autem.

¶ Die x. Patiani episcopi Barchinonensis, vt in cõmuni vnius pontificis præter vj. lect. Lectio vi.

PAtian⁹ episcop⁹ apud Barchinonam, eiusdẽ pontifex ecclesię claruit, vir castitate insignis, vita, & sermone clarus. Varia compilauit opuscula, ex quibus est Cerb⁹, & liber cõtra Nouatianos. Tempore autem Theodosij primi, vltima senectute fessus finẽ vite sortitus est, teste Hieronymo de vitis illustribus, moritur autẽ septimo idus Martij. Tu autem.

¶ Die xj. Vincẽtij abbatis martyr. omnia vt in cõmu. vnius martyris præter oratione iiij. v. & vj. lect. Oro.

DEus, qui beatũ Vincentiũ abbatẽ catholice

ticę prędicationis gratia sublimatū palma martyrij decorasti, da ecclesię tuę, & ipsius oratione proficere, et intercessione muniri. Per Dñm. Lectio iiij.

HIspaniam, siue id soli, metallorūq; vbertas, seu domesticę seditiones, seu cęli tēperies effecerit, exterę nationes, et plerąq; barbare sępissime occuparunt. Nam & Carthaginenses, & Romani, & Gothi, et Machometani, & Vandali, & Alani illā nōnunquā possederunt. Inter quas Suevi Hermanię populi in illā irrūpentes, Callaicos, atq; vicinos illis populos in ditionem suā redegerūt. Suevi igitur Arriana hęresi infecti, variis dolis varioque cruciatuū genere subditos sibi populos in suam hęresim pertrahere conabātur. Tu aūt. Lectio v.

QUorū rex Ricilianus Vincentium abbatē cœnobij sanctorum martyrū Claudij, Luperciq, & Victorici in suburbio Legionis vrbis, sub diui Benedicti regula virum orthodoxę fidei obseruātissimum, ad se in concilium, quod congregauerat, aductum grauissima obiurgatione increpauit, quod in Arrianum dogma nō consentiret. At eum Vincentius respondisset, prestare mori, quam catholicam fidem deserere, quam Nicęna synodus sua auctoritate approbasset. Tu autem. Lectio vj.

TAliusmodi respōso iram versus Recilianus, spoliatum Vincentiū in medio concilio flagris crudeliter cędi imperat. Sed dum sanguis ex flagellorum vicibus fluere cepisset in terram, iubet illum rex tenebroso carcere asseruari, obsignatus anulo regio carceris fozibus. Sed diuinitus ab angelo multa luce carcerem illustrante, suę integritati restitutus, laudes Deo canebat. Productus itaque postridie in cōcilium, altissima voce coram omnibus fidei symbolum, quo Arrianorum hęresis damnata est, in concilio cum recitasset, sed nihil prius, aut posterius, nil maius aut minus: sed totę tres persone coęternę sibi sunt et coęquales, mortī addicitur. Passus est autem, quinto idus Martij. Post multū vero tēporis

Quetum

Quetum est translatum, vbi assiduis claret miraculis. Tu autem.

℣ Die xiij. Gregorij papę omnia, vt in cõmuni vnius pontifi. doctoris pręter hic expressa. Oratio.

DEus, qui animę famuli tui Gregorij ęterne beatitudinis pręmia cõtuliſti, concede propitius, vt qui peccatorum nostrorum pondere premimur, eius apud te precibus subleuemur. Per Dominum.

Lectio j.

Eze. c. 34. HEc dicit dñs Deus, Ecce ego ipse requiram oues meas, & visitabo eas, sicut visitat pastor gregẽ suum in die quando fuerit in medio ouium suarũ dissipatarum, sic visitabo oues meas, & liberabo eas de omnibus locis in quibus dispersę fuerant in die nubis & caliginis. Et educã eas, de populis, et congregabo eas de terris, & inducã eas in terram suam, & pascam eas in montibus. Israel in riuis, & in cunctis sedibus terrę. In pascuis vberrimis pascam eas, & in montibus excelsis Israel erunt pascua earum. Tu autem.

Lectio ij.

VBi requieſcent in herbis virentibus, & in pascuis pinguibus pascentur super montes Israel. Ego pascam oues meas, et ego eas accubare faciam, dicit dominus Deus. Quod perierat requiram, & quod abiectum erat, reducam: et quod confractum fuerat, alligabo, & quod infirmum fuerat, consolidabo, & quod pingue, & fortę, custodiã: & pascã illas in iudicio. Vos autem greges mei hęc dicit dñs Deus, Ecce ego iudico inter pecus, & pecus, arietum, & hircorũ. Tuaũt.

Lectio iij.

NOn ne satis vobis erat pascua bona de pasci? Insuper & reliquias pascuarum vestrarum conculcastis pedibus vestris: & cum purissimam aquam biberetis, reliquam pedibus vestris turbastis. Et oues meę hijs quę cõculcata pedibus vestris fuerãt, pascebantur: & quę pedes vestri turbauerant hęc bibebant. Propterea hęc dicit dñs Deus ad vos, Ecce ego ipse iudico inter pecus pingue, & macilentum, pro eo quod lateribus, & humeris impingebatis, et cornibus

vestris

vestris ventilabatis omnia infirma pecora, donec dispergerentur foras: saluabo gregem meum, & non erit vltra in rapinam, & iudicabo inter pecus & pecus, Et suscitabo super eas pastorē vnum qui pascat eas, seruum meum Dauid: ipse pascet eas, & ipse erit eis in pastorem. Ego autē dominus ero eis in Deum: et seruus meus Dauid princeps in medio eorum. Ego dominus loquutus sum. Tu aūt.

Lectio iiij.

GRegorius patria Romanus, ex ordine senatorio, magno omnium consensu inuitus etiam, cū monachus esset, atque lequita, pontifex creatur anno dñi sexcentesimo decimo nono. Qui sic vixit, vt clarissimū exemplum reliquerit successoribus suis: vel morum sanctitatis, vel diligentię in rebus agēdis, vel doctrinę, quam variis scriptis ostendit, quę multa, et præclara posteritati reliquit. Tu autem. Lectio. v.

HIc instituit, vt kyrie eleison nouies in ecclesia caneretur. Item, vt cātaretur Alleluya, præter quam a septuagesima vsq; ad pascha. Idem in canone redegit illud. Diesq; nostros in tua pace disponas. Nec nō supplicationes maiores, quas greci Litanias vocant, & stationum magnam partem instituit. Tu autem. Lectio vj.

HAb hoc, probis, doctis q; viris ad prędicandum euāgelium missis, Angli fidē Christi integre publico consensu acceperunt. Eiusdem potissimum opera Gotthi ad catholicam fidem ex Arriana secta redierē. Hic paternam domum in monasterium conuertit, vbi pauperes peregrinos alebat. Obijt anno sui pōtificatus decimotertio, mense sexto, quarto idus Martias. Sepultusque est in basilica beati Petri. Tu autem.

¶ Die xiij Leandri archiepiscopi omnia dicātur vt in communi vnius pontificis præter sequentia.

Oratio.

OMnipotens sempiterne Deus, cui cūcta famulantur elementa, intercedente beato Leandro cōfessore tuo, atque pōtifice, exaudi propitius orationē nostrā, & tribue nobis miseri-

ricordiam tuam, vt quęcunque præcipis, ipso adiuuante implere possimus. Per Dñm. Lectio j.

LEander genitus a patre Seueriano duce, natione Carthaginēsis prouincię Hispanię, professione monachus, ex monacho Hispalēsis ecclesię prouincię Bethicę constitutus est episcopus. Hic vir suauis eloquio, ingenio præstātissimus, vita quoq; atq; doctrina extitit clarissimus. Tu autem. Lectio ij.

QVi aduersus Arrianā hęresim zelo fidei accensus ad Constantinopolitanum concilium contendit, vbi Gregorio magno tunc cardinali, vicē Romani pontificis agenti, arctissima coniunctus est amicitia, a quo etiam morale m beati Iob expositionē præcibus impetrauit. Rediēs autē contra furentes Leouigildi regis Gotthorum Arriani conatus fortissimus athleta se opposuit. Tu aūt. Lectio iij.

HIT perfidus rex, Hermegildo christianissimo filio pro fidei veritate interfecto, sanctum episcopū cū alijs exilio relegauit. Sed ab ipso admonitus, atque correptus, cū apud Toletum grauius infirmaretur, tam moriturus præcepit filio suo Recaredo successori, vt sanctos episcopos ab exilio reuocaret, ac Leandrum, Fulgentiumq; tanq; patres haberet. Tu autem. Lectio iiij.

QVo mortuo, Leādrū ab exilio reuertētē lęta suscepit Hispania, Qui non solum Recaredum regem successorem in fide catholica instruxit, sed & aduersus hęreticorū dogmata plures edidit libros, et ad Florentinam sororē suā de institutione virginum, & de contemptu mundi libellos edidit. Insuper de ecclesiasticis officijs, & in toto Psalterio orationes duplici modulatione, et alia plura conscripsit. Tu autē. Lectio v.

ITitur beatissimus Leāder corpus suū in Dei seruitio quotidie macerās plenus Dei timore, prudētia summus, eleemosinis nimium deditus, & omnibus abundans virtutibus, sub Recaredo viro religioso ac principe glorioso, mortalis vitę terminū clausit extremum

mum. Tu aũt. Lectio vj.

QUi tam in vita quam in morte multis claruit miraculis, obiit autem tertio idus Martij, Era sexcentesima quadragesima, & intra ecclesiam sanctarũ Justę, et Rufinę apud Hispalim, in qua quotidie deseruierat tumulatur. Tu autem.

Die xiij Florẽtini virginis omnia de communi virginis præter iij. v. et vj. lectio.

Lectio iiij.

FLorentina virgo Severiani Carthaginẽsis ducis filia, fratres habuit Leandrũ, Fulgẽtium, & Isidorum clarissimos ecclesię doctores, totiusq; Hispanię prosectores. Tu autem. Lectio v.

QUam sancti præsules ob eius morũ sanctitatem, ac pudicitiam tenerrime diligebant, corporisq; et animę cibos, tam ei, quã sororibus, quarum multitudini præerat, affluenter impartiebantur. Tu autem.

Lectio vj.

QUde beatus Leãder ad eius consolationẽ libellos duos cõscripsit, alterum de institutione virginum, alterum de mundi contemptu. Habuit sub custodia plurima monasteria, in quibus copiosa virginum frequentia sua doctrina, & fęlici administratione degebat. Et plena virtutibus ac sanctitate, post depositionem beati Leandri fratris sui, dormitionem accepit. Tu autem.

Die xv. Longini martyr. omnia de communi vnius marty. præter orationem, & vj. lectio. Oratio.

DEus qui sancti martyris tui Longini oculos animę, & corporis aperuisti, da nobis quesumꝰ prosperitatis claritatem, & pacem, vt absque peccatorum cęcitate tecum viuere valeamus. Per dñm.

Lectio vj.

SAnctus Lõginus cruci cum aliis militibus astãs, latus dñi lancea aperuit, & tũc nutu Dei sanguis de latere exiens, per lanceã defluens, oculos eius tetigit, quorũ graui ęgritudine laborabat. Ad cuius tactũ integrã subito sanitatẽ recepit. Quo viso, & aliis signis, quę in in Christi morte hebãt, cõuersus est, & militię renũtians, ab apostolis insti-

tutus viginti octo annis apud Cęsaream monasticā vitam egit. Vbi vitę exemplo, & prędicatione multos conuertit ad Christū. Post modum vero sęuiente persecutione, sub Octauiano pręside, capite cęsus migrauit ad dñm. Tu autem.

Die xvj. Hilarij episcopi cū sociis suis martyribus, omnia vt in communi plurimorum martyrum.

Die xvij. Patricij episcopi, omnia de cōmuni vnius pontificis.

Die xviij. Gabrielis archangeli, in primis vesper. super psal. Dñs. **Conclusus est thalamus**, vt infra, in j. noctur. psalm. feriales.

Capitulum.

Dani. c. 9. Ecce vir Gabriel, quē videram in visione a principio, cito volans, tetigit me in tempore sacrificij vespertini, & docuit me, & locutus est mihi. Deo grās. ℟. **Gabrielis oraculum.** vt infra, post vj. lectio.

Hymnus.

Gabriel fulgidus inter confocios, possęq; validus ad actus varios, laudetur hodie.

Hunc cęli nuntium Jesu mysterij famosum nimium Christi collegij reddit credentię.

In tot agminibus cęli spirituū, iste prę omnibus ad nimis arduū, opus eligitur. Quod excellentię maius iudicium, quam quod clementię, tantę mysterium, isti committitur?

Huius legatio cū sit prę aliis dignus prędicatio: est et amabilis, cū reuerentia.

Seruet, stabiliat, ab hoste liberet, nos lętos faciat, deoq; fęderet Gabriel fulgidus. Amen. ℣. **Adorate dominū omnes angeli eius.** ℟. **Audiuit & letata est Syō.** Ad Magn. Dñs. **Princeps gloriosissime Gabriel archangele, este memor nostri: hic & vbiq; semper precare pro nobis filium Dei.**

Oratio.

Deus, qui inter cętetos angelos ad annūtiandum incarnationis tuę mysterium Gabrielem archangelum ministrum elegisti, concede clementius, vt qui festum eius celebram⁹ in terris, ipsius patrocinio sociemur in cęlis. Qui viuis. Ad Matut. Inuitat. Regi qui misit nuntium Gabrielem ad virginem. ℣. **Nos iubilare congruum, et deces est**

est per hunc diem. Psalm. Venite. fol. 1.

Hymnus.

Vitam quã lucifer per suam abstulit: Gabriel dulcifer per plenam attulit Marię gratiam.

Fortis vocabulo, virtute fortior deuicto Zabulo victoriosor corona floridus. Seruet, stabiliat, vt sup.

¶ In j. noctu. Ańa. Vernãs pudoris lilium nubere recusauit, sed oraculum diuinum angelicum aliud iudicauit. Psal. Domine, dominus noster. fol. 3. Ańa. Secretũ legi consonũ tunc Deus promulgauit, quando per suũ angelum primum splendorẽ virginum in matrem consecrauit. Psa. In dño confido. fo. 5. Ańa. Cõclusus est thalamus & cõtremuit locus, vbi Gabriel archangelus descendebat de celo. Psal. Dñe, quis habitabit. fol. 6. ℟. Stetit angelus iuxta aram templi. ℣. Habens thuribulum aureũ in manu sua. Pater noster. Lectio j.

Gabriel archãgelus ętherni regis apochrisarius, et cęlestis paranymphus interpretatur fortitudo Dei. Hic missus fuit ab excelso ad humilem, a dño ad ancillam, a creatore ad creaturam, a numine ad virginem. Virginem quidem carne, virginem mente, virginem professione, virginẽ talem qualẽ describit apostolus, virginem scilicet mẽte, et corpore sanctam. Tu autem. ℟. Creaturis peccantibus, vniuersum mulctatur, hinc in secretis signibus secretũ pertractatur. ℣. Cũ quo misit ad virginem rex cęli fortitudinem, vt mũdus redimatur. ℟. Almus apochrisarius vt virginem affatur, anxius eius animus pauescens meditatur. ℣. Cum quo.

Lectio ij.

Missus est autem Gabriel cęlestis nuntius in ciuitatem Galilęę, idest transmigrationis, cui nomen, Nazareth, quę interpretatur flos. Erat autem virgo virginum in domo, clauso cubiculo, cui nimirum erat in proposito fugere populi frequentias, fugere consortia, ne vel orantis perturbaretur silentiũ, vel cõtinentis castitas tentaretur. Tu autem. ℟. Gabrielis oraculum, vt virgo põderauit, mox cordis habitaculum prudenter preparauit. ℣. Et totum virgo credidit,

quod paranympha edidit, nec quicquam dubitauit. ℣. Lō cepit virgo regia ad hanc cre delitatem eternam veritatē, q̄ mundū illustrauit. ℟. Et

Lectio iij.

QAuferat siquidē illa hora cubiculum prudentissima virgo hominibus, sed non angelis, proinde, ꝙ si potuit intrare angelus, non tamen vsui hominum facilis patebat accessus. Tu autem. ℣. Missus est Gabriel angelus ad Mariam virginem desponsatam Joseph, nuntians ei verbum, et expauescit virgo de lumine. Ne timeas Maria, inuenisti gratiam apud dominū. ℟. Ecce concipies, ꝙ paries, ꝙ vocabitur altissimi filius. ℣. Dabit ei dominus Deus sedem Dauid patris eius, et regnabit in domo Jacob in eternū. ℟. Ecce. ℣. Gloria. ℟. Ecce.

℣n ij. nocturn. Ant̄. Laudemus dñm, quē laudāt angeli, quem Cherubin, ꝙ seraphin sanctus, sanctus, sanctus proclamant. ℣sal. Cęli enarrant. fol. 8. Ant̄. Ascendit fumus aromatū in conspectu dñi de manu angeli. ℣sal. Domini est terra. fol. 14. Ant̄. Gabriel archangele veni in adiutorium populo Dei. ℣sal. Benedicā dñm. fol. 18. ℣. Ascendit fumus aromatum. ℣. In conspectu dñi de manu angeli. Pater noster.

Lectio iiij.

GAbriel vero archāgelus facie rutilans, veste coruscans, aspectu mirabilis, ingressu terribilis, virginalē thalamū assumpto sibi de aerea substantia corpore subintrauit. Hec mirum, quia spiritui angelico parietes non obsistunt, sed cuncta ei visibilia cedunt, cunctaq̄ corpora, quātum cumq̄ solida, siue spissa penetrabilia sūt ei, ac pertua. Tu autem. ℣. Gabriel angelus apparuit Zacharie dicens, Nascetur tibi filius, ꝙ nomen eius Joannes vocabitur. ℟. Et multi in natiuitate eius gaudebunt. ℣. Erit enim magnus coram dño: vinū ꝙ sicerā nō bibet. ℟. Et multi.

Lectio v.

EX fuę nature subtilitate hoc habet angelus, vt nunq̄ seris ferreis eius arceat ingressus. Ingressus igitur thalamū virginalē, salutauit dicēs, Aue gratia plena, dñs tecū. Tecū in vētre, tecum in mente, tecum in vtero, tecū in auxilio. Et benedictus fructus vētris

tui.

tui. Benedictus in odore, benedictus in sapore, benedictus specie seu colore. Tu autem. ℣. Loquutus est ad me vnus ex septē angelis dicens, veni, ostendam tibi nouā nupram sponsam agni. ℟. Et vidi Hierusalem descendentem de celo ornatam montibus suis. ℣. Et sustulit me in spiritu in montem magnū, & altū. ℟. Et vidi. Lect. vj.

MIra res, missus fuit Gabriel ad virginem, & antequam ad virginē peruenisset, inuenit Dei maiestatem virgineis illapsam visceribus, & virginei ventris breuitate conclusam. O venter diffusior cęlis, capacior terris, amplior elementis, qui totum claudis omnia claudentem. In te Deus glorię recuruatur. Tu autem. ℣. Audiui vocem de cela angelorum multorum dicentium. ℟. Timete dominum, & date claritatē illi, et adorate eum, qui fecit celum, et terram, mare, & fontes aquarum. ℣. Vidi angelum Dei fortem volātem per medium celum, voce magna clamantē, & dicentē. ℟. Timete. ℣. Gloria pri. ℟. Timete. ℭ In iij. nocturn. Ańa. Gloriosus apparuisti in cōspectu dñi: propterea decorē indutte dñs. Psal. Cantate. fo. 46 Ańa. Data sunt et incensa multa, vt adoleret ea ante altare aureum, quod est ante oculos dñi. Psal. Dñs regnauit exultet. fol. 46. Ańa. Stetit angelus iuxta aram tēpli, habens thuribulū aureū in manu sua. Psa. Benedic. j. fo. 49 ℣. Gloriosus apparuisti in conspectu dñi. ℟. propterea decorē indauite dñs. pater noster.

ℭ Lectio sancti Euangelij secundum Lucam. Luca ca. 1.

IN illo tēpore, Missus est angelus Gabriel a Deo in ciuitatē Galileę, cui nomē Nazareth, ad virginē desponsatā viro, cui nomē erat Joseph, de domo David, & nomen virginis Maria. Et reliqua.

Homilia venerabilis Bedę presbyteri.

EXordiū redemptionis nostrę fratres charissimi, hodierna nobis sancti euangelij lectio cōmendat, quę angelū de cęlis Deo missum narrat ad virginē, vt nouam in carne natiuitatē filij Dei prędicaret, per quam nos abiecta vetusta noxia, reuocari, atq; inter filios Dei cōputari possim⁹

Tu autem. ℟. In tempore illo cõsurget Gabriel, qui stat pro filijs vris. ℣. Et veniet tẽ pꝰ, quale nõ fuit ex eo, ex quo gentes esse ceperũt vsque ad tempus illud. ℟. In tempore illo saluabitur popul⁹ tu⁹ omnis qui inuẽtus fuerit scriptus in libro vite. ℣. Et veniet.

Lectio viij.

UT ergo ad promisse salutis mereamur dona pertingere, primordium eius intenta curemus aure percipere. Missus est (inquit) angelus Gabriel a Deo. Aptum profecto humanę reparationis principiũ, vt angelus a Deo mitteretur ad virginem, partu consecrandam diuino. Tu autem. ℟. Gaude Maria virgo cunctas hereses sola interemisti, que Gabrielis archãgeli dictis credidisti. ℣. Dũ virgo Deum, et hominem genuisti, et post partum virgo inuiolata permansisti. ℟. Gabrielem archangelum credimus diuinitus re esse affatũ: verum tuũ de spiritu sancto credimus impregnatum. Erubescat Judeus infelix, qui dicit Christum ex Joseph semine esse natum. ℣. Dũ virgo.

Lectio ix.

QUia ergo prima perditionis humanę fuit causa, cum serpens a diabolo mittebatur ad mulierem spiritu superbię decipiendã, imo ipse in serpente diabolus veniebat, qui genus humanum, deceptis parentibus primis, immortalitatis gloria nudaret, Quia ergo mors intrauit per fęminam, apte reddit et vita per fęminã, illa a diabolo seducta per serpentem, viro gustum necis obtulit: hęc edocta a Deo per angelũ, mundo auctorem salutis edidit. Tu autẽ. ℟. Gabriel archangelus celestis regis apocrysiarius, paranymphus. ℣. Interpretatus fortitudo Dei. ℟. Hic missus fuit ab excelso ad humilem, a domino ad ancillam. ℣. Interpretatur. ℟. Gloria patri. ℣. Interpretatur. Te Deum laudamus. ℟. In conspectu angelorũ psallã tibi Deus meus. ℣. Et adorabo ad templum sanctum tuum.

℣ Ad Laud. Alls. Mittit ad virginem non quemuis angelum, sed fortitudinem suã archangelum amator hominis. Psalm. Laudũ Dominicalium. Ant. Magnum expediat pro nobis nuntiũ, optari

tacta

faciat regi hospitium in aula virginis. Ant. Accede, nuntia, dic, Aue dña, dic, plena gratia, dic, tecum dominus, & dic, Ne timeas. Ant. Virgo suscipias celi depositum, manna custodias in te repositum, clausa restituas. Ant. Audit & suscipit puella nuntium credit, et concipit, et parit filium dictum Emanuel. Capitulum, hymnus, & versus. vt in vesper. Ad Benedi. Ant. Quomodo fiet istud angele Dei, quia virum in concipiendo non pertuli? Audi Maria Christi virgo, spiritus sanctus superueniet in te, et virtus altissimi obumbrauit tibi. Oratio vt sup. in vesp.

¶ Ad horas diei, Anę laud. ¶ Ad tertiam, sextam, & nonam, capitulum, vt supra. Ad Tertiam. ℟. Stetit angelus. ℘. Juxta aram tẽpli. ℣. Habens thuribulum aureum in manu sua. ℘. Juxta. ℣. Gloria patri. ℟. Stetit.

Ascẽdit fumus. vt infra. Oratio vt supra.

¶ Ad Sextam. ℟. Ascẽdit fumus. ℘. Aromatum. ℣. In conspectu domini de manu angeli. ℘. Aroma. ℣. Gloria patri. ℟. Ascendit. ℣. In conspectu angelorum. vt infra. Oratio vt supra.

¶ Ad Nonam. ℟. In conspectu angelorum. ℘. Psallã tibi Deus meus. ℣. Et adorabo ad templum sanctum tuũ. ℘. Psallam. ℣. Gloria patri. ℟. In conspectu. ℣. Adorate dominum. vt in vesper. Oratio vt supra.

¶ In secundis vespe. Anę, Laud. Psalm. Dixit dñs. fol. 68. Cõfitebor tibi. fo. 68. Beatus vir. fol. 68. Laudate pueri. fol. 68. Confitebor tibi dñe in toto corde meo quoniam. fo. 4. Capitulum, hymnus, et vers. vt in primis vespe. Ad Magn. Ant. Gabriel angelus loquutus est Marie dicẽs, Ane gratia plena, dñs tecum: Benedicta tu in mulieribus, et benedictus fructus vẽtris tui. Oratio vt supra.

Fiat commemorat. sancti Joseph confess. vt infra.

¶ Die xix. Joseph confes. omnia dicantur vt in communi vnius iusti pꝛeter quę sequuntur. Oratio.

DEus, qui beato Joseph, vt vnigenito filio tuo digne, & laudabiliter deseruiret, copiosum munus gratię contulisti, da nobis quesumus famulis tuis nostrorum venia peccatorum, vt eius interue-

nientibus meritis, ab omnibus mereamur aduersitatibus liberari. Per eundē.

Lectio j.

Beatus Bernardus super Missus est.

MIssus est angelus Gabriel a Deo in ciuitatē Galileę, cui nomē Nazareth, ad virginē desponsatā viro, cui nomē erat Ioseph. Virum nominat non quia maritus, sed quod homo virtutis erat: vel potiꝰ quia iuxta aliū euāgelistā, non vir simpliciter, sed vir eius dictus est, merito appellatur, quod necessario putatur. Tu autem.

Lectio ij.

DEbuit igitur vir eius appellari, quia necesse fuit eē putari: sicut et pater saluatoris non quidem esse, sed dici meruit, vt putaretur esse, dicēte hoc ipso euāgelista, et ipse Iesus erat incipiens quasi annorum triginta, vt putabatur filius Ioseph. Tu autem.

Lectio iij.

NEc vir ergo matris, nec filij pater extitit, quanuis certa (vt dictum est) ⁊ necessaria dispensatione, vtrūq; ad tēpus, ⁊ appellatus sit, ⁊ putatus. Tu aūt.

Lectio iiij.

QOnisce tamen ex hac appellatione, qua, licet dispensatoria, meruit honorari a Deo, vt pater Dei dictus, ⁊ creditus sit. Conisce ⁊ ex proprio vocabulo, quod augmentum nō dubitas interpretari, quis, et qualis fuerit homo iste Ioseph. Simul ⁊ memento magni illius quondam patriarchę vēditi in Aegypto: ⁊ scito ipsius istum non solum vocabulum esse sortitum, sed ⁊ castimoniam ad eptum, innocentiam assecutum, ⁊ gratiam. Tu autem.

Lectio v.

SIquidem ille Ioseph fraterna ex inuidia vēditus, ⁊ ductꝰ in Aegyptum, Christi vēditionē prefigurauit, iste Ioseph Herodianā inuidiam fugiens, Christum in Aegyptū portauit. Ille dño suo fidē seruans dñę noluit commisceri, iste dominā suam dñi sui matrē virginem agnoscēs, ⁊ ipse continēs fideliter cū Rodiuit. Tu aūt. Lect. vj.

NOn est dubium, quin bonus, et fidelis homo fuerit iste Ioseph, cui mater desponsata est saluatoris. Fidelis (inquam) ser

uus

uus ꝛ prudens, quem cōstituit dñs suę matris solatiū, suę carnis nutritium, solū denique in terris magni cōsilij coadiutoꝛē fidelissimū. Huc accedit, quod dicitur fuisse de domo Dauid. Vere enim de domo Dauid. Vere de regia stirpe descendit vir iste Joseph, nobilis genere, nobiliꝛ et mente. Tu autē. Alię tres lectiones Euāgelium cum homilia vt in vigilia Natiuitatis domini. fo.

¶ Die xx. Alexandri episcopi martyꝛ. omnia dicantur de cōmuni vnius martyꝛis pręter vj. lect. Lectio vj.

ALexāder episcopus ꝛ martyꝛ, vt refert beatus Hieronymus, apud Cęsareā passus est. Hic sanctorū visendoꝛum causa Hierosolymam veniens, diuina reuelatione eiusdē loci gubernacula suscepit. Hā cū Narcisus Hierosolymoꝛū, episcopus esset annoꝛū sexdecim centum, ꝛ propter niniam senectutē curę pastorali intēdere non posset, voce de cęlo prolapsa, vt oēs ciues eidē Hierusalē venīenti occurrerent, ꝛ ipsum fuū vna cū Narciso episcopum oꝛdinarent, a populo honorifice susceptus, ꝛ factus est Narciso coadiutoꝛ, ꝛ eiusdē post obitū ipsi successoꝛ. Post hęc Romam venit ad apostoloꝛū limina visitāda: Reuersus autē Hierosolymā, sub persequutione Decij ductus est Cęsareā, ꝛ dū in diebus multis multo ferri pondere vinctū de carcere ad tribunalia iudicis, et inde ad carcerē duceretur, inter ipsa sibi vicissim succedentia toꝛmenta defecit, atq; ob confessionē Chriſti martyꝛiū cōpleuit decimoquinto Kłas Aprilis. Tu autē.

¶ Die xxj. Trāslatus sancti Benedicti abbatis omnia dicātur vt in cōmuni vnius iusti vel abbatis, pręter hic expressa. Lectio j.

AUdite filij disciplinā patris, ꝛ attendite vt sciatis pꝛudentiā. Donū bonū tribuā vobis: legem meā ne derelinquatis. Hā ꝛ ego filius fui patris mei, tenellus, ꝛ vnigenitus coꝛam matre mea: ꝛ docebat me, atq; dicebat. Tu aūt. Pro uerca. 4

Lectio ij.

SUscipiat verba mea coꝛ tuum, custodi pręcepta mea, et viues. Possside sapiētiam, posside pꝛudentiam. Ne obliuiscaris, neque declines a verbis oris

oris mei. Ne dimittas eam, & custodiet te, dilige eam, & conseruabit te. Principiū sapiētię, posside sapientiā, et in omni possessione tua acquire prudentiā. Tu autem.

Lectio iij.

Apprehende illam, & exaltabit te, glorificaberis ab ea, cum eam fueris amplexatus. Dabit capiti tuo augmenta gratiarum, & corona inclyta proteget te. Audi fili mi, & suscipe verba mea, vt multiplicentur tibi anni vitę. Viam sapientię monstrabo tibi, & ducam te per semitas equitatis. Quas cum ingressus fueris, non arctabuntur gressus tui, & currens non habebis offendiculum. Tu aūt.

Lectio iiij.

Benedictus ex Vrsia ciuitate claris parentibus ortus, & Romę liberalibus disciplinis eruditus, ab ipsa infantia Christum egregia pietate coluit, et miraculis claruit. Quod vt faceret expeditius, in solitudinem, & specum quandā profundā, ad locum, qui dicitur Sublac⁹ secessit. Vbi triēnio latuit, cūctis hominibus incognitus, prēter Romanum monachū, qui ei necessaria subministrabat. Tu autem.

Lectio v.

In qua solitudine, cum die quodam diabolica tentatione ardore libidinis vreretur, se in spinis, et vepribus nudū volutauit, donec cruentus, & laceratus tēptationē superaret. Deinde vocatus a quibusdā monachis, vt ipsorum monasterio prēesset, quidā ipsorum dissoluti, cum paulo seuerius ab eo tractarentur, ipsum venenato vino necare constituerunt. Tu autem.

Lectio vj.

Quod cum ei in poculo vitreo porrigerēt, ille rē diuinitus agnoscens, solo signo crucis manu facto vas intactum mirabiliter confregit. Et dimisso monasterio, ad solitudinem remeauit. Quo cum multi discipuli conuenissent, duodecim monasteria construxit, quę optimis institutis, exemplo sanctitatis, multis etiam sequētibus signis & miraculis fundauit, monachorumq; regulam prudentissime, ac luculenter scripsit. Obiit autem diem suū, quem multo ante prēcognouit,

uit, duodecimo kalendas Aprilis. Tu autem.

℣ Die xxij. ℣auli epi scopi omnia de cõm. vnius põti.

℣ Die xxiij. Victoriani martyr. vt in cõm. vnius martyr.

¶ Die xxiiij. Theodori epi scopi confess. 2. vt in communi vnius pontificis.

¶ Die xxv. Annuntiationis virginis Marię, totum officium dicatur, vt in commemoratione eiusdem virgi. mense Decembrio. fo. 197 przter que sequuntur.

Lectio j.

Bernard⁹ super Missus est.

QVum quidem canticum illud quod solis dabitur in regno Dei cantare virginibus, ipsam virginum reginã cãtare cum cęteris, immo przimam inter cęteras esse cãtaturam, nemo est qui ambigat. ℣uto aũt illam, przter illud quod cum omnibus virginibus ei, vt dixi, cõmune erit, dulciori quodam, atque elegãtiori carmine ięrificaturam esse ciuitatem Dei. Tu aũt.

Lectio ij.

QVlus itaque dulcisonos depromere, vel exprimere modulos, ne ipsarum quidem virginum vlla digna inuenietur quia soli merito decantandum seruabitur quę sola de partu diuino gloriatur. Gloriatur dixerim de partu, non in se, sed in ipso, quem peperit. Qui matrem suam singulari in cęlestibus donaturus gloria, singulari in terris przeuenire curauit 2 gratia. Qua videlicet ineffabiliter, 2 intacta conciperet, 2 pareret incorrupta. Tu autem. Lectio iij.

QVoro Deum huiusmodi decebat natiuitas, quod non nisi de virgine nasceretur. Talis cõgruebat 2 virgini partus, vt non pareret nisi Deum. ℣roinde factor omniũ, vt homo fieret nasciturus de homine, sibi talẽ ex omnibus debuit eligere. Immo condere matrem, qualẽ 2 se decere sciebat, 2 sibi nouerat placituram. Voluit itaque esse virginem, de qua immaculata immaculatus procederet, omnium maculas purgaturus. Tu autem.

Lectio iiij.

VOluit humilẽ, de qua mitis, 2 humilis corde prodiret, harũ in se virtutum, nuntium omnibus, saluberrimũq; exẽplum ostensurus. Dedit ergo virgini

gini partum, qui ei iam ante, & virginitatis inspiraue rat votū, & humilitatis prę rogauerat meritum. Alioquin quomodo angelus eā in sequentibus gratia plenam pronuntiat, si quidpiā vel parū boni, quod ex gratia nō esset: habeat? Ait igitur, quę sanctum sanctorū conceptura erat, pariter & partura, sancta esset corpore, accepit donum virginitatis: vt esset & mente, accepit humilitatis. Tu aūt.

Lectio v.

HIs nimirum virgo regia, geminis ornata virtutū, geminoq; mētis pariter, & corporis decore prę fulgida, specie sua, et pulchritudine in cęlestibus cognita, cęli ciuium in se prouocauit aspectus, ita vt et regis animum in sui concupiscentiam inclinaret, & cęlestem nuntium ad se de supernis educeret. Et hoc est, quod nobis hic euangelista commendat, cum angelum perhibet a Deo destinatum ad virginem. Tu autem.

Lectio vj.

A Deo inquit ad virginem, idest, a celso ad humilem, a dño ad ancillā, a creatore ad creaturam. Quanta dignatio Dei, quā ta virginis excellētia. Currite matres, currite filię, currite omnes quę post Euā, & ex Eua parturimini cum tristitia, & parturitis. Adite virginalem thalamum, ingredimini, si potestis, pudicum sororis vestrę cubiculum. Ecce enim Deus mittit ad virginē, ecce affatur angelus Mariam, apponite aurem parieti, auscultate quid nuntiat ei, si forte audiatis vnde consolemini. Tu autem.

¶ Die xxvj. Joannis abbatis confessoris. omnis vt in cōmuni vnius iusti vel abbatis, pręter vj. lectionem.

Lectio vj.

IOannes abbas magnę sanctitatis vir, de Syria oriundus, peruenit Italiam: susceptusq; hospitio a deuota matrona apud vrbem Pennacensem recedit: et ab angelo monitus, locum suę habitationis sub quadam arbore prope eandem ciuitatem elegit. Sub qua dum mense Decembri quiescere cępisset, arbor repente inusitato imbris tempore flores protulit: & frondes. Quod vbi a venatoribus illac transitantibus cō

per-

pertũ est, visoq; miraculo, ꝛ cognito, quod seruus Dei esset, fama ipsius circũquaq; delata est. Vnde a Joanne Spoletano episcopo visitatur, ꝛ ab eodẽ sibi iuxta dictam arborem cœnobium fabricatur: vbi per annos quadraginta quatuor, congregationi sanctorum multorum monachorũ præfuit multisq; clarus virtutibus, post vitam laudabilem in pace quieuit, decimo quarto kalendas Aprilis.

¶ Die xxvij. Quirini mart. oia vt in cõmu. vnius mart.

¶ Die xxviij. Liberati cum sociis suis martyribus, vt in cõmu. plurimorũ martyrũ.

¶ Die xxix. Irenæi episcopi martyr. vt in communi vnius martyris.

¶ Die xxx. Secũdi martyr. vt in cõmuni vnius marty.

¶ Die xxxj. Reguli episcopi confessio. omnia vt in cõmuni vnius pontificis.

Aprilis.

¶ Die j. Theodoræ virgi. marty. officium dicatur vt in cõmu. vnius virgi. præter vj. lectio. Lectio vj.

Theodora virgo ꝛ martyr suo Aureliano Imperatore Romę passa est. Hęc fuit soror Hermetis martyris quę a sancto Alexãdro papa in fide edocta, baptizata est. Cũ aũt beatus Hermes ab Aureliano passus fuisset: et ipsum sororꝛ Theodora sepelisset, ab eodem Imperatore, et ipsa dudum in vinculis detenta, tandem capitis obtruncatione passa martyrium, sepulta est iuxta fratrem suum via Salaria non longe ab vrbe Romę Kalendas Aprilis.

¶ Die ij. Mariæ Aegyptiacę omnia vt in cõmuni continentiũ, præter quę sequuntur. Oratio.

Omnipotens sempiterne Deus, qui hodierna die beatam Mariam Aegyptiacam ęterna regna penetrare fecisti, da quęsumus supplicibus tuis, digne illius solẽnia celebrare, vt per eius venerandam solennitatem salutem consequamur, ꝛ pacem. Per Dominũ.

Lectio j.

Maria Aegyptiaca, quę peccatrix ante fuerat, septem ꝛ quadraginta annos in eremo arctissimã vitam duxit. Zozimas namque abbas, qui in eadem solitudine tres, et quinquaginta annos peregerat,

egerat, dum eremum percurreret, si forte sanctum quempiam patrem inueniret, nudam eam, & ex incendio solis exustam ambulantem conspexit. Tu autem.

Lectio ij.

QVem Maria fugere primo voluit, sed cũ instantem, velociterq; post se currẽtem animaduertit, Quid me (inquit) abbas Zozima persequeris? Circa annos Dñi ducentos septuaginta, tempore Claudij Cęsaris eremum intraui, ignosce mihi, facie ad te vertere non possum, mulier quippe sum et nuda, sed si tunicam mihi pallium porrexeris, propius accedã. Tu autem.

Lectio iij.

ZOzimas nomen, suãq; professionem audiens, stupefactus, & in terrã prostratus, benedictionem ab ea rogabat: at illa id ad sacerdotem pertinere cõtendebat. Cumq; Zozymas enixus, vt se beneficeret, precaretur, Benedictus (ait Maria) Deus redemptor animarum nostrarum, & in ijs verbis, aliisq;, quę manibus ad Deum extensis fundebat, vnius cubiti mensuram a terra eleuata est. Tu autem.

Lectio iiij.

QVbitauit primo senex: an forte spiritus nequam esset: sed confirmatus ab ea, de cõditione quę rere cępit. Illatur pitudinẽ ac dedecus fuę iuuẽtutis excusabat. Instat Zozimas. Tunc Maria. Nata sum (dixit) Aegypto, & anno ętatis duodecimo Alexandriã veni: vbi pudicitiã vulgo prostitui. Ac cum inde postea Hierosolymam nauigarẽ, prono naulo, corporis mei copiam nautis feci. Tu autẽ.

Lectio v.

HIerosolymis aũt cum fores ecclesię adirem, vt crucem cum aliis adorarẽ, subito sum iterum atq; iterum sola ego repulsa, nullo, qui repelleret, apparente, redij tunc ad me: & diuã virginem Mariam obtestari, obsecrareq; cępi, castitatem, sęculiq; contemptum promittendo, vt veniã peccatorũ impetrarẽ. Tu aũt.

Lectio vj.

HIs & aliis multis, quę breuitatis causa prętermittuntur, enarratis, retulit etiã, vt postea ab Hierosolymis in illam Syrię solitudinem abierit. Deinum rogauit Zozimam, vt anno

pro-

priorimo cum eucharistia reuerteretur. Quam ille rediens Marię prębuit. Sed anno mox sequenti cum locū repeteret Zozimas, defunctam in genua reperit, ac tumulauit. Tu autem.

Die iij. Isidori archiepiscopi omnia de communi vnius pontificis pręter quę sequuntur. Oratio.

DEus qui in aduersis nationū populis prę claros verę fidei constituisti doctores: concede propitius, vt omnes, qui ad sanctissimi doctoris nostri Isidori festa conuenerint, pręsentis prosperitatis gaudium, & futurę beatitudinis gloriam cōsequantur. Per Dñm. Lectio j.

Ecclesi. c.50. ECce sacerdos magnus, qui in vita sua fulsit & domum: & in diebus suis corroborauit templū. Templi etiam altitudo ab ipso fundata est: duplex ędificatio, & excelsi parietes templi. In diebus ipsius emanauerunt putei aquarum: & quasi mare adimpleti sunt supra modū. Qui curauit gentem suam, et liberauit eam a perditione. Qui prę ualuit amplificare ciuitatē, qui adeptus est gloriam in cōuersatione gentis: & ingressum domus, & atrij amplificauit. Tu autem.

Lectio ij.

QUasi stella matutina in medio nebulę, et quasi luna plena in diebus suis lucet: & quasi sol refulgens, sic ille effulsit in templo Dei. Quasi arcus refulgens inter nebulas glorię: & quasi flos rosarum in diebus vernis: & quasi lilia, quę sunt in transitu aquę: & quasi thus redolens in diebus ęstatis. Quasi ignis effulgens, & thus ardens in igne. Quasi vas auri solidū, ornatum omni lapide prętioso. Tu autem.

Lectio iij.

QUasi oliua pullulās, & cupressus in altitudinem se extollens. In accipiendo ipsum stolam glorię, & vestiri eum in cōsummatione virtutis, in ascensu altaris sancti gloriam dedit sanctitatis amictum. In accipiendo autem partes de manu sacerdotum, et ipse stans iuxta aram. Circa illū corona fratrum: & quasi plantatio Cedrin mōte Libano, sic circa illum steterunt quasi rami palmę. Tu autem.

Lectio iiij.

ISidorus natione Hispanus, ex nous Carthagine, cui pater ipsius Seuerianus dominabatur, a sanctis viris Leandro archiepiscopo Hispalensi, et Fulgentio Astigitano fratribus suis sancte, & liberaliter in studio literarū educatus est, & ingentē doctrinam Latine, Græce, atque Hebraice cum magna nominis claritate consequutus. Hic adhuc adolescēs, hæresin Arrianam, quę gentem Gotthorum Hispanię latissime dominantem penitus iampridē inuaserat, tam constanter palā arguebat: vt prope fuerit, vt ab Arrianis necaretur. Sed cohibitus a Leandro, hūc sibi successorem fore prędixit, et, vt se commodiori tempori reseruaret, admonitus, indignationem temperauit. Tu autem.

Lectio v.

IGitur Leandro vita functo Ysidorus magno regis, & populi cōsensu in Hispalēsi archiepiscopatu sufficitur. Quam electionē sanctus Gregorius papa confirmauit, eiq; pallium misit in Hispaniā. Fuit autem Ysidori tāta doctrinę, ac sanctitatis opinio, vt coacto concilio generali, vltro fuerit a pontifice maximo vocatus. Vbi mirū est, quantum ponderis, et authoritatis habuerit in singulis rebus Ysidori sententia apud pontificem, & omnes prælatos. Tu autem.

Lectio vj.

REuersus autem in Hispaniam, cum suā mortē, & Hispanię vastationē a Saracenis publice prędixisset, migrauit a vita, pridie nonas Aprilis, anno Christi nati sexcentesimo vigesimo secundo. Sepultusque fuit Hispali. Vnde postea translatus est in vrbem Legionem a Fernando rege Legionensi, qui hoc ab Ennero Saraceno Hispali regnante magnis precibus & premijs impetrauit: cuius nomine templum ędificatū est Legione, vbi sepultus, miraculis clarus colitur magna populi religione. Tu autem.

¶ Die iiij. Ambrosij episcopi doctoris. In primis vesper. super psal. Ańa. et per totum diem omnia vt in cōmuni vnius pontificis, præter quę sequuntur.

Oratio.

Oratio.

DEus, qui populo tuo ęternę salutis beatũ Ambrosium ministrum tribuisti, præsta quesumus, vt quẽ doctorem vitę habuimus in terris, intercessorẽ habere mereamur in cęlis. Per Dñm. Lectio j.

Ex. 1 ad Timo. ca. 3.

HAbelis sermo. Si quis episcopatum desiderat, bonum opus desiderat. Oportet enim episcopum irreprehensibilẽ esse, vnius vxoris virum, sobrium, ornatum, prudẽtem, pudicum, hospitalem, doctorem, non vinolentum, non percussorem, sed modestum, non litigiosum, non cupidum, suę domui bene præpositum, filios habentem subditos cũ omni castitate. Si quis autem domui suę præesse nescit, quomodo ecclesię Dei diligentiam habebit? Non neophytum, ne in superbiã elatus, in iudicium incidat diaboli. Tu autem.

Lectio ij.

OPortet autem, & illũ testimoniũ habere bonum ab his, qui foris sunt, vt nõ in opprobriũ incidat, & in laqueũ diaboli. Omnis namq; pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in his, quę sunt ad Deũ, vt offerat dona, & sacrificia pro peccatis. Qui condolere possit his, qui ignorant, & errant: quoniam, & ipse circũdatus est infirmitate, & propterea debet quemadmodũ & pro populo, ita etiã, & pro semetipso offerre pro peccatis. Tu autem. Lectio iij.

NEc quisquam sumit sibi honorem, sed qui vocatur a Deo, tãq; Aarõ: sic & Christus nõ semetipsum clarificauit, vt pontifex fieret, sed qui loquutus est ad eum, filius meus es tu, ego hodie genui te. Quem admodum, & in alio loco dicit, Tu es sacerdos in ętternum secundum ordinẽ Melchisedech. Tu autem.

Lectio iiij.

AMbrosius Mediolanẽsis antistes, Ambrosio patre ciue Romano Galliã administrãte, natus est. Cuius in ore dormientis in cunis examen apum præstãtiã viri portẽdens cõfedisse memoratur. Sed Romę liberalibus disciplinis eruditus, ob ingenij eius acumẽ, & solertiam, a Probo præfecto, vt Liguriã gubernaret missus, Mediolanũ venit.

Lectio v.

VBi mortuo Auxentio episcopo Arriano, cū populus in electione pręsulis dissideret, ꝛ ipse seditionis sedandę studio ad ecclesiam perrexisset, subita totius populi voce Ambrosium episcopum acclamantis, incredibili, ꝛ catholicorum, ꝛ Arrianorum consensu pontifex eligitur. Quod onus ꝛ si diu subire recusauerit, tamen Valentiniano Imperatore electionem libenter approbante, nō potuit populi simul, ac Imperatoris desiderio, ꝛ volūtati resistere. Tu autem.

Lectio vj.

SVscepto igitur episcopatu, ea vitę sanctimonia, ac morum integritate, auctoritateq; munus obiuit, vt Theodosius Imperator, quo iubente propter magistratus occisos Thessalonica ciuitas fuerat occidione cęsa, Mediolani Ambrosio se ingressu ecclesię prohibenti, et cōmissum scelus magna cum libertate improperanti paruerit, ꝛ publice pœnitentiam egerit ab eodem iniunctā. Demū post multos exhaustos labores pro Christi ecclesia, post multa librorum volumina sancte, et sapienter cōscripta, pietate, ac miraculis clarus quieuit in domino, pridie nonas Aprilis. Tu autem.

℣. Vincentij confes. omnia vt in cōmuni vnius tusti, pręter iiij. v. ꝛ vj. lect.

Lectio vij.

VIncentius clarissima Hispanię ciuitate Valentia, ꝛ ex Ferrariorū antiqua, honestaq; familia ortus originem duxit. Quidecimum octauum agens annum, institutum sancti Dominici prędicatorum ordinis, habitumq; suscepit. Deinde ad prędicandum verbum Dei missus, pauco contentus cibo, ꝛ breuissimo somno degustato, corpus suum quotidie funiculis castigabat: Tu autem.

Lectio v.

IErat ei in lachrymando dulcedo: ꝛ temperare se a lachrymis illi molestum erat. Eius verba tam efficacia fuere, vt in diuersis Hispaniarū locis viginti quinq; millia Iudęorū, et Sarracenorum octo millia eius prędicatione ad Christum fuerint conuersi. Tu autem.

Lectio vj.

QVotidie post missę celebrationem prędicabat. Carnes, nisi infirmitate cogente, ex quo ordinem intrauit, non comedit vno tantum ferculo cõtentus. Denique cum in Britania moraretur, apud Auimonẽ Christus mira claritate coruscans ei apparuit, vbi febri correptus migrauit ad dominum nonis Aprilis. Tu autem. Domine.

℣ Die vj. Alexij confessoris dicantur vt in communi vnius iusti prẽter orationem iuj. v. & vj. lectio.

Oratio.

DEus, qui beato Alexio confessori tuo tribuisti, vt & noua mundũ arte deluderet, & de hoste humani generis mirabiliter triumpharet, concede propitius, vt eius semper muniamur auxilijs, cuius salutiferis erudimur exemplis. Per Dñm. Lectio iij.

ALexius senatoria progenie ortus, parẽtes fide, ac pietate prestantes habuit. Qui sponsam imperiali stirpe prognatam, benigne allocutus, & sacris admonitionibus exhortatus, Roma abscessit: & Edessam Syrię vrbem veniẽs, assumpto despecto habitu, accepit cum pauperibus mãducare. Interim parentes de filij absentia consenescunt, & sponsa sincero ipsius amore tabescit. Tu autem.

Lectio v.

QVmq; Alexius Tharsum nauigaret, diuino nutu Romã reducitur, & in paterna domo locũ ad manendũ impetrauit. Vbi orationibus, & ieiunijs deditus graues seruorum iniurias perferens, diu mansit incognitus. Qui cum sui trãsitus diem a domino cognouisset, accepta charta, digressus, atque regressus, & totius vitę seriem describens, ipsam plicatam manu cõclusit, & dño transmisit spiritum. Tu autem.

Lectio vj.

DOmínica igitur die in ecclesia vox auditur. Quęrite virum Dei in Euphemiani domo, cõcurrunt igitur Archadius, et Honorius imperatores, et Innocentius papa, et inuento viro, cuius facies blandos lucis emittebat radios, pontifici palmam extendẽs chartam exhibuit. Qua lecta, ipsum Alexium suum esse Euphemianus,

mater, & sponsa cognoscentes miserande plangebāt, & magna cum pompa ab ipso pōtifice honorifico conditus est sepulchro, Tu autem.

¶ Die vij. Praxedis virginis omnia de communi vnius virginis, pręter iiij. v. & vj. lectio. Lectio iiij.

PRaxedis virgo venerabilis Pudentis Romani filia, amissis parētib⁹, tanta cura, & constātia christianorū cōmoditatibus inseruiebat, vt multos sanctorum pauperū suis opibus aleret: aliorum necessitatibus quoad poterat prouideret. Tu autem.

Lectio v.

EXortaverō christianorū sub Marco Antonino Imperatore persecutione, exęstuans virgo beata non destitit fideles omni ratione fouere. Itaque alios domi occultabat, alijs necessaria subministrebat, alios ad fidei cōstātiā hortabatur, martyrū corpora mira solicitudine collecta, sepeliebat. Tu autem.

Lectio vj.

TAntam igitur christianorum stragem cum sine fumino dolore ferre nō posset, precata Deum, vt se tantis e malis eriperet, exaudita est. Et egregię suę pietatis, atq; laborum prędmia perceptura, migrauit ad dominum. Nouodecimo kalendas Augusti. Cuius corp⁹ pastor presbyter iuxta patrem, & sororem Potētianā, in cęmeterio Priscille via salaria sepeliuit. Tu autem.

¶ Die viij. Christinę virginis & martyr, vt in communi vnius virginis, pręter orationem, iiij. v. & vj. lectio.

Oratio.

OMnipotens sempiterne Deus, qui nos beatę Christinę virginis & martyris tuę veneranda festiuitas augeatur. Per Dñm.

Lectio iiij.

OStistina virgo patre Vrbano nobilissimo, sed gētili orta est Vulsinis Hetrurię oppido. Quę cū illis dotibus polleret, quę fęminas maxime solent cōmendare, a patre miro affectu amplectebatur. Hęc in prima ętate patris errorem secuta dijs sępius immolabat, sed ad fidem conuersa execrari cępit idolorum culturam Tu autem,

Lectī

Lectio v.

URbanus autem pater cū ab illis, qui in Christinę obsequijs erant, didicisset, deos suos aureos, et argenteos sperni, vocatam ad se Christinam grauiter obiurgat, et in carcerem cō iectā varijs supplicijs affixit, rotę præsertim cruciatu quo neruis laxatis etiā carnes defluerent. Tu autem.

Lectio vj.

DEinde, sub ipso noctis medio ingēti saxo collū ligata in proximū lacum mergendā pater Urbanus præcepit, sed angelorum ministerio liberata est. Eaq; nocte patrem Urbanum inopina mors e vita subduxit. Deinde, a Juliano præside sagittis complurimis configi iussa, migrauit ad Dñm, nono Kalendas Augusti. Tu autem.

℣ Die ix. Silvestri, et Lucufati martyrū. In primis vt sper. Asia. super psal. et omnia alia vt in communi plurimorum martyrum.

℣ Die x. Marthę virgi. omnia vt in cōmu. vnius virgi. præter orationem, iij. v et vj. lectio.

Oratio.

OMnipotens clemētissime Deus, cuius filius in ędę beatę Marthę hospitari dignatus est, te quęsumus, vt eius meritis, et intercessione, quę illum placide suscepit, in ędę polorum misericorditer hospitariva leamus. Per eundem.

Lectio iij.

MArtha Christi hospita, Marię, et Lazari soror, post Christi ascensum ad patrem, a Judęis in persecutione christianorū cum fratre, et sorore, et Marcella pedissequa, et item Maximino a quo tota domus fuerat baptizata, comprehenditur. Et hi omnes cū aliis complurib⁹ christianos in naui quadam imponuntur. Tu autem.

Lectio v.

QUę nauis velis, et remis, clauoq; spoliata, marí cōmittitur, vt omnes facto naufragio perirent. Qę terū Deo gubernāte Massiliā incolumis applicuit. Quo miraculo, et dictorum factorū prędicatione Massilenses primum, deinde vicini populi ad fidem Christi conuersi sunt. Tu autē.

Lectio vj.

MArtha igitur cū Massilię omnium in se animos propter eximiam sanc-

ctitatem conuertisset, cum multis honestissimis mulieribus in monasterio, quod ipsa curauit ędificandum, sanctissime vixit, mortemq; obijt multo ante a se prędicognitam, et miraculis illustratam quarto kalendas Augusti. Tu autem,

℣ Die xij. Leonis papę confessor. omnia vt in cōmuni prędicti in. v. et vj. lectio.

Lectio iiij.

LEo papa natione Thuscus, patre Quintiano, eo tempore pontificatū gessit, quo Attila rex Hunnorum flagellū Dei appellatus, Aquileiam primo in Italię limite positam, post longam triennij obsessionē captam diripuit, atque incendit. Vnde Romam infestis signis progredienti, et copias qua Mintius Padum influit, traijcere parāti, Leo pōtifex vir sanctissimus occurrit, et ne vltra progrederetur ope diuina mirabiliter persuasit. Tu aūt.

Lectio v.

ATtila enim non tam Leonis oratione se ab instituto reuocatū esse, incusantibus amicis testatus est, quam duorum virorum authoritate, qui loquēte Leone, sibi visi essent strictis gladijs necem, nisi paruisset, intentantes. Hi autem Petrus, et Paulus apostoli fuisse creditī sunt. Ita factum est, vt Attila in Pannoniam exercitum reduceret: Leo Romam cum magno triumpho rediret. Tu autem.

Lectio vj.

VBi totus ad confirmādam, tuendāq; catholicam fidem conuertitur: quę tum potissimum a multis hęreticis impugnabatur, prędicipue a Nestorianis, et Eutychianis, qui in concilio Calcedonēsi tunc celebrato dānati sunt. Vbi et Manichęorum libri fuerunt incensi. Interim vero cum Vandali Romam diripuissent, ac templa spoliassent: vrbis, ac templorū reparationi mirum in modū intentus, multis prędicarissimisq; rebus gestis moritur, et in Petri Basilica sepelitur tertio idus Aprilis cum sedisset annos vndecim et viginti, mensem vnum, dies tredecim. Tu autem.

℣ Die xij. Victoris martyr. omnia vt in cōmuni virtus martyris.

℣ Die xiij. Hermagilai mar-

tyr

tyr. omnia vt in communi
preter orationē iiij. v. ℞ vſ.
lectio. Oratio.

DEus, pro cuius nomi
ne beatus Hermegil
dus rex, et martyr proprij
patris iuſſu, manibus im
piorū occubuit, preſta que
ſumus, vt eius interceſſio
nibus ab omnibus pericu
lis liberemur. Per Dñm.

Lectio iij.

HErmegildꝰ filius Leo
nigildi regis Gotthо
rum in Hiſpania, ſuaſu, mo
nitiſq; Leādri Hiſpalenſis
epiſcopi, relicta Arrianо
rum hęreſi, chriſtianam te
nuit religionem, catholico
q; ritu baptizatus eſt. Cu
ius rei factus certior Leo
nigildus pater, qui Arria
nus erat, precibus, pollici
tationibus, tum etiam mi
nis filium agreſſus eſt, co
natus pro virili ad Arria
nos eum reducere. Tu autē.

Lectio v.

SEd Hermegildus, in
trepidus, conſtans, fi
delis, non deſerturum aſſe
ruit rectam catholicāq; ve
ritatem, ſicuti a beato Leā
dro didicerat. Tunc pater
tantam filij conſtantiam de
teſtatus, eum primo abdi
cauit, bonisq; omnibus, ac
regni ſucceſſione priuauit,
mox in arctiſſima vincula
comecit. Quę vir ſanctus
omnia pro Chriſto libēter
ſuſtinuit: nec magni puta
uit, pro ęternis temporalia
cōmutare. Paſchalis dies
aderat, ℞ pater tētabundus
miſit ad Hermegildum in
carcerem epiſcopum quen
dam Arrianum, qui Eucha
riſtiam ei porrigeret: quam
ille ab Arriano accipere no
luit, quin ipſum hęreſcos
arguit, ſeueriſſimeq; obiur
gauit. Tu autem.

Lectio vj.

EXcanduit rex his au
ditis, miſſiſque appa
ritoribus, iuſſit in carcere
filium ſequiſſima morte damnari, diſſectoq; cerebro cru
delißime necari. Quod re
gius athleta tā ſancte quā
fortiter tulit, ℞ per marty
rium ad cęlos euolauit idi
bus Aprilis. Poſtmodum po
ſtea Leonigildū perpetra
ti patricidij, Recaredumq;
filium ac ſucceſſorem mo
riens Leandro commēdaſ
ſe uit. Quē Leander inſtituit
catholicumque fecit. Sub
quo rege tota penitus Ar
rianorum hęreſis extirpa
ta eſt. Tu autem.

℣ Die xuij. Liburtij, Vale

riani, et Maximini martyrũ omniũ vt in communi plurimorum martyrum præter orationẽ iiij. v. & vj. lect.

Oratio.

PReſta quæſumus omnipotẽs Deus, vt qui ſanctorum martyrũ tuorũ Tiburtij, Valeriani, & Maximi ſolennia colimus, eorum etiam virtutes imitemur. Per Dominum.

Lectio iiij.

VAlerian⁹ genere Romanus, et idem nobiliſſimus, tempore Marcij Aurelij Antonini Imperatoris Lecibam ſibi æque nobiliſſimã accepit vxorem, cuius impulſu atque precibus (erat enim ab incunte ætate fidem edocta) ad chriſtianam religionẽ reiectis idolis conuerſus eſt, & a ſancto Vrbano papa baptizatus. Quem Tiburtius eius germanus imitatus, ab eodem pontifice baptizatur. Tu autem.

Lectio v.

AAlmachius igitur præfectus, & chriſtianorũ ſæuiſſimus hoſtis, cum hos eſſe chriſtianos, & patrimonũ iam omne pauperibus erogaſſe cognouiſſet, eoſdẽ ad ſe vocat, & acriter increpat. Et poſt longã de fide Chriſti, deq; cultu idolorũ diſputationẽ inter ipſos vltro citroq; habitam, ad Jouis ſimulachrum deduci iubet, aut ſacrificaturos, aut aliquo mortis genere quã immaniſſime interituros. Illi vero in cõfeſſione Chriſti perſtantes, & paratam ſibi & fidelibus gloriam prædicantes, mortem impietati prætulerunt. Tu autẽ.

Lectio vj.

ITaque extra vrbem educti ad quartum lapidem, decimo octauo kalendas Maij cũ ſumma fidei conſtantia trucidantur. Quam admiratus Maximus vir nobilis, qui eorum decollationi præfuit, cum nõnullis ſatellitum cõuerſus eſt, et propter Chriſti confeſſionẽ omnes vſq; ad necem plumbatis cæſi, eoq; ſupplicij genere martyrio coronati ſunt, et ad dominum inuictiſſimi commigrarunt. Tu autem.

¶ Die xv. Turibij epiſcopi confeſſor. omnia de communi vnius pontificis præter orationẽ iiij. v. & vj. lect.

Oratio.

DEus, qui es ſanctorum gloria confeſſo-

rum

rum, splendoriq; animarum sanctarum, vota nostra placatus suscipe, et beati Turibij cõfessoris tui atque pontificis meritis ab omni perturbatione fac nos permanere illęsos, atque peruenire ad honores ęterne glorię repromissos. Per Dominum.

Lectio iiij.

TUribius natione Hispanus, Gallecię prouincię indigena, Astoricensis episcopus fuit, cultor quidem Dei, contemptor sui, religionis amator, catholicę veritatis assertor, idolatrię subuersor, et hęreticorum acerrimus impugnator. Priscillianorũ pręsertim hęresin, quę tunc tẽporis in Hispania, velut cõtagiosus morbus serpẽdo, non solum diuersarum vrbium populos pestifera lepra maculauerat, verum etiam (quod magis dolendum est) quorundam sacerdotum, qui ecclesias Dei regere videbantur, corda inuaserat, pro viribus extirpauit. Tu autem.

Lectio v.

HOnorat autẽ hic pontifex, quo tẽpore beatus Leo papa ecclesię Romanę prærat. Si quidem idẽ Leo pastorali sui regiminis cura ad diuersarũ prouinciarum episcopos literas mittens: huic inter cęteros beatissimo viro Turibio Astoricensi tunc episcopo huiuscemodi epistolam destinauit. Leo episcopus Turibio Astoricensi episcopo salutem. Quam laudabiliter, pro catholicę fidei veritate moueris, et quam solicite dominico gregi deuotionem officij pastoralis impẽdas, tradita nobis per diaconum tuum fraternitatis tuę scripta demonstrãt. Tu autem.

Lectio vj.

QUam et epistolę sermo, et libelli tui textus eloquitur, Priscilliani starum apud vos fętidissimam recaluisse sententiam. Nihil enim est fœdium in quorumcumq; sensibus impiorum, quod nõ in hoc dogma confluxerit: quoniam de omni terrenarum opinionum luto, multiplicem sibi feculentiam miscuerunt, vt soli torum biberent, quicquid alij ex parte gustassent. Denique si vniuersę hęreses, quę ante Priscilliani tempus exor-

exorte sunt, rectractentur, nullus pene inuenietur error, de quo non traxerit impietas ista contagium etc. Itaque beatissimus Turribius voluntati diuine semper obsequens, mundique huius obiectamenta spernens, cum multa alia pietatis præclara opera gessisset, obdormiuit in domino. Tu autem.

¶ Die xvj. Fructuosi episcopi omnia vt in communi vnius pontificis.

¶ Die xvij. Aniceti papę martyr. omnia vt in cõmuni vnius martyris, præter iiij. v. & vj. lectio.

Lectio iiij.

HAnicetus papa & martyr natione Syrus ex patre Joanne, Pio Romano pontifici in episcopatu successit, & sedit annos nouem, mẽses tres, dies tres. Hic constituit, vt clericus non nutriat barbam, neque comam, & habeat coronam ad modũ spirulę iuxta præceptum apostolorũ. Tu autem.

Lectio v.

ITem statuit, vt, si aliquis episcopus haberet aliquid contra suum Archiepiscopum, non nisi ad primatum, vel ad sedẽ apostolicam deferatur. Et, vt nulli Archiepiscopi primates vocẽtur, nisi illi qui primatum tenent ciuitatum, quarum episcopos apostoli, vel eorum successores regulariter patriarchas statuerunt, sed Metropolitani vocentur. Tu autem.

Lectio vj.

HIc fecit ordinationes quinque per mensem Decẽbris, presbyteros decem & septẽ, diaconos quatuor, episcopos per diuersa loca nouem. Qui tempore Seueri, & Marci imperatorum martyrio coronatur, & sepultus est in cęmeterio Calixti via Appia, decimoquinto kalẽdas Maij. Tu autem.

¶ Die xviij. Nazarij cum socijs suis martyrib. omnia vt in communi plurimorũ martyrũ præter iiij. v. & vj. lectio. Oratio.

PRæsta quæsumus omnipotens Deus, vt qui sanctorum martyrum tuorum Nazarij, Celsi, & Panthaleonis natalitia colimus, a cunctis malis imminentibus eorũ intercessionibus liberemur. Per Dominum.

Lectio iiij.

Sub

SUb Nerone Cesare, Nazarius, et Celsus puer apud Mediolanū passi sunt. Cū enim Nazarius adhuc paruulus a matre Perpetua fideli ad diuine legis obseruantiam eruditetur, et ab Aphricano patre Judęo ad sabbatismum attraheretur, puer anxius intra se volutabat, vtri potiꝰ religioni assentiret. Tu autem. Lectio v.

SEd nutu diuino Linum papā adiit. Qui illum et instituit, ac sacro baptismate initiauit: et Roma egressus, vt Christum prędicaret, Celsum puerum apud Genuam a matre oblatum secum deferens, Mediolanū peruenit, vbi Gerualium, ac Protha sium carcere cōclusos animabat ad martyrium. At prędes Anolinus ipsos fustibus cędos vrbe primum expulit, demū q regressos capite cędi iussit. Tu autem.

Lectio vj.

EOdem die euenit passio sancti Panthaleonis, qui ab Hermolao presbytero ad fidem conuersus. Eustochium patrem senatorem conuertit ad Christū. Qua de re a Maximiano comprehensus, in equuleo facibus adustus, et capite cęsus est. Qui passi sunt quinto Kalendas Augusti. Tu autem.

¶ Die xix. Simeonis confess. omnia vt in communi vnius iusti.

¶ Die xx. Engratię virginis, cum sociis suis martyrib. omnia de communi plurimorum martyrum pręter orationem iiij. v. et vj. lect.

Oratio.

REspice quęsumus domine familiam tuam, et pręsta, vt beatę Engratię virginis, et martyris tuę sociorumque eius martyrum intercessione munita, ab omni sit culpa libera, ab impedimentis defensa. Per Dominum.

Lectio iiij.

BEllum nunquam fuit atrocius gestū in christianos, quam Diocletiano, et Maximiano Imperatoribus: cuius fuisse causam memorant incēdium Cęsareę domꝰ, quod Nicomedię forte excitatū, in christianos flagitiose, impieq; relectū est. Tunc enim edictum ab Imperatoribus est, vt vbique gentium christiani trucidarentur, ecclesię diruerenren-

rentur, sacri libri comburerentur. Ad quod exequendum, cum per diuersa terrarum prefecti mitterentur, Datianus quidam truculentus carnifex, in Gallia, ac Hispaniam legatus est. Tu autem.

Lectio v.

QVi postquam Gallia christianorum sanguine maculauit, aggressus Hispaniam, vix fine lachrimis potest referri, quam Cesar augustę carnificinam exercuerit. Nam quod ibi christiana religio plusquam alibi frequens erat, commento vsus tyrannico, immensam vna die plebem concidit, ac deleuit. Quod vtiq; nō immerito reliquos christianos: qui per alias Hispanię vrbes habitabant, perterrefecit. Verum sancta Engratia regis Portugallię filia, quę Ruscinonis Marchioni desponsata, itineri tunc forte ad celebrandas nuptias, succincta erat, ingenti lętitia suffusa est, quod cupiēs mori pro Christo, iter esse sibi Cesar augustā compererat ad sponsum. Tu aūt. Lectio vj.

IVssa igitur a patre cū duo de viginti nobilissimis viris qui eam comitarentur ad sponsum, cū Cesar augustam intraret, cōfestim Datianum vltro petiuit. Quem seuerissime obiurgauit, probrisq; incessit, eo quod aduersus innocentissimos christianos immanitate fuisset plusquam tyrānica vsus. Quare iussa est comprehendi, crudelissi meq; flagellari, deinde caudis equorum alligatam per vrbem trahi. Duo de viginti viri fortes qui Engratię comites erāt videntes virginis cōstantiam, quę tam crudeliter habita Datiano viriliter maledicebat, in medium progressi prefectum coarguere, conuitiariq; cępere, quod relictis viris eadem sentientibus, in debilē virginē desęuiret. Quibus exasperatus Datianus iubet eos omnes decollari, extraq; vrbem comburi. Engratiam vero, quod verbis nihil molliretur, cruci iussit affixam ferreis harpagonibus, ac pectinibus excarnificari, penitusq; discerpi: Quę tandem frustilatim discerpta animā exhalauit. Tu autem.

¶Die xxvj. Felicis cum sociis suis martyrib, omnia ve-

in

in cõmuni plurimorũ martyrũ pręter oratione iuſ. v. vſ. lectio. Oratio.

IMirmitatẽ noſtrã reſpice omnipotẽs Deꝰ, et quia pondus proprię actionis grauat, beatorum martyrum tuorum Felicis, Simplicij, Fauſtini, ⁊ Beatricis interceſſio gloriosa nos protegat. Per Dñm.

Lectionis.

BEatꝰ Felix papa ſub Conſtãtio paſſus eſt filio Conſtantini. Is enim conſiliũ Urſacij, ⁊ Valẽtis Arrianorum ſecutus, quod ⁊ ipſe Arrianus eſſet, ſanctum Felicẽ vrbis epiſcopũ eiecit de ſede epiſcopatus ſui, ⁊ facta eſt perſequutio magna in clero. Beatiſſimus autem papa Felix priuatus habitauit in prędio ſuo, ⁊ agentibus hęreticis inde reuocatus eſt in vrbem, ⁊ inde capite truncatus martyrio coronatur, et in via Aurelia in templo quod ipſe conſtruxerat ſepelitur, quarto Kalendas Auguſti. Tu autem.

Lectio v.

TEmporibus Diocletiani, et Maximiani Imperatorũ, ſancti martyres, Simplicius, ⁊ Fauſtinus, poſt multa ac diuerſa ſupplicia, iuſſi ſunt capitalem ſubire ſententiam, ⁊ ligato ſaxo in collo eorũ iactari per pontem, qui vocatur Lapideus, in Tyberinis reumatibus. Tu autẽ.

Lectio vj.

BEata aũt Beatrix ſoror martyrum, cũ oraret apud venerabilem Lucinam, factũ eſt, vt vicinus quidã poſſeſſor Lucretius ambiret poſſeſſiunculam eius. Pro hoc itaq; fecit teneri ſanctã Beatricẽ, ⁊ adduci ad ſacrificandũ. Tunc beata Beatrix exclamauit dicens, Chriſtiana ſum, nõ ſacrifico dęmonijs. Ducta eſt itaque, ⁊ carcerali cuſtodię mãcipata. Cũq; in Dei nomine libere ageret, fecit ambitioſus Lucretiꝰ pręfocari eã noctu. Aus venerabilis Lucina ſepeliuit: iuxta ſanctos martyres germanoſ eiꝰ. Qui paſſi ſunt quarto kl̃as Auguſti. Tu aũt.

¶ Die xxij. Cai papę martyris de communi vnius martyris pręter vj. lectio.

Lectio vj.

CAius papa natione Dalmata, ordines diſtinxit, quibus gradatim ad epiſcopatum aſcẽderetur.

tur. Quorum primum tenet Ostiarius, alterum, lector, tum Exorcista, sequitur Acolytus, subdiaconus, diaconus, presbyter, episcopus. Idē constituit, nec cui profano sacris initiatum, nec pagano, vel hæretico liceret christianum hominem in iudiciū vocare. Itē, vt nemo episcopum, aut clericum apud seculares iudices accusaret. Postremo orta in christianos tēpore Diocletiani persequutione maxima, cum in subterraneis locis diu vitans impiorum furorē latuisset, captus a persequutoribꝰ, vna cum Sabinio fratre, einsq; filia Susanna martyrio coronatur decimo Kalendas Maij, & in cemeterio Calisti via Appia sepelitur, cū sedisset annos vndecim, mēses quatuor, dies duodecim. Tu autem.

¶ Die. xxiij. Georgij martyr. omnia vt in communi vnius martyr. præter orationem: quartam. v. & vj. lection.

Oratio.

DEus, qui nos beati Georgij martyrij tui meritis, & intercessione lętificas, cōcede propitius, vt qui eiꝰ beneficia poscimus, dono tuę gratię consequamur. Per do. Lectio. iij.

CUm Dacianus ille tyrānus aduersus Christianos sęuiret, Georgius genere Cappador, qui tribunus militum sub Diocletiano meruerat, pecuniam secum ferēs, venit ad eum: vt emeret prefecturam. Tu autem.

Lectio. iiij.

SEd cum Christianorū sęuos ibi cruciatus, ignominiasq; cerneret, pecuniis pauperibus erogatis intromissus ad Dacianum, conuitia in eū, deosq; suos multa coniecit, donec Dacianꝰ ira succēsus fustibus eum cędi, atq; in carcerem catenis cōstrictū mitti iussit. Tu autem.

Lectio. v.

POstridie perductus ad tribunal, cū nihilominus Deos exploderet, atq; cōuitiaretur, exquisitis protinus modis excruciatꝰ est. Ignita quippe cassis ferrea capiti imponitur, lateraq; ferreis vngulis exarā tur. Cumq; iam denicq; interna penitus apparerent, ardēteq; denuo lampades lateribus admouerētur, leuatis in cęlum oculis expirauit. Tu autem.

¶ Die

℣ Die xxiiij. Abdõ ⁊ Senẽ martyr. omnia vt in cõmuni plurimorum martyrum.
℣ Die xxv. Marci Euangeliste. In primis vesp. super psal. Ãna. vt in cõmuni resurrectionis. fo. 565 psal. feriales. Capitulum.

Eze. ca. i. Similitudo vultus quatuor animalium, facies hominis, ⁊ facies leonis a dextris ipsorum quatuor: facies autem bouis a sinistris ipsorum quatuor: ⁊ facies aquile desuper ipsorũ quatuor. ℟. Deo. ℟. Virtute magna. vt infra post vj. lectio. Hymnus. Exultet cęlum. fol. 543 ℟ Annũciauerunt opera Dei Alleluya. Alleluya. ℟. Et facta eis intellexerũt. Alleluya. Alleluya. Ad Magni. Ãna. Filie Hierusalem vt in dicto communi. fol. 565

Oratio.

Deus, qui nobis per ministeriũ beati Marci euangeliste, et martyris tui veritatem euangelij patefieri voluisti, cõcede quę sumus, vt quod ab illius ore didicimus, gratia tua adiuti operari valeamꝰ. Per Dominum. Et fiat commemor. de festo vici.

℣ Ad Matutin. Inuitator. ⁊ omnia alia vt in prędicto cõmuni. fol. 565 præter hic expressa. Hymnus. Eterna Christi munere. fol. 543

℣ In noctur. Ãna psal. vt in prędicto commu. ℣. cum duplici. Alleluya. vt in cõmuni apostolorũ. fol.

Lectio j.

Lectio sancti euangelij secundum Matheum.

In illo tempore. Dixit c. 19.
Jesus discipulis suis. Facilius est camelum per foramen acus transire, quã diuitem intrare in regnum cęlorũ. Et cetera.

Homilia beati Hieronymi presbyteri. ℣.

Hoc dicto ostenditur non difficile esse, sed impossibile. Si enim quomodo camelus non potest per foramen acus transire, sic diues introire in regnũ cęlorum non potest, nullus diuitum saluus erit. Sed ⁊ si legamus Esaiam, quomodo cameli Madiã, ⁊ Epha veniant Hierusalem cũ donis, atq; muneribus: ⁊ qui prius curui erant, ⁊ vitiorũ prauitate distorti ingrediãtur portas Hierusalem, videbimus quomodo ⁊ cameli isti, quibus diuites comparantur, cum deposuerũt

grauem sarcinam peccatorum, & totius corporis grauitatē intrare possunt per angustam portam, & arctā viam quę ducit ad vitā. Tu autem. ℣. Beatus vir. vt in cōmu. Resurrect. fo.

Lectio iij.

Marcus discipulus, et interpres Petri, quē admodum a Petrum referē tem audierat, rogatus Rome a fratribus breue scripsit euangelium. Quod cū Petrus audisset, probauit: & ecclesię legendum sua auctoritate edidit, vt testatur Clemens presbyter ecclesię Alexandrinę. Marcus igitur assumpto, quod scripserat, euangelio, perrexit in Aegyptum, & primus Alexandrię Christum annuntians, constituit ecclesiam tanta doctrina, & vitę continentia, vt omnes sectatores Christi ad exemplū sui cogeret. Tu autē. ℣. Lux perpetue. vt in dicto communi.

Lectio iij.

Tandem cum ecclesiā a se optime constitutam octo annos sanctissime rexisset, a gentilibus captus, et fune ad collum eius ligato, per saxa, et vepres tractus, & discerptus, spiritum Domino reddidit. Ibidemq; sepultus est septimo Kalendas Maij, octauo Neronis anno. Corpus autem eius post aliquot ętates, Venetias trāslatum est. Tu autem. ℣. Virtute magna reddebāt apostoli. ℟. Testimonium resurrectionis Jesu Christi domini nostri, aleluya, aleluya. ℣. Repleti quidem spiritu sancto loquebantur verbum Dei cum fiducia. ℟. Testimonium. ℣. Gloria patri. ℟. Testimonio. Te Deū laudam⁹. ℣. Constitues eos.

℟ Per horas dicti Ańę laudes.

¶ Ad Tertiam, Sextam, & Nonam, Capitulum vt supra responsoria, et versi. vt in communi apostolorum. fo. xxij. Oratio vt supra.

¶ In secundis vesperis Ańę laudū psalmi vt in communi apostolorum, Capitulū vt supra, Aleluya. ℣. Psalmus ad Sion dicet, ecce adsum: et Hierusalem euangelistam dabo, Hymnus, & vers. vt in primis vespe. Ad Benedictus. Ańa. In ciuitate domini. vt in prędicto communi. Oratio vt supra. Fiat commemoratio sancti Cleti.

¶ Die xxvj. Cleti papę martyris, omnia vt in communi

ni Resurrectio. preter secundam & tertiam lectio.

Lectio ij.

QVetus natione Romanus, de genere patritio, patre Aemiliano, sedit annos septem, mensem vnum, dies vndecim. Fuit autem temporibus Vespasiani, & Titi vsque ad consulatum Domitiani, & Ruffi, et martyrio tandem coronatur. Tu autem.

Lectio iij.

HIc ex precepto beati Petri viginti quinq; presbyteros ordinauit in vrbe Roma mense Decembri. Qui etiam sepultus est iuxta corpus beati Petri in Vaticano, sexto kalendas Maij, & cessauit episcopatus dies viginti. Tu aũt.

℣. Dic xxviij. Anastasij papę confessor. omnia vt in cõmuni Resurrectionis.

℣. Dic xxviij. Vitalis martyris omnia vt in communi Resurrectionis preter oratione, & in iij. lectio.

Oratio.

QVesta quesumus omnipotens Deus, vt intercedente beato Vitale martyre tuo, a cunctis aduersitatibus liberemur in corpore, & a prauis cogitationibus mundemur in mente. Per Dominum.

Lectio ij.

QVItalis miles Mediolanensis ciuis, ex Valeria coniuge beatos Geruasium, & Prothasium genuit. Qui Rauẽnam cum Paulino iudice ingressus, cum vidisset Vrsicinũ quendam profidei cõfessione ad decollandum ductum expauescere, ita eum in fide confortauit, vt martyrium constanti animo subierit. vnde a Paulino comprehensus in equuleo suspendi iussus est. Deinde in foueam supinus depositus, & lapidibus obrutus est. Tu autem.

Lectio iij.

QVod cũ eius vxor Valeria resciuit, Rauennam veniens, vt virum Mediolanum träfferret, ab eo admonita, ne eum inde tolleret, Mediolanum reuertitur, & a rusticis in itinere Siluano sacrificãtibus, quia de idolothitis manducare noluit, tot vulneribus cęsa est, vt seminecis ad Mediolanum a famulis perducta intra triduum ad Dominum migrauerit. Tu autem.

¶ Die xxix. Petri martyris omnia vt in commu. Resurrect. præter orationem ij. & iij. lectio.

Oratio.

Quæsta quesumus omnipotens Deus vt beati Petri martyris tui fidem congrua deuotione sectemur, qui pro eiusdem fidei dilatatione martyrij palmã meruit obtinere. Per Dñm.

Lectio ij.

Petrus martyr, patria Veronẽsis, ordinis prædicatorũ doctor eximius, & catholicæ fidei acerrimus defensor, tanquam rosa de spinis ortus est, parẽtibus hæreticis, hæreticorum mirabilis insectator. Itaq; in adolescentia sua mundum, parẽtesq; relinquens, ordinem prædicatorũ ingressus est, in quo triginta annis laudabilem vitam perduxit. Tu autem.

Lectio iij.

Qui missus a pontifice Romano, vt Manichæos hæreticos insectaretur, ab eisdem hæreticis interceptus, & occisus, martyrij coronam est adeptus, tertio kalẽdas Maij, anno domini millesimo ducentesimo quinquagesimo secundo: atque moriens, propria sanguine, qui fluebãt in terrã, Credo in vnum Deũ scribens, fidem protestabatur. Quo multa post mortem edente miracula, plurimi hæreticorum ad gremiũ ecclesiæ rediere. Quamobrem ab Innocentio Papa quarto cathalogo sanctorum martyrum consecuto anno adscriptus est. Tu aũt.

¶ Die xxx. Prudentij episcopi confessoris omnia vt in communi, præter orationem, ij. & iij. lectio.

Oratio.

Quæsumus omnipotẽs Deus, salutaribus repleti mysteriis, vt intercedente beato Prudentio cõfessore tuo atque pontifice, cuius festiuitatem celebramus, eius intercessione ab omni periculo liberemur. Per Dominum.

Lectio ij.

Rudẽtius episcopus, & confessor, ex Cantabria citeriozis Hispaniæ prouincia, villa quidem Armẽtia oriundus, a parentibus prudentibus, nobilibus, et catholicis ab ineunte ætate literis est imbutus. Qui annos natus xv. domo, patria, cognationeq; relictis cuidã eremitæ Satario virtute

tute insigni per septēnium cōiunctus est, a quo diuina fauente gratia, perfecte fidem edoctus Caisgurram adiit, vbi plurimos ad huc idolatrię deditos ad fidem Christi conuertit, Ad quos plenius instruendos multo tempore ibi morā traxit, donec ipsius sanctimonię fama volante, hinc atque illinc diuersis languoribus cruciati, ab eo sanandi concurrerent. Tu autem.

Lectio vij.

DEinde Tirasonam secessit, vbi diu cū subsacristis degēs, primum in sacristam, deinde propter morum probitatem, & vitę integritatem in archidiaconum electus est. Quod munus viriliter exercendo, et nullū pietatis opus omittēdo, ita omnibus fuit amabilis, vt defuncto eiusdem sedis episcopo, vna omniū voce datus sit ipse successor. Dicebant enim, cathedram episcopalem Prudētius suscipiat, quia omniū nostrum pater est. Episcopus igitur effectus maiori diligētia curabat, ne quid, quod bonum pastorem deceret, negligeretur, Tandē post multa bona per eū facta Tirasonę infirmitate grauatur, & paulo post summa humilitate, & deuotione sumptis sacrosanctis, virtutibus, & miraculis clarus obdormiuit in dño, Floruit autem circa annum domini trecentesimum nonagesimum. Tu autem.

Maius.

℣ Die .j. Apostolorū Philippi & Iacobi. In primis vesper. super psalm. Ant. Aleluya, Aleluya, Aleluya, Aleluya, Aleluya, Aleluya, psal. feriales. Capitulum. Stabunt iusti. vt in comuni resurrectio. fol. 168 ℟. Nō turbetur cor vestrū, neq; formidet dicit dominus. Creditis in Deum, & in me credite. ℣. In domo patris mei mansiones multe sunt. Aleluya. ℟. Ego sum via, veritas, & vita: nemo venit ad patrem, nisi per me. ℣. In domo. ℟. Gloria patri. ℣. In domo. Hymnus. Exultēt cęlum. fol. 541 ℟. Annuntiauerūt opera Dei, Aleluya, Aleluya. ℟. Et facta. Ad Magnificat. Ant. Si cognouissetis me, et patrem meum vtique cognouissetis. Et amodo cognoscetis eum, & vidistis eum, Aleluya, Aleluya, Aleluya.

Rogationes [illegible]

cantur sub una terminatione.

Oratio.

DEus qui iustum apostolum tuum Jacobū perpetuę castitatis flore cādidatum, ecclesię tuę Hierosolymitanę primum episcopum, & tui operis vicarium przesse voluisti, concede quęsumus, vt ita ipse apud te sit pro nobis perpetuus intercessor, sicut tui mysterij extitit primus executor, & doctor.

Oratio.

DEus, qui nos annua apostoli tui Philippi solennitate lętificas, przesta quęsumus, vt qui eius gaudemus meritis, instruamur exemplis. Per Dñm. Fiat cōmemo de festo dici.

Ad Completo. Ańa. Dixit sanctus Philippus, domine, ostende nobis patrem, et sufficit nobis, aleluya. Ps. Cum invocarem. fo. 7 S. cum cęteris. Ad nunc dimittis. Ańa. Laudibus est multis Jacobus honorādus Alphei, qui totiens genua flexit in templo, quod callos in eis habuit admodum cameli, aleluya.

Ad Matutin. Invitato. Aleluya In sanctorum apostolorum solennitate. ℣. Regem veneremur glorie, aleluya. Psal. Venite exultemus. fol. 1. Ign nocturn. Ańa. Propter meritum excellentissime sanctitatis Jacobus Alphei vocatus est iustus, aleluya. Psalmi vt fuerit dies, vide regulam in cōmun. Resurrectionis. Ańa. Erat autē Philippus a Bethsaida ciuitate, aleluya. Ańa. Erat autem Jacobus syndone indutus lineo vestimento, aleluya, et carnes nō comedebat, aleluya. ℣. vt cuncti. Lectio sancti euangelij secundum Joannem.

Lectio j.

IN illo tempore, dixit c.14.
Jesus discipulis suis. Non turbetur cor vestrum. Creditis in Deum, & in me credite. In domo patris mei mansiones multę sunt. Et reliqua.

Homilia beati Augustini episcopi.

NE mortem quasi hominis timerēt, & ideo turbarentur, cōsolatur eos etiam se Deum esse contestans. Creditis in Deum, & in me credite, consequens est enim, vt si in Deum creditis, & in me credere debeatis, quod non esset consequēs. Si Christus nō esset Deus

Deus. Tu autem. ℣. In morte Christi Iacobus iurauit sic iste, quod non comederet, donec Christum resurgentem videret. ℟. Unde per tres dies sitiit nihil degustãs, aleluya. ℣. In voto quia stetit fide robustus, fuit deside rũ spe permansit securus. ℟. Unde.

Lectio iij.

IAcobus apostolus, cognomento iustus, frater domini vocatus, Marię Cleophę filius, sanctus fuit ab incũt ętate, victu, & cultu frugalissimus. Qui statim post Christi ascensionem, ab apostolis Hierosolymorum episcopus constitutus, eam ecclesiam annis triginta summa cum laude rexit. Rogatus autẽ a Judęis, vt in die paschę, cum pluruma turba cõuenire solebat, ex loco sublimi ad populum concionaretur, & a cultu Jesu, quem per errorem multi sequerentur, oratione, & auctoritate sua populares auerteret, pinnam templi ascendit, vbi magna Judęorum gentiliũq; astante multitudine, a Scribis, et Phariseis, quid ipsi de Christo videretur alta voce rogatus, respõdit. Quid me interrogatis de filio hominis? Ecce ipse sedet in cęlo a dextris summę virtutis. Et ipse venturus est in nubibus cęli. Quo sermone audito, Scribę & Phari sei conclamãt, Proh, iustus etiam errauit. Ascenderũt q; et precipitauerunt eum, & lapidibus obruere cęperunt. Ille vero conuersus, & super genua procumbẽs, quę illi ob assiduum orandi vsum in camelorum speciẽ occalluerant, pro ipsis orabat, donec vecte fullonis capite comminuto spiritũ emisit kalẽdis Maij. Quo in loco prope templum est sepultus. Tu autem. ℣. Justus per candorem castitatis seruauit pudorem. ℟. Puritatis flore vite decorauit odorẽ, aleluya. ℣. Gaudeat noster chorus, Jacobus est virtute decorus. ℟. Puritatis.

Lectio iij.

PHilippus apostolus cũ annos circiter viginti euãgelium in Scythia prędicasset, omnemq; fere gentem illam ad verę pietatis cultum traduxisset, ab infidelibus tractus, ad Martis statuam, vt sacrificaret draco inde repente exiuit, qui Põtificis filium certo impetu adortus, lethaliter

percussit, & mox duos tribunos, ac multi præterea ab eo afflati, confestim in pestiferum languorem incidêrũt. Philippus autem perculsam multitudinem affatus, si quę vobis dixero (inquit) sedulo curabitis, polliceor futurum, vt male affecti, ad pristinam valetudinem, & qui mortui sunt, diuina virtute ad vitam reuocentur: pestiferq; serpens statim abigatur. Et rogantib⁹ quid opus esset facto, ite, inquit, & dęmonis huiꝰ, quem colitis, simulachrum deijcite, locumq; illum, vnde illud demoliti fueritis, signo crucis insignite, idque in Christi Nazareni memoriam, mecũ supplices adorate. Faciũt Scythę piũ opus, quo rite procurato, & qui defuncti fuerant, reuixere, & perniciosa pestis illa procul discussa est, necq; vnquam postea visus draco. Iis Philippus, multisq; alijs rebꝰ diuinitus gestis, cum Hieropolim Phrygię ciuitatem venisset, ab Hebionitis cruci affixus, & lapidibus obrutus est, kalẽdis Maij. Tu autem. ℣. Tanto tempore vobiscũ sum, & nõ cognouistis me? ℟. Philippe, qui videt me, videt et patrem meum. Aleluya, Aleluya. ℣. Domine, ostende nobis patrem, & sufficit nobis. ℟. Philippe. ℣. Gloria patri. ℟. Philippe. Te Deũ laudamus. ℣. Constitues eos, Aleluya, Aleluya.

℣ In Laudibus. Ańa. Immensi regis filius sortis est, matris apostolus Iacobus, cuius nostra letus celebrat solẽnia chorꝰ. Aleluya. ℣. Dominus regnauit. ℟. Cum cęteris de laud. Dominicali. Ańa. In crastinũ voluit Iesus exire in Galileam, & inuenit Philippum. Aleluya. Ańa. Post mortem Christi Iacobus electus est iste primus in episcopum Hierosolymorum ab omnibus vna populis, merito sanctitatis, vitęq; dictãte, Aleluya. Ańa. Erat autẽ Philippus a Bethsaida ciuitate, Ala. Ańa. Gaudeat ecclesia tanto ditata prælato. Qui meruit primus mysteria sancta tractare: et salus populi corda acquisiuit virtute, Aleluya. Capitulum Hymnus & versus vt in vesper.

℣ Ad Benedictus. Ańa. Non turbetur cor vestrũ, nec formidet. Creditis in Deum, et in me credite. In domo patris

tris mei mãsiones multe sunt, Aleluya, aleluya. Orationes vt in vesper. ℂ Per horas diei, Añs laudũ. ℂ Ad Tertiam, vj. & ix. Capitulum vt supra. Responsoria & versiculi, vt in communi apostolorum. Oratio vt supra.

¶ In secundis vesper. Añs laudũ psalm, vt in communi apostolorũ. Capitulum vt supra. Aleluya. Per manus autem apostolorum fiebant signa, et prodigia multa in plebe. Hymnus & versus vt in primis vespe. Ad Magnific. Añs. Tanto tempore vobiscum sum, & non cognovistis me, Philippe, qui videt me, videt et patrem meũ Aleluya, aleluya. Orationes vt in primis vespe. Fiat commemora. sancti Athanasij episcopi. ¶ Ad Completorium vt heri.

ℂ Die iij. Athanasij episcopi confessoris omnia vt in commun, preter orationem ij. et nj. lectio. Oratio.

DEus, qui ore beati Athanasij cõfessoris tui, atque pontificis doctrinis sancte trinitatis nos instruxisti, cõcede, vt intercessionis eius auxilio, in ea dẽ fide, te donante, permanere possimus. Per Dñm.

Lectio ij.

BEatus Athanasius, ab incũte ętate literis deditus, vir euasit clarissimus, & catholice veritatis propugnator acerrimus, cũ enim simul cum Alexandro Alexandrię. Urbis episcopo, cui postea successit, Niceno concilio interesset, sic Arrij hęretici pestiferũ dogma validissimis confutauit argumentis, vt eius errores non obstinatis clarius luce paterent. Male vero affectorum animos in se grauiter concitauit: ita vt Constantio Imperatore Arriano proscriptꝰ, per totum orbẽ quęreretur occidendus, & munera capientibus maxima proponerentur. Tu autem.

Lectio iij.

IPse tamẽ profugus, & exul, vbi hęreticorũ manus euadere posset quęrens, in sicca quadam cisterna fere annis latuit. Deinde Dei nutu post multos labores, Iouiano orthodoxo Imperatore succedẽte, cũ honore proprię sedi restitutus, miraculis clarus quieuit in pace, sexto nonas Maij.

ℂ Die iij. Inuentio sancte

crucis. In primis vespe. su per psal. Ańa. Per signū crucis de inimicis nostris, libera nos Deus noster, aleluya. Psalm. feriales.

Capitulum.

pau. ad Ga la. 6. FRatres, mihi autem absit gloriari, nisi in cruce domini nostri Jesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. ℟. Deo. ℟. O magnum pietatis opus, cum Gloria patri, vt infra post ij. lectio. Hymnus. O exilla regis. fo. 159 & in versu. O crux aue, dicatur Hoc inuētionis tempore. ℟. Adoramus te Christe, & benedicimus tibi, aleluya, aleluya. ℟. Quia per sanctam crucem tuam redimisti mundum, aleluya, aleluya. Ad Magnific. Ańa. Per tuam crucem salua nos Christe redemptor, qui mortem nostram moriendo destruxisti, et vitam resurgendo reparasti, aleluya.

Oratio.

DEus, qui in pręclara sanctissimę crucis inuentione passionis tuę miracula suscitasti, concede, vt vitalis ligni prętio, ęternę vitę suffragia consequamur. Qui vivis et regnas cum Deo.

Fiat cōmemo. de festo diei. ℭ Ad Completo. Ańa. Orabat Judas. iiij. Laudū Ad nunc dimittis, Ańa. Cum orasset Judas. v. Laudum. ℭ Ad Matutin. Invitator. Ańa, Crux benedicta splendet in mundo. ℣. Venite adoremus, aleluya. Psal. Venite exultemus. fo. 1. Hymnus. O crux aue. vt in hymno. Vexilla regis. fo. 159 ℭ In primo nocturn. Ańa. Adoramus te Christe, & benedicimus tibi, quia per crucem tuā redemisti mundum, aleluya. Psalm. Domine dominus noster. fol. 3. Ańa. O crux benedicta, quia fa te pependit saluator mūdi, & fnte triumphauit rex angelorum, aleluya. Psa. Dñi est terra. fo. 14. Ańa. Crux benedicta nitet, dñs qua carne pependit, atq; cruore suo vulnera nra lauit, aleluya. Psa. Afferte dño. fo. 16. ℟. Adoramste Christe, & benedicimus tibi, aleluya, aleluya. ℟. Quia per crucem tuam redemisti mundum, aleluya, aleluya. Pater noster.

Lectio j.

Lectio sancti euangelij secundum Matthęum.

IN illo tēpore, dixit Jesus discipulis suis, sicut c. 24.

cut fulgur exit ab oriente, & paret vsq; in occidentē, ita erit aduētus filij hominis. Et reliqus.

Homilia sācti Hieronymi.

NOlite exire, nolite credere, quod filius hominis vel in deserto gentiū sit, vel in penetralibus hęreticorum, sed quod ab oriente, vsque in occidentē fides eius in catholicis ecclesijs fulgeat. Hoc quoq; dicendum, quod secundus saluatoris aduentus non in humilitate, vt prius, sed in gloria demonstrandus sit. Tu autem. ℟. Per signū crucis de inimicis nostris, alleluya, ℣. Libera nos Deus noster, alleluya, alleluya. ℟. Saua nos Christe saluator per virtutē crucis. ℣. Libera.

Lectio ij.

HElena Cōstantini mater, mulier religione, & pietate insignis, diuinarum rerū studio, nocturnoq; visu impulsa, Hyerosolymā petijt, vt dominicā quęreret crucē, vnde humana salus pependisset. Vbi autē hęc defossa erat, ibi ex industria fuerat Veneris simulachrū cōstitutū ab impijs fidei persequutoribus, vt omne dominicę passionis monumentū aboleretur: & si quis christianus eo loco Christū adorare, Venerē videretur adorare. Ceterū simulachro inde deiecto, locoq; ruderibus purgato, crux reperta est: & cū ea duę alię quibus affixi fuerāt duo latrones. Sed obturbabat reperti muneris lętitiā vniuscuiusq; crucis indiscreta proprietas. Aderat quidē & titulus ille, qui Hebraice, Hręce, & Latine a Pilato fuerat cō scriptus, sed nec ipse satis euidenter dīnici prodebat. signa patibuli. Tu aūt. ℟. O magnum pietatis opus, alleluya. ℣. Mors tua tunc est. ℟. Cum crucis in ligno mortua vita fuit, alleluya, alleluya. ℟. In cruce mors Christi damnauit mortua mūdi. ℣. Cum crucis.

Lectio iij.

DIuino autem miraculo mox consecuto, omnis prorsus ambiguitas sublata est. Cum enim Macarius Hierosolymitanus episcopus fusis ad Deū precibus vt id reuelaret, frustra duas nobili cuidā fęmine longa ęgritudine confectę, et iam prope defunctę admouisset: admota tertia repente adapertis oculis

mulier

mulier consurrexerit, & stabilitate virium recepta ala crior multo, q̄ cū sana fuerat, tota domo discurrere, et magnificare Dei potentiam cepit. Helena igitur euidenti indicio voti compos facta, templū, vbi crucē repererat, magnifice cōstruxit. Ibique partem crucis reliquit thecis argenteis conclusam, partem filio detulit. Cuius pars postea reposita fuit Rome in ede Sessoriana que sancte crucis in Hierusalem nuncupata est. Attulit etiā clauos tres, quib⁹ Christi corpus fuerat affixum. Quorum vno Cōstantinus pro amuleto in cono galee vsus est. Alterum deiecit in mare ad fedam tempestatem compescendam. Reliquum inseruit bellatoris equifreno, veterem prophetiā adimplens. Olim enim sic Zacharias propheta clamauerat, Erit quod super frenum equi est sanctum dño. Qui Cōstantinus legem tulit, ne quis deinceps supplicio crucis afficeretur. Ita res que antea mortalibus probro fuerat, veneration esse cepit. Tu autem. ℣. per tuā crucem salua nos Christe redemptor. ℟. Qui mortem nostram mortēdo destruxisti, & vitam resurgendo reparasti, Aleluya. ℣. Miserere nostri Jesu benigne, qui passus es clementer pro nobis. ℟. Qui mortem. ℣. Gloria patri. ℟. Qui morte. Te Deum landa. ℣. Per signum crucis de inimicis nr̄is, Alleluya. ℣. Libera nos Deus noster, Aleluya, Aleluya.

℄ In Laud. Ant. Helena Constantini mater Hierosolymam perijt, aleluya. Vide Laud. Dominicalium. fol. 10. Ant. Tunc precepit eos omnes igne cremari, at illi timentes tradiderunt Judam, Aleluya. Ant. Cumq̄ ascendisset Judas de lacu, perrexit ad locum vbi iacebat sancta crux, Alleluya. Ant. Orabat Judas, Deus Deus meus ostende mihi signū sancte crucis, Aleluya. Ant. Cum orasset Judas, commotus est locus ille in quo sancta crux iacebat, Aleluya. Capitulum, vt supra. Hymnus. Arbor decora & fulgida. vt in Hymno. Vexilla regis. fol. 150 ff. Hoc signum crucis erit in celo, Aleluya, aleluya. ℣. Cum dominus ad iudicandum venerit. Aleluya, aleluya.

¶ Ad Benedict. Ant. Hele na sancta dixit ad Judam, cõ pte desiderũ meũ, ℟ viue super terram, vt ostendas mihi qui dicitur Caluarie locus, vbi absconditũ est pretiosum signum dominicum, Aleluya, aleluya, aleluya, oratio vt supra. ¶ Per horas dicit, Ant. Laudum. ¶ Ad Tertiam capitulũ vt supra. ℣. Adoramus te Christe, ℟ benedicimus tibi. ℣. Aleluya, aleluya. ℣. Quia per sanctã crucem tuam redemisti mũdum. ℣. Aleluya. ℣. Gloria patri. ℟. Adoramus te. ℣. per signũ. vt infra. oratio vt sup. ¶ Ad Sextam capitulum vt supra. ℟. per signũ crucis de inimicis nr̃is. ℣. Aleluya, aleluya. ℣. Libera nos Deus noster. ℣. Aleluya. ℣. Gloria patri. ℟. per signũ. ℣. Hoc signũ crucis. vt infra. ¶ Ad Nonam capitulum vt supra. ℟. Hoc signũ crucis erit in celo. ℣. Aleluya, ℣. Cum dominus ad iudicandum venerit. ℣. Aleluya. ℣. Gloria patri. ℟. Hoc signũ. ℣. Saluanos Christe saluator, aleluya, aleluya. ℟. per virtutem sancte crucis, aleluya. Oratio vt supra.

¶ In ij. vesperis Ant. laudũ. Psalm. Dixit dominus, fol. 68. ¶ Cõfitebor tibi. fo. 438 eat⁹ vir. fo. ℣. Et au date pueri. fol. 68. Et audate dominum omnes gentes. fo. 70. Capitulum, vt supra. Aleluya. ℣. Tuã crucem adoramus Domine, tuã gloriosam recolimus passionem, ℟ tuam veneramur sanctam inuentionem Hymn. vers. Ant. ad Magni. ℟ oratio, vt in primis vesper. ¶ Ad Comple. vt heri. ¶ Die iiij. Floriani martyr. omnia vt in communi pr̃ter ij. ℟ iij. lectio.

Lectio ij.

HOrianus martyr̃ passus est apud Lauriacum oppidum, temporibus Diocletiani, ℟ Maximiani Imperatorum, sub pr̃side Achillino. Qui cum esset princeps officij militaris in Cetia vrbe, audiens qualiter quadraginta martyres Christiani post diuersa supplicia ab Achillino pr̃side detẽti essent, desiderio martyrij valefaciens militibus suis versus Lauriacensem ciuitatem ire cepit. Obuiusque militibus qui a pr̃si de missi fuerant ad perquirẽdos christianos, se ipsum sponte illis obtulit, vti christianum. Quem illi tenen-

tes

tes duxerunt ad p̄sidem, qui Flozianum Chr̄isti nomen confitentē, primo atq; iterum a militibus p̄pr̄iis cędi iussit. Deinde scapulas eius iaculis cōfigi. Tu aūt.

Lectio iij.

Cum eum ad omnia supplicia paratum vidisset, iussit illum ad fluuiū Anisi adduci, et ligato ad collum eius saxo ipsum de ponte p̄cipitari. Postēꝫ vero sanctus martyr animam Chr̄isto reddidit, corpus eius super vndas enatans in eminenti saxo ab aquis eiectum est. Et superueniens aquila alis expansis in modū crucis corpus a feris protegebat. Tūc reuelante se sancto martyrē cuidam matronę chr̄istianę ostēsisq; ei indicijs loci vbi eum inueniret, et vbi eum sepeliret, mulier iunctis bobus cum plaustro ad locū deuenit, et corpus inuētum vehiculo imposuit: deduxitq; corpus ad locū sibi a beato martyre demonstratum, vbi ipsum secreto tumulauit, passus est autē quarto nonas Maij. Tu autem.

℣ Die v. Torquati cum sociis suis martyrib. In primis vesperis super psalm. Anis. et per totū diē, vt in cōmu. p̄ter oratiōnē. Oro.

Letetur ecclesia tua domine sanctorū tuorum Torquati, Tesifontis, Euphrasij, Cecilij, Indaletij, Secundi, et Isitij confessa suffragio, et plebs Hispanię eorū glorietur patrocinio, et deuota tibi permaneat, et secura consistat. P̄r dñm.

℣ Die vj. Joānis ante portam Latinam. In primis vesper. super psalm. Anis. Occurrit beato Joanni ab exilio reuertēti omnis populus virorum ac mulierum, clamātium et dicentium, Benedict⁹ qui venit in nomine dñi, alleluia. psal. seruato. Capitulum.

Qui timet deū faciet bona, et qui continens est iustitię apprehēdet illā, et obuiabit illi quasi mater honorificata. ℟. Deo gra. ℣. Hic est discipul⁹ ille qui testimoniū perhibuit de his, et scripsit hec. ℟. Et scimus quia verum est testimonium eius. ℣. Fluenta euangelij de ipso sacro dominici pectoris fonte potauit, et veri bi Dei gratiā in toto terrarum orbe diffudit. ℟. Et. Hym. Exultet cęlū. p. 477. Valde honorādus est beatus Joannes, alleluya, alleluya. ℟. Qui su-

Eccles. c. 13.

pra

pra pectus dñi in cena recubuit, a'a, a'a. Ad Magnificat. Ant. In ferventis olei dolio missus Joannes apostolus, divina se protegente gratia illesus exiuit, a'a.

Oratio.

DEus, qui conspicis quia nos undiq; mala nostra perturbāt, pręsta quęsumus, vt beati Joānis apostoli tui & euāgelistę intercessio gloriosa nos protegat. Per Dominum.

Fiat cōmemo. de festo diei.

Ad Cōpleto. Ant. Exist sermo. iiij. Laudā. Ad nūc di. Ant. Sieum. v. Laudā.

¶ Ad Matuti. Invitator. Aleluya. In sanctis gloriosus est Deus. ℣. Venite adoremus, aleluya. Psa. Venite. Hym. Aeterna Christi. fo. 143 In j. noctu. Ant. Joannes apostolus & euangelista virgo est electus a dño, atq; inter ceteros magis dilect⁹. Psa. & si vere euenerint vide regulā in cōmu. resurrect. fo. 169 Ant. Supra pectus Dñi Jesu in cena recumbēs, euangelij fluenta de ipso sacro dñici pectoris fonte potauit. Ant. Quasi vnus de paradiso fluminibus euāgelista Joānes verbi Dei gratiā into to trrarū orbe diffudit. P̄ nr̄. Lectio sancti euangelij secundum Joannē. Lect. j.

IN illo tempore, dixit dñs Jesus Petro sequere me, Et cōuersus Petrus vidit illum discipulū, quem diligebat Jesus, sequentem. Et reliqua. c.22.

Homilia Bedę presbyteri.

QUotū aūt noui vŕę fraternitati, quis sit ille discipul⁹, quē diligebat Jesus, Joānes videlicet ipse cuius hodie festa celebramus, qui hoc scripsit euāgeliū, atq; ideo suā personam maluit indicijs rerū accidētiū, quā ꝓprio designare vocabulo, diligebat enim eum Jesus, nō exceptis cęteris singulariter solū, sed pręcęteris quos diligebat, familiaris vnū, quē specialis pręrogatiua castitatis ampliori dilectione fecerat dignū. Tu aūt. ℣. Iste est Joānes, qui supra pectus dñi in cena recubuit. ℣. Beatus apostol⁹ cui revelata sunt secreta celestia, a'a. ℣. Fluenta euāgelij de ipso sacro dñici pectoris fonte potauit, & verbi Dei gratiam in toto terrarum orbe diffudit. ℣. Beatus. Lectio ij.

JOannes apostolus dilectissimus Chro, post ipsius ascēsionem maximo studio, magnisq; miraculis chri-

christianam pietatem propagauit. Huius enim, & Petri predicatione post clandum sanatum ad portã tẽpli speciosam appellatam, quinq; millia hominũ vno die conuersa sunt ad fidem. Idemq; duo post Stephani martyrium in Samariã, quę Philippo prędicante baptismũ acceperat, peruenerunt, eandemq; in fide cõfirmarunt, & per ipsorũ manus impositionem spiritus sanctus in baptizatorũ cor da descẽdit. Tu autem. ℣. Virgo est electus a domino, atq; inter ceteros magis dilectus, qui supra pectus eius in cena recũbens, fluenta euãgelij de ipso sacro dominici pectoris fonte potauit. ℣. Et verbi. Dei gratiam in toto terrarum orbe diffudit, aleluya. ℣. Spiritus sancti gratia inebriatus, ceteris altius diuinitatis patefecit arcanum. ℣. Et verbi.

Lectio iij.

In diuisione autem orbis terrę Joanni obtigit Asia prouincia. Cuius ecclesias cũ sapientissime a se fundatas sanctissime moderaretur, captꝰ fuit in persecutione Domitiani in vrbe Epheso. Unde Romam adductus, cum a Christi fide auerti non posset, in eadem vrbe Roma (vt Tertullianus est auctor) in dolium feruẽtis olei demersus est. Sed cum incolumis inde euasisset, relegatus est in Pathmum insulã, vbi Apocalypsim conscripsit. Post mortẽ vero Domitiani, cuius acta omnia fuerunt a senatu rescissa, Ephesum reuersus, Drusianã magnę in Christum pietatis fęminam paulo ante defunctã, spectante populo ad vitam diuina operevocauit. Quo miraculo multi sũt ad Christi fidem conuersi. Ad commendandam ergo ipsius dignam memoriam, & pro fidei catholicę constantiam christianam ecclesiam in eius honore miro opere cõstruxerũt loco suprądicto, vbi quotãnis prędie nonas Maij a cũctis fidelibus celebratur. Tu autem. ℣. In medio ecclesię aperuit os eius. ℣. Et implevit eum dominus spiritu sapientię, & intellectus, aleluya. ℣. Jucunditatem, & exultationem thesaurizauit super eum, & nomine eterno hereditauit eum. ℣. Et imple. Te Deum laudamus. ℣. Esto fidelis vsque ad mortem, aleluya, aleluya.

℣. Et dabo tibi coronam vite, aleluya, aleluya.

℣ In Lau. Añe. Valde honorandus est beatus Joannes, qui supra pectus domini in cena recubuit, aleluya. psal. Communicalia. Añe. Hic est discipulus ille, qui testimonium perhibet de his, et scimus quia verum est testimoniū eius, aleluya Añe. Hic est discipulus meus, sic eum volo manere donec veniam, aleluya. Añe. Exijt sermo inter fratres, quod discipulus ille non moritur, ℣ non dixit Jesus, nō moritur: sed, sic eum volo manere donec veniam, tu me sequere, aleluya. Capitulū, hymnus, ℣ vers. vt in vesperis.

℣ Ad Benedict. Añe. Jste est Joānes qui supra pectus domini in cena recubuit, Beatus apostolus cui revelata sunt secreta celestia, aleluya. Oratio vt supra.

℣ Per horas diei Añe lau.

℣ Ad Tertiam, Sextam, ℣ Nonam, Capitulum vt supō. Responsoria, et versi. vt in communi apostolorum, fol. 348 Ad Nonam vltimus versus. Valde honorandus est. Oratio vt supra.

℣ In ij. vesper. Añe laudū, psalm. vt in communi. apostolorum, fo. 345 Capitulū. vt supra, Aleluya. ℣. Hic est discipulus ille qui testimonium perhibet de his, et scimus quia verum est testimonium eius. Hymnus, ℣ vers. vt in primis vespe. Ad Benedict. Añe. Jste est discipulus qui dignus fuit esse inter secreta Dei, Jste solus meruit divina inspiratione dicere. In principio erat verbum, ℣ verbum erat apud Deum, et Deus erat verbum. Oratio vt in j. vespe. Et fiat cōmemoratio de festo occurrēti.

℣ Ad Completor. vt heri.

℣ Die vij. Domicille virgis ℣ martyr. omnia vt in communi preter ij. ℣ vij. lect. Lect. ij.

DOmicilla virgo apud Tarracinam Campanie ciuitatem sub Domitiano passa est. Que cum esset Flauij Clemētis cōsulis ex sorore neptis Aurelio filio consulis nepoti Domitiani Imperatoris in cōiugium tradita est, datis sibi duobus eunuchis cubicularijs, videlicet Nereo, ℣ Archileo. Cū ea puella auro, et preciosis vestibus tegeretur, Nereus, et Archileus qui occulte christiani erāt eidem prędicauerunt, ℣ virginitatē multipliciter cōmendauerunt,

in tantum vt ipsa in Christū crederet, et virginitatis votum emitteret. Quā sanctus Clemens Papa baptizauit, z sacro velamine consecrauit. Tu aūt. Lect. iij.

QVod audiēs Aurelianus sponsus eius, a Domitiano impetrauit, vt virginem cum Nereo, z Archileo in Pontianam insulam relegaret, putās se per hoc p̄positū virginis immutaturum. Postquam autē sancti martyres Nereus z Archileus martyriū passi sunt, Aurelianus de exilio virginē deduxit, z duas virgines Euphrosynā, z Theodoram collactaneas eius, vt ei nuptias suaderēt, misit. Quas tamen Domicilla ad fidem conuertit. Tūc Aurelianus cum sponsis octarum puellarum, z tribus ioculatoribus, z alijs socijs ad eā accessit, vt ipsam saltem violenter oppzimeret. Sed cū virgo Christo p̄fatos duos iuuenes cōuertisset, frater vero eius Luxurius nomine, ab Imperatore obtenta licentia, omnes qui per virginem crediderant interfecisset, cubiculo vbi Domicilla, cū Euphrosyna, z Theodora morabatur, ignem supposuit. Quę simul orantes spiritū emiserūt nonis Maij. Quarum corpora sanctus Cęsarius mane illęsa recipiens sepeliuit. Tu autem.

℣ Die vij. Apparitio sancti Michaelis. In primis vesper. super psalm. Dñs. Angeli, archāgeli, throni, dominationes, principatus, z potestates, virtutes celorum intercedite p̄o nobis ad Dominum. psalm. feriales.

Capitulum.

SIgnificauit Deꝰ quę oportet fieri cito, Apoca. i. loquens per angelum suū seruo suo Joanni. Qui testimonium perhibuit verbo Dei, et testimonium Jesu Christi quęcumq; vidit. ℟. Deo gra. ℟. Michael z angeli eius. vt infra post iij. lect.

Hymnus.

TIbi Christe splēdor p̄ris
Vita, virtus cordiū,
In conspectu angelorū,
Votis, voce psallimus,
Alternantes concrepādo
Melos damus vocibus.
Collaudamus venerātes
Omnes cęli milites,
Sed p̄cipue primatem
Cęlestis exercitus
Michaelem, in virtute
Conterentem Zabulon.

Quo

O, uo custode procul pelle
Rex Christe pissime,
Omne nefas inimici,
Mundo corde, & corpore,
Paradiso redde tuo,
Nos sola clementia.
Gloriam patri melodis
Personemus vocibus,
Gloriam Christo canamus,
Gloriam Paracleto,
Qui trinus & vnus Deus,
Extat ante secula. Amen.

℣. Sancte Michael archangele defende nos in prelio, aleluya, aleluya. ℟. Ut non pereamus in tremendo iudicio, aleluya, aleluya. Ad Magnif. Ant. Dum sacrum mysterium cerneret Ioannes, archangelus Michael tuba decinit, ignosce dñe Deus noster qui aperis librum, & soluis signacula eius, aleluya, aleluya.

Oratio.

DA nobis quesumus omnipotēs Deus, beati archangeli tui Michaelis eo tenus honore proficere, vt cuius gloriam predicamus in terris, eius precib⁹ adiuuemur in celis. Per Dominū. Fiat commemoratio de festo diei.

Ad Completo. Ant. Cōcussū est mare, vt infra ad vesperas. Huc dimittis. Ant. Archāgele Christi, vt infra ad vesperas.

Ad Matut. Inuitator. Aleluya Archangelorum domino regē. ℣. Venite adoremus, aleluya. Psalm. Venite exultemus. fo. 1. Hymn.

CHriste sanctorum decus angelorū,
Rector humani generis, et auctor,
Nobis eternum tribue benignus
Scandere celum
Angelum pacis Michael ad istam,
Celitus mitti rogitamus aulam,
Nobis vt crebro veniente crescant,
Prospera cuncta.
Angelus fortis Gabriel vt hostem
Pellat antiquum, volitet ab alto,
Sepius templum veniens ad istud
Visere nostrum.
Angelum nobis medicum salutis,
Mitte de celis Raphael, vt omnes.
Sanet egrotos, pariterq; nostros
Dirigat actus.
Hinc Dei nostri genitrix Maria,
Totus & nobis chorus angelorum,

Semper assistat, simul et beata.

Concio tota.

Præstet hoc nobis deitas beata,

Patris, ac nati, pariterq; sancti.

Spiritus, cuius, reboat in omni,

Gloria mundo. Amen.

℣ In noctu. Ant. Michael præpositus paradisi, quem honorificant angelorum cives, aleluya. Psa. Domine dominus noster. fol. 3. Ant. Gloriosus apparuisti in cõspectu domini, propterea decore induit te dominus, aleluya. Psal. In dño cõfido. fol. 5. Ant. Hic est præpositus paradisi archãgel⁹ Michael. Non dimittit animas sanctorum, donec assignet eas ante tribunal Christi, ala. Psal. Benedicam dñm. fol. 18. ℣. Stetit angelus iuxta arã templi, aleluya, aleluya. ℟. Habens thuribulum aureum in manu sua, aleluya, aleluya. Pater noster.

Lectio sancti euangelij secundum Matthæum.

Lectio j.

c. 18. In illo tẽpore, Accesserunt discipuli ad Jesum dicentes, Quis putas maior est in regno cælorũ? Et reliqua.

Expositio.

Quantam gratiam circa vnum quemq; credentem in se, dominus habeat, ipse declarat, cum angelos eorum semper videre faciem patris qui in cælis est, ostendit. Etenim circa omnes credẽtes in Christum angelorum magnum studiũ exhat, & continua custodia, deniq; orationes eorum angeli deferunt in cælum. Tu autem. ℟. Factũ est silentium in celo, dum cõmitteret bellum draco cum Michaele archangelo, audita est vox millia millium dicentium. ℣. Salus, honor, & virtus omnipotẽti Deo, aleluya. ℟. Et proiectus est ille draco magnus qui seducit vniuersum orbem, & facte sunt voces magne in celo dicẽtes. ℣. Salus.

Lectio ij.

Anno a Christo nato quadringentesimo octogesimo primo, Zenone Romanis Imperante, Harganus quidã Sipontinus, cuius armẽta in mõte Hargano, a quo nomen ipse traxerat, pascebantur, oberrãtem per lucos taurum quærebat: Quem tandem inuentum, & ad hostium spelũ

cæ

cę cuiusdam pascętem cum percitus ira, & extento summis viribus arcu sagitta petijt, fleta sagitta ipsum sagittantem percussit. Tu. ℟. Dum committeret bellū draco cum Michaele archangelo, audita est vox millia millium dicentiū. ℣. Salus Deo nostro, aleluya. ℟. Millia millium ministrabāt ei, & decies centena millia assistebant ei, & dicebant. ℣. Salus.

Lectio iij.

TErritis eo casu ciuibus, Laurentium prōbatę vitę antistitē adeunt, et rem gestam exponunt. Ille facti admiratione ductus, triduanum indixit ieiunium quo tempore Deū per orationes cōsulendum statuit. Absoluto ieiunio, sanctus Michael Laurentio dormienti adstitit, suaq; operatione, & Dei iussu factū esse dicit, vt taurus illius basilicę index esset, quā sibi ad habitandum cum hominibus elegerit. His vulgo cōpertis, locus illę magna Sipōtinorum ciuium frequentia, prīncipi angelorum dedicatur. Tu autē. ℟. Michael & angeli eius pugnabant cum diabolo. ℣. Et ille hostis antiquus victus est ab eis, aleluya. ℟. Cum in celo ad dimicandum insurgeret hostis ille, gratia Dei Michael, & angeli eius obtinuerant triumphum. ℣. Et ille. ℟. Gloria patri. ℣. Et ille. Te Deum laudamus. ℟. Ascendit fumus aromatum, aleluya, aleluya. ℟. In conspectu domini de manu angeli, Aleluya, aleluya.

¶ In Laudib. Ańa. Stetit angelus iuxta aram templi, habens thuribulum aureum in manu sua, aleluya. psalm. laudate dominicalium. fol. 10. Ańa. Data sunt ei incēsa multa, vt adoleret ea ante altare aureum, quod est ante oculos Dñi, aleluya. Ańa. Ascēdit fumus aromatum in cōspectu domini de manu angeli, aleluya. Ańa. Angeli Domini, Dominum benedicite in eternum, aleluya. Ańa. Angeli, archangeli, throni, & dominationes, principatus, & potestates, virtutes celorum laudate Dominum de celis, Aleluya. Capitulū, hymn. & vers. vt in vesperis.

¶ Ad Benedi. Ańa. Dum committeret bellum draco cū Michaele archangelo, audita est vox millia millium dicentium, salus Deo nostro, aleluya. Oratio vt in vesper.

¶ Ad primam. Ańa. Stetit angelus. j. Laudum.
℣ Ad Tertiam. Ańa. Data sunt ei. iij. Laudū. Capitulū vt supra. ℟. Stetit angelus iuxta aram templi. ℣. Alia, ala. ℟. Habens thuribulū aureū in manu sua. ℣. Aleluya. ℟. Gloria patri. ℟. Stetit. ℣. Ascēdit fumus. vt infra. oratio vt supra. ℣ Ad Sextam, Ańa. Archāgele Christi per gratiam quam meruisti intercede pro nobis ad Dñm Jesum Christū, aleluya. Capitulū vt supra. ℟. Ascendit fumus aromatū. ℣. Aleluya, aleluya. ℟. In conspectu dñi de manu angeli. ℣. Aleluya. ℟. Gloria patri. ℟. Ascēdit. ℟. In conspectu angelorum. vt infra. oratio vt supra.
¶ Ad Nonā. Ańa. Concussū est mare, & contremuit terra vbi archangelus Michael descendebat de celo, aleluya. Capitulū vt supra. ℟. In cōspectu angelorum psallam tibi Deus meus. ℣. Aleluya, aleluya. ℟. Et adorabo ad tēplum sanctum tuum, & confitebor nomini tuo. ℣. Aleluya. ℟. Gloria patri. ℟. In cōspectu angelorum. ℟. Sācte Michael archangele defende nos in prelio, aleluya, aleluya. ℣. vt nō pereamus in tremendo iudicio. Ymnus vt in primis vespe. ℟. In cōspectu angelorū psallā tibi Deus meus, aleluya, aleluya. ℣. Et adorabo ad templum sanctū tuū, et confitebor nomini tuo, aleluya, aleluya. ℣ Ad Magn. Ańa. Factum est silētium in celo, dum draco committeret bellum, & Michael pugnauit cum eo, & fecit victoriam, aleluya. Oro vt in primis vespe. Et fiat cōm. de festo occurē. ℣ Ad Cōple. vt heri.
¶ Die ix. Gregorij Nazianzeni episcopi omnia vt in cōmu. preter oratiōē ij. et iij. lectio. Oratio.

DEus, qui populo tuo eterne saluti beatum Ze-

Gregorium ministrū cōcessisti, pręsta quęsumꝰ, vt quē doctorē vitę habuimus in terris, intercessorē semper habere mereamur in cęlis. Per Dñm. Lectio ij.

GRegorius Nazianzenus episcopus, & Gręcorū doctor, verbo pariter & exēplo lumen ecclesię prębuit incomparabile. Qui Cappadocię ortus, cum iuuenis religiose Athęnis eruditretur, quadam die sibi fęminas apparuisse vidit, quas vt castitatis amator cū indignatione repulsas, a se eiecit. Illę vero, alteram sapientiam, alterā vero castitatem se esse dicentes, in eius amicitiam sunt receptę. Tu aūt. Lectio iij.

DEinde ab Athenis discedens, mortuo Nazianzeno episcopo, cuius ipse filius erat, in eius sedē subrogatur: vbi pręclara fulgens doctrina, inter cęteros fidei pugiles, quos sapiętię vberibus enutriuit, Hieronymum sanctissimū ecclesię doctorē habuit sacrę doctrinę auditorē, & discipulum. persecutione denioꝫ Arrianorum suborta aduersus eū simultatibus, vitam agens strictiorē mortem superuenientem cū gaudio suscepit, tępore Theodosij senioris, editis opusculis ad ecclesię institutionē doctissimis. Tu autem.

¶ Die .x. Gordiani, & Epimachi martyr. omnia vt in commun. pręter ij. & iij. lect.

Lectio ij.

IVlianus apostata, hoc est deserto Christianę religionis, quā a puero susceperat, adepto post Constantium imperio, tanto odio christianos persequebatur, vt liberalium quoꝫ artium studia, & militiam illis interdixerit, multos blāditijs a christiana religione auerterit, libros etiā aduersus christianā religionē cōscripserit, quosdam vero christianis carceribus, et cruciatibꝰ, quādo illecebris nō poterat, a Chro separare conatꝰ sit. Tu. Lect. iij.

INter quos Januariū pręsbyterum captum Gordiano vicario custodię dum tradidit. At vero Gordianus ipse Christi pręda fuit. Mā cum Januariū reuocare ad idolorum cultū Gordianꝰ satagit a Januario ad fidē Christi cōuersus est, cū vxore eius Marina, et familia eius promiscui

sexus numero quinquaginta tribus. Quo cognito, Julianus Januarium presbyterū in exilium proscriptione damnauit. Gordianum autem cuidam Clementiano, quem loco eius vicartū prefecerat, puniendum tradidit. Qui Gordianum sibi catenis vinctum presentari fecit, & in cōfessione Christi persistentem primo quidem virgis cesum, capite plectit. Cuius corpus canibus proiectum cum diebus septem insissset intactum, tandem a familia sua rapitur, & cū beato Epimachio, quem predictus Julianus ob Christi confessionē occidi iusserat, nocte sepelitur. Qui passus est, sexto idus Maij. Tu autem.

¶ Die xj. Admerti episcopi omnia vt in cōmun̄ preter orationem, & iij. lectio.

Oratio.

SAnctus tuus domine Admertus episcopus vbique lętificet, vt cuius in presenti festiuitate recolimus patrocinia, virtutum sentiamus augmentum. Per Dñm.

Lect. iij.

MAmmertus episcopus Viennensis miraculis, et sanctitate apud eandem vrbē celebris habetur, Qui ob imminentem terre motum, & tempestatum cladem, atque luporum rabiē solennes tribus diebus ante ascensionem Domini litanias instituit. Qui etiam apud predictam ciuitatem quieuit in Domino. Quinto idus Maij, vbi & sepultus virtutibus claret. Tu autem.

¶ Die xij. Dominici Calciatensis confess. omnia vt in commun̄, preter orationem, ij. & iij. lectio.

Oratio.

SAntissimi confessoris tui Dominici misericors Deus hodierna die solennia celebrantes, clementiam tuam suppliciter deprecamur, vt ipso interueniente, & te largiente, delictorum nostrorum veniam, & felicitatis eternę gloriam consequamur. Per Dñm.

Lectio ij.

DOminicus professione laicus, Villoziq in Cantabria natus, primis annis virtutū insignia haud obscura dedit. Qui iam adultus cum ad contemplatiuam vitam in solitudinē aspi-

aspiraret, abbatem quendã Balbaneriẽ, ⁊ deinde alterum sancti Aemiliani ordinis sancti Benedicti conuenit: quorum conuersationẽ nequaquam sibi vtilem reputans, eremi secreta eligere statuit. Peruenit tandẽ vir pius ad locum, qui nũc Calciata dicitur, non longe ab strata peregrinorum distantem: qui valde nemorosus, et a latronibus frequẽtatus erat, ⁊ per quem aquarũ vndosa vorago prẽterfluens, multos peregrinorum suffocabat. Tu aũt.

Lectio iij.

SAnctus igitur aquarum periculo succurrere volens, pontẽ illic ędificare cępit: quem circumeantium eleemosynis suoque studio absoluit, non minimo peregrinantium solatio, ⁊ securitate. Cumq; peregrinus quidam prope locum illum diuertens obdormiret, casu exorbitãtes boues rota miserum oppręsserũt, cuius iam defuncti manũ sanctus Dominicus tenens, in nomine Jesu Christi mortuum vitę reddidit. Multa alia miracula per eũ Dominus ostendit. Demiq; iustitię recepturus coronam, gaudens migrauit a seculo quarto idus Maij anno millesimo centesimo nono: sepultusq; in ecclesia quę nũc ei⁹ nomine Sanct⁹ Dñicus appellatur, vbi ei⁹ sanctũ corpus frequẽti veneratur obsequio. Tu aũt.

℣ Die prij. Alexandri, Euẽtij, ⁊ Theodoli martyr. omnia vt in communi prẽter ij. ⁊ iij. lectio. Lectio ij.

ALexãder papa, ⁊ martyr huius nominis primus, patria Romanus, qui Adriani Imperatoris tempore pontificatum gessit, in memoriã passionis Christi in sacrificio addidit: Qui pridie quã pateretur, vsq; ad illum locum, Hoc est corpus meum. Idem instituit, vt aqua benedicta admixto sale, in templis, ⁊ cubiculis ad fugandos dęmones retineretur: vtq; in consecratione sanguinis Christi vinum aquę misceretur, ad significandam Christi, ⁊ ecclesię coniunctionem, panisq; azimus, non fermentatus cõsecraretur. Tu autem. Lectio iij.

QUm autem ordinationibus ter mense Decẽbri habitis, presbyteros quinq;, diaconos tres, epi-

scopos quinq; per diuersa loca creasset, martyrio coronatus cum Euentio, et Theodolo diaconis via Umentana vbi interfectus fuit, septimo ab vrbe miliario sepelitur, quinto nonas Maij. Sedit autem annos decem, menses septem, dies duos. Tu autem.

¶ Die xiiij. Victoris & Coronę martyr. omnia vt in cōmuni plurimorum martyrū pręter orationē ij. & iij. lect.

Oratio.

DEus, qui nos conspicis ex nostra infirmitate deficere, ad amorē tuū nos misericorditer per sanctorum martyrū Victoris, & Coronę exempla restaura. Per Dominum.

Lectio ij.

VIctor miles Antonino imperatore in Syria passus est. Producturus enim ad tribunal iudicis Sebastiani, cum diis immolare contemneret, immaniter cruciatur, & digitis malleo contractis in fornacem ardētem missus est, nec tamē a flamma lęsus. Deinde veneno recepto nihilomagis ab eo lęditur. Quo miraculo victus artifex qui venenum porrexerat, ad Christum conuersus est. Tunc Victor feruenti oleo perfusus, oculis priuatur. Postremo capitis obtruncatione martyrium consumauit. Tu autem. Lectio ij.

HAemina quędam Corona nomine exēplo Victoris mota, cum ingenti voce Christum cōclamaret, & se christianam esse fateretur, ab eodē iudice cōprehensa, duabus proximis palmis vi magna hinc inde curuatis, manus, & pedes distringitur, laxatisq;, et in diuersum reductis discerpitur, et sic palmis discerpta, martyrij palmā est consequuta. Sicq; ambo martyrium suū consummauerunt pridie idus Maij. Tu aūt.

Cętera Isidori martyris omnia vt in commu. pręter ij. & iij. lectio Lectio ij.

DEcio Imperatore regnante, & christianos ad profana sacrificia compellente, miles quidam Alexandrinus Isidorus nomine, a pręfecto vrbis Numerio carceribus mācipatur, a quodam Julio Centurione delatus. Cui Numerius, Tu es, inquit, Isidorus, qui sacratissimis legibus cōtradicis, & diis sacrificare renuis

nuis? Ad quem Isidorus, Ego vnū Deum adoro, qui cęlum, & terram, mare, & omnia fecit quę in eis sunt. Tu autem. Lectio ij.

TVnc Numerius cum cōsiliario illo suo sententiā protulit, dicēs. Qui legibus contradicit, & dijs libamina reddere recusat, leges imperant Decij vt capite puniatur. Et continuo gaudio repletum Isidorū a militibus decollari iussit. Quē Antonius proximus eius, fouea facta, sepulturę tradidit, vbi multa miracula per eum dominus operatur. Tu autem.

℣ Die xvj. Amandi confes. omnia vt in communi.

¶ Die xvij. Maioli abbatis omnia vt in cōmu. przter ij. & iij. lectio. Lectio ij.

MAiolus abbas nobilibus parentibus progenitus, & sacris literis imbutus, ac virginitatis flore decoratus, primo archidiaconus ecclesie Matiscensis fuit: deinde factus est monachus Cluniacensis sub Hermoardo abbate sancti Odonis successore, sāctitate vitę mirabiliter pollens, summaq; patientia decoratus, Qui propter graue infirmitatē quā incurrit, lumē oculorū amisit, nec tamen exinde in aliquo perturbari visus fuit. Sexto aūt anno monachatus, decedente abbate monasterij Matiscēsis ad eiusdem loci regimen licet inuitus eligitur, non obstante quod lumine foret oculorū priuatus, & corporis fere viribus przlonga ęgritudine destituturus. Tu autem.

Lectio iij.

IN ipsa aūt abbatia sanctissimę iubar vitę fuit, & multa miracula ostendit. Candelę seu lāpades in eius ecclesia ardentes ex negligentia vel aliter extinctę, sępius sine humano studio sunt diuinitus reaccensę. Quadā nocte dū in monasterio sancti Dionysij librum eius de cęlesti hierarchia perlegeret, ad lumē candelę graui somno przssus dormitauit, & candela de manu eius super librum cecidit, sed sola ipsius cera consumpta, libri pagina omnino illęsa, permansit. Soluit aūt carnis debitū, quinto id⁹ Maij, & reconditus est in monasterio suo miraculis clarens. Tu autem.

℣ Die xvij. Pereti, Achillei atq; Pancratij mart. omnia

vt in communi preter oratione ij. & iij. lectio.

Oratio.

SAnctorum nos domine semper martyrum tuorum Nerei, Achillei, atque Pancratij foueat que sumus beata solennitas, et tuo dignos reddat obsequio. Per Dominum.

Lectio ij.

NEreus, & Achilles serui, et eunuchi fuerũt illustrissimę ac sanctissimę tilij femine Domicillę, Flauij Clementis consulis exsorore neptis. Quę a beato Clemente ad perpetuę virginitatis perseuerantiã consecrata est. Quam Domitianus Imperator in insulam Pontiani, quę in mari Thusco est, deportari in exilium iussit, quia se christianam esse testata est. Nereus igitur, & Achilleus in exilium Dominam sequuti post lõgam exilij iniuriã ab Aureliano Domicillę sponso verberibus cęsi, & Aemiliano cõsulari traditi, cum flammis & equuleo torquerentur, christianos se esse, & ab apostolo Petro baptizatos, nullo modo diis immolaturos respondentes, capite plexi sunt. Tu autẽ.

Lectio iij.

PAncratius gñere Phrix Romam profectus atque a Cornelio papa baptizatus, cum quatuordecim esset annorum, nullisq; blãditijs, autasperitatibus ad sacrificandum diis adduci potuisset, sub Diocletiano capite truncatur, & via Aurelia secundo ab vrbe milliario sepultus est. Qui omnes passi sunt quarto idus Maij. Tu autem.

Die xix. Petri de Murron confess. omnia vt in cõmuni preter orationem.

Oratio.

OMnipotens sempiterne Deus, qui beatum Petrum cõfessorem tuum meritis decorasti, & miraculis coruscare fecisti, tribue nobis famulis tuis, eius virtutes imitari, vt secum mereamur fęliciter coronari. Per Dominum.

℣ Die xx. Bernardini confess. omnia de communi preter orationẽ ij. & iij. lectio.

Oratio.

HEsto quęsumus dñe supplicationibus nostris, quas in beati Bernardini cõfessoris tui solennitate deferrimus, vt qui nostre iustitię fiduciam nõ habemus,

bemus, eius apud te precib⁹ adiuuemur. Per Dñm.

Lectio ij.

BErnardinus natione Ital⁹, Senis in Etruria nobilibus parentibus, & diuitibus ortus, tam venerabilis erat, a puero innata quadam honestate, & vitiorum odio, vt adolescentibus eius equalibus, si forte in eos lasciuum aliquem sermonem conferentes incidisset, sola presentia silentium imponeret, his verbis inter se cōmonētibus, Bernardinus adest. Tāta erat huius in pauperes Christi benignitas, vt sepe illis prādium sibi paratū distribuerit. Cum autem magna pestis, quę totam Italiam inuasit, Senis vehementissime sęuiret, & relicto xenodochio illo celebri a cūctis ministris, egrotantes miserabiliter conflictarentur, Bernardinus egrotorū curam in flore iuuentutis, cum omniū admiratione simul, & miseratione propter ingens periculum, suscepit. Tu autem.

Lectio iij.

DEinde omni substantia pauperibus distributa, beati Frāciſci religionem suscepit, & totam fere Italiam prędicans euāgelū Christi lustrauit, multaq; in nomine Jesu signa, & miracula fecit. Tres episcopatus sibi oblatos recusauit. Tādem, vita per omnem ętatem santissime gesta, migrauit ad dominum, in vrbe Aquila, vbi sepult⁹ est honorifice. Postea vero a Nicolao quinto catalogo sanctorū adscriptus est, decimo tertio Kalendas Junij. Tu autem.

℣ Die xxj. Bantij martyr. discipuli Christi, omnia vt in cōmuni prćter sequētia.

Oratio.

EXaudi domine populum tuū tota tibi mente subiectum, & beati Bantij discipuli, & martyris tui supplicatione custodi, vt tua pietate corde, & corpore protectus, quod pie credidit, appetat, et quod digne sperat, possideat. Per Dñm.

Lectio ij.

BAntius patria Romanus, & Christi vn⁹ ex septuaginta duobus discipulis in Hispaniam verbum Dei prędicaturus venit, ac Eluoram Lusitanię ciuitatem accessit. Vbi cū christianū populū ab Ethnicis

cis, & Judęis oppressum cerneret, inuectus in eos, Falsos (inquit) deos audire nō possum, testisq; mēdax esse non debeo. Si meam quęritis confessionem, illum recolo Jesum, quē Judęi crucifixerunt. Tu autem.

Lectio iij.

His auditis, rapitur Antius, nudato corpore, plagis, ictibusq; fauciato, & ad Validū prǽfectū ducitur. Qui nō passus deorum suorū audire cōuicia, fustibus cęsum multisq; modis laceratū, necare iussit. Cuius sanctum corpus in oppido, qui Villa noua dicitur Palentinę diœcęsis magno habetur in prǽcio, ędificato ibi cœnobio ordinis Benedicti sancti Antij nomē referēte. Qui passus est nouodecimo Kalendas Junij. Tu autem.

℣ Die xxij. Quiterię virgi. & marty. omnia de commu. vt fuerit tempus.

℣ Die xxiij. Desiderij episcopi cum sociis suis martyrib. omnia vt in cōm. prǽter quę sequūtur. Lectio ij.

Desiderius episcopus Lingonensis, tēporibus Honorij & Theodosij Imperatorū martyrij passus est. Qui cū plebē suam ab exercitu Vandalorū vastari cerneret, ad regē eorū pro ea supplicaturus, exiit. Ad hęc princeps barbarus immitis, naturalis crudelitatis asperitate durus, euētu victorię tumefactus, barbara loquutione sancto Desiderio responsionē narrauit, quā beatus antistes nulla potuit intelligētię capacitate cognoscere. Nulla rectoris impius permotus est pietate, sed crudelitatis pseuerantia inflāmatus, caput episcopi amputari prǽcepit: plures etiam christianos eadē sententia simul interire prǽcepit. In tota nāq; Pergama in Christi cōfessione perseuerātes eadē die diuersa sūt passim ędē prostrati. Tu aūt. Lect. iij.

Sed prǽclari Desiderij martyrij beatitudinis initiū, & prǽcipuā perfectę dilectionis gratiā in effusione sui sanguinis repentinis indicijs, in persecutoribus eius diuina pietas patefecit. Mā percussor illico suamentia sensus damnatus, impatientięq; furore corruptus, per mœnia horribilibus vocibus clamans, cursu cōcito caput in portū ciuitatis

tis impulit, & mor expirauit. Passus est cū aliis quā plurimis christianis decimo kl̄as Junij, & sepultus est Lingonis miraculis clarēs. Tu.

¶ Die xxiij. Donatiani, et Rogatiani mart. vt in cōm. pręter oratiōnē ij. aliij lect.

Oratio.

OConcede quęsumus omnipotens Deus ad beatorum martyrum tuorū Domitiani, et Rogatiani nos gaudia ęterna pertingere, de quorū nos virtute tribuis annua solennitate gaudere. Per Dñm.

Lectio ij.

IN Gallijs vrbe Marne dicta, cū Diocletianus & Maximianus in Christianū gregē bestiali feritate sęuirent, duo fratres iuuenes Donatianus, & Rogatianus in prędicta ciuitate flozuerunt insignes. Donatianus vero, qui minor erat, sine metu aliquo verbū Dei in gentiliū populos seminabat. Nota aūt persequutione, Rogatianus qui maior natu erat, cucurrit ad fratrē suū, petens vt baptizaretur, antequā persecutor appropinquaret. Quod ille quidē non est assecutus, propter absentiam sacerdotis. Tu aūt. Lectio iij.

GEntti aūt ambo in carcerem missi sunt, vbi sanctus Rogatianus cōtristatus eo quod baptizatus nō esset, sufficere sibi credidit, si a fratre osculū acciperet. Ambo fratres ad Dñm orauerunt, vt martyriū Rogatiano pro baptismo succederet, quod & factum est. Nā positi ambo in catasta, suspensi ac laniati: deinde lancea militari perfossi, nouissime capite cęsi migrauerunt ad Christū, nono Kalendas Junij. Tu autem,

Die xxv. Vrbani papę mart. omnia vt in cōm. pręter ij. & iij. lect. Lect. ij.

VRbanus patria Romanus, Aurelio Antonino Imperatore pontificatū adeptus, multos sanctitatis exēplo, & doctrina singulari ad fidē traduxit. Et in his Valerianū beatę Cęcilię spōsum, & Tiburtiū eiusdē Valeriani fratrē, qui postea martyriū constanti animo pertulerūt. Hic probato concilio superiorū tē porū episcoporū, & fidelium, quibus commodius visum erat, vt possessiones attribuerētur ecclesijs, quam vt venderētur, quemadmodū

fie-

fiebat initio nascentis ecclesię, sic scripsit, de bonis ipsis ecclesiasticis quorum decet dispẽsatores esse episcopos, ꝛ clericos. Tu autẽ.

Lectio iij.

NOn ergo (inquit) debẽt ecclesię possessiones in alijs vsibus quã ecclesiasticis, ꝛ prędictorum christianorum fratrũ, idest, clericorum, vel indigẽtium conuerti, quia vota sunt fidelium, ꝛ prędia peccatorũ, ac patrimonia pauperum, atque ad prędictum opus exemplum domino traditę. Demũ cum sedisset annos quatuor, menses decẽ, dies duodecim, martyrio coronatus est, ꝛ in cęmeterio, Prętextati, via Tiburtina sepultus, octauo kalendas Junij. Tu autem.

¶ Die xxvj. Potẽtianę virgi. ꝛ marty. omnia vt in cõmuni prętер hic expressa.

Oratio.

DEa quęsumus omnipotẽs Deus, vt qui beatę Potentianę virginis, et martyris tuę natalitia solẽnia colimus, eius apud te patrocinia sentiamus. Per Dñm.

Lectio ij.

POtentiana virgo, Pudentis Romani ciuis filia, cum miro amore coleret christianam religionẽ, orbata parentibus cum sorore sua Praxede assidue ieiunijs, ꝛ orationibus vacans omne patrimonium sibi ex hęreditate relictũ vẽdidit, et pauperibus distribuit. Huius opera a Pio Romano pontifice tota ipsius familia ad Christum conuersa est: baptizatique sunt vtriusque sexus numero nonaginta sex. Tu autẽ.

Lectio iij.

ET cũ Antonius Pius Imperator edicto publico sanxisset, vt christiani priuatis sacrificijs contenti a publicis abstinerent, Pius pontifex vna cũ christianis in domo Potentianę sacra faciebat. Quos omnes virgo mira religione, et comitate recipiebat, et necessaria eis subministrabat. Dis igitur virgo, ac talibus virtutis, et pietatis operibus diu functa, migrauit ad Dominum, ꝛ iuxta patrem suum sepulta est Via Salaria in cęmeterio Prisillę decimo quarto kalendas Junij. Tu autẽ.

¶ Die xxvij. Joannis papę marty. omnia vt in commu.

¶ Die xxviij. Germani epi

sco-

scopi confessoris omnia vt in commu. preter que sequuntur. Oratio.

DEus, qui es sanctorū tuorum splendor mirabilis, quique hunc diem beati Germani confessoris tui atque pontificis depositione cōsecrasti, da ecclesię tuę de eius natalitio semper gaudere, vt apud misericordiam tuā eius precibus protegamur et meritis. Per Dñm. Lectio.

GErmanus episcopus Parisiensis territorij Augustodunensis indigena, patre Eleutherio, matre Eusebia natus est, Qui a iuuentute Deo seruiens a sancto Nectareo episcopo abbas sancti Symphoriani constitutus, sanctitate maxima, et operibus virtutum pollebat, signorūq; miraculis refulgebat. Cum enim incēdium in monasterio accidisset, et iā officinas flammę circumquaq; vallarent, Germanus ascenso tecto, sumptaq; cacuma plena aqua, aleluya concinēs, et paululum aquę super ignem effundens flammas extinxit. Cum quidam Rodulphus quasdam Cenobij res inuasisset, vrsus adueniens per tres dies continuos equos ipsius deuorās damnum ablatorum triplicauit, nec destitit, donec ille resipuit, et res ablatas restituit. Annę vxori Hebronij regis missam celebrans facie fulgidus admodum apparuit. Tu autem. Lectio iij.

PEr annos quatuor antequam episcopus fieret, cum per visum claues portę Parisiensis a sene sibi fuissent traditę conseruandę, prędixit, se ipsius futurum pontificem ciuitatis. Quod et post quadriennij factum est. Qui in episcopatu doctrina clarus, et miraculis effulsit, iuuenem enim a Judęis in carcere tētum, et compeditum se inuocātem, ruptis vinculis per noctem absoluit. Januam ecclesię sanctorum Gerusalem, et Prothasij sibi clausam obseratam basilicam intrare cupiens, crucis solo signaculo referauit: multos a demonijs obsessos liberauit: et ęgros plurimos ab aliis lāguoribus sanos effecit. In victu suo parcissimus, necessitati pauperum liberalissimus fuit. Obitū suum pręsciens ad caput le

ctuli notariũ suũ scribere fecit, eo die quo sanctus annorum fere octoginta obdormiuit in domino, quinto Kalendas Junij, & sepultus est in ecclesia Parisiensi. Tu autem.

¶ Die xxix. Maximini episcopi confessoris omnia vt in communi præter hic expressa. Lectio ij.

MAximinus episcopus Treuerensis, tẽpore Cõstantij Augusti claruit. Hic nobilis Pictauiorum ciuis extitit, cuius vrbis frater huius Maxẽtius põtifex fuit. Ipse autẽ Maximinus relicta domo paterna Treuerim deuenit, vbi clericus factus Deo famulari cepit. Inde ad episcopatum ipsius ciuitatis diuina reuelatione promotus est. Tu aũt. Lectio iij.

HUnc virum dñi Athanasius Alexandrinus episcopus persecutionem Constantij fugiens, adijt, & ab eo honorifice susceptus, benignaq; humanitate pertractus est. Hic etiam dum iret Romã cũ beato Martino nondum episcopo, vrsus asinũ eorũ sarcinas deferentem inuasit, & deuorauit. Cui sanctus Maximinus in Christi nomine iussit, vt vices asini sarcinam vsque Romam baiulando supplere. Quod ferox animal cũ omni mansuetudine perfecit. Rediens quoque ad ecclesiam suam, ad Pictauiẽsem vrbẽ, vt suos reuiseret, diuertit. Ibiq; languore oppressus feliciter in domino quieuit, quarto Kalendas Junij. Tu autem.

¶ Die xxx. Felicis papæ martyr. omnia de cõmu. præter iij. lect. Lectio iij.

HFelix patria Romanus Aureliano imperatore pontificatũ adeptus est. Hic instituit, vt martyrũ memoria singulis annis sacrificijs celebraretur. Nec nisi in loco sacro missa perageretur, præter quam cogẽte necessitate. Templumq; iussit, si de consecratione ipsius dubitaretur, denuo cõsecrari, neque enim, iteratum videri debere dictabat quod factũ esse nescitetur. Postremo cum mense Decembri presbyteros nouẽ, diaconos quinque, episcopos quinque creasset, martyrio coronatus, via Aurelia sepelitur, tertio Kl̃as Junij, in basilica quã ipse condiderat, atque dicauerat.

rat. Sedit autē annos quatuor, mēses tres, dies quindecim. Tu autem.

Die xxiij. Petronillę virginis, omnia de comm. prēter orationem, ij. ad iij. lect.

Oratio.

Concede quęsumus dne fidelibus tuis digne sanctę Petronillę virginis tuę celebrare solēnia, vt ht qui fideliter eius exequuntur exepla, hic experiantur eius auxilium, & ęternitatis effectus cōprehendat. Per Dūm.

Lectio i.

Cum sacra virgo Petronilla Petri apostoli filia Romę paralysi morbo iaceret, Titus discipulus ad eū dixit, Postquā vniuersę a te sanantur infirmitates, cur Petronillā filiā ęgrotari finis? Ad quem apostolus sic, inquit, Expedit ei: sed ne putetur impossibilitas curationis meis verbis excusari, dixit ad eā. Surge Petronilla, ministra nobis. Tu autem.

Lectio ij.

Surrexit sancta virgo verū ministerio expleto ad grabbatū iussa est redire. Atvbi in Dei timore cępit esse perfecta, nō solū ipsa omnino sanata est, sed etiā plurimis contulit remedia sanitatis. Et quoniā nimis speciosa erat, a Flaco quodā comite in coniugiū petitur. Quę triduanas inducias, quibus responsum daret, petiuit. Tertio vero die Christi sacramentum a presbytero suscipiens, ac se in lecto reclinās spiritū emisit, pridie kłas. Junij. Tu.

Junius.

Die j. Enechonis abbatis cōfess. omnia vt in comi. vnus iustī vel abbatis, vel de cōmu. resurrexit. vt meminerint pięter quę sequūtur.

Lectio iij.

Cum regnaret in Castella Sancti comitis Sācij gener & hęres, Christi dogma late diffundi per Cantabriā cępit est. Quippe religiosus rex diuictis atq; fugatis Sarracenis ditionis fines latissime prodūcēdo, ad Pyrenęos vsq; saltus orthodoxā fidē propagauerat. Atq; inter alia pietatis opera Onense cęnobiū, quod sanctus socer cōstruxerat, reformādū curauerat: expulsisq; inde fęminis parum pudicis monachos viros religiosos intro duxerat, quibus Garsiās quē dā voluit esse abbatē. Tu.

Lectio v.

TErum Garsia illo defuncto, nõ mediocris cura regem incessit, quem potissimũ monachis abbatem præficeret. Erat tunc temporis in Aragonia vir sanctus Enecho nomine, qui vt mundi fugeret illecebras, Deoq; penitus inseruiret, inuia, inaccessaq; mõtium solus habitabat. Huius sancti viri celebri fama audita, quę longe lateq; discurrebat, frequentibusque miraculis resonabat, nuncium rex destinauit ad eũ, cupiens Oniense monasterium tãti viri sanctimonia decorare, bonisq; eius moribus insignire. Sed nunciis aliis atque aliis nihil proficientibus, rex denique uit ad eum. Tu autem.

Lectio vj.

HAduxit Enechonem rex inuitum, cœnobio q; Onensi abbatem constituit. Vbi non facile est dicere, quantos ille profectus, & in augẽda re familiari, reformandisq; monachorum moribꝰ, & vita effecerit. Vbi raculis etiam inibi tantis effulsit, vt incerti quę nunc potissimum referamus, consulto omnia prætermittamus, ad gestorum eius võ lumina lectorem cupidum relegãtes. Illud nunc sufficit retulisse, quod post multos annos, quibus bonum pastorem, sanctumq; abbatem egerat, cum ęgrotaret propediem moriturus, et a vico quodam ad monasterium deferretur, ingressus monasterium perceptoq; Christi corpore, & sanguine reddidit spiritum kalẽdis Junij, cuius corpus eo loco honorifice sepultum a pijs deuote inuisitur, et honoratur. Tu autem.

℣ Dicti. Marcelli & Petri martyr. omnia vt in cõmuni plurimorum martyrũ vel de Resurrectio. præter hic expressa.

Lectio vij.

TEmporibus Diocletiani Imperatoris, Romę Petrꝰ exorcista iussu Sereni iudicis pro Christi nomine in carcerem coniectus, Paulinam Arthemij carceris custodis filiam ab immundo spiritu liberauit, ipsumq; Arthemium cũ coniuge & filia, ac tota domo, et plerisq; vicinis, qui ad miraculum conuenerãt, ad Christum conuertit, et hos omnes Marcellinus

presby-

presbyter baptizauit. Tu autem. Lectio v.

QVo nuntiato, Serenus Marcellinum, et Petrum ad se productos, multis minis ab incepto deterrere tentauit. Cui cum Marcellinus christiana libertate ad omnia respõderet, pugnis eum contussum separat a Petro, nudumq; in carcerem testis vitreis perstratum trudi iubet, sine cibo, et sine lumine. Tu autem. Lectio vj.

PEtrus itidem alio in loco arctissimis vinculis constringitur. Sed diu cruciati, cum fortiores indies atque in Christi confessione constantiores inuenirentur, extra vrbem educti quarto nonas Junij. Capite plexi martyrio coronãtur. Lucilla vero matrona christianissima, ipsorũ corpora vehiculo delata noctu in via Labicana tertio ab vrbe milliario, sepeliuit. Tu autem.

CIn die iij. Joãnis de Ortheg̃a presbyteri confe. omnia vt in communi vnius iusti præter quę sequuntur.

Oratio.

OMnipotens sempiterne Deus, qui beatum Joannem confessorem tuũ atque presbyterum sanctorum tuorum collegio sociasti, concede nobis adhuc in valle lachrymarum laborãtibus, vt eius preces, & merita ad impetrandam gloriam tuam tuta præstent auxilia. Per Dominum.

Lectio j.

IOannes presbyter, et confessor in oppido Quintana Dortũno, quod est in territorio Burgensi, natus, statim ab incunabulis se Deo dicauit: & inuale scẽte ętate literis, vsque adeo incubuit, vt merito fuerit in sacerdotalem dignitatem prouectus. Tu autem.

Lectio ij.

SEd quia per id tempus regis Alfonsi sexti, qui sine liberis decessit interitu, horrẽtia bella Hispaniam dissecabant, ne pauperum expilationes mortesq; contueretur, secedere vir sanctus constituit. Omnibus ergo suis facultatibus partim pauperibus, quos bonis bella nudauerant, distributis, partim etiam sibi retentis, Hierosolyman ire contendit. Tu autem.

Lectio iij.

Quide post annum reuersus Aucensem eremum sibi ad habitandum delegit: vt latrones sancti Iacobi iter infestantes, ac iter rumpentes fugaret, peregrinantibusq; pauperib⁹ subueniret. Quam vt stabilius firmiusq; rem conceptam perageret, saltuosum locum in eodem eremo Orthecam nūcupatum iuxta viam quę ducit in sanctum Iacobum, ab rege dono petiit: vbi ecclesiā Deo, sibiq; ac pauperibus habitaculū pararet. Tu autem.

Lectio iiij.

Quo impetrato, statim operi insistēs sacellum diuo Nicolao cuius ope, cū Hierosolymas iret, sęuientibus vndis ereptus, substruere cępit: post etiā asylum futurum itineranti bus, et tutamentum. Septē sine sunt latrones conati fundamēta demoliri, Joannisq; vitę insidiari, ac de medio tollere. Sed spe frustrati, cum nō sine nutu Dei id fieri conciperent, vacuam Dei ministro sylvam fecere, aliamq; sedem quęrum abtere. Tu aūt.

Lectio v.

Am sanctus Joannes opera illa confecerat, iam vndique ad eum hominum cōcursus frequens erat, iam diuitię ingentes eleemosynarum nomine deportabantur ad eum, cū veritus, ne in alios vsus diuitias congerere putaretur, tres pontes summe necessarios substruere simul aggressus est. Tu autem.

Lectio vj.

Nam siquidem pontē Lucruni; super flumē Iberū, a quo est Iberia quondam dicta, construxit. Alterum Nagerę, tertium prope Sanctū Dominicū. In quibus ędificandis, et per reliquum vitę quantis miraculis vir Dei inclaruerit, qui nosse cupit: gestorū eius volumen in quo diffuse singula recensentur perlegat: et Deum vtique laudabit in sancto suo. Nam et post mortem quę illi secura in decrepita ętate contigit, innumeris miraculis refulgens anno Dñi millesimo centesimo trigesimo quinto quieuit in pace. Tu aūt.

¶ Die iij. Aurimi episcopi martyr. omnia vt in cōmuniu martyris ꝓpter quę sequuntur.

Lectio iij.

Mirinus episcop⁹ Siscianus et martyr, tem

poꝛe

pore Diocletiani, & Maximiani passus est. Qui cum in eadem ciuitate, quę oppidum est Illyricę prouincię, a Maximo præside quereretur, egressus urbē & fugiēs comprehensus est, & Maximo iudici præsentatus. Et cum se Christianum libere profiteretur, iussit eum fustibus cędi. Cui nocte oranti diuinus splendor illuxit: quod videns Marcellus custos, carcerem aperuit conuersus ad Christū, ac eius pedibus prostratus baptisma sacrū suscepit. Tu autē.

Lectio v.

POst triduū autē Maximinus iudex iussit, Quirinum ferro vinctū ad Amantium præsidē ad primā Pannonię ciuitatem adduci. Qui iuxta flumen Danubium Amātio de Scarabatēsi ciuitate reuertenti præsentatur. Quem ille ad eandem ciuitatem rediēs, illuc adductum durissimo carcere mancipauit. Cui christiana quędam matrona cibū, potūq; ministrabat, statimq; vt oblata benedixit, ceciderunt catenę de manibus, & pedibus eius donec manducaret. Deinde a custodibus ad Sabariam ciuitatē adductus Amantio præsidi in theatro oblatus est, quē præses per multa verba ad sacrificandū suadebat. Tu autem.

Lectio vj.

QVmque Quirinus tā eius minas, & blanditias cōtēpsisset, iussit Amātius ad collū eius molā suspēdi, atque in fluminis Sabari vndam demergi. Cūq; de ponte præcipitatus fuisset in fluinē, & diutius supernatasset, spectātibus Christianis collocutus, ne suo terrerētur exēpio, vir orāt, vt mergeretur, obtinuit. Cuius corpus non longe inde repertum in basilica iuxta Scarabatēsis ciuitatis portam principalē posita a fidelibus sepultus est. Facta vero incursione Barbarorum in partibus illis, christiani inde fugientes corpus martyris abstulerunt, & Romam baiulantes via Appia milliario ab vrbe tertio in ecclesia ad Catacumbas deuote deposuerunt, vbi aliquando corpora apostolorū iacuerūt. Passus est autē pridię nonas Junii. Tu autē.

℣. Die v. Bonifacii episcopi, martyr. omnia vt in communi. Vnius martyr. præter vj. lect.

Lectio vj.

BOnifacius archiepiscopus Maguntinus, apud Frixiam martyrium passus est. Qui iussu Stephani papę secundi Pipinum Caroli patrem, vnxit in regem Francorum. Hic de Britania veniens fidem Christi Frixiombus primus annuntiauit: ꝛ multis miraculis nouellę genti nouus prędicator cozuscauit. Cumq; maximam partem Frixię Christi cultui subiecisset, ꝛ sacro fonte baptismatis diluisset, a paganis qui supererant tentus, et multis affectus iniurijs tandem gladio peremptus martyrium consummauit, nonis Iunij. Tu autem.

℣ Die vi. Peregrini episcopi martyr. omnia vt in communi vnius martyris.

℣ Die vii. Paulini episcopi confessoris, omnia de cõmuni vnius pontificis pręter quę sequuntur.

Lectio i.

PAulinus episcop⁹ Nolanę ciuitatis Campanię tempore Vandalorum claruit. Cũ enim tota fuisset ipsa prouincia a Vandalis irruẽtibus depopulata, multiq; de ipsa regione in Aphricã adducti captiui fuissent, vir Dñi Paulinus cuncta quę habere potuit captiuis indigẽtibus misit. Cum autem vidua quędam ad eum venisset, ꝛ filiũ suũ vnicum a regis Vandalorũ genero in captiuitatem abductum fuisse diceret, et a viro Dei precium aliquod pro redẽptione postularet, illeq; quid daret nihil penit⁹ haberet, petenti fęminę seipsum obtulit, eidẽq; benigne respõdit, vt se secum ad Aphricã ductum seruũ suum esse assereret, ipsumq; pro filio apud regis generum commutaret, cum se in eius seruitio mãsurum pro redimẽdo filio paratum disponeret. Tu autem.

Lectio ii.

QUod illa ex ore tanti viri audiens, irrisionẽ potius credidit, quam compassionem. At ille vtpote eloquentissimus, et ad plenum diuinis studijs eruditus, dubitanti fęminę persuasit citius, vt audita crederet, seq; pro filio redimẽdo in seruum tradere non timeret. Perrexerunt igitur vtrique Aphricã, ꝛ primo quidem regis genero vidua supplicauit, vt filium suum sibi gratis donaret, quod

quod vir Barbarus nedum facere renuit, se insuper audire despexit. Tu autem.

Lectio iii.

QVi cū vidua subiūgeret, vt filium suū redderet, & pro ipso vicarium hominem illum acciperet, illeq; venusti vultus hominem cōspexisset, interrogauit eum, quam artē nosset. Cui vir domini hortum se colere nosse quam optime dixit. Quod vir gētilis gratum habuit, ipsumq; in seruum suscepit, & roganti viduę filium restituit. Quo accepto inde discessit, et Paulinus horti colendi curam suscepit. Tu autem.

Lectio iiii.

QVm autem dominus suus crebro hortum ingrederetur, suumq; hortulanum quędam requireret; & sapientem hominem esse videret, amicos deserens cum eo sępius colloquens ipsius cępit sermonibus delectari. Cui Paulinus quotidie ad mensam virentia deferebat: & accepto pane ad horti curā remeabat. Die autem quadā suo domino secretius secū loquenti prędixit, vt se circa regni regimen prouideret, eo quod rex cito moriturus esset, ipseq; eidē masculina prole carēti successurus foret: quod ille regi nunciare curauit, et quod hęc ab hortulano audisset, aperuit. Rex vero videre ipsum postulauit. Cui gener respōdit, quod ille esset qui sibi ad prandium ex more herbas portaret. Tu autem. Lectio v.

FActum est cū rex ad prandium discubuit, Paulinus olera virentia delaturus venit. Cūq; hūc rex subito conspexisset, intremuit, accitoque genero ei verum esse quod audisset asseruit. Nā, vt dicebat, ipsa nocte in somno sedentes pro tribunali contra se iudices viderat, inter quos Paulinum considerabat: & flagellum quod aliquando acceperat, eorum sibi iudicio tollebatur, imposuitq;, vt interrogaret quis esset, quia ipsum popularem minime existimaret. Tu autē.

Lectio vi.

QVę regis gener secreto Paulinū quis esset magnis coniurationibus inquisiuit, tandemque illum episcopum esse cōperuit, & quicquid peteret, si-

bi liberaliter obtulit. Vir autē dñi ab eo postulauit, vt omnes conciues suos captiuos relaxaret. Cunctiq; illi protinus in Aphrica requisiti cum onustis frumento nauibus pro venerandi viri Paulini satisfactione in ei⁹ comitatu laxati sunt. Postmodicos vero dies rex Vandalorū occubuit, et vt Paulin⁹ prędixerat genere idē successit, sicq; factum est, vt qui se solū in seruum tradiderat, cū multis a seruitio ad libertatē rediret. Hic vir sapientie clar⁹ multa volumina compilauit, vt ait Gregorius tertio dialogo capite primo. Quieuit in domino decimo Kalendas Julij. Tu autem.

Die vij. Medardi episcopi, omnia vt in comm. vnius pontificis pręter oracionem iij. v. et vj. lectio.

Oratio.

Deus, qui sanctam nobis huius diei festiuitatem in honorē beati Medardi cōfessoris tui, atque pontificis consecrasti, adesto familię tuę precibus, et dona, vt cuius solennia colimus eius auxilio subleuemur. Per Dominum.

Lectio iiij.

Beatus Medard⁹ Vermandiensis episcopus frater fuit beati Hildardi Rhotomagēsis pontificis. Hi duo pręclarissimi viri vna die nati, vna die ad literas positi, vna die episcopi consecrati fuerūt, et vna die ad Christū fideliter migrauerūt. Igitur dum beatus Medardus puer esset, et portaret casullam, quam ei mater dederat ad artificē deferendam, cuidam ęco sibi obuianti eam dedit. Similiter autē quicquid ad escā accipiebat pro se, egenis dabat, et ipse per totam diem fame cruciabatur. Tu aūt.

Lectio v.

Proficiens igitur beat⁹ Medardus de virtute in virtutem, ad sacerdotalem gradum meruit promoueri. Cum ergo iam beatus vir multimodis fulgeret virtutū studijs, famaq; eius per orbem volitaret, pontificē Vermādiensi defuncto factus est ibidē episcopus, et quindecim annis pontificale officiū laudabiliter impleuit. Tu aūt. Lect. vj.

Tandem igitur senex, et plenus dierū, ac bonorum operum ad dñm migrauit. In hora autem sui tran-

transitus Quilcarius prę-
sbyter eius vidit cęlos aper-
tos, & ante corpus eius lu-
minaria diuina virtute ful-
gentia acunctis qui adsta-
bant visa sunt. Quieuit au-
tem in pace sexto idus Ju-
nij. Tu autem.

℣. Dic ep. Primi & Felicia-
ni martyris omnia vt in cō
mu, plurimorū martyrū pri-
ter que sequitur. Ofo.

Ac nos quęsum⁹ dñe
sanctorū martyrū tuo
rum Primi & Feliciani de-
uota mente festa sectari,
quorū suffragijs protectio
nis tuę dona sentiam⁹, per
Dñm.

Lectio iij.

In diebus Diocle-
tiani et Maximiani,
Primus & Felicianus Mo
meti oppidi in latio prope
Romā ciues, accusati apud
eos a pontificibus templo
rū, in carcerē detruduntur,
sed statim ab angelo cōfor
tati sunt atque soluti. Præ
sentati vero præsidi, cum su
perari non possent ab inui
cē separantur. Cum aūt Fe
licianū emollire nō posset,
iussit clauos in manibus, &
pedibus eius figi, et sic tri-
duo pendēti in stipite nihil
penitus ministrari, et post
in carcerē retrudi. Tu aūt.

Lectio v.

Secuēti die iussit Pri
mū adduci, & dixit ei,
Ecce frater tuus consenti-
ens Imperatoribus, ma-
gnus est in palatio ipsorū.
Unde, si tu sic feceris socius
eius eris. Respondit Pri-
mus, Noui docente me an-
gelo, quid de Felicano feci
sti, & vtinā merear ei iungi.
Tunc iratus Præses iussit
post multa supplicia plum-
bum ebullitē in os eius in-
fundi, adstāte Feliciano, vt
terreri posset, ipse vero plū
bū tepefactū, vt aquā suaui
ter bibit. Tu aūt. Lect. vj.

Post hęc iussit eos in
theatrum simul duci, &
duos leones immanissimos
eis dimitti. Qui ad eorum
pedes prostrati vt agni mā
sueti steterunt. Rursus & vr
sos ferocissimos eis iussit
laxari. Qui & ipsi cū leoni-
bus mānsuescēt. Aderāt ad
hoc spectaculū ex vicinis
vrbib⁹ plusq; duodecim mi
lia hominū ex quibus quin
gēti cū suis omnibus credi
derūt. Præses vero hęc cer
nens sanctos ex amphitea
tro mandauit ēduci, et ibi-
dem gladio capite trun-
cari, et eorum corpora ca-
nibus rodenda dimitti,

quę

que Dei virtute nedum a bestijs, ꝛ auibus, sed etiam a muscis intacta permanẽtia a Christianis collecta ad arcus Rumẽtaneos iuxta arenarium sepulta sunt: passique sunt quinto idus Junij. Tu autem.

℣ Die x. Cõsortię virginis, omnia de communi vnius virginis.

℣ Die xj. Barnabę apostoli. In primis vesper. super psal. Dñs. ꝛ per totum diẽ, vt in communi apostolorũ, prȩter quȩ sequuntur.

Oratio.

OCcede quęsum⁹ omnipotens Deus, vt sicut beati Barnabę apostoli tui natalitia gloriosa celebrare cõcedis, ita etiam ad tua beneficia promerenda maiestatem tuã pro nobis ipse prȩueniat. Per Dñm.

Lectio j.

Act. c. 15. LAcuit apostolis, ꝛ senioribꝰ cũ omni ecclesia eligere viros ex eis, ꝛ emittere Antiochiã cũ Paulo, ꝛ Barnaba, Judam, qui cognominabatur Barsabas, ꝛ Sylla, viros primos in fratribus, scribentes per manus eorum. Apostoli et seniores fratres, his, qui sunt Anthiochię, ꝛ Syrię, ꝛ Licilię fratribus ex gentibus salutem. Quando audiuimus quia quidã ex nobis exeuntes turbauerunt vos verbis euertentes animas vestras, quibus nõ mãdauimus: placuit nobis collectis in vnũ eligere viros, ꝛ mittere ad vos cum charissimis nostris Barnaba, et Paulo, hominibus, qui tradiderunt animas suas pro nomine domini nostri Jesu Christi. Tu autem.

Lectio ij.

PAulus autem, ꝛ Barnabas demorabãtur Antiochię, docentes, ꝛ euangelizãtes cum alijs pluribus verbum domini. Post aliquot autem dies, dixit ad Barnabam Paulus. Reuertẽtes visitemus fratres per vniuersas ciuitates, in quibus prędicauimus verbum dñi quomodo se habeant. Barnabas aũt volebat secũ assumere et Joannem, qui cognominabatur Marcus, Paulus autẽ rogabat eum, vt qui discessisset ab eis de Pamphilia, ꝛ non isset cum eis in opus, nõ deberet recipi. Tu autem.

Lectio iij.

FActa est aũt dissẽsio ita, vt discederent ab inui-

inuicē, ⁊ Barnabas quidē assumpto Marco nauigaret Cyprum, Paulus vero, electo Silla, profectus est, traditus gratię Dei a fratribus. Perambulabat autem Syriam, et Liliciā, confirmans ecclesias precipiēs custodire precepta apostolorū et seniorum. Tu autem. Lectio iiij.

IOsephus qui cognominat⁹ est Barnabas, natione Cyprus, ad christianum dogma gentibus cum Paulo predicandum in apostolatum extra duodecim assumptus est. Hic, agrum quem habebat vendidit, ⁊ attulit precium, et posuit ante pedes apostolorum. Qui a Hierosolymitana ecclesia missus enāgelizādi gratia, Antiochiam peruenit. Vbi hortecorum aliquot crediderant. Cūque vidisset gratiam Dei gauisus est, et hortabatur omnes in proposito cordis pmanere in domino, quia, erat vir bonus, ⁊ spiritu sancto ac fide plenus: ⁊ apposita est multa turba in domino. Tu aūt. Lectio v.

PRofectus inde Tharsum, vt quereret Saulum, perduxit ipsum Antiochiam, ⁊ annum totum conuersati sunt ibi in ecclesia, ⁊ docuerunt turbam multam, ita vt cognominarentur primum Antiochię discipuli Christiani. Qui discipuli prout quisq; habebat, proposuerunt in ministeriū mittere habitantibus in Iudea fratribus, quod ⁊ fecerunt, mittentes ad seniores per man⁹ Barnabę, ⁊ Saulī. Qui expleto ministerio reuersi sunt a Hierosolymis assumpto Joanne, qui cognominatus est Marc⁹. Tu aūt. Lectio vj.

ERant autem in ecclesia, quę erat Antiochię, Prophetę, ⁊ Doctores, in quibus Barnabas ⁊ Saulus. Ministrātibus autem illis domino, ⁊ ieiunantibus, dixit spiritus sanct⁹, segregate mihi Saulum, et Barnabā in opus ad quod assumpsi eos. Tunc ieiunantes ⁊ orātes, imponentesq; eis manus, dimiserūt illos. Et ipsi quidem missi a spiritu sancto abierunt Seleuciam, ⁊ inde Cyprum: multasque pterea vrbes, ac regiones cum magno predicationis profectu peragrarunt. Postremo Barnabas a Paulo discedens ad

Cyprū

Cyprum nauigauit assumpto Marco, vbi circa septimum Hieronis annum martyrij coronam est adeptus, tertio idus Junij.

℣. Dic vi. Basilida cum sociis suis martyrib. omnia vt in commu. plurimorum martyrũ preter orationem iij. v. & vj. lectio.

Oratio.

SAnctorum martyrum tuorũ Basylidis, Cyrini, Naboris, Nazarij, et Celsi, quesumus oñe natalitia nobis votiua resplendeant, & quod illis contulit excellentia sempiterni fructus, nostre deuotioni accrescat. Per Dominum.

Lectio iij.

TAm immani atrocitate Diocletian⁹, & Maximianus ecclesiã Dei per sequuti sunt, vt ipso die paschę ecclesię Christo dicatę subuersę, libri diuinę legis succensi, & christiani omnes ipsorum iussu occisi sint. Tu autem.

Lectio v.

SEd hac igitur clade Basylides, Cyrinus, Naboz, Nazari⁹, & Celsus Romani, cum omnia quę possidebant pauperibus diuisissent, obiectum est illis quod christiani essent. Unde a Maximiano scorpionibus primo durissime cędūtur. Tu autem.

Lectio vj.

DEinde vinculis ac fame afflicti, cum deorum cultum execrarentur, capitali sententia damnantur. Quorum corpora auibus, ac feris lanianda cum relicta fuissent, ad Catacũbas sepulta sunt, pridie id⁹ Junij. Tu autem.

℣. Dic vij. Antonij confess. in primis vesp. super pss. Ant. ex per totum diem omnia vt in cõmuni, preter quę sequuntur.

Oratio.

ECclesiam tuam Deus beati Antonij confessoris tui solennitas votiua lętificet, vt spiritualib⁹ semper nutriatur auxilijs, et gaudijs perfrui mereatur ęternis. Per Dominum.

Lectio j.

ANtoni⁹ prouincia Lusitania, vrbe Ulyssipone quę ad Occeanum Atlanticũ est, qua Tagus mari miscetur, ortus, primo Ferdinandus vocatus est, atque adolescens sub regula beati Augustini annis aliquot canonic⁹ vixit. Ve-

rũtamen ordine diui Francisci miro incremẽto, ꝛ sanctitate indies gliscente, quidam minorum ordinis fratres in mauritaniam Aphrice prouinciã, quę Mahometanis parebat, trajscientes, vt Christum prędicarẽt apud Marrochiũ illius prouincię vrbem ad Occeanũ pro Christi fide martyrij gloriã sunt consequuti. Tu autem.

Lectio ij.

Horũ itaque martyriũ clara fama cũ per christianũ orbẽ disseminaretur, in Hispania pręsertim, Antonium ipsum animauit, vt bona prędicti sui gratia minorum ordinem profiteretur, hac lege, vt Marrochiũ, Mahometanis Christum annuntiaturus mitteretur. Tu autem.

Lectio iij.

In Mauritaniam igitur nauigans Antonius, martyriumq; ambiẽs, vi tempestatis cogente, sic enim Deo visum est, solo martyrij desiderio insignitus, in patriã rediit. Inde in Italiam profectus, Assisium, quo frequentissimus sui ordinis fratrum conuẽtus cogebatur adijt. Tu autem.

Lectio iiij.

Ab Assisio discedẽs in solitario cœnobio tuguri lectioni, ꝛ oroni vacabat. Forro in forũ Julij, quod oppidum est in Umbria, cũ missus fuisset, vir a suo prędicato cogi potuit, vt concionibus publicis populũ doceret. Sed munus, quod reluctans susceperat, tãto ardore, tantoq; fructu obibat vt a spiritu sancto iuste crederetur electus. Tu autem.

Lectio v.

Julij foro profectus, ac verbũ Dei magna populorum frequentia prędicans, peragratis multis Italię regionibus, Patauium vrbem Venetę regionis nobilissimam peruenit. Illud etiã admiratione dignũ in hoc beato viro fuit, quod cum a diuersarum nationum, ꝛ linguarum hominibus eius conciones audirẽtur, ab his omnibus apertissime intelligebatur. Tu autem.

Lectio vj.

Patauij ergo anno integro verbo Dei, ꝛ audiendis confessionibus assiduе intentus, cum in agro eiusdem vrbis ęgrotaret, mis-

migrauit ad Christū, prius ecclesię sacramentis deuotissime susceptis, idibus Junij: & in ecclesia nomine ipsius fabricata egregio tumulo sepultus est, & a Gregorio nono statim in sanctorum confessorum cōsortium relatus. Tu autem.

Die xviij. Pelagij martyris omnia vt in commu. vnius martyr. præter orationē iuxta. & vj. lectiones.

Oratio.

DEus, qui nos beati Pelagij martyris tui meritis, & intercessione lętificas, cōcede propitius, vt qui eius beneficia poscimus, dono tuę gratię consequamur. Per Dominum.

Lectio iiij.

IN Hispania, ciuitate Corduba sanctus Pelagius martyrium durissimū sustulit. Nam cū exercitus perfidi regis Abderamen Gallęciam expugnasset, inter alios captiuos Christianos quos ibi cęperunt, etiā Hermogium episcopū vinctum Cordubam adduxerūt. Qui cū carceris squalores atque angustias ferre non posset, nepotem Pelagium pro se obsidem dedit, sperans quantocyus illum redempturum. Tu autem.

Lectio v.

CUm autē Pelagius pulcherrimę formę esset, & a rege ad lasciuiā concupisceretur, & nec immunditię consentire, nec Christū abnegare voluisset, iratus rex iussit illū forcipibus ferreis a terra eleuari sępius & dimitti, donec aut spiritū emitteret, aut Christum negaret. Quem cum constantem, & lętum in tormentis conspiceret, membratim scindi, & in flumē corporis frusta proijci mandauit, sexto kalendas Junij. Tu aūt.

Lectio vj.

CHristiani vero nocte corpus rapientes honorifice sepelierunt anno dñi nonagēteſimo quinquagesimo, transacto aliquanto tēpore, corpus eius collectum a Velascone Legionensi episcopo Legionem est translatum. Post multū vero tēporis in diebus Veremundi regis przesenserūt Astricenses, & Legionēses ciues, quod Sarracenorū hostes venturi essent ad capiendas, & destruendas iam dictas vrbes, & przdicti martyris Pelagij corpus vna cum ossibus regum, qui ibi erant

erant sepulti, fugam arripientes, Quetum transtulerũt: vbi miraculis claret, ⁊ a cunctis fidelibus honoratur. Tu autem.

℣ Die xv. Viti ⁊ Modesti atque Crescentię martyrũ omnia de communi plurimorum martyrũ pręter hic expressa. Oratio.

OA quęsumus domine populo tuo, sanctorum martyrum tuorum Viti, ⁊ Modesti, atque Crescentię intercessione superba non sapere, sed tibi placita humilitate proficere, vt proterua despiciẽs, quę cũque matura sunt, libera exerceat charitate. Per Dominum.

Lectio j.

BEati martyres Vitus, Modestus, ⁊ Crescentia sub imperio Diocletiani Siciliam inclyto martyrio decorarũt. Vitus puer adduci nũquam a patre senatorio viro Hyla neq; minis, neque verberibus potuit, vt deos coleret, Christumq; abnegaret. Tu aũt.

Lectio ij.

QUare traditꝰ est Modesto, et Crescentię suis nutritoribus, si forte valerent ipsi a veri Dei cultu alumnum ad idolatriam auocare. Sed nutritij iam ipsi christiani facti cum eo simul pro Christo cadere exoptabant. Tu autem.

Lectio iij.

NAllum erat morbi genus, quod non Vitus nominato Jesu sanaret, nullus languor cui non medicaretur. Quare a Valeriano prefecto accersitus, ⁊ altaribus admotus, cum sacrificare nollet, crudeliter cęsus est. Tu autem.

Lectio iiij.

MAnus tamẽ, ⁊ brachia carnificibus ipsis aruerunt, prefecto manus inutilis omnino torpuit: quibus misericors puer precibus diuinis indulgens sanitatẽ restituit, bonumq; ad exemplum Christi pro malis reddidit. Tu autem.

Lectio v.

ADuxerãt nutritij virum ab angelo moniti in aliam regionem, sed filius Diocletiani correptus a dęmone clamauit, nisi a Vito nõ posse liberari, quare quęsitus puer, ⁊ adductꝰ manum super Diocletiani filium posuit, et continuo dęmonem fugauit. Tu aũt.

Lectio vj.

MAxima cura Diocletianum subijt, quo pacto Cyrum ad cultură deorum pellicerer, sed cum frustra tentasset blanditias, incensibanum ignis cum suis eũ nutritoribus Rodesto, et Crescentia demitti, deinde leonibus obiici iussit, postremo, cum omnia frustra, fauente Deo, fierent, in equuleo suspensos tam diu cędi, donec animas efflarũt. Tu autem.

℣ Die xvj. Cyrici et Julitę mars. omnia vt in cõm. plurimar. prȩter orationẽ iij. v. & vj. lect. Oratio.

CEaudi nos dñe Deus noster cum sanctorum martyrum tuorum Cyrici, & Julitę matris eius tibi patrocinio supplicantes, vt quorum celebramus trium phũ, possimus retinere constantiam. Per Dominum.

Lectio iiij.

IVlita illustris fęmina ab Iconio, Alexandri Imperatoris sęuitiam fugiens, Tharsum cũ filiolo Cyrico devenit: vbi alterũ Alexandrum prȩsidem feritate non infimum incurrit. Adducta est eius conspectui cũ filio annorum triũ, quem prȩses amplexus, ac deosculans, blandiebatur, dũ sancta Julita sacrificare contemnens flagellis cędi tur. Tu aũt. Lect. v.

SEd puer ab Alexandri nimium abhorrẽs illectu matrẽ respiciebat, ac de eius dolore supra modũ anxie lachrymabat. Verbera, & cruciat⁹ puero Cyrico intenduntur, si forte tanta posset ętas vel terrore moueri. Perdurabat tamẽ intrepidus, et qua poterat voce Christũ asserebat. Cũ ęq crudelissime cęderetur, carnificibus insultans, christianus sum resonabat. Tu autem. Lectio vj.

BLanditiri iterum ei prȩses occepit, & collo humerisq imponere, ille blanditias aspernatus, morsu prȩsidis scapulas appetiuit, dentesq infixit. Quo dolore commotus, ac exasperatus Alexander Cyricum ex alto prȩcipitauit, tribunalisq cerebrum illisit. Julita filium cernens ad cęlos peruolasse gratias agebat Deo. Non ita tamen multo post iussa est excoriari, piceq bulliẽti perfundi, demum capite trũcari. Passi sunt autẽ decimosexto kalendas Julij. Tu autem.

℣ Die

¶Die xvij. Leonis papę cō fessoris omnia vt in cōmu. vnius pontificis pręter orationem iiij. v. ⁊ vj. lectio.

Oratio.

DEus, qui beatū Leonem pontificem tuū sanctorum tuorum meritis coęquasti, cōcede propitius, vt qui commemorationis eius festa recolimus, vita quoq; imitemur exempla. Per Dominum.

Lectio iiij.

LEo papa huius nominis secundus, natione siculus, ex patre Paulo, sedit annum vnum, mēses decē, dies septemdecim. Hic fuit eloquentissimus, in diuinis scripturis sufficiēter instructus Græca, Latinaq; lingua eruditus. Cantilena ac psalmodia præcipuus, et in carū sēsibus subtilissima exercitatione sublimatus. Lingua quoq; scholastica, ⁊ loquutione politus, exhortator omnium bonorū operum, plene florentissimam sciētiam ingerebat, pauperum amator erga inopum prouisionem, non solum mētis pietate, sed etiam studij sui labore erat solicitus. Tu autem.

Lectio v.

HIc suscepit sextā synodum Constantinopoli celebratam sub Constantino iuniore. Hic cōstituit pacem dari in ecclesijs totius christianitatis fidelibus post Agnus Dei. Quadam autem die dum pauperem leprosum susceptū in suo lectulo collocasset, ⁊ cubiculum secreto clausisset, postmodum rediens, ⁊ camerā aperiens, atq; pauperē minime reperiens, intellexit se Christum in pauperem suscepisse. Tu sūt.

Lectio vj.

HIc fecit ecclesiā in vrbe Roma iuxta sanctā Bibianā, vbi ⁊ corpora sanctorū Simplicij, Faustini, ⁊ Beatricis, atque aliorum martyrū recondidit, Hic fecit ordinatione vna per mensem Junij, presbyteros nouem, diaconos tres, episcopos per diuersa loca numero viginti tres. Qui die quarto Kalendas Julij in Christo fęliciter obdormiuit, ⁊ sepultus est, ad sanctū Petrū apostolum. Tu autē.

¶Die xvij. Marci ⁊ Abdelliani martyr. omnia vt in cōmun. plurimorū martyrū pręter iiij. v. ⁊ vj. lectio.

Lectio iiij.

MArcus & Marcellian⁹ fratres Rome Dioclet̃iano imperatore pro Xpisti fide in vincula coniecti sunt, ab vrbis p̃fecto Xpomantio, ad mortẽ q̃ damnati nisi ante diẽ trigesimum ad cultum deorũ redijssent. Ad quos cũ Trãquillinus pater, et mater Martia, & pleriq̃ cognatorum ventitarẽt, vt ipsos ab incepto seducerent, a beato Sebastiano confirmati in fide perstiterunt. Tu autem. Lectio v.

QVi Sebastianus non solum horum sanctorum parentes, sed Xpomãtium quoque ad Xpisti fidem conuertit. Quamobrẽ Xpomantius magistratu ab imperatore priuatus, in exiliũ missus est, cui succedens Fabianus. Marcũ, & Marcellianum deorũ cultum aspernantes, post diutinam carceris afflictionẽ, ad stipitẽ alligari, pedesq̃ clauis configi iussit. Tu autem. Lectio vj.

SEd hunc cruciatum cum die ac nocte magno animo, Xpistum laudantes, pertulissent, latera transfixi lanceis, martyrij palmam sunt adepti. Quorum corpora a Xpistianis ablata noctu, in via Ardeatina decimoquarto kalendas Julij sepeliuntur. Tu autem.

¶ Die xix. Gerualij & Prothasij omnia de communi plurimorum martyrũ p̃ter illij, vel vj. lectio.

Lectio iiij.

GErualius & Protha sius fratres patrẽ habuerunt Vitalem, qui Rauennę, & matrem Valeriã, quę Mediolani pro Xpisti fide martyriũ tulerunt. Parentum igitur pietatem, et fidem æmulantes post ipsorum mortem iuxta consiliũ euãgelicum omnes suas facultates pauperibus distribuerunt, & seruos quos habebant libertate donarũt. Tu autem.

Lectio v.

QVibus rebus, & singulari vitę sanctitate cõmoti Gẽtilium sacerdotes, Xpistianę religioni infesti, magnum in ipsos odium atque inuidiam conceperũt. Cum ergo per id tempus Anastasius comes in bellũ p̃ficisceretur hanc nefariã rationẽ pios fratres e medio tollẽdi, sacerdotes inierunt, vt Anastasio, velut diuinis

uinitus admoniti, persuaderẽt, negatam ipsi esse decreto deorum victoriam, nisi Gerualium & Protha sium a Christi fide desciscere, ipsisq; diis sacrificare compelleret. Tu autem.

Lectio vj.

QUod cum Anastasius ab ipsis nec precibus impetrare, nec minis extorquere potuisset, eodem iubente, Gerualius plumbatis tandiu cęsus est, donec spiritũ emisit. Prothasius vero fustibus primũ sęuissime verberatus, postremo capite truncatus est. Quorũ corpora Philippus quidam vir religiosus ac pius clam sustulit, & in sua domo sepeliuit. Vbi cum diu latuissent, ab Ambrosio episcopo Mediolanensi diuinitus admonito inuẽta sunt, & cum magna populi veneratione in honestissimo, et sacro loco reposita. Passi sunt autem Mediolani decimotertio Kalendas Junij. Tu autem.

¶ Die xx. Siluerij papę martyris omnia vt in communi vnius martyris.

¶ Die xxj. Irenęi cum sociis suis martyribus omnia vt in cõmuni plurimorum martyrum pręter oratiõẽ et vj. lectio. Oratio.

DEus qui sanctis tuis Irenęo sociisq; eius ad hanc gloriam veniendi copiosum munus gratię cõtulisti, cõcede famulis tuis suorum veniam delictorũ, vt sanctorum tuorum intercedentibus meritis, ab omnibus mereantur aduersitatibus liberari. Per Dñm.

Lectio vj.

IRenęus episcopus Lugdunensis, floruit temporibus Eleutherij papę, & Antonij Pij Veri, & Cõmodi Imperatorum. Hic etiam pręsens extitit concilio patrum celebrato apud Cęsaream Palestinę. Hic plurima egregia volumina compilauit. Qui etiam persequutione Seueri Imperatoris cum omni fere ciuitatis suę populo pro fidei sacrę confessione glorioso martyrio coronatus est. Sepultusq; est a Zacharia pręsbytero Lugdunẽsis in crypta Joannis Baptistę sub altari. Cui ex vtroque latere adiacent Epipodius, et Alexãder martyres. Passus est autem. Quarto Kalendas Julij. Tu autem.

¶ Die xxij. Decem millium

marty. omnia de communi plurimorum marty. præter sequentia. Oratio.

ADinuet ecclesiam tuã Deus gloriosa martyrum obsecratio sanctorũ decem millium Acatij, et comitum eius, quorum hodierna die excepimus martyrij triumphum, et eorũ interuentione apud te tuam sentiamus clementiã. Per Dominum.

Lectio j.

Ad Heb. c. 12. IDeoq; et nos tantã habentes impositam nubem testiũ, deponentes omne põdus, et per circunstãs nos peccatum, patientiam curramus ad propositũ nobis certamen, aspicientes in auctorem fidei, et consummatorem Jesum, qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem confusione contempta, atque in dextera sedis Dei sedet, Tu autem.

Lectio ij.

REcogitate enim eum qui talem sustinuit a peccatoribus aduersus semetipsum contradictionẽ, vt ne fatigemini animis vestris deficientes. Nondum enim vsque ad sanguinem restitistis aduersus peccatum repugnantes, et obliti estis consolationis, quæ vobis tanquam filijs loquitur dicens, fili mi noli negligere disciplinam Domini, nec fatigeris. Quem enim diligit Dominus castigat. Flagellat autem omnem filiũ quem recipit. Tu autem.

Lectio iij.

OMnis autem disciplina in præsenti quidem videtur non esse gaudij, sed mœroris: postea autem fructum pacatissimum exercitatis per eam reddet iustitiæ. Propter quod remissas manus, et soluta genua erigite, et gressus rectos facite pedibus vestris, vt non claudicãs quis erret, magis autem sanetur. Pacẽ sequimini cum omnibus, et sanctimoniam, sine qua nemo videbit Deum. Tu autem.

Lectio iiij.

QUm Euphratẽses populi ab imperio Romano desciuissẽt, Adrianꝰ, et Antonius imperatores, qui tunc Alexandriæ morabantur, Acatium strenuum ducem cum nouem millibus militum in rebelles cõscripserunt. Qui omnes semel aduersarijs terga dantes se receperũt in tutum.

Lectio v.

Et u-

SUspicati sunt milites ob neglectam idolorum religionem, quia antea non sacrificauerant, id accidisse: quare mactatis hostijs in aciē iterū prodiere. Sed & timore perterriti, turpiori etiam fuga in castra sunt reuersi. Apparuit post hęc angelus Acatio duci, asserens eos nunquam aduersarijs posse resistere, nisi neglectis dęmonum culturis, Christum Deum crederēt, et adorarent. Pollicentur milites se Christianos fore, et statim hostes deuicerūt. Tu autem.

Lectio vj.

QVa victoria potiti, montem Araroth cōscendunt. At certiores facti Imperatores illos a se defeciuisse, et causam quod Christiani essent, audiētes, finitimos reges cū triginta millibus armatorum in in eos conuocant. At illi ab Acatio edocti in fide persistētes Christum solū Deū clamauerunt, quos lapidibus, & scorpionib⁹ oppressos Acatius videns, & quēdam iuuenem nomine Dracorium in martyrio deficiētem, eum confortauit, & orauit ad Dñm, vt eos ab ipsis tormentis erueret. Statim q̄ facto nimio terremotu manus, & brachia cędentiū aruerunt. Quo viso miraculo, magister quidam milītū Theodorus nomine cū suis militibus mille cōuersus est. Qui se Christianos profitentes ad nouē millia martyrum se contulerunt. Qui omnes crucifixi vniuersa quę Christus passus est supplicia pertulerunt. Passi sunt autem decimo Kalendas Julij. Tu autē.

℣ Die xxiij. Martialis episcopi confessoris omnia vt in commu. vnius pontificis pręter orationem iiij. v. et vj. lectio Oratio.

PRęsta quęsumus domine, vt sacramēti tui participatione vegetati, beati Martialis confessoris tui atq; pontificis precibus adiuuemur. Per Dominum. Lectio iiij.

BEatus Martialis vn⁹ ex septuaginta duobus Christi fuit discipulus, protho martyris Stephani propinquus, quem Martialis, & Elisabeth genuerunt, et Petrus apostolus baptizauit. Puer etiam ille fuisse dicitur, qui quinque panes, et pisces

duos ad reficienda quinq; millia hominum in eremo produxit. Et qui in vltima cęna Christo et apostolis ministrauit, pelumq; ad lauãdos pedes sustinuit. Tu autem. Lectio v.

HIc Martialis post ascensionem Dñi Petrum apostolũ quinque annos in Judęa, ꝛ in Antiochia septem sequutus, cum eo tandem Romam peruenit. Vnde ab apostolo creatus episcopus in Galliam ad annunciandum euangelium missus est. Multa per annos sex in Gallia miracula edidit, sex mortuos excitauit, ecclesias aliquot erexit, millia hominum tria et viginti, aut plus eo ad Christum veraq; pietatẽ conuertit. Maxime tamen virtutes eius in oppido Lemonicensi claruerunt, vbi corpus nunc etiam clarescit. Tu autem.

Lectio vj.

REdiit postea Romam ad Petrum cum quo aliquã diu moratus est. Sed vt populum, quem Deo acquisierat, reuiseret, ac diuino pabulo refocillaret, virtuteq; quantum daretur diuina augeret, Gallias repetiuit. Vbi, sed maxime in ciuitate Lemonicensi, noua miracula exhibuit, nouas ęgrotationes solo tactu curauit. Tandem, cum paucis ante diebus quam vita migraret, Christum ad ętterna przemia inuitantem, mortisq; diem przenunciantem vidisset, re facta diuina, fratribusque ac populis salutatis, ꝛ ad Christi amorem instructis, decessit pridie kalendas Julij. Tu autem.

¶ Eodem die vigilia sancti Joannis Baptistę. Ad Maturinis in lectio. erit euangelium sequens cum sua homilia.

Lectio sancti euangelij secundum Lucam.

EXtitin diebus Herodis regis Judeę sacerdos quidam nomine Zacharias, de vice Abia, et vxor illius de filiabꝰ Aarõ, nomen eius Elisabeth. Et reliquꝰ. Homilia venerabilis Bedę presbyteri. ca. 1.

VEnturus in carne dominus, ꝛ redemptor noster multos dispensationis suę testes przemisit, ꝛ nũcios, qui diuersis temporibus, diuersis Israeliticę plebis parentibus orti, non diuersa fide, sed vno eodemq; per

per omnia sensu eiusdem incarnationis mysterium prophetādo percurrerent. Horum vltimus, ꝛ quasi limes quidam legis euangelij, figurę, et veritatis Joannes apparuit, Dño attestante, qui ait, Lex ꝛ prophetę vsque ad Joannem, ex eo regnum Dei euangelizatur. Unde etiam plusquam propheta dictus est, quis quē ceteri a longe prophetando solum prędixerant, ille ꝛ primo venturum prophetando signauit, ꝛ monstrauit. Qui certe gratia dispensationis non solum iustis, sed ꝛ de pontificali stirpe ortis parentibus natus asseritur. Tu autem.

℣. Die primo. Natiuitatis sancti Joannis Baptistę. In primis vespe. super psalm. Ant. Ingresso Zacharia tē plū domini apparuit ei Gabriel angelus stans a dextris altaris incensi. psalm. feriales. Capitulum.

Esai. c. 49 AUdite insulę, ꝛ attendite populi de longe. Dominus abvtero vocauit me, de vētre matris meę recordatus est nominis mei. ℟. Deo grat. ℣. Ingresso Zacharia templum Domini apparuit ei Gabriel angelus. ℣. Stans a dextris altaris incensi. ℟. Et Zacharias turbatus est videns, ꝛ timor magn⁹ irruit super eum. ℣. Stans. ℣. Gloria patri. ℟. Stans.

Hymnus.

UT queant laxis resonare fibris
Mira gestorum famuli tuorum,
Solue polluti labij reatū
Sancte Joannes.

Nuntius celso veniens olympo
Te patri magnum fore nasciturum,
Nomen, et vitę seriem gerendę
Ordine promit.

Ille promissi dubius superni,
Perdidit promptę modulos loquelę,
Sed reformatus genitus peremptę
Organa vocis.

Ventris obtruso positus cubiculi,
Senseras regem thalamo manentem,
Hinc parens nati meritis vterqꝫ
Abdita pandit.

Gloria patri, genitręqꝫ proli,
Et tibi compar vtriusque semper,

Joannē vocabis.℣. Et multi in natiuitate eius gaudebūt. ℟. Erit enim magnus coram domino, vinum & siceram non bibet. ℣. Et multi. ℟. Gloria. ℣. Et multi.

In .j. nocturn. Ant. Misit dominus manum suam, & tetigit os meum, & prophetam in gentibus dedit me dominus. Psal. Cum inuocarē. fol. 78. Ant. Ecce dedi verba mea in ore tuo, ecce constitui te super gētes & regna. Ps. Verba mea. fol. 21. Ant. Dominus ab vtero vocauit me, de ventre matris mee recordatus est nominis mei. Psal. Dñe dñs noster. fo. 3. ℟. Ecce dedi verba mea in ore tuo. ℣. Ecce constitui te super gētes, et regna. Pater noster.

Lectio iij.

Que lex iuxta typum Joannis, quasi ignorantię clausa carcere, in obscuro, & in occulto iacebat, & Judaicę cęcitatis sēsus intra literam retinebatur inclusus. De hoc beatus euāgelista proloquitur, ille erat lucerna ardens, idest, quod spiritus sancti igne succensus mundo ignorantię nocte possessō lumen salutis ostenderet, & quasi inter densissimas delictorum tenebras splendidissimum iustitię solem lucis suę radio demonstraret, de se ipso dicens, Ego vox clamātis in deserto. Tu autem. ℣. Ipse precedet ante illū in spiritu, & virtute Helie. ℟. Ut conuertat corda patrum in filios, parare domino plebem perfectam. ℣. Erit enim magnus coram domino, & spiritu sancto replebitur. ℟. Ut conuertat.

Lectio v.

Audeamus in quo deserto, idest in gentium populo. Vacua enim timore Dei pectora, & spiritu sancto carentia deserti squallētis eremi comparātur. Desertus enim erat hic mundus ab omni cultura fidei, & timoris Dei, & peccatorū spinis obsitus squallebat, tanquam ager incultus, et nullum penitus fructū, nullam bonorum operum fęcunditatem obtulerat, nullum imbrem gratię spiritualis exceperat. Tu autem. ℣. Elisabeth Zacharie magnū virum genuit Joannem Baptistam precursorem Domini. ℟. Qui viam Domino preparauit in eremo. ℣. Erat quidem infecūdo corpore, sed fecundo mysterio: caruitq; sterili-

rilitatis opprobrio gignendo filium de celo promissum. ℟. Qui viam.

Lectio vi.

MIttitur beatus Joannes, qui cum prophetica et apostolica prædicatione annunciando pœnitentiam, quasi rudem campum proscinderet, fœcundaret, & excoleret diuinicq; verbi seminibus impleret, et ad maturam frugem, id est, ad regenerationis gratiam præpararet. Tu autem. ℟. Ingresso Zacharia templum domini apparuit ei Gabriel angelus. ℣. Stãs a dextris altaris incẽsi. ℟. Et omnis multitudo erat populi orans foris hora incensi. Tunc apparuit et angelus Dñi ℣. Stãs. ℣. Induit. nocturn. Stã. posuit os, meum dominus quasi gladium acutũ, sub vmbra manus sue protexit me. ℣. In domino confido. fo. 5. Stã. Formans me ex vtero seruum sibi dominus in lucẽ gentium, vt sit salus mea ab extremis terre. Psal. Quid quis habita. fo. 6. Stã. Reges videbunt, et consurgent principes, & adorabunt dñm Deum tuũ, quia elegit te. ℟. Domine in virtute. fo. 9. ℣. Posuit os meum dominus quasi gladium acutum. ℟. Sub vmbra manus sue protexit me. pater noster.

Lectio sancti euangelij secundum Lucam.

Lectio vii.

IN illo tempore, Elisabet impletum est tempus pariendi, & peperit filium, & audierunt vicini, et cognati eius, quia magnificauit dominus misericordiam suam cũ illa, & congratulabantur ei. Et reliqua. Homilia venerabilis Bede presbyteri. ca. 1.

PRæcursoris Dñi natiuitas, sicut sacratissima lectionis euãgelicę prodit hystoria, multa miraculorũ sublimitate refulget: quia nimirum decebat, vt ille, quo maior inter natos mulierum non surrexit, ita ioze prę ceteris sanctis in ipso mox ortu virtutum iubare clarescceret. Tu autẽ. ℟. Priusquam te formarem in vtero, noui te, & antequam exires de ventre, sanctificaui te. ℣. Et prophetam in gentibus dedi te. ℟. Posui verba mea in ore tuo. ℣. Et prophetam.

Lectio viii.

SEnes ac diu infœcundi parentes dono nobilissimę prolis exultãt, ipsi patri,

patri, quem incredulitas mutum reddiderat, ad salutandum nouę prędicōnē gratię, ōs et lingua referatur, nec solum facultas Deum benedicēdi restituitur, sed de eo etiā prophetandi virtus augetur. Tu autē. ℟. Ecce constitui te hodie super gentes, et regna, dicit Dominus. ℣. Ut euellas, dissipes, et edifices, et plantes in nomine Domini. ℟. Antequam exires de ventre, sanctificaui te, et prophetam in gentibus dedi te. ℣. Ut euellas.

Lectio ix.

EXcitati fama facti, omnes vicini admiratione ac metu percelluntur: omniū qui tūc audiere circumquaque ad aduentum noui prophętę corda pręparantur. Unde merito sancta per orbem ecclesia, quę tot beatorum martyrum victorias, qui ingressum regni cęlestis meruere, frequentat, huius tantummodo post Domini etiam natiuitatis diem cęlebrare consuevit. Tu autem. ℟. Inter natos mulierum non surrexit maior Joanne Baptista. ℣. Qui viam domini prepauit in eremo. ℟. Hic venit in testimonium, vt testimonium perhiberet de lumine. ℣. Qui viam. ℟. Gloria patri. ℣. Qui viam. Te Deum laudamus. ℟. Joannes vocabitur nomen eius. ℟. Et in natiuitate eius multi gaudebunt.

¶ In Laudibus. Ant. Elisabeth Zacharie magnum virum genuit Joannem Baptistam precursorem domini. Psalm. Laudum. Dominicalium. Ant. Joannes vocabitur nomen eius, et in natiuitate eius multi gaudebūt. Ant. Erit enim magnus coram domino vinum et siceram non bibet, et spiritu sancto replebitur. Ant. Ipse precedet ante illum in spiritu, et virtute Elie, parare domino plebem perfectā. Ant. Innuebant patri eius, quem vellet vocari eum, et scripsit dicens, Joannes est nomen eius. Capitulum vt supra.

Hymnus.

OMimis felix meritiq; celsi,
Nescius labem niuei pudoris,
Prępotens martyr eremiq; cultor,
Maxime vatum.
Serta terdenis alios coronant,
Aucta crementis duplicata

ta quosdam,
Trina centeno cumulata fructu
Te sacer ornant.
Nunc potens nostri meritis opimis,
Pectoris duros lapides repelle,
Asperum planans iter, et reflexos
Dirige calles.
Ut pius mundi sator, et redemptor,
Mentibus pulsa luuione puris,
Rite dignetur veniens sacratos
Ponere gressus.
Audibus ciues celebrant superni,
Te Deus simplex pariterq; trine,
Supplices, et nos veniam precamur,
Parce redẽptis. Amen.

℣. Fuit homo missus, a Deo.
℟. Cui nomẽ erat Joannes.

Ad Benedictus Ant. Apertum est os Zacharie, et prophetauit dicens, Benedictus Dominus Deus Israel.

Oratio.

DEus, qui presentem diem honorabilẽ nobis in beati Joannis natiuitate fecisti, da populis tuis spiritualium gratiam gaudiorum: et omnium fidelium mentes dirige in viam salutis eterne. Per Dñm. Per horas dic Ant. laud.

¶ Ad iij. Capitulum vt supra. ℟. Sancte tuis quesumus famulis. ℣. Baptista Joannes. ℣. Ut pietatis vbera. ℣. Baptista. ℣. Gloria patri. ℟. Sancte tuis quesumus famulis. ℣. Gloria. Natalitia cantantibus tua. ℣. Precè sedula Christum nobis placa. Ad regna paradisiaca perduc agonista. Et expurga fidelium corda a commissa culpa. ℣. Baptista Joannes. ℣. Ecce dedi verba mea. vt infra ora. tio, vt in Matutin. In secundo, et octauo die, Ad Tertiam dicitur. ℟. Priusquam te formarem. ℣. In vtero. ℣. Gloria patri. ℟. Priusquam. ℣. Ecce dedi.

¶ Ad Sextam, Capitulum vt supra. ℟. Ecce dedi verba mea. ℣. In ore tuo. ℣. Ecce constitui te super gentes, et regna. ℣. In ore. ℣. Gloria patri. ℟. Ecce dedi. ℣. Posuit os meum. vt infra. Oratio, vt in Laudibus.

¶ Ad Nonam Capitulum vt supra. ℟. Posuit os meũ Dñs. ℣. Quasi gladium acu

tum

tum. ℣. Sub vmbra manus sue protexit me. ℟. Quasi. ℣. Gloria patri. ℟. Posuit. ℣. Fuit homo. Oratio O eus qui. ¶ In ij. vesper. Ant. Laudum psalm. vt in com mun. vnius marty. In ij. vesper. Capitulum vt supra. Aleluya. ℣. Inter natos mulierũ non surrexit maior Joãne Baptista. Hymnus et vers. vt in primis vesp. Ad Magnif. Ant. Iste est ex sublimibus celorum preporẽtibus vnus, quem manus domini consecrauit sacris inuiscẽribus, cuius nos precibus adiuuari supplices deposcimus. Oro vt supra in Lau. ¶ Ad Comple. vt heri.

¶ Per totam octauam sancti Joannis, fiat officiũ de festis ibi occurrẽtibus, et de dominica cum commemor. de octaua in vtrisque vesp. et Matuti. Ant. et vers. vt in die. Oratio. Omnipotens vt infra.

¶ Notandum, quod quando festum beati Joãnis Baptiste euenerit in sabbato, et in sequẽti die Dominice fit agẽdum de hystoria De omnium, In secũdis vesp. perficitur officium beati Joannis, et Dominice fiat tantum cõmem. per Ant. ad Magni. vers. et oratio.

¶ Die xxv. De octaua sancti Joannis. Ad Matuti. Inuita. et Hymn. vt in die.

¶ In noctu. Ant. psal. vers. et responsoria vt in primo nocturno dici.

Lectio prima. Euangeliũ vt in die, cum prima lect. de eius homilia.

Lectio ij.

Ex superiori sermone beati Augustini.

QVam illud quante glorie est, quod Zacharie sacerdoti seni, et Elisabeth sterili a Gabriele, idest ab angelo illo prenũtiatur, a quo Marie domini natiuitas nuntiatur, et quasi ex aliquo similis domino premittitur filius sterilis ante filium virginis, nescis quod maius miraculum ipsa nouitate declarans insperata proles sterilitas muneratur, quia nouo partu erat ditanda virgintas. Tu autem.

Lectio iij.

PRemittitur ante Jesum Christum Joannes quasi testamentum vetus ante nouũ, vt dies diei eructet verbũ, et sacramẽtorum obscura profunditas

eui-

euidẽtioribus nouę doctrinę mysterijs reueletur. Prę mittitur ergo lucerna ante solem, seruus ante dñm, amicus ante sponsum, præco ante iudicem, vox ante verbum. Tu aũt. Te Deum laudamus. ℣. & omnia alia vt in die, præter orationem ad omnes horas.

Oratio.

OMnipotens sempiterne Deus, da cordibus nostris illam tuarum rectitudinem semitarum, quam beatus Joannes Baptista in deserto vox clamantis edocuit. Per Dominum.

℣ Die xxvi. Joãnis & Pauli martyrum omnia vt in cõmuni, plurimorũ martyrũ præter quę sequuntur.

℣ In primis vesp. Capitulum, vt in commu. ℟. Hec est vera fraternitas. cũ Gloria patri. vt infra post ij. lectio. Hymnus et vers. vt in commu. Ad Magnific. Ant. Vidi cõtumctos viros habẽtes splendidas vestes, & angelus domini loquutus est ad me dicens, Justi sunt viri sancti facti amici Jesu Christi. Aleluya.

Oratio.

QUęsumus omnipotẽs Deus, vt nos gemina ta lętitia hodiernę festiuita tis excipiat, quę de beatorum martyrũ tuorum Joannis, & Pauli glorificatione procedit, quos eadẽ fides, & passio vere fecit esse germanos. Per Dominum.

Fiat cõmem. octauę beati Joannis. Lectio j.

IUsti autem in perpetuum viuent, et apud Dominũ est merces eorũ, & cogitatio illorũ apud Altissimum. Jdeo accipient regnum decoris, & diadema speciei de manu Dñi, quoniã dextera sua teget eos, & in brachio sancto suo defendet illos, & accipiet armaturam zelus illius, & armabit creaturam ad vltionem inimicorum. Tu autẽ. Sap. ca. 5.

℟. Justi sunt duo viri misericordię, qui assistunt ante Dominum. ℣. Dominatorem vniuerse terre. ℟. Justi sunt due olive, & duo candelabra lucentia ante Dominum. ℣. Dominatorem. Lectio ij.

INduet pro thorace iustitiam, & accipiet pro galea iudicium certum, sumet scutum inexpugnabile æquitatem, acuet autem diram iram in lanceam, & pugnabit cum illo orbis terrarum contra insensatos. Tu autem. ℟. Hec est vera fra-

ternitas que nũquam potuit violari, certamine qui effuso sanguine sequuti sunt domi num. ℣. Contemnentes aulã regiam peruenerunt ad regna celestia. ℟. Tradiderunt corpora sua in mortem ne seruirent idolis. ℣. Contemnentes. Lectio iii.

IBunt directę emissiones fulgurũ, & tanquã a bene curuato arcu nubiũ exterminabuntur, & ad certum locum insiliẽt. Et a petrosa ira plenę mittentur grandines: et excandescet in illos aqua maris, & flumina concurrent duriter. Cõtra illos stabit spiritus virtutis, & tanquam turbo veniet diuidet illos: & ad eremũ perducet omnem terram iniquitas illorum, et malignitas euertet sedes potẽtium. Tu autem. ℟. Salus autem. Lectio iiii.

IOannes, & Paulus fratres, Christianę religionis colentissimi, domestici fuerunt Constantię filię Cõstantini magni. Sed eũ Julianus apostata imperium accepisset, factus certiores ex magnis facultatib⁹ quas illis Constantia reliquerat, pauperes alere, occasionem captabat, eosdẽ spoliandi. Jubet igitur eos suis domesticis adscribi, nõ dubitans illos conditionẽ religionis gratia recusaturos. Tu autem. ℟. Fuerũt sine querela ante dominum, & ab inuicem non sunt separati. ℣. Calicem domini biberunt, & amici Dei facti sunt. ℟. In omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terre verba eorũ. ℣. Calicẽ. Lectio v.

NEgãtibus igitur illis eius se fore domesticos, aut comites, qui a Christiana pietate defecissent, spatium decem dierũ prescribit, quo vel imperata faceret, & Joui sacrificarẽt, vel se certę morti pararent. Ipsi vero accepta conditione, bonam partem suarum facultatũ pauperibus prescripto tẽpore distribuerũt. Tu autem. ℟. Beati martyres Christi Joannes, & Paulus dixerunt Juliano. ℣. Nobis autem alius non est nisi vnus Deus, pater, & filius, et spiritus sanctus. ℟. Unus spiritus, & vna fides erat in eis. ℣. Nobis. Lectio vi.

DEcima die, Terentius prefectus prętorię cohortis missus, eos inuenit orantes, A quo quid statuissent

statuissent rogati, cū se pro vera religione morti paratos esse respondissent, ille post tertiā noctis horam in domo ipsorum, ne fieret tumultus, capite trūcauit ac secreto sepeliuit, rumorq; per vrbem ab interfectoribus sparsus increbruit Joannem, & Paulum in exilium fuisse missos. Sed res enuntiata est a dęmonibus, qui corpora quorūdam obsidebant. A quibus dęmonibus cum Terentiani filius vexaretur, ductus ad martyrū sepulchrum liberatus est: eo q; miraculo idē, & pater ad fidem Christi cōuersi sunt, & res tota patefacta. Passi sunt autem Romę sexto Kalēdas Julij. Tu autem.

℟. O veneranda marty.

℣. Alię tres lectiones Euāgeliū cū homilia vt in cōm.

℣. Septimū Respō. Vidi cōtunctos viros habentes splendidas vestes, et angelus dñi loquutus est ad me, dicēs. ℣. Isti sunt duo viri sancti, facti amici Dei. ℟. Vidi angelum Dei volantem per medium celum, voce magna clamantem, et dicentem. ℣. Isti sunt.

℣. ℟. viij. Isti sūt due olive, et duo candelabra lucētia ante dñm, habēt potestatē claudere celū nubibus, & aperire portas eius. ℣. Quia lingue eorum claues celi facte sunt. ℟. In omnem terrā exiuit sonus eorum, & in fines orbis terre verba eorū. ℣. Quia. ℣ ix. ℟. Et ℟. vt in commu. ℣ In Laud. Ańa. Paulus, et Joannes dixerunt ad Julianum, Nos vnam Deum colimus, qui fecit celū, & terrā. psal. laud. Dñicalium. fol. 10. Ańa. Paulus & Joannes dixerunt ad Terentianū, si tuus est dñs Julianus, habeto pacem cū eo, nobis autē alius non est nisi dñs Jesus Christus. Ańa. Joannes, et Paulus cognoscētes tyrāni dem Juliani, facultates suas pauperib⁹ erogare ceperūt. Ańa. Joannes, & Paulus dixerunt ad Gallicanū, Fac votū Deo celi, et tu victor melius quam fuisti. Cantt. Benedicite. fo. 11. Ańa. Hec est vera fraternitas, que nunquam potuit violari certamine, qui effuso sanguine sequuti sunt dñm, cōtemnentes aulā regiā peruenerunt ad regna celestia. Alia. ℣. Laudate. fo. 11. Caplm. hymn. & ℣l. vt in cōm. ℣ Ad Bene. Ańa. Isti sūt due olive, & duo cādelabra lucētia ante dñm. Habēt potestatē claudere celū nubibus,

et aperire portas eius, quia lingue eorum claues celi facte sunt. Alleluya. Oratio vt supra. Fiat commem. octauę sancti Joannis.

℣ Per horas diei Añę laudum. Oratio vt supra.

℣ In secundis vesper. Añę Laud. psalm. vt in commu. Pro commem. Añą. Amabiles Christi Joannes, & paulus dixerunt Juliano, Nobis autem alius non est nisi vnus Deus, Pater, & filius, & spiritus sanctus, Alleluya.

℣. & oro vt in primis vespe.

℣ Die xvij. Zoyli martyris omnia vt in commu. vnius martyris pręter quę sequũtur. Oratio.

DReces populi tui quęsumus domine clementer exaudi, vt beati Zoyli martyris tui precibus adiuuemur, cuius passione lętamur. Per Dominum.

Fiat commem. Joannis et Pauli vt supra, et octauę sancti Joannis Baptistę.

Lectio j.

ZOylus Cordubę natus est illustri genere, qui ab ipsa tenera ętate Christum induens, christianam pietatem moribus exprimebat. Verum sub Diocletiani persequutione apud iudicẽ accusatus, quod christianꝰ esset, a iudice vt Christũ negaret, impellebatur. At vero Zoylus dicatũ iam martyrio pectus gerens, iudicis blandimenta iuxta ac terrores cõtempsit. Tu autem. Lectio ij.

IAdex quippe multis verbis, quibus calamitatibꝰ Christiani quotidie premerentur, perorauit. Sed spiritus sancto per Zoyli os loquente, in idolorum contemptum, & Christi gloriam omnia quę iudex dixerat, cessere. Vnde, illo in iram verso, Zoylus flagris grauiter cęsus est. Admotis deinde multis cruciatuum generibus, quibus glorioso in cęlum euolaret, durissime, ac diutissime excarnificatur. Tu autem.

Lectio iij.

OEbacchatus itaque varijs supplicijs in martyrem iudex, cũ nil suo furore proficeret, & Zoylũ alacri vultu tormenta perferre videret, nudato proprio gladio Christi martyrem iugulauit, & illius corpus vilissimo loco sepelitri precipit, vt ipsa loci indignitate Chriani permoti, ne quaquã illũ venerarentur.

Lcc

Tu autem. Lectio iiij.

Estituta tandem ecclesię pace, beati martyris corpus a prǫsule Cordubensi Agapio viro sanctissimo eiusdem martyris reuelatione ex eo loco vbi iacebat, erutum est, regnante in Hispania Gothorum rege Syseburo. Tu autem.

Lectio v.

Vastata demum a Mahometanis Hispania, cum Corduba eorum tyrannide teneretur, comes Gometius vir Christiana pietate clarus a Cordubę rege impetrauit, vt Zoyli martyris corpus a Corduba Carrionem, quę vrbs a Pallantia triginta circiter passuũ millibus ad septentrionem distat, transferretur.

Lectio vj.

Vbi cõstructo suis Taresięq; vrotis opibus monachorum diui Benedicti cęnobio, atque basilica in suburbio Carrionis occasum versus, martyris corpus digno honore Gometius collocauit. Miraculis autem tantis tamq; frequẽtib⁹ claruit Zoylus, ex quo Carrionem allatũ est illius corpus, vt nulla celebriora per eam ętatem Hispania viderit. Passus est autem, quinto kalẽdas Julij. Tu autem.

℣ Si die sequẽti recitatur de vigilia apostolorum Petri & Pauli, perficiatur hodie officium de sancto Zoylo: Quia vigilia non intrat nisi ad Matut. & fiat commem. de octaua sancti Joannis Baptistę.

℣ Die xxvij. Vigilia apostolorũ Petri & Pauli. Notandum, quod si hęc vigilia euenerit die Dominica, fit officiũ de Dominica, & post Matut. fit cõme. de octaua sancti Joannis Baptistę. Notandum etiã, quod quãdo officium fit de Dominica **euangelium** cum homilia de vigilia debet dici in Sabbato precedenti, pro nona lectione. Aduertẽdũ insuper, quod si prędicta vigilia euenerit per octauas Corporis Christi, officium erit de octaua, & victima lectio erit euangelium cũ homilia de vigilia. Et post **Benedicamus.** Fiat commem. de vigilia apostolorũ, et de octaua sancti Joannis Baptistę. ℣ Ad Matut. Inuitatoz. & hymnus vt in commum apostolorum.

Nota, quod si prędicta vigilia

gilia euenerit in feria iij. vel v. Añe psalm. ℣. & responsoria dicantur vt in primo nocturno de cõmu. apostolorũ. Si vero in feria iij. vel v. vt in secũdo nocturno. Sin autem in feria iij. vel sabbato. vt in iij. noctur.

Lectio i.

Lectio sancti euangelij secundum Joannem.

c.21. IN illo tempore, dixit Jesus Simoni Petro: Simon Joannis diligis me plus his? dicit ei, etiam dñe tu scis, quia amo te. Et reliqus. Homilia venerabilis Bedę presbyteri.

VIrtutem nobis perfectę dilectionis prę sęs sacri euangelij lectio cõmẽdat. Perfecta namq; dilectio est, qua Deum ex toto corde, & ex tota anima, & ex tota virtute, proximum autem tanquam nos metipsos diligere iubemur. Et neutra harum dilectio sine altera valet esse perfecta, quia nec Deũ vere sine proximo, nec sine Deo potest proximus vere amari. Tu autem. Lectio ij.

VIde Dñs totiẽs interrogato Petro an se diligeret, & illo respondente quod eum, ipso teste, diligeret, adiungebat per singula, ita concludens, pasce agnos meos, siue pasce oues meas, ac si aperte diceret, hęc sola et vera est pbatio integri in dñm amoris, si erga fratres studueris curam soliciti exercere laboris. Tu aũt. Lect. iij.

QUm quicũque fratri opus pietatis, quod impẽdere potest, negligit, minus iusto conditorem se diligere ostendit, cuius mãdatum in sustentanda proximi necessitate cõtemnit. Tu autem.

Repetatur vltimũ responsa principio. Quia non dicitur. Te deum laudamus. ℣. Añę Laud. et psalm. vt in cõmu. Capitulum.

IN diebus illis, Petrus & Joannes ascẽdebãt in templum, ad horam orationis nonam. Et quidã vir qui erat claudus ex vtero matris suę bajulabatur, quẽ ponebant quotidie ad portam tẽpli, quę dicitur Speciosa, vt peteret eleemosynam ab introeuntibus in tẽplum. ℟. Deo gra. Hymn. & ℣. vt in communi. Act. 4.

¶ Ad Benedict. Añ. Petrus apostolus, et Paulus doctor gentium ipsi nos docuerunt

runt vias tuas dñe. Oro.

Deus, qui nos beatorũ apostolorum tuorum Petri, et Pauli natalitia gloriosa prẽuenire concedis, tribue quẽsumus eorũ nos sẽper, & beneficijs prẽueniri, & orationibus adiuuari. Per Dominum.

Fiat comme. octauę sancti Joãnis. ℂ Per horas dicẽ Ańę Laudum.

ℂ Ad Tertiam, Sextam, et Nonam, Capitulum vt supra resp. & verũ, vt in cõmu. apostolorũ. Oratio vt supra.

ℂ Die xxix. Apostolorum Petri & Pauli. In primis vespe. super psal. Ańs. Cũ respexisset Petrus crucem. usq; Laudum. psal. feriales.

Capitulum.

Ephe. 2. FRatres, iam non estis hospites, et aduene, sed estis ciues sanctorum, & domestici Dei, super ędificati super fundamẽtum apostolorum, & prophetarũ. R. Deo gratias. R. Cornelius centurio. vt infra post vj. lectionem.

Hymnus.

HElix per omnes festũ mundi cardines
Apostolorum prępollet alacriter
Petri beati, Pauli sacratissimi,
Quos Christus almo consecrauit sanguine,
Ecclesiarũ deputauit prin cipes.
Hi sunt duę oliuę corã Domino,
Et candelabra luce radiantia,
Prędara cęli duo luminaria.
Fortia soluunt peccatorum vincula,
Portas olympi reserant fidelibus.
Habẽt supernam potestatem claudere,
Sermone sed et pandere splendentia,
Limina poli super alta sydera,
Linguę eorum claues cęli factę sunt,
Caruas repellunt vltra mũdi limitem.
Petrus beatus catenarũ laqueos
Christo iubente rupit mirabiliter,
Custos ouilis, & doctor ecclesię,
Pastorq; gregis conseruator ouium,
Arcet luporum truculentam rabiem,
Quodcũq; vinclis super terram strinxerit.

Erit in astris religatum fortiter:
Et quod solueris in terris arbitrio,
Erit solutum super celi radium,
In fine mundi iudex erit seculi.
Non impar Paulus huic doctor gentium,
Electionis templum sacratissimum,
In morte compar, in corona particeps,
Ambo lucernę, z decus ecclesię,
In orbe claro coruscant vibramine.
O loria Deo patri per immensa sęcula,
Sit, tibi nate decus et imperium,
Honor, potestas, sanctoq; spiritui,
Sit trinitati salus indiuidua
Per infinita sęculorum sęcula. Amen.

℣. Tu es petrus. ℟. Et super hāc petram edificabo ecclesiam meam. Ad Magnificat. Ant. O claviger celi, z princeps apostolorum petre, potestate tibi tradita nostrorum solue peccatorum vincula: omnesq; tibi a Domino traditas magnifica intercessione tua fac tecum gaudere in eterna letitia. Oratio vt in vigilia. ¶ Ad Complet. Ant. Cum esset petrus. iij. Laudum. Psa. Cum inuocarē. cum ceteris. fol. 78. ¶ Ad Nūc dimittis. Ant. Beatus petrus. v. Laudum.

¶ Ad Matutin. Inuitator. Christum regem regum adoremus dominum. p. Cū martyrio crucis beatum glorificauit petrum apostolū. Psā. Venite exultemus. fo. 1.

Hymnus.

O Roma felix quę tanto rum principum.
Es purpurata precioso sanguine,
Excellis omnem mūdi pulchritudinem
Non laude tua, sed sanctorum meritis:
Quos cruentatis iugulasti gladijs.
Hos ergo sancti glorioſi martyres.
Petre beate, Paule mundi lilium,
Celestis aule triumphales milites,
Precib⁹ almis nostris nos ab omnibus,
Munite malis, ferte super ethera.
O loria Deo. vt supra.

¶ In primo nocturn. Ant.

In

In plateis ponebantur infirmi in lectulis, vt veniente petro, saltem vmbra illius obũbraret quenquam illorum, & liberarentur ab infirmitatibus suis. Psal. Cęli enarrãt. fo. 8. Añа. Ait Petrus principibus sacerdotum, Jesum quem vos interemistis suspendentes in ligno, hunc Deus suscitauit, ac principẽ, & saluatorem exaltauit ad dãdam penitentiam in remissionem peccatorum. Psal. Benedicam dño. fo. 18. Añа. Petrus apostolus dixit paralytico, Aenea, sanette dñs Jesus Christus, surge & sterne tibi, qui continuo surrexit, et omnes qui videbant conuersi sunt ad Dominum. Psalm. Exultauit. fol. 25. ℣. In omnem terram. Pater noster.

Lectio j.

PEtrus apostolorũ princeps, cui Christus ascensurus ad patrem gregẽ suum pascendum, idest, suã ecclesiam gubernãdam, ter commendauit, cum multa post Christi ascensum cum apostolis cõfecisset, quę ad constituendam, & propagãdam fidem pertinerent, cęteris per orbẽ dispersis ad prędicandum, ipse sibi sedẽ Antiochiam elegit. Tu autem. ℟. Simon Petre, ante quam de naui vocarem te, noui te, et super plebem meam principem te constitui. ℣. Et claues regni celorum tradidi tibi. ℟. Quodcũq; ligaueris super terram, erit ligatũ & in celis, et quodcumq; solueris super terram, erit solutum et in celis. ℣. Et claues.

Lectio ij.

SEd post episcopatum Antiochẽsis ecclesię, et prędicationem dispersionis eorum qui de circuncisione crediderant in Ponto, Galacia, Cappadocia, Asia, et Bithynia, secundo Claudij anno admonitus a spiritu sancto Romam migrauit, ad cõuincẽdum Simonem magum, et veram fidem enunciandum: in eaq; vrbe quę caput orbis erat, ecclesiam moderãdum. Tu autem. ℟. Quem dicunt homines esse filium hominis, dixit Jesus discipulis suis, respondens petrus dixit. Tu es Christus filius Dei viui. ℣. Et ego dico tibi, quia tu es petrus, & super hanc petram edificabo ecclesiam meam. ℟. Beatus es Simon Bariona, quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus qui est in celis. ℣. Et ego.

Lectio iij.

VBi Simonis magi prę stigijs detectis, fraudibusque conuictis, lumine verbi Dei Roma Italiaq; illustrata vsque ad vltimũ Neronis annum cathedrã tenuit mirabilibus signis mirabilem doctrinam consequẽtibus. Tu autem. ℟. Beatus es Simon Bariona, quia caro, et sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus qui est in celis. ℣. Dicit dñs. ℟. Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, et super hãc petram ædificabo ecclesiã meã. ℣. Dicit. ℟. Gloria patri. ℣. Dicit.

In ij. nocturno. Ant. Factũ est autem, vt quedã discipula nomine Tabitha, plena operibus bonis, et eleemosynis, infirmata moreretur. Misserunt autem discipuli ad petrum, rogantes, ne pigriteris venire vsque ad nos. Psal. Omnes gentes. fol. 26. Ant. Aduenẽte Petro circũsteterunt illum omnes viduę flentes, et ostendentes tunicas, et vestes, quas faciebat illis Dorcas. Psal. Exaudi Deus. j. fol. 28. Ant. Ponens Petrus genua sua orauit, et cõuersus ad corpus dixit, Tabitha surge. Et illa aperuit oculos, et viso Petro resedit, datoq; illi manũ, erexit eã, et sanctis, atq; viduis assignauit viuã. ℣. Exaudi Deus. ij. fol. 31. ℣. Constitues eos. pr̃nr. Lect. iiij.

SEd sçuente in Christianos persequutione, cum Paulo captus crucci affixus est, capite ad terram verso, quod ipse sic fieri impetrauit, indignũ asserens, vt eo modo crucifigeretur, quo dñs Jesus fuerat crucifixus. Tu autem. ℟. Tu es petrus, et super hanc petram ædificabo ecclesiam meam. ℣. Et porte inferi non preualebunt aduersus eam. Et tibi dabo claues regni celorum. ℟. Intuitus autem Jesus Petrum dixit ei, Tu es Simon Bariona, qui vocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus. Et super hanc petram ædificabo ecclesiam meam. ℣. Et porte.

Lectio v.

QUmq; sic esset in cruce orabat dñm dicẽs, Gratias tibi ago pastor bone, qui me ad hanc gloriam perducere dignatus es, peto q; vt oues quas mihi pascendas cõmisisti, protegere in ęternum tua gratia digneris. Quo dicto, felix illespiritus, vinculis carnis absolu-

solutus migrauit ad Christum. Tu autem. ℟. Dñe, si tu es, iube me venire ad te super aquas. ℣. Et extendens manum apprehendit eum, et dixit Jesus, O modice fidei quare dubitasti? ℣. Cumq; vidisset ventum validum valentē timuit, & cū cepisset mergi clamauit dicēs, Dñe adiuua me. ℣. Et extendens. Lect. vi.

SEpultus est in Vaticano iuxta viam triū phalem, vbi in basilica eius nomine dedicata totius orbis veneratione celebratur. Eodē die, idest, tertio Kals Julij beatus Paulus Romę capite trūcatur, & via Ostiensi sepelitur, vt Romana vrbs duos possideret ecclesię principes, in qua olim dominabātur principes gentium. Tu aūt. ℟. Cornelius centurio vir religiosus, ac timēs Deum, vidit manifeste angelum Dei, dicentem sibi, ℣. Cornelī, mitte et accerse Simonem, qui cognominatur Petr⁹, hic dicet tibi, quid te oporteat facere. ℣. Cū orasset Cornelius nondum in Christo renatus, apparuit et angelus dicens. ℣. Cornelī. ✠. Gloria patri. ℣. Cornelī. Cum ili. noctur. Ant. Cornelius centurio vir religiosus ac timens Deū, vidit manifeste angelum Dei, dicentem sibi, Cornelī mitte & accerse Simonē, qui cognominatur Petrus, hic dicet tibi, quid te oporteat facere. Psal. Confitebimur tibi. fol. 37 Ant. Aperiens Petrus os suum dixit, In veritate compert, quia non est personarum acceptor Deus, sed in omni gente, qui timet Deum, & operatur iustitiam acceptus est illi. Psal. Dñs regnauit, cxul. fol. 46. Ant. Adhuc loquente petro cecidit spiritus sanct⁹ super omnes qui audiebant verbum, & erant loquentes, & magnificantes Deum. Tunc petrus iussit eos baptizari in nomine domini Jesu Christi. Psa. Dñs regna iracscan. fol. 48. vl. Nimis honorati sunt. Pater noster.

Lectio sancti euāgelij secūdū Matheū. Lect. vii.

IN illo tēpore venit Jesus in portes Cesaree, Philippi, et interrogabat discipulos suos dicēs, Quē dicunt homines esse filium hominis? Et reliqua. c. 16.

Homilia venerabilis Bedę presbyteri.

LEctio sancti euāgelij, quā modo fratres audistis, tāto instāti⁹ cogitāda ac

ac sine obliuione est iugiter retinenda, quanto constat quia magnam nobis fidei perfectionem commēdat, magnumque nobis eiusdē perfectę fidei contra omnia tentamenta robur ęque demonstrat. Tu autem. ℟. Ego pro te rogaui Petre. ℣. Vt non deficiat fides tua, & tu aliquando conuersus, confirma fratres tuos. ℟. Simon ecce Sathanas expetiuit vos vt cribraret sicut triticū, ego autē rogaui pro te. ℣. Vt nō.

Lectio viij.

SI enim scire volumus, quomodo in Christū credere oportebat, quid lucidius eo quod ait ad eum Petrus, Tu es Christus filius Dei viui? Rursus, si audire delectat, quantum hęc fides valeat, quid apertius eo quod ait dominus de ecclesia quę super eum ędificanda erat, et portę inferi non pręualebunt aduersus eam? Sed hęc suis in locis plenius exponētur. Tu autem. ℟. Si diligis me Simon Petre, pasce oues meas. Domine, tu nosti, quia amo te. ℣. Et animam meā pono pro te. ℟. Et si oportuerit me mori tecū, non te negabo. ℣. Et.

Lectio ix.

NUnc autem reuertentes ad explanandam per ordinem lectionem dominicam, primo videamus de loco in quo habita res memoratur. Venit inquit Jesus in partes Cęsareę & Philippi. Philippus, vt Lucas testatur, erat tetrarcha Jtureę, & Trachonitidis regionis. Tu autē, ℟. O clauiger regni celestis, & princeps apostolorum, dignare pro nobis pium exorare Jesum Christum dominum, ac pro potestate tibi tradita nostrarum solue vincula culparum. ℣. Et aperi nobis paradisi celestis introitum. ℟. Vt tecum possimus habitare in celestibus, apud dominum, et magistrum tuū intercede. ℣. Et aperi. ℟. Gloria patri. ℣. Et aperi. Te Deum laud. ℟. Constitues eos.

℣. In Laudibus. Ant. Beatus Petrus apostolus, vidit sibi Christum occurrere, & adorans eū ait, Dñe quo vadis? venio Romam, iterum crucifigi. Psal. Laud. Dominica. Ad Vesp. Ant. 10. Apostolus Christi Petrus dū duceretur ad crucem, repletus gaudio magno dixit, Nō sum dignus ita esse in cruce, sicut dominus meus Jesus Christus,

stus, qui de spiritu sancto cõceptus est. Ãna. Cum respexisset petrus crucem, lachrymas fundebat pre gaudio. Nõ sum dignus caput sursum ponere, sed declinare vultum in terra, aleluya. Ãna. Cũ esset Petrus in cruce orabat Dñm dicens. Gratias tibi ago pastor bone, qui me ad hanc gloriam perducere dignatus es, pero namq; vt oues quas tradidisti mihi, participent mecum de gratia tua in sempiternũ. Ãna. Beatus petrus dum penderet in cruce, alacri vultu dominum deprecãsit. Domine Jesu Christe cõmendo tibi oues, quas tradidisti mihi. Capitulũ vt in vespere. Hymnus.

HAurea luce, et decore roseo
Lux lucis omne perfudisti sęclum
Decorãs cęlos inclyto martyrio,
Hac sacra die quę dat reis veniam.
Lanitor cęli, doctor orbis pariter,
Judices sęcli, vera mundi lumina,
Per crucem alter, alter ense triumphans,
Vitę senatum laureati possident.
Iam bone pastor Petre clemens accipe
Vota precantum, & peccati vincula
Resolue tibi potestate tradita,
Qua cunctis cęlum verbo claudis, & aperis
Doctor egregie Paule mores instrue,
Et mente polum nos trãsferre satage,
Donec perfectum largiatur plenius,
Euacuato quod ex parte gerimus.
O liuę binę, pietatis vnicę
Fide devotos, spe robustos maxime
Fonte repletos charitatis geminę
Post mortem carnis impetrate viuere.
Sit trinitati sempiterna gloria,
Honor, potestas, atque iubilatio,
In vnitate cui manet imperium
Ex tunc & modo per ęterna sęcula. Amen.

℣. Tu es petrus.

℟. Ad Benedi. Ãna. Quodcunque ligaueris super terram, erit ligatum & in celis, & quodcunque solueris super terram,

terrā, erit solutū & in celis, dicit dñs Simoni Petro. Ofo.

DEus, qui hodiernam diem apostolorū tuorum Petri, & Pauli martyrio consecrasti, da ecclesię tuę coꝝ in omnibus sequi præceptum, per quos religionis sumpsit exordium. Per Dñm. Fiat comm. octauę sancti Joānis.

℣ Per horas dicit Añę laudes. ¶ Ad Tertiam, Sextam, et Nonam. Capitulū vt in vesper. respon. & vers. de cōmu. apostolorū. ofo vt in Mat.

℣ In ij. vesper. Añę laudū, psalm. de cōmu. apostolorū. Capitulum vt supra. Alia. ℟. Tues Petrus, et super hanc petram edificabo ecclesiam meam. Hymn. vt in primis vesp. ℣. Annuntiauerūt opera Dei. ℟. Et facta. Ad Magn. Añia. Hodie beatus Petrus pastor noster egregi⁹ inter choros angelicos, celū intrat rutilās, Paul⁹ doctor gentium felix recepit martyriū. Oratio. Deus qui hodiernā diem. vt supra. Fiat comme. sancti Joannis.

℣ Ad Completo. vt heri.

℣ Die xxx. Cōmemo. Pauli apli. Ad Matu. Invitat. Laudemus Dominum Deū nostrū. ℣. In solennitate apostoli Pauli. Psal. Venite. fol. 1. Hymnus. O Roma felix. vt sup. in officio diei. ℣ In j. nocturn. Añia. Qui operatus est Petro in apostolatu, operat⁹ est, & mihi inter gentes, et cognouerunt gratiam, que data est mihi a Chro dño. Psal. Celi enarrant. fol. 8. Añia. Scio cui credidi, et certus sum, quia potēs est depositum meum seruare in illū diem iustus iudex. Psalm. Benedicam dñm. fol. 18. Añia. Mihi viuere Christus est, et mori lucrum, gloriari me oportet in cruce domini nostri Jesu Christi. Psalm. Exultauit. fol. 25. ℟. In omnem terram. Pater noster.

Lectio j.

PAulus extra numerum duodecim apostol⁹ nō ab hominibus, sed per Jesum electus, cum esset in ecclesia Antiochię, vbi aderāt prophetę, et Simon qui vocatur niger, & Lucius Cyrenensis, & Manachem Herodis collactane⁹, ministrātibus illis dño, et ieiunantibus, dixit spiritus sanctus, Segregate mihi Saulum, et Barnabam in opus, ad quod assumpsi eos. Tu autē. ℟. Qui operat⁹ est Petro in apostolatu, operat⁹ est, et

et mihi inter gentes. ℟ Et cognouerũt grauã que data est mihi. ℣. Dñs mihi adstitit, et cõfortauit me, vt per me prædicatio impleretur in gẽtibus. ℟. Et cognoue. Lectio ij.

TUnc orantes imponẽtes q eis manus dimiserunt eos. Et ipsi quidem missi a spiritu sancto abierũt Seleuciam, et inde nauigarũt Cyprum, et apud Salaminam prædicabant verbum Dei, in sinagogis Judæorũ. Habebãt aũt et Joãnem, qui et Marcus, in ministerio. Tu autẽ. ℣. Bonum certamen certaui, cursum cõsummaui, fidẽ seruaui. ℟. Ideo q reposita est mihi corona iustitie. ℣. Gratia Dei sum id, quod sum, sed gratia eius in me vacua nõ fuit. ℟. Ideoq.

Lectio iij.

ET cũ perambulassent vniuersam insulã vsq ad Paphũ, inuenerunt quẽdam virum magum pseudo prophetam Judæum nomine Barieu cum procõsule Sergio viro prudẽte. Hic accersitis Paulo, et Barnaba, desiderabat audire verbũ Dei, resistebat aũt illis, Elymas magus, quærẽs auertere procõsulem a fide Tu aũt. ℟. Reposita est mihi corona iustitie, quã reddet mihi dñs. ℟. In filio die iustus iudex. ℣. Scio cui credidi, et certus sum, quia potẽs est depositum meum seruare. ℟. In illo. ℣. Gloria patri. ℟. Jn. ℭ In ij. noctu. Ant. Tu es vas electionis sancte Dauid apostole prædicator veritatis, et doctor gẽtiũ in vniuerso mũdo. ℣. Omnes gẽtes. fo. 26. Ant. Magnus sanctus paulus vas electionis, vere digne est glorificandus, qui et meruit thronũ duodecimum possidere. ℣. Exaudi Deus deprecã. fo. 31. Ant. Bonũ certamen certaui, cursum cõsummaui, fidem seruaui. ℣. Exaudi Deus oratiõ. fol. 38. ℣. Constitues eos princeps. pr nr. Lectio iij.

SAulus aũt, qui et Paulus, repletus spiritu sancto intuens eũ dixit, O plene omni dolo, et omni fallacia fili diaboli, inimice omnis iustitiæ non desinis subuertere vias dñi rectas? Et nũc ecce manus dñi super te, et eris cæcus non videns solem vsq ad tempus. Et confestim cecidit in eum caligo, et tenebræ, et circumiẽs quærebat qui sibi manũ daret. Quo viso procõsul credidit, et conuersus est. Tu autem

autem. ℟. Sancte Paule apostole predicator veritatis, & doctor gentiū. Intercede pro nobis ad Dominum qui te elegit, vt digni efficiamur gratia Dei. ℟. Tu es vas electionis, & predicator veritatis. ℣. Intercede.

Lectio v.

PRofectus vero Paulus a Papho iuncto sibi Barnaba, multisq; vtibus peragratis, cum Hierosolymam venissent, Petrus Jacobusq;, & Joannes videtes gram Dei quę ei data erat, dexteras societatis dederunt ipsi et Barnabę, vt ipi gentibus, ipsi vero circumcisis prędicarent euāgelium. Tu autem. ℟. Tu es vas electionis sancte Paule apostole predicator veritatis in vniuerso mūdo. ℣. Per quem omnes gentes cognouerunt gratiam Dei. ℣. Per quem.

Lectio vj.

QVde digressus, postquam innumeros labores hausisset, multaq; pericula euasisset, per varias mūdi plagas Christianum dogma longe, lateq; propagādo, anno a Christi passione trigesimo septimo, qui fuit imperij Neronis decimus quartus, eodē die quo Petrus Romę martyrio coronatus est, sepultusq; in via Ostiensi, vbi postea fuit illi magnificum templū erectum. Scripsit autem nouē ad septem ecclesias epistolas, prēterea ad discipulos suos Timotheum, Titum, & Philemonē quatuor, ad Hebrēos vnam, omnes simul numero quatuordecim. Tu autem. ℟. Gratia Dei sum id quod sum. ℣. Et gratia eius in me vacua non fuit, sed semper in me manet. ℟. Qui operatus est petro in apostolatu, operatus est & mihi inter gentes. ℣. Et gratia. ℟. Gloria patri. ℣. Et gratia. ¶ In tp nocturn. Ana. Ne magnitudo reuelationum extollat me, datus est mihi stimulus carnis mee angelus, Sathane, qui me colaphizet, propter quod ter Dominum rogaui, vt discederet a me, et dixit mihi Dominus, Sufficit tibi Paule gratia mea. Psa. Confitebimur tibi Deus. fo37. Ana. Reposita est mihi corona iustitie, quā redder mihi dominus in illa die iustus iudex. Psal. Quis resgnauit exul. fol. 46. Ana. Ter virgis cesus sum, semel lapidatus sum, ter naufragiū pertuli pro Christo domino.

Psal.

Psal. Dominus regnauit iraſ. fol. 48. ℣. Nimis honorati ſunt amici tui Deus. ℟. Nimis. Pater noſter.

¶ Alię tres lectiones euangelium cum homilia, vt in alio feſto menſis Januarij cū ſeptimo & octauo reſpō. ¶ ℣. ℟. Iſte eſt qui ante Deum magnas virtutes operatus eſt, & omnis terra doctrina eius repleta eſt. ℟. Ipſe intercedat pro peccatis omnium populorum. ℣. Nomen Chriſti multarum manifeſtauit gentium populis. ℟. Ipſe. ℣. Gloria patri. ℟. Ipſe. Te Deum laudamus. ℣. Cōſtitues eos.

¶ In laudibus. Aña. Ego plāraui, Appollo riganit, Deus autem incrementū dedit, alleluya. Pſal. Laud. Dominicalium. Aña. Libēter gloriabor in infirmitatib⁹ meis, vt inhabitet in me virt⁹ Chriſti. Aña. Sancte Paule apoſtole predicator veritatis, et doctor gēntium, intercede pro nobis ad Deum qui te elegit. Aña. Gratia Dei in me vacua non fuit, ſed gratia eius ſemper in me manet. Aña. Damaſci prepoſitus gentis Arethe regis voluit me comprehendere, a fratribus per murum ſubmiſſus ſum in ſporta, et ſic euaſi manus eius in nomine domini.

Capitulum.

Chariſſime, teſtificor coram Deo & Chriſto Jeſu, qui iudicaturus eſt viuos & mortuos, & per aduentum ipſius in regnum eius. ℟. Deo gratias.

Hymnus.

Doctor egregie Paule mores inſtrue,
Et mente polum nos trāſferre ſatage,
Donec perfectum largiatur plenius,
Euacuato quod ex parte gerimus.
O liuę binę pietatis vnicę,
Fide deuotos, ſpe robuſtos maxime
Fonte repletos charitatis geminę,
Poſt mortem carnis impetrate viuere.
Sit trinitati ſempiterna gloria,
Honor, poteſtas, atque iubilatio,
In vnitate cui manet imperium,
Ex tūc & modo per ęterna ſecula. Amen.

℣. Annuntiauerunt.

¶ Ad Benedict. Aña. Iſte eſt qui ante Deū magnas vir-

tutes operatus est, et omnis terra doctrina eius repleta est, ipse intercedat pro peccatis omniū populoꝝ. Oro.

DEus, qui multitudinē gentiū beati Pauli apostoli prędicatione docuisti, da nobis quęsumus, vt cuius natalitia colimus, eius apud te patrocinia sentiamus. Per Dominum.

¶ Fiat comme. octauę sancti Joannis, deinde beati Petri per Añam. Quodcūque, vt supra. ℣. Tu es petrus. Oratio.

DEus, qui beato Petro apostolo tuo collatis clauibus regni cęlestis, ligandi, atque soluēdi pontificiū tradidisti, cōcede, vt intercessionis eius auxilio a peccatorum nostrorū nexibus liberemur. Qui vtuis, et regnas cum Deo patre.

¶ Per horas diei Añę laudū. ¶ Ad Tertiam, Sextam, et Nonam, Capitulū. vt supra. Resp. et vers. de cōmu. apostolorum. Oratio vt supra.

¶ In ij. vespe. Añę laudū, psal. vt in communi apostolorum. Capitulum erit de octaua sancti Joānis. Post Benedicamus pro comme. apostolorum. Aña. Gloriosi principes terre quomodo in vita sua dilexerunt se, ita et in morte non sunt separati. ℣. Annunciauerunt opera Dei. Oratio. DEus cuius dextera, vt infra in octauo die apostolorum.

Julius.

¶ Die j. Octa. sancti Joānis Baptistę omnia vt in die, prętter hic expressa.

Oratio.

DEus, qui nobis beati Joannis Baptistę cōcedis natalitio perfrui, eius nos tribue meritis adiuuari. Per Dominum.

¶ Fiat commemo. de octaua apostolorum Petri et Pauli Añā. ℣. et oratio vt infra in octauo die in ſ. vesper. Lectio ſ. Sermo beati Maximi episcopi.

HEstiuitatem prętsentis diei, fratres charissimi, venerandi Joannis Baptistę gemina natiuitas consecrauit. Qui iccirco in hoc sęculo superna dispensatione directus est, vt non solum ipse prophetali sublimaretur gloria, sed vt omnia per eum prophetarum prędicta firmarentur. Tu autem.

Lectio ij.

Nec immerito illū pcipuo nūc honore venerantur, qui spirituali quadam gratia ob hoc redemptorem mundi nouissimus prophetauit, vt eū primus ostenderet. Hic enim solus est prophetarum, qui dñm nostrum Jesum Christum quem alij lōge futuro tempore prescierunt, videre oculis meruit, & annuntiare presentem. Tu autem.

Lectio iij.

Nam sicut sacratissimū euāgeliū testatur, ve nīcte Dño ad baptismū ei⁹, huiusmodi prorupit in vocem, Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. propter hoc nimirū saluator ipse de illo dicebat ad turbas, Quid existis in desertū videre prophetā? etiā dico vobis, & plusq̄ prophetam. Tu aūt. Lect. iij.

Plus re vera est quam propheta, quoniā cēteri oēs venturi adhuc Christi fuere pcones, hic autē probatissimus venit dominī presentis assertor. Plusquā propheta est, cuius manibus, quod nulli est traditum prophetarum, baptizā dū se Dei filius inclinauit. Tu autem. Lectio v.

Plusquā propheta est, cuius tanta est prerogatiua meritorum, vt vno eodemq̄ momēto cēli terreq̄ arbitrum submersum aquis tingeret in Jordane: spiritū quoq̄ sanctum venientem cerneret in columba, & attestantis vocem patris audiret e cēlo. Tu autem. Lectio vi.

Hic est filius ille quē in spīrāte Deo prescius annunciat Esaias, dicens, vox clamantis in deserto. Quā congrue fratres, beatus Joānes prēdicatus est vox, qui celestis verbi prēco erat, & testis. Hic est ille cuius per angelū Gabrielem prēnuntiatur natiuitas, nomen, & meritum. Tu aūt.

℣ Hic iij. visitationis beate Marie virginis. In j. vesp. super psal. Dña. Ut vox Verse. j. Laudum, psalmo eiusdem virginis. fol.

Capitulum. Eccl. 24.

Ego quasi terebinthus extēdi ramos meos, & rami mei honoris & gr̄e. Ego quasi vitis fructificaui suauitatē odoris, & flores mei fructus honoris & honestatis. ℟. Deo. ℣ Unde hoc mihi. vt infra post iij. lectionem. Hymnus. Hue

maristella.fol.575 ℣. Beatam me dicent omnes generationes. ℟. Quia ancillam humilem respexit Deus.

Ad Magnificat. Ant. Hodie Joannes spiritu sancto repletus, dominum quę verbis laudare non potuit, corporis obsequio recognouit. Beata Elisabeth, quam mater Domini visitauit, vt Joannes in vtero suo spiritu sanctificationis accipiens, precursoris officium inchoaret.

Oratio.

DEus, cuius vnigenitus vtero adhuc virginis clausus Joannem baptistam, Maria salutante, spiritu sancto priusquã nasceretur impleuit, da ecclesię tuę, vt quos spirituali regeneratione concepit, purificatos tibi filios pariat adoptionis. Per eundem.

Quę non fit commemor. de octaua sancti Joannis. Sed fit commemo. de octaua apostolorum Petri et Pauli. Ant. ℣. et oratio vt in ij. vesp. cõmemo. sancti Pauli. Ad Matu. Inuita. Hodie beatus Joannes vtero parentis inclusus, Christi euangelizauit aduentum. ℣. Venite adoremus. Psalm. Venite. fol. 1. Hymnus. Quę terra, põtus. fo. 575

Ad Benedictus. Ant. Repletus spiritu sancto Joannes, nondum se ipsum sentiẽs, virginis matris presensit aduentum. Psal. O ne dñs noster. fol. 3. Ant. Aduentante que Christum gestabat in vtero Joannes exiliens, in occursum eius gestiuit erumpere. Psa. Quid enarrat. fo. 8. Ant. In ipso salutationis occursu, infans in vtero virtutẽ venientis expertus, gaudio, et exultatione repletur. Psal. O nii est terra. fol. 14. ℣. Specie tua, et pulchritudine tua. ℟. Intende prospere, procede, et regna. Pater noster.

Lectio j.

HOdiernę festiuitatis ratio, atq; causa, dilectissimi, deuotionem vestrã latere non potest. Quippe quam euangelicus sermo singulis vertentibus annis tam luculẽter, aperteq; perceuset, vt ignorare fas non sit, quod toties fuerit in omnũ auribus claris ecclesię vocibus repetitum. Tu autẽ. ℟. Ut audiuit Elisabeth salutationem Marie, exultauit infans in vtero eius. ℣. Et audiens verba domini per os virginis pertonãtis, in occursum eius gestiuit erumpere. ℟. Vadam, et videbo visionem hanc

hāc magnā, quare rubus non comburatur, et ardeat. ℣. Et audiens.

Lectio ij.

VErum quoniam res diuinis mysterijs plena est, et multis ac magnis fęcunda sacramentis, audebo equidem de diuina largitate confisus aliquid loqui: vt quod pro fidei pietate factum esse credidistis, ęterno Dei cōsilio nō ab re sic fuisse faciēdū admiremini, et in cōmun gaudio tāto sit huius diei pietas religiosior, quanto amplius fuerit singulis solennitas intellecta. Tu autem. ℟. In ipso salutationis occursu infans in vtero gaudio, et exultatione repletur, et Elisabet voce magna clamauit. ℣. Unde hoc mihi, vt veniat mater Domini mei ad me? ℟. Tu gloria Hierusalem, tu letitia Israel, tu honorificentis populi nostri. ℣. Unde hoc.

Lectio iij.

VNigenitus igitur Dei filius quam primum in vtero intemeratę virginis mortalitatis nostrę dignatus est inire consortiū, renouationis humanę cępit sacramenta contexere. Nam licet inter maternorum viscerum lateret angustijs, potētiam tamen quā habet cū patre cōmunem nec assumptę carnis infirmitas, neque parentis vteri potuit arctitudo perstringere. Quin salutis nostrę iam tunc fundamēta dispones, clausum quoque parentis vtero materno Joānē visitatione delegit, qui sui aduētus factus pręcursor et pręco, non testamenti populum antecederet: et tanquam strennuus dux exercitus dōmini, aduersus visibiles et inuisibiles hostes Christianitatis vexilla deferret intrepidus, intra viscera parentis inclusum armis hunc insuperabilibus insigniuit. Tu autem. ℟. Unde hoc mihi, vt veniat mater dñi mei ad me? ℣. Que dū me verbo salutat, virtute sanctificat. ℟. Que est ista que ascendit quasi aurora consurgens, pulchra vt luna, electa vt sol, terribilis vt castrorum acies ordinata. ℣. Que dum. ℟. Gloria patri. ℣. Que dum.

Ad Magnificat. Ant. Ut salutantis vox salutare pulsauit auditum, spiritus latens ventris interiora penetrauit. Psal. Fructauit. fol. 25. Ant. Reclusus ventre mites cognouit regem istum, et in

vtero parentis exiliens, dñi prophetauit aduentum. Ps. Deus noster refu. fol. 25. Una. Quia verbis salutantē se resalutare non potuit, spiritu exultāte recognouit. Ps. Fundamēta eius fo. 44. ℣. Adiuuabit eam Deus vultu suo. ℟. Deus in medio eius non commouebitur. Pater noster.

Lectio iiij.

Decebat enim illum, qui primus omnium in clientelam Christi additus est, & tā noua, tamq; insolita ratione insertus corpori eius, cunctis mortalibus non modo sanctitate, verum etiam officio, ac dignitate prēstare, vt ex eo iā tempore credamus, cū singularem illam prērogatiuā consequutum, qua non cuiuslibet, sed dei atq; hominis testimonio omnib⁹ meruit hominibus anteferri, Christo ipso dicente: Inter natos mulierum non surrexit maior Joanne Baptista. Tu autē. ℣. Felix Marie vox. ℟. Que dum corpoream terigit aures, intus spiritum sanctificationis immisit. ℣. Sonet vox tua in auribus meis, vox enim tua dulcis. ℟. Que dum.

Lectio v.

Facta autem hęc sunt visitante Maria Elisabeth, Nam in ipso salutationis occursu, quemadmodum euangelica patefecit historia, infans in vtero virtutem venientis expertus, gaudio et exultatione repletur. Magnū sane stupēdumq; miraculū, & quod omnia ferme nostrę salutis sacramenta complectitur. Ergo huic apostolica sedes non ab re festa celebranda constituit, vt vno eodemq; religionis officio, tametsi ratione diuersa, visitanti, & visitatę, ac vtriusque pignoribus digni hodie a fidelibus deferātur honores. Tu autem. ℣. Ecutius matrę Joannes audiuit, & vidit. ℟. Et quem verbis salutare non potuit, prophetico gaudio recognouit. ℣. Insinuauit illi gratia, quę natura nequiuit attingere. ℟. Et quem.

Lectio vj.

Verum imminente tūc in ecclesia Dei magna quadā scissura, que Christi membra varijs sub pontificibus, & longo quidē tēpore vehemēter afflixit, nō ab omnibus vniuersim susceptą festiuitas est, nec potuit

tuit in ecclesiarū notitiam singularum tam sancta atq; salubris institutio peruenire, neq; officium fuit psallēdum in ecclesijs ordinatū, quod, vt par erat, tantę festiuitatis mysteria rationibus cōgruis, et verbis sufficiētibus explicaret. Quas ob res, Sixtus huius nominis quartus, Romanus ptifex, cui ea vel maxime deuotio cordi est, inuio latę virginis festa sacris cō decorare muneribus, pietatemq; fidelū ad ea celebrāda indulgentiarum elargitione prouocare, ad exornandam festiuitatem istam pietate religionis accēsus, sedulo conuertit affectum. Tu autem. ℟. Reclusas vētre miles cognouit regē suū. ℣. Et in vtero parentis exiliens, dñi euangelizauit aduētum. ℟. Vix enim erat illi spiritus vite, et iam ineffabilis spiritus gratie. ℣. Et in vtero. ℟. Gloria patri. ℣. Et in vtero.

℣ In iij. nocturn. Elisabeth autem repleta spiritu sancto miraculum sentiēs, mysterium recognoscens, magna voce clamauit. Psal. ℣ antate. j. fol. 46 Vña. Benedicta tu inter mulieres, et benedictus fructus ventris tui. Psal. ℣ ios regnauit exultet. fol. 46 Vña. Sub vmbra illius quem desiderabā, sedi, et fructus ei⁹ dulcis gutturi meo. Psal. ℣ antate. ij. fol. 46. ℣. Elegit eam Deus, et preelegit eā. ℟. Habitare. pater noster.

Lectio sancti euangelij secundum Lucam.

Lectio vij.

In illo tempore, Exurgens Maria abijt in montana cum festinatione in ciuitatē Juda, et intrauit in domo Zacharię, et saluta uit Elisabet. Et reliqua. ca. 1.

Homilia sancti Ambrosij episcopi.

Mirale est omnibus, vt qui fidem exigunt, fidem astruant, et ideo angelus cum abscondita nuntiaret, vt fides astrueretur exemplo, senioris fęminę sterilisque conceptum virginis Marię nuntiauit, vt possibile Deo esse omne quod ei placuerit, assereret. Vbi audiuit hoc Maria, non quasi incredula de oraculo, nec quasi incerta de nuncio, nec quasi dubitans de exemplo, sed quasi ięta pro voto, religiosa pro officio, festina pre gaudio

in montana perrexit. Quo enim ia Deo plena, nisi ad superiora cum festinatione conscenderet? Tu gutē. ℟. Duplici miraculo, licet honore diuerso, prophetāt matres spiritu parvulorum. ℣. Et alter gratiam infudit in alterū, alter infusam ab altero recognouit. ℣. Ex ore infantiū, et lactentium perfeciſti laudem propter inimicos tuos. ℣. Et alter.

Lectio viij.

Discite et vos sanctę mulieres sedulitatē, quam prægnantibus debeatis exhibere cognatis. Mariam, quę ante sola in intimis penetralibus versabatur, non a publico virginitatis pudor, non a studio asperitas montium, non ab officio prolixitas itineris retardauit. In montana ergo cum festinatione virgo officii memor, injurię immemor, affectu vigente non sexu, relicta perrexit domo. Tu autem. ℟. Veteri sub lege, ordinem suum non potuit seruare natura. ℣. Quoniam per novam divinitatis gratiam novum salutis omniū mysterium parabatur. ℟. Ultra legem nascentium, Baptista Domini nativitatem suā gaudio et exultatione prævenit. ℣. Qui.

Lectio ix.

Discite virgines sacrę non circuncursitare per alienas ędes, nō demorari in plateis, non aliquos in publico miscere sermones. Maria in domo sera, festina in publico. Mansit apud cognatam suam tribus mensibus. Etenim quę propter officium venerat, inhęrebat officio. Mansit mensibus tribus, nō quod domus eam delectaret aliena, sed quia frequentius videri in publico displicebat. Tu autem. ℟. Beatam me dicent omnes generationes. ℣. Quia fecit mihi magna qui potens est, et sanctum nomē eius. ℣. Et misericordia eius a progenie in progenies timentibus eum. ℣. Quia. ℟. Gloria patri. ℣. Quia. Prosa. Inuiolata Maria, vt in festo beatę Marię de .O. mēsis Decembris. fol. 199 Te Deū laudamus. fol. 10. ℟. Beatam me dicent omnes generationes. ℟. Quia.

℣. In laudib. Ann. Ut vox Marie, Elisabet pulsauit auditum, vltra legē nascentium Baptista Domini nativitatē suā gaudio, et exultatione prevenit. Psal. Laudum Do-

mini-

minicalium. fol. 10. Ańa. Natiuitatem suam prophetando preuenit, presentia Domini sanctificatus, antequā natus. Ańa. Nondum senserat spiritum vite. Et loquēte Maria, datus est illi spiritus gratie. Ańa. Insinuauit illi gratis, que natura nequiuit attingere, & latentem in vtero regem parentis euangelizauit eloquio. Ańa. Ex secreto maternorum viscerum duo parauli totius mundi gratia futura preludunt. Capitulū. vt supra. Hymnus. O gloriosa domina. fol. 550 ℣. Benedicta tu in mulieribus. ℟. Et benedictus. Ad Benedi. Ańa. Surge propera amica mea, columba mea, formosa mea, & veni. Sonet vox tua in auribus meis, vox enim tua dulcis, que dū aures mei corporis tetigit, latenti intra viscera puero spiritum sanctificationis infudit. Oratio vt supra. vt in vesper.

¶ Fiat commemo. de octaua apostolorum Petri et Pauli. Ańa. Petrus apostolus. ℣. Constitues eos. Oro. Protege domine. fo. 554

¶ Per horas dicit Ańę Ian. Ad iij. vj. & ix. Capitulum, vt supra, respōso. & ℣. vt in officio beatę Marię, a Purificatione vsque ad Dominicam in passione. Oratio vt supra.

¶ In ij. vesper. Ańę laudē. psal. de beata Maria. Capitulum vt supra. Aleluya. ℣. Ut facta est vox salutationis tue in auribus meis, exultauit in gaudio infans in vtero meo. Hymnus et ℣. vt in j. vesp. Ad Magnifi. Ańa. Beata sterilis, que precursorem domini senio ingraueſcēte cōcepit, beatior virgo, que Deum atque hominē genuit: vtraque miraculum sentit, & mysterium recognoscit: sed Elisabeth suum vertit in preconia visitantis, Maria vtrūque refert in gloriam conditoris. Oratio vt supra.

¶ Fiat commemo. de octaua apostolorum vt supra. post orationē vt in j. vespe. octauę sancti Joannis.

¶ Die iij. De octaua visitationis. Ad Matutin. Inuitato. & Hymnus vt in die.

¶ In noctur. Ańę psalm. et ℣. vt in primo noctur. dici. Lectio prima. Euangeliū vt in die. Et reliqua.

Ex eadem homilia beati Ambrosij.

IUdicistis virginem pudoris Marię, discite humilitatē. Venit pro

pinqua ad proximam, iunior ad seniorem, nec solū venit, sed etiam prior salutauit. Decet enim, vt quanto castior virgo, tanto humilior sit. Mouerit honorē deferre seniorib⁹, sit magistra humilitatis, in qua est professio castitatis. Est & causa pietatis, est etiam & norma doctrinę. Tu aūt. ℟. vt in j. noctur. dici.

Lectio ij.

Ex sermone eiusdem festi.

QOgitauit namq; quē admodū ecclesia Christi, quę sibi regenda credita est, & cuius typū gerebat Elisabeth, spiritu fęcū data diuino vtero suo omnes fideles cęlo paritura concipiat. Quam prob dolor in presentiarū publicus ac impijssimus hostis rabie immoderata desęuiēs, a Christo prorsus auertere nititur, vel si auertere nequeat, extinctis in vtero fętibus eius aut abortis, ferro atque igne populatā cōtendit delere de terra. Is enim tanquā vrsus insidiās factus est illi, ac velut aper de sylua infidelitatis exiliens, vineam dñi exterminare molitur. Tu autem.

Lectio iij.

QVnes autem dñi ipsa inquam ecclesia est, quā, prophęta testante, super filio Dei homine facto, Altissimi dextera complantauit. Hāc igitur diro atq; cruento ore, quoad potest illa fera depascitur, nec cessat indies plurimorum cęde filiorum quasi nouis eā vulneribus sauciare. Cui vna sola via salutis reliqua est, vnicumq; remediū vitę, si videlicet ad hanc reuisendam, calcatis mōtibus qui rabido furore tumētes nomini Christiano infesti sūt, Maria vel iam entra dñm patrocinium nobis prędituram descenderit. Tu autem. Te Deum laudamus. ℣. Et omnia alia vt in die.

¶ Fiat commemo. de octaua apostolorum, vt supra in octaua die sancti Ioannis post Maturi.

¶ Die iij. De octaua visitationis. Ad Matu. Inuit. et Hymnus vt in die.

℣ In noctu. Vñę psal. & ℣. vt in ij. noctur. dici.

Lectio prima. Euangeliū vt in die. Et reliqua. Ex eadem Homilia sancti Ambrosij.

QVantūcūdum est enim, quia superior venit ad

ad inferiorē, vt inferior adiuuetur: Maria ad Elisabeth, Christus ad Joānem. Veniq; etiā postea vt sanctificaret baptismum Joannis, dīs venit ad baptismū. Sīlo quoq; in aduentu Marię, p̄sentię dominicę beneficia declarantur, Simul enim vt audiuit salutationē Marię Elisabeth, exultauit infans in vtero eius, et repleta est spiritu sancto. Tu aūt, &c. vt in ij noctur. dici.

Lectio ij.

Ex sermone eiusdem festi.

SIenim vox salutationis fuę in aures ecclesię pertonuerit, exultabunt profecto proles in vtero eius, et expiatę peccatis p̄ę gaudio salientes in occursum dīi, etiā obiturę subhostibus mortem vitro eniteretur erumpere. Mater vero ipsa toto orbe terrarū lōge lateq; diffusa, spiritu sancto repleta, pro filiorum fide, atq; cōstantia in laudes dīi sacrata ora resoluet, sciens quoniam Christi militibus ipsum vincī vincere est, et cum videntur sueum bere, tunc maxime gloriosos reportant de hoste triūphos. Tu autem,

Lectio iij.

Hęc itaq; Sixtus pōtifex maximus sedulo animaduertens, omniū beatę virginis festiuitatum hāc vnam merito percipuā existimauit, quę p̄o ratione mysterij, et significatione sacramenti, ad implorandū eius auxilium imminentibus ecclesię necessitatibus p̄ę alijs conueniret. Tu autem. Te Deum laudamus.

℣ Omnia alia vt in die.

℣ Fiat commemo. de octaua apostolorum vt supra.

℣ Die v. De octaua visitationis. Ad Matut. Inuita. et Hymnus vt in die.

℣ In noctur. Ānā. psal. et ỹs. et in iij. noctur. dici.

Lectio prima, Euangelium vt in die. Et reliqua. Ex eadem homilia sancti Ambrosij.

VIde distinctionem, singulorumq; verborum proprietatem. Vocem prior audiuit Elisabeth, sed Joānes prior gratiā sensit, illa naturę ordine audiuit, iste exultauit ratione mysterij, illa Marię: iste domini sensit aduentum. Fœmina mulieris, et pignus pignoris. Iste gratiam loquuntur: illi intus operantur, pietatisq; mysterium

mater-

maternis adoriuntur prosectibus. Tu autem. ℟. vt in iij. noctur. dici.

Lectio ij.

QUamobrem, pie ac religiose de communi filiorum salute solicitus, auctoritate apostolica eā ecclesijs statuit inserendam, ⁊ omnibus qui illam cum deuotione suscipient, ⁊ quotanis Christiana pietate celebrauerint, atque coluerint, si tamē primum lachrimis, ac penitentia salutari errata diluerint, de illius misericordia, ⁊ largitate confisus cuius vices in terris gerit, singulis interessentibus vtrisque Vesperis, Matutinisq; ⁊ Missę diei solenni, pro singulis prędictarū horarum quinque annos, ⁊ totidem quadragenas: centū vero dies pro vna quaq; reliquarum horarum, de vera indulgentia, ⁊ peccatorum remissione concessit. Tu autem.

Lectio iij.

ET ne octauę fructu spiritualis commercij fraudarentur, dimidium earum indulgentiarum quas in die concesserat, in singulis etiam octauarū diebus vberioris gratię largitate distribuit. Tu autem.

Omnia alia vt in die.

¶ Die vj. De octaua apostolorum Petri ⁊ Pauli.

¶ In j. Vesper. super psalmos. Ant. Laudemus viros gloriosos. iij. Laud. vt in cōmuni apostolorum. fo. 447 psalm. feriales, Capitulū ⁊ ℟. vt in communi. Hymnus vt in die. fol. 444. Annuntiauerunt. Ad Magn. Ant. Gloriosi principes terre, quomodo in vita sua dilexerunt se, ita ⁊ in morte non sunt separati.

Oratio.

DEus, cuius dextera beatum Petrū apostolum ambulantem in fluctibus, ne mergeretur, erexit, ⁊ coapostolū eius Paulum tertio naufragantē de profundo pelagi liberauit: exaudi nos propitius, ⁊ cōcede, vt amborum meritis ęternitatis gloriam consequamur. Per Dominum.

¶ Fiat commemo. de octaua visitationis vt in ij. vesp. diei. Ad Cōplet. vt in cōm.

¶ Omnia alia tam in Matutinis quam in die per totum officium erunt de communi Apostolorum.

Lectio prima. Sermo beati Maximi episcopi.

BEatissimorum apostolorum Petri, ⁊ Pauli inse-

inseparabilem fidem, passio nemq; germanâ omni nos deuotione fratres necesse est celebrare, quia et laudabilis eos vita ad gloriosissimum perduxit occasum, et mirificus obitus perpetuâ transmisit ad vitam. Tu autem. Lectio iij.

QVos tanta electionis cęlestis dignatio visitauit, vt hic fieret de piscatore doctor, ille de persecutore defensor. Sed in hoc omnipotentis Dei attollenda maiestas est, quia inspiratione mirabili docendi gratiam tribuit imperito, ⁊ inimicum fecit amare quod oderat, et fidem quam impugnabat, asserere. Tu autem. Lectio iiij.

XIius piscationem nō abstulit, sed mutauit, huius cęcauit oculos, vt purgatione recepto lumine, clarissimę mētis acie vltra humanā videre posset aspectum. Quāti ergo meriti apud dñm suū Petrus erat, vt ei postnauiculę paruę remigium totius ecclesię gubernacula traderentur? Tu autem.

Lectio iiij.

QVid de Paulo ego potissimum dicā, cū ipse fidelissimus sibi sit testis, qui cum nec suas vellet iactare laudes, ⁊ Christi annuntiare cuperet maiestatem, verecundius quod in se gestū est confitetur? Et enim velut de altero quodā, Scio, inquit, hominem in Christo Jesu raptum vsq; ad tertium cęlum, raptum in paradisum, ⁊ audiuit arcana verba quę nō licet homini loqui. Tu autem.

Lectio v.

QVid etiam de Petro referam, cuius tanta a deo approbata est iustitia, tātaq; ei potestas attributa est iudicandi: vt in arbitrio eius poneretur cęleste iudiciū? Perspicite ergo fratres, et ęstimate, quāto nobis sit. Petrus apostolus honore reuerendus, cuius sententiam in terris prolatam sempiterni iudicis ęquitas nō repellit. Tu autem. Lectio vj.

HOrum itaque, charissimi, per vniuersum mundum veneranda hodie solennitas celebratur. Hodie horum concursu lętissimo extollit Roma martyrium, ⁊ quorum dudū impia persecuta est sanguinem, eorū nunc peculiari deuota patro-

trocinio gloziatur. Tu autem. Lectio vii.

Lectio sancti euangelij secundum Matthæum.

c.14. IN illo tempoze, Jussit Jesus discipulos suos ascendere in nauiculam, et præcedere eum trãs fretũ, donec dimitteret turbas. Et reliqua. Homilia beati Augustini episcopi.

QUm sanctum euangelium legeretur, audiuimus nauiculam periclitãtem, Christum periclitãtibus subuenientem, Petrum venienti Christo occurrẽtem. In quibus omnibus miraculũ spectauimus, mysterium requiramus. Tu autem. Lectio viij.

QUãdo enim possumus de diuinis operibus quę leguntur, intellectũ alicuius mysticę significationis exsculpere, quasi de abstrusis fauozum cellis mella producimus, vel Christi discipulos imitãtes, spicas manibus cõfricamus, vt ad latentia grana perueniamus, & in eis vitam inueniamus. Ascendit ergo dominus noster Jesus Christus in montẽ solus ozare. Mons altitudo est. Tu autem. Lectio ix.

QUid enim in hoc mundo altius cęlo? Quis vero in cęlum ascendit, nouit optime fides vestra. Cur autem solus ascẽdit? Quia nemo ascendit in cęlum, nisi qui descendit de cęlo, filius hominis qui est in cęlo. Quanuis, & in fine cum venerit, & nos omnes sua mẽbra collegerit, ac leuauerit in cęlum, etiam tunc solus ascendet, quis caput eum cozpoze suo vnus est Christus. Tu autem.

¶ Ad Benedi. Ãña. Petrus apostolus, et Paulus doctor gentiũ ipsi nos docuerũt legẽ tuã dñe. Oratio vt supza.

¶ Fiat comi. nemo. de octaua visitationis vt in die.

¶ Per hoza s dieĩ Vñę lau.

¶ Ad Tertiam, Sextam, & Nonã, Capitulũ. ℣. & ℟. vt in commu. Oratio vt supz.

¶ In ij. Vesp. Ãñę & psal. vt in commu. Capitulũ. vt supza. Aleluya. ℣. Venite ad me sancti mei, habẽtes eternas coronas, & brauium cõmemorationis vestre. Hymnus, vt. Ãñu. Ad Magni. et oratio, vt in j. vesper.

¶ Fiat cõme. de octaua visitationis, vt in ij. vesp. dieĩ.

¶ Ad Complet. vt heri.

¶ Die vij. De octaua visitatio-

tationis. Ad Matu. Invit. ℟ Hymnus vt in die.

℣ In noctur. Tres psalm. ℟ ps. vt in ij. noctur. diei:

Lectio prima, Euangelium vt in die. Et reliqua. Ex ea de homilia sancti Ambrosij.

OPlici miraculo prophetant matres spiritu parvulorum. Exultavit infans in vtero, mater repleta est. Non prius mater repleta est, quã filius: sed cũ filius repletus esset spiritu sancto, replevit ℟ matrem. Exultavit Joannes. Exultavit, ℟ Marię spiritus. Exultante Joanne repletur Elisabeth, Mariam tamen non repleri spiritu, sed spiritum eius exultare cognovimus, incomprehensibilis enim incomprehensibiliter operatur in matre, et illa post conceptum repletur, ista ante conceptum. Tu autem. ℣. vt in ij. noctu. diei.

Lectio ij.

Ex eodem sermone festi.

PRoro prętereundum esse nõ arbitror, in hac festivitate quatuor singulares personas, matres videlicet duas, suo vtranq; cum pignore vna sub celebritate venerari. Et quanuis inter eas diuersa ratio fuerit, variaq; proportio, nam pro diuersitate mensurę gratiarum atque virtutum iura quoque in eis variãtur honorum, in his tamen omne decus ecclesię, ornamentũ omne ac velut in summa vniuersum specimẽ sanctitatis inspicitur. Tu autem.

Lectio iij.

QVippe hic saluator est, primitię saluandorum, ℟ in his quidem si puritatem innocẽtium quęris, habeto Joannem: si candorem virgineum, mater dñi adest. Si denię iuuat mansuetudinẽ, continentiã, atq; modestiam consectari, Elisabeth respice, in qua Patriarcharũ quoque pietas, ℟ religio commẽdatur. Tu autem. Te Deũ laudamus. ℣. ℟ omnia alia vt die.

¶ Die viij. De octaua visitationis. Ad Matu. Invit. ℟ Hymnus, vt in die.

℣ In noctur. Tres ps. al. et ps. vt in iij. noctu. diei.

Lectio prima, Euangelium vt in die. Et reliqua. Ex eadem homilia sancti Ambrosij.

BEnedicta tu inter mulieres, ℟ benedictus fructus vẽtris tui: ℟ vnde hoc mihi, vt veniat mater dñi mei

mei ad me? Novit sermonē suum spiritus sanctus, nec vnquā obliuiscitur. Et prophetia non solum rerum cōpletur miraculis, sed etiam proprietate verborū. Quis est iste fructus ventris, nisi ille, de quo dictum est. Ecce hereditas dñi filij merces fructus ventris: Hoc est, hereditas domini filij sunt, qui merces sunt fructus illius, qui de Marię ventre processit. Tu autē. ℣. vt in ij. noctur. diei.

Lectio ij.

Ex sermone eiusdem festi.

VIs postremo prophetarum spiritum cernere, et admirari lumen, quo diuinarum abdita rerum, et ipsi pertingere, et nobis patefacere potuerunt? Joannem animaduertito etiam in vtero prophetātem. Cui neque apostolici ordinis decus, neque euangelistarum gloria defuit. Confessor q̄ almus, et annuntiator futurus veritatis, immaculatā vitā impijssimi regis sęuo mucrone finiturus. Tu autem. Lectio ij.

QUid plura? Sane hic noui, ac veteris testamenti sacramēta, si perscrutari libet, cum maxime liceat, inuenire per facile est. Nam et vmbram illius, et veritatem istius, vt amborum vtique limes, vna existens festiuitas ista completur. Merito igitur prędictus Pontifex Sixtus ab omnibus eam ecclesijs celebrandam, cunctorū q̄ fidelium votis recolendam esse constituit, quādo quidem in hac vna, tanquā in omnium Christianarum celebritatum origine, licet aliarum omnium vel initia contemplari. Tu autē. Te Deum laudamus. ℣. et omnia alia vt in die vsq̄ ad ix. ¶ Die ix. Octaua visitationis. In j. vespe. Añę laudū. psal. de beata Maria. Capitulum et omnia alia, vt in primis vesper. diei.

¶ Ad Matuti. et per totam diem erit officium vt in j. die eiusdem festi.

¶ Die x. Christophori martyris. In primis vespe. com memo. et per totam diē officium erit vt in cōmu. vnius martyris, prēter hic expressa.

Oratio.

DEus, qui beatū Christophorum martyrē tuum in agone probasti, et probatum in dolore fustentasti, presta famulis tuis, vt cuius

cuius gloriã non meremur, indulgentiã, ipso veniente, adipisci mereamur. Per Dñm.

Lectio j.

Christophorus genere Judęus, patria Chananęus, quod ingenti esset corpore dñm quęritabat suprẽmum: nactusq; regẽ magnę ditionis, cum animaduerteret nominato cacodęmone, signo se crucis armare, causam didicit, et diabolo se protinus clientem dedit. Tu autem.

Lectio ij.

Comperit tamen longa obseruatione bonus assecla, dęmonem magnũ saluatoris imaginem, crucẽq; expauescere. Quare relicto eo, contendit ad Christum: in cuius gratiã, monitus a religioso viro, a quo est baptizatus, peregrinos ad fluuium quendã humeris aliquandiu transportauit: inter quos, Christum pueri specie meruit sustinere. Tu autem.

Lectio iij.

Tranti Christophoro graue pondus in puero, nil mireris Christus intulit, factorẽ gestasse te mũdi scias, cuius tibi rei signũ erit baculus in terra fixus, qui dicto citiꝰ germinabit, vernãsq; florescet. Quod cum experiretur Christophorus dñm quem quęsierat, et agnouit, et adorauit suprẽmum. Tu autem.

Lectio iij.

Profectus exinde, plenus Deo, in ciuitatem Amon peruenit, vbi plurimam plebem Christo miraculis acquisiuit. Rex eius regionis miratus in Christophoro vastitatem membrorum, cum comperit esse Christianũ, tormentis affecit, vt ad deorum culturam reduceret. Verum cum sagittis ad pãlũ ligatus, trãsfigeretur, ex vna repulsa sagitta, rex oculũ amisit. Tu autem.

Lectio v.

Dixitq; ad eum Christophorus, Tibi dico tyranne, Ego in crastinum accipiam coronam meam: tu autem veni, et fac lutum cum sanguine meo, in nomine Jesu Christi, et line oculum tuum, et sanabitur. Die autem crastina, data a rege sentẽtia, ducitur ad decollandum, et ibidem fusa oratione capite truncatur. Tu autem.

Lectio vj.

Ex autem de sanguine super oculum positus,

nens, continuo visum recepit, Quapropter in Christum credidit, & corpus sancti martyris sepeliri mãdauit. Passus est autem sanctissimus martyr octauo kalendas Augusti. Tu aũt.

¶ Die xj. Translatio sancti Benedicti Abbatis, omnia vt in communi vnius tu ſi vel abbatis, præter quę sequuntur.

¶ Et non dicitur nisi vnus noctur. videlicet feria ij. et feria v. Aũę psal. ſſl. & ℟. vt in j. noctur. feria iij. & feria vj. vt in ij. noctur. feria iiij. & sabbato vt in iij. noctur. Lectio prima, Euãgelium cum j. lectione ipsius expositionis. vt in communi.

Lectio ij.

Mimolus Floriacensis abbas diuina reuelatione præmonitus, Argulphum monachum ad montem Cassinum misit, vt corpus beati Benedicti deferret a cœnobio, quod olim a sancto Benedicto fuerat constructum, & tunc a Longobardis fuerat euersum. Intacto tamen (diuino nutu) sepulchro, in quo Benedicti, & Scholasticę sororis reliquię condite quiescebant. Tu autem.

Lectio iij.

Quod a latere effractũ idem Argulphus eriuaniuit, et decenti loculo ossa reponens: ad propria remeauit. Et Scholasticę corpore ciuibus Cenomanicis concesso, qui se itineris socios adiunxerãt, Benedicti corpus ab eodem abbate summo cum honore decenti conditum est sepulchro. Tu autem.

¶ Die xij. Naboris & Felicis martyrum omnia de cõmuni plurimorum martyrũ præter iiij. v. & vj. lectio.

Lectio iiij.

Nabor, & Felix martyres passi sunt in ciuitate Laudense, sub Maximiano Imperatore. Cum enim idem Cęsar Mediolani degeret, et prędicti duo milites tanquam Christiani, eidem accusati fuissent, imperator eos detineri fecit, et sigillatim interrogatos, cum eos Christianissimos cognouisset, in carcere per dies duodecim affligi mandauit, ita, vt neq; panis, neq; aqua ministraretur eisdem, & die decimo tertio eos educi fecit, et cępit illos ad sacrificia suadere, & cũ nullatenus animos eorum

rum inclinare posset, iterū eosdem in custodia recipi præcepit. Tu autem.

Lectio v.

POst dies vero quatuor de custodia educi, & extensos, fustibus cædi: deinde Mabozem in equuleo appendi, et lampadibus aduri, ac vngulis laniari inspectante Fœlice. Et cum hæc omnia superasset, iussit eos ambos igne consumi. Qui missi in ignē incolumes permanserunt, pro quo iterum eos carceri mācipauit. Tu autem.

Lectio vi.

POst aliquot vero dies, cum imperator pergeret in ciuitatē Laudensem, iussit, sanctos catenis vinctos ad exēplum Christianorum posit se trahi, & post tertium diem ambos extra ciuitatem sibi præsentari. Quos in Christi confessione perseuerantes, fecit primo fustibus cædi, deinde capite puniri, qui decollati sunt iuxta portam ciuitatis Laudensis. Quorū corpora quędam matrona Sabina noctu rapiens, in eodem loco sepeliuit, quarto idus Julij. Tu autem.

¶ Die xiij. Margarita virginis & martyr. omnia de cōmuni vnius virginis præter sequentia. Oratio.

DEus, qui beatā Margaritā virginē tuam hodierna die ad cœlos per martyrij palmam venire fecisti, concede nobis quæsumus, vt eius intercessione ad te peruenire mereamur. Per Dñm. Lectio i.

MArgarita Theodosij cuiusdam viri nobilis filia, in oppido haud procul ab Antiochia nutrita est. Adolescentulam tamen factam cū baptismati sacro pater admotā didicisset, omnem eius curā abiecit, sineq; eā inter pecudes nutricis consenescere decreuit. Tu autem. Lectio ii.

QVeterum cū annū ageret quintū decimū, nutricisq; oues ad pascua cum alijs virginibus duceret, ab Olibrio præfecto Antiochiam tunc forte petenti visa simul, et amata est. Quæsiuit ex ea Olibrius nomen, genus, professionē, et illa nobilē, Christianāq; esse, Margaritāq; vocari respōdit. Tu aūt. Lectio iij.

OBiurgare cœpit Olibrius, q̄ ingenua virgo Christū a Judęis crucifixū pro Deo coleret. Sed cū fir-

mā conſtātemq; intellexit, in carcerē miſit. Sequenti die producta, nihilominus verba p̄fecti eluſit, diſſq; litare contempſit. Quare equuleo tenta, virgis crudeliſſime cęſa eſt, ac denuo carceri reddita: vbi ſub ſpecie draconis a dęmone deuorata, facto ſigno crucis, per fracturam vētris emerſit. Tu autem.

Lectio iiij.

ITerum dęmon malus hominem agens, virginem aggreſſus eſt, ſed tentus ab ea, deriſui populo fuit. Denique cum exquiſitis Margarita cruciatibus ageretur, faciem nunquam mutauit, perturbationiſue ſignū aliquod oſtendit. Tu autem. Lectio v.

CXurebatur admotis facibus corpus tenellum, rurſuſq; in doliū aquę circunſtante populo mittebatur: cum ecce terremotus factus eſt, columbaq; e cęlo ¦prolapſa tiaram virginiſ capiti impoſuit. Quo viſo miraculo, quatuor milia ethnicorum ſine fęminiſ ac paruulis conuerſa ſunt. Tu aūt. Lectio vj.

OLibrius timens ne populuſ vniuerſus tātis motus miraculis virginis dogma probaret, Chriſtianuſq; fieret, beatam Margaritam decollari mandauit. Illa autē, pro ſe, & ſuis perſecutoribus orans, ſic gladio percuſſa martyrij coronam percepit tertio idus Junij. Cuius corp⁹ a Chriſtianis Antiochię ſepultū eſt, decimo tertio Kalēdas Auguſti. Tu autem.

¶ Die xviij. Proceſſi & Martiniani martyrum. omnia de cōmuni plurimorum martyrū p̄ter orationē iiij. v. et vj. lectio. Oratio.

OEus, qui nos ſancto rum martyrum tuorū Proceſſi, & Martiniani cōfeſſionibus glorioſis circūdas, et protegis, da nobis quęſumus, et eorum imitatione proficere, & interceſſione gaudere. Per Dñm.

Lectio iiij.

OEo tempore Rome Petrus, & Paulus in vinculis in Tarpeio monte tenebantur, duo ex cuſtodibus Proceſſus, et Martinianus apoſtolorū verbis, & miraculis, cum alijs quadraginta nouem ad fidem Chriſti conuerſi ſunt: & fonte diuinitus ex quodam ſaxo in ipſo carcere manante bapti-

baptizati. A quibus apostoli relaxati, abire si vellēt ex carcere permissi sunt. Tu autem.

Lectio v.

Quod vbi nuntiatū est Paulino militū prefecto, Processum, & Martianū ad se accersitos verbis grauissimis ob acceptā religionem castigat: & ab ea cunctis rationibus reuocare conatur. Sed cū nil proficeret, indignatus se ab eisdem contemni, iubet ipsorum ora saxo vehemēter contundi, dentesq; comminui. Deinde cum Jouem adorare iussi, constanter renuissent, in equuleo suspensi, fustibus sęuissime cędūntur, & admotis flammis adurūntur, vnam vocem emittentes, sit nomen domini benedictum. Tu autem.

Lectio vi.

Vehemēter igitur cruciati, & in Christi fide persistentes, in eundē carcerem retruduntur, quibus Lucina apostolorum discipula ministrabat: & paucis post diebus extra vrbem educti, in via Aurelia capite truncantur. Quorū corpora beata Lucina in prędio suo, sexto nonas Julij sepeliuit. Tu autem.

¶ Die xv. Translatio sancti Martini episcopi, omnia vt in cōmuni vnius pōtificis pręter quę sequūtur.

Oratio.

Deus, qui populo tuo ęternę salutis beatū Martinum ministrum concessisti, pręsta quęsumus, vt quem doctorem habuimus in terris, intercessorem semper habere mereamur in cęlis. Per Dominum.

¶ Non dicitur nisi vnus nocturnus modo prędicto in translatione sancti Benedicti. fol.

Lectio prima Euāgelium cum prima lectione ipsius expositionis vt in cōmuni.

Lectio ii.

Anno sexagesimoquarto post beati Martini transitum, sanctus Perpetuus Turonicę sedis pręsul, cum templi ambitū promoueret, ac beati Martini sepulchrum decētius exornare disponeret, kalendis Julij cōuocatis episcopis, cum loculum, quo tegebatur corpus, eleuare plurimi niterētur, id frustra aggressi, nullis viribus loco mouere valuerunt. Tu autem.

Lectio iii.

QVa de re perterriti, vsq; in tertium diē ieiuniis, & orationibus vacauerunt. Quarta demū die, venerāda senex canicie cōperuit, & episcopos exhortatus, abiecto pallio, ad sarcophagum cum reliquis sacerdotibus manus apponens, illud summa lenitate commotum eleuauit, quod a cęteris ad locū honestissimum delatum, oño annuēte, & sanctum suū miraculis decorāte, summa populi veneratione colitur. Tu aūt.

¶ Die xvj. Triumphi sancte crucis in nauis Tolosę, omnia vt in exaltatione sancte crucis mensis Septembris fol. 453 & loco exaltationis dicatur Triumphus in hymno autem vbi dicit in hoc exaltationis tempore dicatur, in hoc triūpht tempore. Oratio.

DEus, qui per crucem tuā populo in te credenti triumphū contra inimicos concedere voluisti, quęsumus, vt tua pietate adorantibus crucem victoriam semper tribuas, et honorē. Qui viuis et regnas cum Deo patre.

¶ Ad Abatu. Inuitato. In sancte crucis triumpho veni te, collaudemus dominum. Qui per crucis mysterium redemit mundum. Psal. Venite. fol. 1. Lectio j.

HAno salutis millesimo ducentesimo duodecimo, decimo sexto die mensis Julij, quum Hispanię reges indignū ducerēt Christianam ditionem ab Agarenis Christi hostibus occupari, possidebant enim eam Beticę partē, quę Baetiam Siennumq; attingit. Tu aūt. Lectio ij.

ALfonsus rex Castellę Petr⁹ Aragonię, ac Sancius Nauarrę cum suis quisq; exercitu conueniūt, in Christi hostes irrupturi. Nec deerat inter alios ecclesię prælatos Rodericus Toleti Archiepiscopus, vir religiose strennuus. Erāt autem Christianis inferiora omnia præter causam. Hostes, numero vsq; adeo superiores, vt equitum fuerint ad octoginta millia, pedites innumeri, vtriq; bellis, ac victoriis assueti. Tu autem. Lectio iij.

LOca in quibus castra fuerant metati fere in accessu. Sed quid non superet constans fides virtusq; Hac armati Christiani reges,

ges,ꝛ Eucharistię sacramẽto muniti, per inuia loca, missō cęlitus indice, viam inueniunt: ferocientes hostes inuadūt Christi fiducia pleni. Tu aūt. Lect. iiij.

PRęcedebant sua quemqꝫ regem insignia. Toletani vero Archiepiscopi vexillum crux erat, quā prę ferebat canonicus quidam Toletan⁹ nomine Dñicus Paschasius. Is, vt primū conserere manus cū hostibus fidei crucis vidit protectores, hostium cuneos penetrat primos, medios, extremos: ibiqꝫ mira constantia, procul a suis inter hostes illęsus perseuerat. Tu autem. Lectio v.

QUumvero inter certādum aliquot ex vulgo nostro vel locorum difficultatibus, vel hostium repulsibus territi, retro tā cederent, tunc Ilfonsus rex ad Archiepiscopū versus, Eia inquit, Archiepiscope, hic nos, hic moriamur. Ne qua quā moriemur, o rex, respōdit Archiepiscopus, immo fęliciter vincemus. Quo dicto, suos vterqꝫ ad victoriā adhortātes, crucēqꝫ secuti, magno impetu Agarenorū ferociam frangūt, fugant multitudinē: nec desistunt, donec ad crucē suam magna cū hostium strage peruenīūt. Tu aūt. Lect. vj.

TUnc etiā rex eorū nomine Miramamolin, cū quatuor equitibus fugam se prędio subduxit. Ducēta millia Maurorū occisa memorātur, cum ex nostris viginti quinqꝫ solū fuerint desiderati, miraqꝫ in hoc prędio acciderūt, numerus primum occisorū in tāta pauscitate Christianorū. Quo viso, Toletanus Pontifex hęc verba dixit nobili regi, Esto memor grę Dei, qui omnes defectus in nobis suppleuit, ꝛ opprobriū diu toleratū hodie honorificentissime releuauit. His et aliis dictis, ipse Toletanus, ꝛ alij Pontifices qui simul aderāt, cū lachrimis deuotionis ꝛ exultationis in cāticū laudis eleuatis vocib⁹ prorumpunt, dicentes. Te Deū laudamus, te dñm cōfitemur. Parta ergo tā insigni victoria, cōmuni regū consensu, Archiepiscopi etiā hortatu institutum est hoc de triumpho crucis festū, eo die, quo crucis ductu de crucis hostib⁹ est tā gloriose triūphatū. Tu aūt.

Die xvij. Juste ⁊ Ruffine virginū ⁊ martyr. omnia vt in communi plurimarum virginū pꝛeter oꝛationem, iiij. v. et vj. lectio.

Oratio.

Sanctarum virginum ⁊ martyꝛum tuarū Juste, ⁊ Ruffine dꝛie suffragia implozamus, vt a cunctis liberemur offensis, ⁊ gaudia ꝛeterna cōsequi mereamur. Per Dominum.

Lectio iiij.

Justa, ⁊ Ruffina vitam agebant Hispali pudice, ac sancte, mercimonio fictilium vasculozum victum quꝛitantes, pauperū mendicitatem sua illa tenuitate iuuantes, succesſiua tempoza diuinis laudibus impendentes, cum hostis ille humani generis truculentus ac ferus, medius interuenit, honestumq; viuendi modum perturbauit, ac sustulit. Quędam siquidē matrone Salamboné (sic Venerem Babylonij vocant) circunferentes, vas in eius sacrozum vsum a sanctis fęminis postularunt. Illę facere se nolle dixerunt, causantes, Deum Chꝛistianos nō lapides venerari. Tu autem.

Lectio v.

Pessimę tum fęminę dimisso simulachꝛo, vasa pleraq; cōfregerunt. Quare Justa, ⁊ Ruffina integerrimę quidem matres familias factum peſſimum improbantes idolum confregerūt, ac omnino deformarunt, mediam in viam pꝛouoluentes. Quod adeo plebem concitauit, vt compꝛehensę mox traherentur ad pꝛęsidem Diogenianū. Qui Chꝛistianas esse cognoscēs equuleo extendi, ferreisq; vngulis laniari pꝛęcipit, post, tetro carceri mancipatas nouis exquisitisq; modis cruciari. Tu autem.

Lectio vj.

Roductę tandē ad pꝛę sidē, supplicare, iurare q; iubētur. Illę Chꝛisto eū honoꝛē deberi contendūt. Cumq; per cautes, ⁊ montium pꝛeruptа post iudicē nudis pedibus ductę, non mouerentur. Justa tandem in carcere vitam dedit. Coꝛpus in puteū missum, a Sabino est episcopo sublatū, sepulturęq; traditū. Ruffinę pleno Deum oꝛe fatēti, gula est fracta, coꝛpusq; cōbustū, sed a Sabino ossa collecta cū Justę reliquijs Hispali sepulta sunt. Tu aūt.

Die

Die xviij. Marinę virginis & martyris, omnia de cõmuni vnius virginis pręter sequentia. Oratio.

OMnipotens sempiterne Deus, auctor virtutis, & amator virginitatis, qui beatam virginẽ & martyrem tuã Marinã hodierna die dignatus es ad cęli gaudia deducere, supplicíter imploramus clementiã tuam, vt cuius sacram solẽnitatẽ celebramus in terris, de eius patrocinijs gaudeamus in cęlis. Per Dominum. Lectio j.

EX altissimis Gallaicorum montium iugis, quę illis ad orientem spectant, Limia fluuius sese præcipitat, atque in subiectam planiciem delatus, tãquaro solo decurrit, vt vix oculis iudicari possit, fluat necne, quanuis allabentibus vndique riuis augeatur. Hanc ergo planiciem, quę triginta fere passuum millibus in longitudinẽ tenditur, septem in latitudinem occupat, Limię campum incolę appellant. Super hunc vrbs quędam fuit Armenia, cuius nostro etiã sęculo non obscura vestigia incolę ostendunt. Tu autẽ. Lectio ij.

IN quam prouinciam missus Olibrius præses inquirendis atque torquendis Christianis, Antiochiam regionis illius vrbem peruenit. Cumq; iter ageret, Marinam virginẽ annorum quindecim Christianissimam quanuis parẽtibus gẽtilibus ortam, suę nutricis oues pascentem in agro reperit. Cuius pulchritudine captꝰ Olibrius, capi illã a ministris iubet. Tu autẽ. Lectio iij.

MArina igitur cum cõprehenderetur, magnis clamoribus Christum inuocans, suam illi pudicitiam multis precibus commendabat. Ad Olibriũ ita que adducta, Christianam sese esse intrepide professa est. Cui, cum miris blanditijs ac pollicitis deorũ cultum suaderet, ad minas cõuersus, dira illi tormenta minatus est. Tu autem. Lectio iiij.

QUę alacri vultu cum se tormenta illa subituram Marina respondere t, ab irato Olibrio suspẽdi, ac virgis a carnificibus cędi iubetur, gẽtilibus qui aderant, vt illa sui miserere

tur, suadentibus: Quibus Marina insultãs, & spurcorum idolorum cultũ exprobrans, acrius iterum iussa est verberari. Tu autem.

Lectio v.

POst grauia tandem flagella tenebroso illam carcere includi Olibrius iussit, vnde postridie educta, ad præsidis tribunal rursum sistitur. A quo cum multis iterum verbis ad offerenda diis thura compelleretur, & Marina Christum potius ab eo adorari debere respõderet, spoliatur; atque suspensa accẽsis lampadibus exuritur. Tu autem.

Lectio vj.

QVẽ tot cruciatibus cum non cederet virgo, ingens labrum aquę plenum suffocanda conjicitur, pedibus ac manibus ligata. A quo, cum Christum orasset, illęsa egressa est, columba quę auream illi coronam adferret, superne apparente. Quo ostento, quidam ex adstãtibus cum ad fidem conuersi fuissent, gladio a præsidis carnificibus cęduntur. Ipsam vero Marinam, vt horum malorum causam capite truncari Olibrius iubet. Quę cum ad locum, quo plectenda erat, peruenisset, impetrato a lictore spatio, orationem ad dominum fudit, qua finita, decollata est decimo quinto kl̃as Augusti. Tu autẽ. ℂ Die xix. Anacleti papę Martyris, omnia vt in communi vnius martyris præter iiij. v. & vj. lectio.

Lectio iiij.

ANacletus papa, natione Græcus, patria Athenienſis, Traiani tẽporibus Clementi ſuffectus, vt honeſtis inſtitutis homines eccleſiaſticos formaret, lege vetuit, ne epiſcopus a pauciorib⁹ quam a tribus epiſcopis initiaretur. Ac, vt clerici publice, non priuatim ad ſacros ordines adſciſcerentur. Tu autem. Lectio v.

OMnibus quoque fidelibus præcepit, vt peracta conſecratione cõmuni carent, recuſantes autẽ ab eccleſijs ejicerẽtur. Hic etiam loca vbi ſeorſum martyres ſepelirentur, deſignauit, per id tempus, mirum in modum augeſcente re Chriſtiana. Tu autem.

Lectio vj.

QVaianus metuens, ne quid detrimẽti imperium

riũ Romanũ inde caperet, tertiam persecutionem in Christianos cõcessit. Qua, cũ permulti alij, tum in primis ipse Anacletus martyrio coronatur tertio id⁹ Julij. Sedit aũt annos nouẽ, mẽses duos, dies decẽ. Tu. ℂ Die xx. Septem fratrum martyrũ, omnia de cõm. plurimo. marty. pręter orationẽ iiij. v. t. vj. lect. Ofo.

QRęsta quęsumus omnipotẽs Deus, vt qui gloriosos martyres Januariũ Fęlicẽ, Philippum, Syluanũ, Alexandrum, Vitalem, t Martialem fortes in sua confessione cognouimus, pios apud te in nostra intercessione sentiamꝰ. Per Dñm. Lectio iuj.

HAlexãder, Martialis, Philippus, Januarius, Fęlix, Syluanus, t Vitalis, incomparabilis illius fęminę Fęlicitatis, quę pro Christo passa est, filij fuerunt. Quos simul cũ matre (suggerẽtibus idolorũ pontificibus, Antoninus Imperator Publio vrbis pręfecto ad deorum cultum cogendos tradidit. Tu aũt.

Lectio v.

VErum cũ nullis suasionũ machinis induci possent mater aut filij, vt abnegato Christo idolis sacrificarent, iussu Antonini diuersis iudicibus traditi sunt, vario genere mortis puniendi. Nã Alexander, Vitalis, t Martialis capite plexi sunt, Philipꝰ, t Fęlix fustibus cõtusi, migrarũt ad dñm. Tu aũt. Lect. vj.

HTvero Syluanus pręcipitio vitam finiuit. Januarius tãdiu virgis cęsus est, quousq; animã efflaret. Qui passi sunt sexto id⁹ Julij, quorum corpora Romę a fidelibus tumulata sunt. Tu autem.

Die xxj. Victoris cum sociis suis martyrib. omnia vt in cõm. plurimo. marty. pręter orationem, iiij. v. et vj. lectio. Oratio.

QRęsta quęsumus omnipotens Deus, vt qui beatorum martyrũ tuorum Victoris, sociorumq; eius solennia colimus, eorum apud te intercessionibus ad tuuemur. Per Dñm.

Lectio iuj.

VIctor, et illius socij sub Maximiano imperatore in vrbe Massilia Gallię Narbonensis passi sunt. Nã cũ Maximianus secunensis Massiliam ventisset, Victo-

Victorem militem de Christianismo sibi delatum comprehẽdi iussit: & cum sacrificare idolis nollet, tribuno militum puniendum tradi. Cumq; in carcerem trusus, ibi acerrime in equuleo torqueretur, neque flecti posset, Eutychi vrbis prefecti iussu, retortis brachijs vinctus, & pedibus fune constrictis, per mediam vrbem trahitur, & iterum in vincula reducitur. Vbi sanctus Victor celesti lumine, & angelica visitatione, diebus noctibusq; confirmabatur. Tu aũt. Lectio v.

Quod cum viderẽt milites illi⁹ custodię deputati, Alexander, Longinus, & Felicianus, ad Christum conuersi sunt. Quos, re comperta, in confessione fidei perseuerantes Imperator securi percuti iussit: obijtq; multo crudelius Victor fustibus, et neruis taureis cesus, & in equuleo cruciatus: Nam cũ triduo e carcere statuam Jouis sibi oblatam vt ei thura adoleret, pede subuerteret: illi mox pes succiditur, & molę pistrinarię, vt eius pondere pressus morereturſub ijcitur. Verum, machina ipsa diuinitus fracta, gladio tandem vere victor & triũphator efficitur. Inibi vox de cęlo audita est dicens. Vicisti Victor beate. Tu autem. Lectio vi.

Sanctorum vero corpora iussu Maximiani in pelagus iacta, angelorum ministerio ad littus enatarunt, & a Christianis sepulta sunt. Puer quoque Eleutherius cum ad eorũ tumulum confugeret, persecutores timens, ibidem cum orares, emisit spiritum & cum eisdem sanctis contumulatus est. Qui passi sunt xij. Kalẽdas Augusti. Tu autem.

℣ Die xxij. Marię Magdalenę. In j. vespe. super psal. Ańa. Maria ergo vnxit pedes Jesu, & extersit capillis suis, & domus impleta est ex odore vnguenti. psal. ferial.

Capitulum.

Mulierem fortem quis inueniet. Procul, et de vltimis finibus precium eius, confidit in ea cor viri sui, & spolijs non indigebit. Reddet ei bonum, & nõ malum omnibus diebus vitę suę. ℟. Deo gratias. ℟. Sãcte Magdalene festum. vt infra post xij. lectio.

Hym-

Hymnus.

LAuda mater ecclesia
Laudaꝯ Xpi clemẽtiã,
Qui septem purgat vitia
Per septifozmem gratiã.
Maria sozoz Lazari,
Quę tot commisit crimina
Ab ipsa fauce tartari
Reddit ad vitę przmia.
Post fluxę carnis scandala
Fit ex lebete phiala,
In vas translata glozię
De vase contumelię.
Egra currit ad medicũ,
Vas ferens aromaticũ,
Et a morbo multiplici
Verbo curatur medici.
Contriti cozdis vnctio
Cum lachrymarum fluuio,
Et pietatis actio
Ream soluit a vitio.
Surgentem cum victozia
Jesum vidit ab inferis,
Przma meretur gaudia
Quę plus ardebat cęteris:
Cui Deo sit glozia,
Pro multifozmi gratia,
Qui culpas z supplicia
Remittit, z dat przmia. Amen. ℣. Optimam partẽ elegit sibi Maria. ℟. Que non auferetur ab ea in eternum. ¶ Ad Magnif. Ant. Celsi meriti Maria, que solem verũ resurgentem videre meruisti mortalium przma, obtine, vt nos visu glozie sue letificet in celis.

Oratio.

LArgire nobis clementissime pater, vt sicut beata Maria Magdalena dominum nostrum Jesum Christum super omnia diligendo, suozum obtinuit veniam delictozum, ita nobis apud misericozdiam tuam sempiternam impetret beatitudinem. Per eundem.

¶ Fiat cõme. de festo diei.

¶ Ad Completo. Ant. Sustolle Maria. iij. Laudũ, Ad Nunc dimit. Ant. Quo tecum captent.

¶ Ad Matuti. Jnuitator. Aeternum trinumq; Deũ laudemus et vnum. ℣. Qui sibi Mariam transuexit in etheram sanctam. Psal. Venite exultemus. fol. 1.

Hymnus.

AEterni patris vnice
Nos pio vultu respice
Qui Magdalenam hodie
Vocas ad thzonum glozię.
In thesauro reposita
regis est drachma perdita,
Gemmaq; lucet inclyta
De luto luci reddita.
Jesu dulce refugium,
Spes vna pęnitentium,
Per peccatricis meritum,
Peccati solue debitum.
Libet, nec licet libere
Tibi pro voto psallere,

Dum

Dū mens ęgra sub miserę
Carnis gemiscit pondere.
Pia mater, ꝛ humilis,
Naturę memor fragilis
Nos rege tuis prȩcibus
In huius vitę fletibus.
Ut ni Deo sit gloria
Pro multiformi gratia,
Qui culpas, ꝛ supplicia
Remittit, ꝛ dat prȩmia.
℣ In ſ. noctur. Ańa. Cum discubuisset in domo Simonis dñs Jesus, mundi gloria, mulier secum que erat peccatrix, nardi odorifer ū exhibuit vnguentum. Psal. Dñe dominus noster. fol. 3. Ańa. Secus pedes ipsius dñi adstans, incessanter ore sacrato diuina vestigia osculatur lachrimis plena. Psal. Cęli enarrant. fol. 8. Ańa. Irrigabat igitur dominicos Jesu pedes, fractoq; alabastro, pretiosis odoribus fragrabat domus omnis, atq; capillorum officio detergebat. Psalm. Domini est terra. fol. 14. ℟. Diffusa est gratia. Pater noster. Lectio ſ.

MAria Magdalena, cuius in euangeliis fit mentio, Syro et Eucharia generosis parentibus nata est. Huius Lazarus frater, Martha soror fuere. Hęc, quia Christi hospes, ille, quia a Christo suscitatus, non semel in euangelio leguntur. Hec minus Magdalenam cōmendat euangeliū, quod a Christo laudata sit, quia optimam partem elegit, cū pendens ab ore Christi dicentis ad illius pedes sederet. Locuples etiā Marię Magdalenę patrimonium ex parentum hęreditate cōtigit. Tu autē. ℟. Leterur omne seculum in solennitate sancte Marie. ℣. Quā Jesus eternus amor dilexit plurimum. ℟. Hec, Maria fuit illa dño gratissima, que vnguēto pretioso pedes vnxit dñi. ℣. Quā Jesus. Lectio ij.

SEd, vt est hominū ad mala procliue inter diuitias ingenium, Magdalena in vitiorū ac voluptatum voraginem precipitē se dedit. Verū accumbēte apud Simonem leprosum Christo dño, stupenda prioris vitę pœnitentia ducta, largo lachrymarum flumine illius lauit pedes, ꝛ suo illos crine detersit. Tu aūt. ℟. Pectore syncero dñm Maria recondens. ℣. Unxit purgantem baptismi gurgite sontes. ℟. Abstergat meritis domina noxas famulis precibusq;. ℣. Unxit. Lect. iij.

Qua de miro ac nouo spiritu in aliam mutata, et Christū maxime dilexit, et secuta est. Qua propter Christus ab inferis resurgēs, primo illi visus est, quā doquidem intimo ardore ad Christi corpus vngendum properabat. Tu autē. ℣. Sancte Magdalene festū Marie celebremus. Morte triumphata prenoscens viuere Christum. ℟. Prædicatrix vitesupe que fuit esse. ℣. Succurrat miseris dulcisuis precibus. ℟. Prædicatrix. ℣. Gloria patri. ℟. Prædicatrix.

Cap. ij. nocte. Ana. Simō autem intra se inquit. Hic, si esset propheta, sciret profecto que et qualis est, que tetigit eum, quia peccatrix est. ℣. Eructauit. fol. 25. Ana. Et conuersus dñs dixit: Post quam veni in domum tuam, nō cessat crine fuso hec meos osculari pedes. ℣. O eus nr refu. fo. 25. Ana. Quoniam multum dilexeras, dimissa scito tibi peccamina, et fide qua polles sacra in pace remitto. ℣. Ag. M agnus dñs. fol. 26. ℣. Specie tua.

Lectio iij.

HOc prædicandum quoque Christum, quod minus raro fœminis cōcessum est, euecta, in apostolorum, et discipulorum dispersione cū fratre Lazaro, et Martha sorore, ac Maximino discipulo, et Marcella ancilla, a Judęis naui sine velis et remis imposita, vt celerius naufragio perirēt, ducente domino, Massiliā Narbonensis Gallię vbē maritimā appulit. Tu aūt. ℣. Optimam partem elegit sibi Maria. ℟. Que non auferetur ab ea in eternū. ℣. Diligens dominum ex toto corde perfecto celorum obtinet dignitatem. ℟. Que non.

Lectio v.

VBi, Massiliēsibus ac vicinis populis Christum magno euangelij fructu diu prædicauit. Tandem, in altissimum mōtem octo circiter passuum millibus a Massilia secessit, multisque annis nulli hominum visa, angelorum tā tum contubernio fruebatur. Deniq; disponente domino, angelorum ministerio ad aquas Sextias vrbem triginta plus minus a Massilia septentrionē versus millibus distantē aspoz tatur. Tu aūt. ℣. O felix sacrorū lachrimis rigatio pedū, per quam promeruit Maria

dici

dici ꝛ esse eius dilecta. ℟. Ex quo pascuntur in ethere sancti. ℣. Angelico pollens decore hec, et hi per Christum. ℟. Ex quo.

Lectio vj.

UBi cum a beato Maximino episcopo eucharistiã suscepisset, ad dominum, quem tanto opere dilexit, euolauit vndecimo Kalendas Augusti. Quanta autem per illã dominus ac quã crebra miracula ediderit, siue dum in humanis illa ageret, siue dum Christo in celis fruitur, vniuersa Christi ecclesia testis est. Tu autem. ℣. Felix Maria vnxit pedes Jesu, et extersit capillis suis. ℟. Et domus impleta est ex odore vnguenti. ℣. Mixtum rorem balsami, fracto fudit alabastro, que vnguẽto pretioso pedes vnxit Dñi. ℟. Et domus. ℣. Gloria patri. ℟. Et domus. ℣ In vj. noct. Ãna. Satagebat igitur Martha soror Marie Magdalene circa ministerium, que sedẽs secus pedes Domini audiebat verbũ oris eius. Psal. Cantate. j. fo. 46 Ãna. Non est, Martha inquit, tibi cure, quod soror mea reliquit me solam ministrare: Jube illi, vt me adiuuet. Psal. Dñs regnauit, exultet. fo. 46. Ãna. Et respondens dixit illi dominus, Unũ extat certe necesse. Nec optimam partem sibi elegit, que nõ auferetur ab ea. ℣s. Cantate. ij. fo. 48. ℣. Ad iuuauit eam. Pater noster. Lectio sancti euangelij secundum Lucam.

Lecto vij.

IN illo tempore, Rogabat Dominum Jesum quidam pharisęus, vt manducaret cum illo, ꝛ ingressus domum pharisęi discubuit. Et reliqua. Homilia beati Gregorij. ca. 8.

COgitãti mihi de Maria pęnitẽtia, flere magis libet, quam aliquid dicere. Cuius enim vel saxeũ pectus ille huius peccatricis lachrymę ad exemplum pęnitendi non emolliant? Considerauit enim quid fecit, ꝛ noluit moderare quid faceret. ℣. O beata Maria, que piarum vndis lachrymarum terfisti tuorum maculas criminum. ℟. Assidue te exorare depoſcimus pro nostris excessibus. ℣. Summis celorũ ciuibus glomerata, et iam eternitatis immortalitate indutа. ℟. Assi.

Lectio viij.

Super

SUper conuiuantes ingressa est, non iussa venit. Inter epulas lachrymas obtulit. Discite quo dolore ardet, quę flere etiam inter epulas non erubescit. Hanc vero quam Lucas peccatricem mulierē, Joānes Mariam nominat. Tu autē. ℟. O certe precipuus Marie Magdalene amor, quę monumēto dominico. ℣. Discipulis recedentibus non recessit. ℟. Ardore charitatis succensa, quem sepultum nouerat sublatum credēs de sepulchro. ℣. Discipulis.

Lectio ix.

IAm esse Mariā credim⁹, de qua Marcus septē dęmonia ejecta fuisse testatur. Et quid per septē dęmonia, nisi vniuersa vitia designantur? Quia enim septem diebus omne tempus euoluitur, recte septenario numero vniuersitas figuratur. Tu autem. ℟. Flagrās Jesu muneribus intimis Maria iam precordijs, afflatim perunxit sacrata vnguēto vestigia. ℣. Unde perfectā meruit suorum delictorum veniam. ℟. Peccaminum nostrorum sordes pijs diluat interuentibus diuino fonte. ℣. Unde. ℟. Gloria patri. ℣. Unde. Te Deum laudamus. ℟. Dimissa sunt ei peccata multa. ℣. Quoniā dilexit multum.

¶ In laud. Aña. Laudibus excelsis omnis mundus exultet, in solennitate sancte Marie Magdalene. Psal. Laud. Dominicalū. Aña. Pectore syncero dominū Maria recōdens, vnxit purgantem baptismi gurgite fontes. Aña. Sustolle Maria supplicum in ethera vota, propijs que meruisti fletu dilui noxis. Aña. Quo tecū captent eterni munera regis, pro famulis Christum posce Maria piam. Aña. Dixit illi dominus, Maria Magdalena optimam sibi partem elegit. Capitulum, Hymnus, ℟. ℣. vt in vesper.

¶ Ad Benedi. Aña. O munda lampas, et Margarita prefulgida, que resurrectionem Christi nunciando apostolorū apostola fieri meruisti Maria Magdalena, semper pia exoratrix pro nobis adsis ad Deū, qui te elegit. Oratio. Largire nobis. vt supra.

¶ Ad horas dicī Aña. laud.

¶ Ad Tertiā, Sextā, et Nonam, Capitula vt supra.

¶ ℟. ℣. vt in communi vnius virginis.

¶ Ad ix. ℣. Optimam partē elegit sibi Maria. ℟. Que nō.

Oratio vt supra.

℣ In ij. vesper. Hic laudes, psal. vt in cõmu. vnius virginis. Capitulum vt supra.

Aleluya. ℟. Optimam partem elegit sibi Maria, que nõ auferetur ab ea in eternum.

Hymnus. vt in j. vesper.

℟. Dimissa sunt ei peccata multa, quia dilexit multum.

Ad Magn. Ãna. Maria ergo. vt in j. vesp. Oro vt supra.

℣ Fiat commemo. Apollinaris episcopi martyris.

℣ Ad Completo. vt heri.

℣ Die prim. Apollinaris episcopi marty. omnia vt in cõmu. vnius martyr. pręter quę sequuntur.

Oratio.

PReces populi tui quę sumus dñe clementer exaudi, vt beati Appollinaris martyris tui atque pontificis meritis adiuuemur, cuius passione lętamur. Per dñm. Lectio tui

HApollinaris, Antiochię Syrię in qua Petrus apostolus cathedram tenuit, natus, et ab eodem apostolo ad Christum conuersus, illum Romam vsq; comitatus est. Vbi et Rauennę vrbis episcopus ordinatus, eoq; missus est. Tu autem. Lectio v.

RAuennam itaq; veniẽs Apollinaris, Irenęo hospitis sui filio visum restituens, parentes eius ab idolorum cultu ad Christum conuertit, et tribuni militum vxorem membrorum contractione vehementer lecto affixam sanitati reddidit, atq; tribunũ cũ tota domo Christianos effecit. Curauit autẽ innumeros pene diuersorũ hominũ morbos per annos duodecim. Tu aũt. Lect. vj.

VErumtamen cũ filius prędicatione atq; miraculis Christi fides latius quotidie spargeretur, tentus est a duce Saturnino, et cũ sacrificare Ioui nollet, idolorum pontificibus traditus est, a quibus fustibus cęsus semiuiu⁹ relinquitur. Multis deinde locis plura pro Christo passus, Vespasiani Imperatoris iussu captꝰ, et acerbissime cęsus, cũ per dies septẽ superuixisset, euolauit ad cęlũ decimo Kalendas Augusti. Tu aũt.

℣ Hodie fiat totum officiũ sancti Apollinaris.

℣ Die prim. Vigilia beati Jacobi apostoli, et officium huius diei incipit a Mariã. omnia vt in cõmu. apostolorum,

rum,et nō dicetur nisi vnus noctu.qualis fuerit dies.

Lectio sancti euāgelij secū dū Marcum. Lect. j. ca.3.

IN illo tempore,Ascendens dñs Jesus in mōtem,vocauit ad se quos voluit ipse,z venerunt ad eū,z fecit vt essent duodecim cū illo,z vt mitteret eos prędicare. Et reliqua.Sermo Calixti papę. Lectio ij.

VIgilię noctis sacratissimę solēnitatis beati Jacobi Zebedei apostoli Galecię, hodie nobis dilectissimi aduenere,quib⁹ nobis est a malis cessandum,z in bonis actibus persistendū,z diuine charitatis intima affectione lętandū. Tu autem. Lectio iij.

QUam nimirū solennitatem congruum est, vt ieiunio,z vigilia pięuent refatagamus,z in quātum possumus delictorū nostrorum maculas gemitibus lachrymis,z elęmosynis tergamus,concordiam,z charitatē diligamus,trāsitoria mūdi oblectamēta cōtēnam⁹,vera patrię celestis gaudia tota mētis auiditate amem⁹.Tu aūt. Lect.iij.

ET vt nobis a iusto iudice debita relaxētur, pro ipsius amore debitoribus nostris debita relaxemus,quatenus in tanta solennitate tanti viri mundi inueniri valeamus.Tu aūt. ℣. Victimū repetatur post Gloria patri. Sed si vigilia in dñica euenerit dicetur. Te Deū laudamus, et non repetatur. ℟.

℣ Ad Laud. vt in cōmuni. Capitulum.

IAcobus in diebus suis nō pertimuit principē z potētia nemo vicit illum. Nec superauit illū verbum aliquod,z mortuū prophetauit corpus eius. In vita sua fecit mōstra,z in morte mirabilia operatus est. ℟. Deo. Ad Bened. Ant. Apostole Christi Jacobe eterni regis miles inuictissime,qui inter preclarā apostolorū curiā vt sol micās inter astra refulges in gloria, te nra supplex deposcit caterua,vt tua prece cuncta eius deleas crimina, z te duce poli mereamur scā dere regna. Oratio.

QUęsumus omnipotēs Deus,vt beat⁹ Jacobus apostolus tuus tuū pro nobis implozet auxiliū, vt a nostris reatibus absoluti acunctis etiā periculis eruamur.Per Dominum.

Ecclī. c.48 49.

¶ Die xxv. Beati Jacobi Zebedei apostoli.
¶ In j. vespe. super psalm. Ana. Audiés hec ergo Hermogenes carens fide, ira cõmotus nexuit eum dicés. Videbo si te soluet Jacobus. Psal. feriales.

Capitulum.

Act. c. 12. MIsit Herodes rex manꝰ vt affligeret quosdam de ecclesia: occidit autem Jacobum fratrem Joãnis gladio. ℟. Deo gratias. ℟. Sancte Jacobe. vt infra post vj. lectio. ⁊ post Gloria patri repetatur a principio.

Hymnus.

HYmnus canoris personet cordibꝰ fideliũ, (net
Orbisq; totus iubilet,
Ob Jacobi martyrium.
Electus hic apostolus,
Decorus ⁊ amabilis,
Velut leonis catulus
Vicit bella certaminis.
Natus regali germine,
Bellicosus ⁊ inclytus,
Regna mercatur sãguine,
Victor fulsit magnificus.
Hic primus in apostolis
Triumphãs per martyriũ,
Primatum tenet nobilis
Apostolorum omnium.
Prodigiorum gloria
Orbe toto diffunditur,
Et bellorum victoria
Triumphalis dignoscitur.
Apparens in angustia
Regi sancto Ramirio
Occidit multa millia
Paganorum in prelio.
Concede pater luminum
Vt Jacobi suffragijs
Post huius vitę terminum
Celi fruamur gaudijs. Amẽ
¶ Sic hodie ⁊ per oct. quãdo de ea fiet, finiantur Hymni ad omnes horas. ℣. Ora pro nobis beate Jacobe. ℟. Vt digni efficiamur promissionibus Christi.

Ad Magnif. Ant. Honora bilẽ eximij patroni nostri diei huius apostoli Domini Jacobi solennitatem celebremus deuotione humili, vt eius almis precibus a noxijs cũctis mereamur liberari. Oro.

ESto dñe plebi tuę sanctificator ⁊ custos, vt apostoli tui Jacobi munita presidijs, ⁊ conuersatione tibi placeat, et secura mente deseruiat. Per Dominum.
¶ Ad Matutinum Hymnus. Venite omnes Christicole ad adorandum Christũ regẽ eternum. ℣. Qui apostolum suum mirabiliter decorauit Jacobum. Psal. Venite. vel. I.

Hymnus.

HEsto sancte Jacobe
In ethera psallẽtibꝰ,
Larga

Larga daturus munera,
Festiue te colentibus.
Iure te quidē colimus
O Jacobe sanctissime,
Quem ita Christus dns
Magnificat altissime.
Q Iaritatis fulgoribus
Viro decore rutilans,
Qui nos pulsis erroribus
Tanto splendore lucidas.
Q erte fulget Hispania
Dux Hispanorum inclyte,
Paganorum vesania
Detecta prorsus vndiq;.
Q u generoso sanguine,
Comunctus Dei nato,
Potles belli certamine,
Magnificus in prelio,
O princeps inuictissime,
Singulare presidium,
Festina potentissime
Tuorum in auxilium.
Q osce robur bellantibus,
Peregrinis solatium,
Salutem egrotantibus,
Cunctis perenne gaudiū.
Q oncede pater. vt supra.
C Ant. nocte. Ańa. Apostolus Christi Jacobus per synagogas ingrediens, eradicādo superstitionem demonum fallacem, Jesu Domini predicabat fidem. Psalm. Q eli enarrant. fol. 8. Ańa. Docente namq; eo contigit quendam auctorem erroris Hermogenem discipulum suum mittere ad eum. Psal. Benedicam dñm. fo. 18. Ańa. Cum autē venisset philetus ad Jacobum, asserebat non esse Dei filium eternum, cuius se apostolus fatebatur discipulū. Psal. Exructauit. fol. 25. vs. In omnem terram, etc. pater noster.

Lectio i.

IAcobus apostolus domini, quem maiorē appellant, non quod ętate senior altero Jacobo fuerit sed quod prior a dño ad apostolatum vna cum Joanne fratre vocatus est, Zebedei, et Marię sororis matris domini filius, vt traditur fuit. Hunc dominus tāto amore dignatus est, vt vnus fuerit ex ijs tribus, quos in montem Thabor secum duxit, vt transfigurationis mysterij testes essent. Et in Jairi archisynagogi domū ingressurus, vt ipsius filiā a morte reuocaret ad vitam, hunc cum Petro, et Joanne tantum se comitari permisit. Tu autem. ℟. Apostolus Christi Jacobus per synagogas ingrediēs, depopulando superstitionē demonum fallacem ℣ Jesu domini predicabat fidē. ℟. Monita sequens magistri sui dicē

ris, predicate euangeliū omni creature, gentibus Deum ignorantibus eisdem. ℣. Jesu dñi. Lectio ij.

IAcobus ergo post spiritus sancti missionē, cum per Judeam, z Samariam prędicasset, in Hispaniam Christum annuntiaturus profectus est. Verūtamen cum gentis Hispanię ingeniū contumax in Christo suscipiendo videret, nouem enim tantum discipulos in tanta regione Christo acquisierat, illos secum adducēs in Judeam rediit. Tu autem. ℟. Sanctissimo Jacobo veritatem educente, quidam erroris cultor Hermogenes. ℣. Discipulum suū misit ad eum. ℟. Furorē gentilium adhuc pectore suo versans, pertinacem ac crudelē in se animam corde suo gerēs. ℣. Discipulum. Lectio ij.

UBi dū assidue verbo Dei operam dat, Hermogenes magus idēq; hęreticus misso ad apostolum Phileto discipulo, Christi diuinitatē euertere conabatur, Quē cū et scripturę testimoniis, et ędictis miraculis apostolus cōfutasset, Philetus verę fidei amplexus est sacramenta, et iam apostoli discipulus ad Hermogenem rediens, fidei veritatem apud illum cōmendabat. Tu autem. ℟. Cum veniisset Philetus ad Jacobū, asserebat non esse Dei filium eternum. ℣. Cuius se apostolus fatebatur discipulum. ℣. Prius ergo quam audiisset apostolum fatentem veritatem, conabatur asserere Dei filium non esse eternū. ℣. Cuius se. ℟. Gloria patri. ℣. Cui⁹. ℂ In ij. nocturn. Ańa. Eo namq; predicationi diuine insistente, ac mysterium sancte trinitatis edocente credulus Philetus effectus est. Psa. Omnes gentes. fol. 26. Ańa. Air namq; Philetus, dolos adhuc ruminante Hermogene, postula tibi ab apostolo indulgentiam, relicto iniquo errore, et consequeris domini gratiam. Psal. ℂ Exaudi Deus oratio. fol. 31. Ańa. Audiens hec ergo Hermogenes carens fide, ira commotus nexuit eum dicens, videbo, si te soluet Jacobus. Psa. ℂ Exaudi Deus oratio. fo. 31. ℣. Cōstitues eos. Lect. iij.

HErmogenes ergo ira percitus, magicis Philetum artibus vinxit, exprobrans illi, et Christi fidem, et Jacobi debilem potestatem,

tem, qui soluere illum non posset. Quo cognito per Philetū puerum Jacobus misso ad Philetum suo sudario, illius contactu solutus est, & ad apostolū accedēs illi hęsit. Tu autem. ℟. Facta autem in turba seditione dictum est apostolū debere vocari. ℣. Et vt reū iniquitatis secundum legem audiri. ℟. Insontem et iustum, ac radium veritatis plebs ne fanda iudicat adduci. ℣. Et vt.

Lectio v.

ET Hermogenes dęmonū artibus adhuc fidens, illis imperauit, vt apostolum, & Philetum ad se vinctos trahant. Sed dęmones magnis clamoribus in aere vlulabant dicentes, Jacobe apostole Dei miserere nostri. Quibus apostolus subintulit. Ut quid venistis ad me? Qui respōdentes Hermogenē illos vt se ipsū, simul cū Phileto vinctos adducerēt mississe dixerūt, sed mox vt ad te venimus, angelus Dei nos catenis igneis irretiuit. Quibus apostolus przecepit, vt Hermogenē vinctum ad se adducerent, nil et nocentes. Hermogenes ergo ad apostolum adductus, apostoli przedicatione ad fidē cōuersus, baculū illius vt turus a dęmonibus esset, accepit, apparatuq; ad apostolum magicarū artium libri, illius iussu in mare demersi sunt. Tu autē. ℟. Gloriosus dñi apostolus dixit Hermogeni. ℣. Accipe tibi baculum itineris mei, ac intrepidus cū eo perge securus. ℟. Lauacro sanctę generationis nec dū perfusus Hermogenes, ait ad apostolum, cassibus demonum incidere vaeleo. Dixit et vir Dei. ℣. Accipe.

Lect. vi.

HErmogenes vero ipse ita vere Christo adhęsit, vt multas virtutes per illū dūs postea operaretur. Sed cum indefinēter Christum apostolus przdicaret, Abiathar pontifex multis pecunia corruptis seditionē excitauit, in qua Josias vnus scribarum ad Herodē Jacobum apostolum vinctū traxit, & ab Herode rege capite dānatur. Qui dum ad suppliciū ducitur, oblatū paralyticum sanat. Quo miraculo Josias, qui apostolū ad Herodē vinctum traxerat, ad fidē cōuersus ob Christi confessionē simul cū apostolo martyrij gloriā adeptus est,

octauo kalendas Aprilis. Tu autem. ℟. Sancte Jacobe Christi apostole audi rogantes seruulos. ℣. Et impetrată celitus, tu defer indulgentiam. ℟ O sancte Jacobe sydus aureum, dñi gratia seruorum gemitus solita suscipe clementia. ℣. Et impetratam. ℟. Gloria patri. ℣. Et impetratam.

℣n iſ. nocturn. Ant. Accipe tibi baculum mei itineris, dixit sanctus Jacobus Hermogeni, nihil formidans cum eo quocumq; volueris pergito. Psalm. Confitebimur. fol. 37. Ant. Tunc ille accipiens apostoli sceptrum abijt in domum suã, posuitq; illud super colla discipulorum suorum. Psal. Dñs regnauit exultet. fol. 46 Ant. His itaque gestis iam credulus Hermogenes, itinere reuersus, pedibus apostoli prouolutus rogare eum cepit, vt penitentem se susciperet. Psal. Dñs regnauit irascantur. fol. 48 ℣. Nimis honorati sunt, etc. pater noster.

Lectio sancti euangelij secundum Matthęum.

Lectio vij.

c. 20. In illo tẽpore, Accessit ad Dñm Jesum mater filiorum Zebedei cum filijs suis, adorans & petẽs, aliquid ab eo. Et reliqua.

Expositio.

Quia audierat mater Jacobi, & Joannis dominum dicentem, quod tertia die resurgeret, putauit ipsa, et filij sui quia iã esset resurrectio mortuorum, et dominus regnum suum perpetuum acciperet. Ideo alios antecedere volebant. Tu autem. ℟. Alme perpetui luminis lux apostole Jacobe obscena tuorum intima famulorũ illumina. ℣. Ut valeant tempora sic ducere seculi, quo valeant gaudia captare vite. ℟. Sedulus esto Christi benigne apostole intercessor pro ijs, quibus datus es pater, & pastor. ℣. Ut valeant.

Lectio viij.

Dominus adhuc passus non erat, & erant illi volentes sine labore sibi parare regnum, vt veniret antea immortalitas, et absorberet mortalitatẽ quã habebant, Et ideo dñs dicit, Nescitis quid petatis, quia vultis vt mortalitas vestra sine aliquo labore desinat. Tu autem. ℟. Adest nobis valde letabunda dies precellentissimi apostoli Jacobi. ℣. per cuius

tus saluberrimam predicatio nem totius plebs Hispanie suum cepit agnoscere redem ptorem. ℣. Diuini muneris claritate prefulgens sanctus apostolus Christi, mentibus ferorum hominum veritatis lumen immittere non desistebat. ℟. Per cuius.

Lectio ix

POtestis, inquit, bibere calicem quem ego bibiturus sum? Cõgruit huic sententię illa quam prophęta dicit, surgite postquã sederitis, qui manducatis panẽ doloris. Hoc est, primũ bibite, quod dolet, & sic deinceps percipite, quod delectat. Tu autem. ℟. O speciale decus generali munere fretus. ℣. Fax lucens celo poscenti corde sereno. ℟. O Jacobe tuis virtus clipeusq; salutis. ℟. Fax lucẽs. ℣. Gloria patri. ℟. Fax lu. Te Deũ laudamus. fol. 9 ℣. Constitues eos.

¶ In laud. Añа. Predicante apostolo iugiter multitudo conuersa est populorum dicentium, peccauimus, impie gessimus. Psal. Laud. Dñica lium. Añа. Apostolus Christi fidem illorum cognoscens dixit eis, credite, & baptizamini, vt deleantur facinora vestra. Añа. Videns ergo pontifex turbam conuersam, repletus tristitia precepit verberari apostolum domini. Añа. In nomine regis trium puerorum, surge incolumis, & sequere me, dixit sanctus Jacobus egroto. Añа. Quidã autem deorum cultor immundorum Herodes hostis domini iussit capitis subire apostolũ sententiam. Capitulum vt supra. Hymnus.

PLaudat turba fideliũ,
Extollendo prȩconia,
Prȩcellentis apostoli,
Quo lustratur Hispania.
De stirpe Christi Jacobꝰ,
Natus regali germine,
Inter magnates inclytus,
Refulget alto sanguine.
Hic ad secreta sępius,
Redemptoris mysteria,
Prę cęteris assũptus est,
Honoris prȩminentia,
Transfiguratum dñm,
Vidit beatis oculis,
Et in agone deditum:
Sudantẽ guttas sanguinis
Et untibus apostolis,
Per cuncta mũdi climata
Hic Hispanorum populis
Dat Christi sacra dogmata.
Et fusо tandem sanguine,
Cęsus Herodis gladio,
Apostolorum agmine,
Primus fulsit martyrio.

Cuius corpus diuinitus,
Post immane supplicium,
Hispanię donatum est,
In patrię presidium.
℣. Concede pater. vt supra.
℟. Ora p nobis. ℟. vt digni.

℣. Ad Benedict. Añą. Apostole domini Jacobe, adstantę plebem corrobora sancta intercessione, vt qui vitiorum pondere premimur, beatitudinis tue gloria sublevemur, q te duce eterna premia consequamur. Oro vt in vespe.

℣. Per horas diei Añę lau.

¶ Ad Tertiam, Sextam, q Nonã, Capitulum, vt supra. ℟. et ℣. vt in commu. apostolorum. Oratio vt supra.

¶ Ad Nonam ℣. Ora pro nobis beate Jacobe.

℣. In ij. vesper. Añę laudũ, psalm. vt in commu. Capitulum vt supra. Aleluya. ℣. Sanctissime apostole Jacobe sedulo pro salute totius populi Christum deprecare. Hymnus et ℣. vt in j. vesp. Ad Magni. Añą. O lux beata decus Hispanie sanctissime Jacobe, qui inter apostolos primatum tenes, primus eorum martyrio laureatus. O singulare presidium, qui meruisti videre redemptorẽ nostrum adhuc mortalem indeitate transformatum, exaudi preces seruorum tuorum, et intercede pro nostra salute omniumq; populorum; Aleluya. Oratio vt supra.

℣. Fiat commemora. beatę Annę. vt infra.

℣. Die xxvj. Annę matris Marię. In ij. vespe. pro cõmemoratione. Añą. Celeste patrocinij reflorvit in Anna, dũ insigne triclinij gratuitũ vt manna, pertulit declinij ferens antiqua damna, clarũ lucinum perfusum luce magna. vi. Ora pro nobis beata Anna. ℟. Ut digni.

Oratio.

O Deus qui beatę Annę tantam gratiam donare dignatus es, vt beatissimam Mariam matrem tuam in suo glorioso vtero portare mereretur, da nobis per intercessionem matris, q filij tuj propitiationis abundantiam, vt quarum memoriam pio amore complectimur earum precibus ad celestem Jerusalem peruenire mereamur. Qui viuis q regnas.

℣. Ad Matut. Jnuitat. Celestium agminum, Deum adoremus, et Anne iubilo omnes iubilemus. Psalm. Venite exultemus fol. i.

Hymnus.

Quem

QVę terra, pōt⁹, ęthera
Colūt, et astra cęlica,
Excelsa super sydera
Anna przecelsa genuit.
Quam hęc arbor pomifera
Ramos pandēs vt hedera,
Vt oliua fructifera
Fructū trinum progenuit.
Qui Marię vocabulo
Cōiunctus vt in sacculo,
Sed primus pro sęculo
Redimendo concipitur.
Ut in mortis ergastulo
Dudum oppresso populo
Cum salutari poculo
Subueniat, dum oritur.
Hęc est Maria regia
Fęminarum primitia,
Velut gemma clarissima
Clare fulgens producitur.
Laus ergo sit ingenito,
Laus eius vnigenito
Cum spiritu paracleto
Pro Annę fętu inclyto. Amen.

℣n p. nocturn. Anna. Anne vita sic clarnit apud vicinas gentes, quod semper Deo placuit recreādo degentes. ℟. Alla. Qui fie dominus noster. fol. 3. Anna Suā nā substantiam diuidebat trifarie, partem impendens tertiam mox templo vel ecclesie. ℟. Alla. Qui enarrant. fol. 8. Anna Egenis, et peregrinis erogabat aliam: clientulis, et paruulis ac sibi residuā. ℟. Psalm. Qui est terra. ℣. Diffusa est. Pater noster.

Lectio i.

MErito igitur mater genitricis Dei, cuius omnes pariter hodie solennitatē deuotissime celebramꝰ, Anna dicitur idest gratia, quia gra plena, fęlix, et omni laude dignissima. Ex hac enim illa terra assumpta, de qua veritas orta est. Ex hac clauis Dauid fabricata, per quā paradisi porta cunctis iterum est patefacta. Ex hac est plenitudo grę nata gloriosa semperq; virgo Maria, quę dedit cęlis gloriam, terris contulit Deum, et pacem refudit: fidē gentibus dilatauit, finē vitijs posuit, vitę ordinē, moribus disciplinam donauit. Tu aūt. ℟. Nazareus eius pater vite vir egregie, de Bethleem eius mater regali progenie. ℣. Sic preclarus eius venter insigni fulsit germine. ℣. Dignum erat prolē talem hoc oriri ordine, que haberet vim regalē precelsam miro culmine. ℟. Sic.

Lectio ii.

QVid enumeramꝰ? Nā (vt verum fateamur) quicquid a nobis potest, dici, minus est a laude beatę

beatę ꝛ glorioſę genitricis Dei. Et tamen quamquam indigni interceſſione gloriosa patrocinio venerãdo confidẽtes, corde, et animo Chriſto canamus in hac ta cra feſtiuitate prȩceliſę genitricis theotocę Annę, et de ea non quę a quibuſlibet ſunt inuenta, ſed quę a ſanctis patribus inuenim⁹ eſſe dicta recẽſentes. Igitur in hiſtoriis duodecim tribuũ Iſrael legitur (vt Jacobus apoſtol⁹ Hieroſolymę epiſcopus aſſerit) beatę ꝛ glorioſę Annę genus ex Bethleȩm fuiſſe ſed diuina prouidentia diſponẽte. Tu autem. ℟. Hec eſt ceſũ in quo ſtella ortum dixit quam pagella deſcribit Moſaica. ℣. Que ſeruata a procella mentes ſeruat, et in cella reponit probatica. ℟. Orã mater filiã ſumme benedictam, vt ducat ad patriam plebẽ hic afflictã. ℣. Que. Lectio iij.

QUam cum Bethleȩm panis domum ſignificaret, congruũ fuit, vt quę ex Bethleȩm genere eſſet, ſignificationem diffineret. Qua ꝓpter vt voluit Deꝰ, beata ꝛ glorioſa Anna ſemẽ inclytũ germinauit. Quę, ſancto ſpiritu ducente, in Bethleȩm granum fecit, quod factum eſt panis angelorum, panis hominum, et vita, et reſurrectio mortuorum. Ea quippe prouidentia diuinę gratię virum habuit Joachim, cui dom⁹ ex Galilȩa Nazaret herat. Non enim incongruũ fuit, vt munditia prȩiecta faceret ſibi prȩtum diuina gratia ex qua naſceretur virginalis pudicitia, qua pariente procederet ad ortũ Dei ſapientia. Tu autẽ. ℟. Gloriosa de re dicta radix Jeſſe benedicta radix illuſtriſſima. ℣. Qua preclara inſignita finẽ habent maledicta pro culpa grauiſſima. ℟. Ex te conſurgens virgula Dei per v rtutem per quam reſtorent ſingula, ꝛ habent ſalutem. ℣. Qua. ℟. Gloria patri. ℣. Qua.

℣. In iij. nocturn. Anna. Nec Joachim viro iuncta, ſed ſterilis coniugio, ferum optans ſuper cuncta, quia data oppro brio. ℣. Exultauit. fo. 25. Anna. Sed quos fetu deſperatos ſerfortune prodidit, partu ſacro fecũdatos rex nature reddidit. ℣. Deus noſter refugium. fol. 25. Anna. Sic a Deo fecundatur conſecratus vterus, nono fetu cõſecratur miro partu genitus

nitus. Psal. M agnus dominus. fol. 26. ℣. Specie tua. Pater noster.

Lectio iiij.

LEgitur etiam in prędicta hystoria, quia vir sancta Joachym, et Annę simplex, et recta ante Deum, et apud homines irreprehensibilis, et pia erat. Nam cum essent valde diuites, omnẽ substantiam suam trifariam diuiserant. Unam partem templo, et templi seruitoribus impendebãt: aliam peregrinis erogabãt: tertiam sibi, et suę familię vsibus reseruabant. Tu autem. ℟. Gaude felix radix Dauidica. ꝑ. In qua virga creuit mirifica, que fructum tulit virtute celica. ℣. Inuocemus dominam gratie, quam fons perennis implet clementie. ꝑ. In qua. Lectio v.

FActum est, cũ appropinquaret dies magnus domini, idest, encęniorum festiuitas, Ruben, quẽ Hieronymus Jsachar vocat, qui princeps sacerdotũ erat, Joachym inter conciues suos oblationes offerẽtem videns, despexit eũ, et munera eius dicens, indignum est Joachym te munera offerre Deo, quia semen non fecisti in Jsrael: dicente scriptura. Maledictus homo qui semen nõ reliquerit in Jsrael. Tu aũt. ℟. Funde vinum desolatis phiala letitie, de qua naue desperatis manus fluxit gratie. ꝑ. Ut de regno claritatis detur spes fiducie. ℣. O felix vitis de cuius surculo tantum germen redundat seculo, cunctos reficiẽs vitali populo. ꝑ. Ut de. Lectio vj.

IAm enim Jsrael coniugium eorũ quod sanctum et rectum erat sine spe sobolis sterile esse asserebat. Joachym ergo dolens, et tristis, vnus de populo duodecim tribuum, obiectu opprobrij, et pudore magno confusus recessit lamẽtans, et lamentando dicẽs. Sic ego solus maledictus sum semen in Jsrael non derelinquens? Heminerat etiam cõiugij Abrahę, et Sarę: quibus in extremis diebus Jsaac dedit semen. Tu autem. ℟. O quam magna, et preciara arca lignis, et insignijs coaptata celitus, vnam verã que gestauit. ꝑ. In qua panis se locauit collatus diuinitus. ℣. O cella aptissima, paradisi porta, fructu suauissima semper nos confortа. ꝑ.

In

In qua. ℟. Gloria pñs. ℣. In. ℭ In iij. nocturn. Ańa. Trino fetu fecūdata gaudet Anna sterilis, Dei dono cōsignata maner admirabilis. Psa. Cantate. fo. 46 Ańa. Ipsa nanq; tres Marias inuēta est gignere: sed prima ex qua Messias digna est excellere. Psa. Dominus regnauit. fol. 46. Ańa. O quam Anna veneratur, ac debite colitur: & in celis sublimatur, & terris extollitur. Psal. Cantate. ij. fol. 48. ℣. Adinauuit eā etc. pñs. Lectio vij. Lectio sancti euangelij secundum Matthęum.

ca. 1. LIber generationis Jesu Christi filij Dauid, filij Abraham. Et reliqua. Homilia beati Hieronymi presbyteri.

IN Esaia legimus, Generationem eius quis enarrabit? Non ergo putemus euangelium prophetę esse cōtrarium, vt quod ille impossibile dixit effatu, hic narrare incipiat. Quia ibi de generatione diuinitatis, hic de incarnatione est dictum. Tu autem. ℟. Quis condigne turturis matrē collaudabit, cuius vox in superis audita in consortiū Dei miseros vocauit? ℣. Qui sanauit vulnus culpe veteris & vitam donauit. ℟. Benedictus fructus Anne benedicte cuius clar⁹ ortus fulsit mūdo vite. ℣. Qui sanauit. Lect. vij.

HActenus autē cępit: vt per hominem Deum discere incipiamus. Filij Dauid, filij Abraham. Ordo prępostерus sed necessario cōmutat⁹. Si enim primo posuisset Abraham, & postea Dauid: rursus ei repetēdus fuerat Abraham, vt generationis series texeretur. Tu autē. ℟. Felix mater que figuris tot, & tāt is in scripturis presignata legitur. ℣. Unde cunctis morituris presis pens victuris lux prefulgens oritur. ℟. Sedentes in tenebris vallis huius miserie, ac detentos latebris fac lucere prospere. ℣. Unde cunctis. Lectio ix.

DEo autē cęteris prętermissis horum filium nūcupauit, quia ad hos tāntum est facta de Christo repromissio. Ad Abraham: In semine, inquit, tuo benedicentur omnes gētes, quod est Christus. Ad Dauid: de fructu ventris tui ponā super sedem tuā. Judas autē genuit Phares etc. Notādū in genealogia saluatoris nullam

nullã ſanctarum aſſumi mulierũ, ſed eas quas ſcriptura repręhẽdit: vt qui ꝓpter peccatores venerat, de peccatoribus naſcẽs omnium peccata deleret. Tu autẽ. ℟. In eterno ſpeculo preuiſa ſed ſeculo data ſeneſcenti, mater Anna ſedulo. ℣. Subuenire populo prõptus egẽti. ℟. Tu matronarũ gloria gloria locata degẽtes in miſeria ſuſtolle mater grata. ℣. Subuenire. ℟. Ora pr̃i. ℣. Subuenire. Te Deũ laud. ℣. Speciem tua. ¶ In Laud. Añe. Terre, pontus, aſtra, mundus letũ dent obſequium: chorus pſallat letabũdus in Anne preconiũ. Pſal. Laud. Dñicalis, Añe. Annã vocatã gratiam gratanter inuocemus, vt datam ſibi gloriã poſt gratiam ſperemus. Añe. Nã meritis ⁊ precibus dat Anne tam dilecte rex Chriſtus nate filius quicquid optat recte. Añe. Quis ergo nunc de venia fiducia carebit, cũm tã mater quã filia rem nominis impleuit? Añe. Accedat reus propere non deferens oliuam, que nouum fructum gratie produxit in ſpẽ viuã. Capitulum.

Pau. ad Ga lat. c. 4. HAtres, Quãto tẽpore hęres paruul⁹ eſt, nihil differt a ſeruo, cum ſit dñs omnium, ſed ſub tutoribus, et actoribus eſt, vſq; ad prędinitũ tẽpus a patre. ℟. Deo. Hymnus.

QLara dieí gaudia
Moduletur eccleſia,
In Anna Dei famula
Pangens cęli miracula.
Anna regum progenies
Et ſacerdotum ſeries,
Stirpem illuſtrẽ patribus
Suis ornauit actibus.
Nupta Dei iudicio,
Fideli matrimonio,
Iuxta verbum angelicum,
Fructum cõcepit cęlicum.
Infęcunda pro tempore
Prole, marceſcẽs corpore,
Decreto patris luminum
Parit reginam virginum.
Obtentu matris filia
Maria plena gratia
Nobis auctorem omnium
Semper reddat propiciũ.
Sit laus paterno lumini,
Sit filio, ⁊ flamini,
Qui nos per Annę meritũ
Cęli traducat aditũ. Añẽ.

Et ſic terminãtur Hymni ad omnes horas per totam diem. ℣. Ora pro nobis beata Anna. ℟. Ut digni.

¶ Ad Bened. Añe. Benedictus ſit dominus, qui quod tot per ora ſanctorum dudũ promiſit celitus in via meritorũ, nunc tam perſolvit penitus

in

in salutem cunctorum. Oratio vt supra.

℣ Fiat commemo. octauę beati Jacobi vt in die.

℣ Per horas diei Annę laus.

℣ Ad iij. vj. & ix. Capitulum vt supra. ℟. & ℣. vt in communi vnius virginis.

℣ Ad ix. vltimus ℣. Ora pro nobis beata Anna. Oratio vt supra.

℣ In ij. vesper. Annę laudū, psal. de beata Maria. Capitulum vt supra. Alleluya. ℣. O felix ex fructu triplici, sed magis ex deifico, qui virtute multiplici dono pollet mirifico. Hymnus.

Annę grata festa
Colat plebs honesta,
Deum cęli dignis
Confrequentans hymnis.
Mater matris Christi
Ex hoc mundo tristi
Migrans fide bona
Sumpsit vitę dona.
Annam sic exprimere
Fudit radix Jesse,
Ut sit mater matris
Nati Dei patris
Ex hac carnis planta
Surgit virgo sancta:
Ex hoc fluit fonte
Lapis cęsus monte.
Mundo iam sublata
Mulier beata
Suo nos precatu
Purget a reatu.
Trino laus & vni
Deo sit communi,
Cum quo viuit Anna
Simul cum Maria. Amen.
℣. Ora pro nobis.

℣ Ad Mag nific. Anna. O lume totius mundi, gemma pretiosa, mater regis tremebundi, mire virtuosa, tu populi sitibundi vnda dulcorosa, fac, vt demū letabundi virgo gratiosa frusamur simul cū Anna vita gloriosa. Oro vt supra.

℣ Fiat cōme. octauę beati Jacobi, vt in ij. vesp. diei.

℣ Die xxvij. De octaua beati Jacobi.

℣ Ad Matut. Inuitato. et Hymnus vt in die.

℣ In nocturn. Annę psal. ℣. & ℟. vt in ij. nocturn. diei.

Lectio sancti Euangelij secundum Matthęum.

Lectio j.

In illo tempore, Conuocatis Jesus duodecim discipulis suis, dedit illis potestatem spirituum immundorum, vt eiscerent eos, & curarent omnem languorem, et omnem infirmitatem. Et reliqua. C.10.

Homilia beati Hieronymi presbyteri.

Ordinem apostolorum & meritū vniuscuiusq; illius

illi⁹ fuit distribuere, qui cordis arcana rimatur. Primus scribitur Simõ cognomento Petrus, ad distinctionem alterius Simonis qui appellatur Chananeus de vico Chana Galileę, vbi aquam dominus vertit in vinum. Jacobum quoq; appellat Zebedei, quia ꝛ alius sequitur Jacobus Alphęi. Et apostolorum paria, iugaq; consociat. Jungit Petrum, ꝛ Andreã fratres nõ tam carne, quã spiritu. Jacobum, ꝛ Joannem qui patrem corporis relinquentes verum patrem sequuti sunt. Tu autem. Miraculũ sancti Jacobi a dño papa Calixto conscriptum.

Lectio ij.

Triginta viri de Lotharingia circa annũ dñi M.Lxx. ad sanctum Jacobum properãtes, omnes vno excepto fidem sibi mutui seruitij promiserũt. Vnus igitur illorum infirmatus, quindecim diebus a socijs expectatur, sed tãdem a cunctis relinquitur, et a solo illo qui fidem non promiserat ad pedem montis sancti Michaelis custoditur. Sed adueſperascente die moritur. Viuus autem propter illius loci solitudinem, ꝛ defuncti horrendam præsentiam, et imminentis noctis caliginem, ꝛ gentis barbarę feritatem valde timuit. Tu autem.

Lectio iij.

Sed statim beatus Jacobus in specie equitis sibi apparens, ꝛ eum cõsolans ait, Trade mihi hũc mortuum, ꝛ tu ascende post me super equum. Sicq; illa nocte ante solis ortu dietas quindecim peragẽtes, ad montem Gaudij, qui est dimidia leuca cõtra sanctũ Jacobum peruenerũt. Ibiq; sanctus Jacobus vtrumq; deposuit, præcipiens, vt canónicos sancti Jacobi ad sepeliendum peregrinũ mortuum conuocaret, et suis socijs diceret, quod propter fidem fractam eorum peregrinatio nihil valeret. Qui tussa cõpleuit. Tu autem. Te Deũ Laudamus. ℣. ꝛ omnia alia vt in die præter Añas. ad Benedict. et ad Magnifi.

¶ Ad Benedi. Añe. Ad sepulchrum beati Jacobi egri veniunt, ꝛ sanantur, cęci illuminantur, claudi eriguntur, demoniaci liberãtur, mestis consolatio datur, ꝛ quod mo-

ius est, fidelium preces exaudiuntur. Ibi barbare gentes omnium mundi climatum ca terua tim occurrunt munera laudis dño deferentes. Alia. Ad Magnificat. Ant. O quanta sanctitate, & gratia beatus Jacobus refulget in celis, qui virtute Dei tanta miracula agit in terris, nullus enim est qui enarrare queat, quanta beneficia tribuit petentibus se toto corde. Oratio vt in die.

¶ Die xxviij. De octa. beati Jacobi. ℂ Ad Matutinum inuita. & Hymn. vt in die. ℂ In noctur. Antiç. psal. &c. & ℣. vt in iij. noctur. dicit.

Lectio j.

Lectio sancti euangelij secundum Matthęum.

c. 17. In illo tempore, Post dies sex assumpsit dominus Jesus Petrum, et Jacobum, & Joannem fratrē eius, & duxit illos in mōtem excelsum seorsum, et trāsfiguratus est ante eos. Et reliqua. Expoſitio.

Hostes ex duodecim secum duxit, et talem quidem numerum, quia in ore duorum vel trium stat omne verbū ad confirmandum per testimonium veritatē eius quod dicitur. Ad signādum verum mysteriū, prędictos potius quam alios assumpsit. Petrū quidem assumpsit, volens testimonium (quod testatus et fuerat) cum ait. Tu es Christus filius Dei viui, per testimonium patris cōfirmari, & quasi prędidem futurū totius ecclesię. Jacobū vero tāquam moriturum pro Christo ante omnes discipulos. Joannem vero, tanquā theologię purissimum organum, vt visa gloria filij Dei, quę non subiacebat tempori resonet illud, In principio erat verbum. Tu autem. Miraculum sancti Jacobi a dño papa Calixto conscriptū. Lect. ij.

Theuthonicus quidā, vt ait Calixtus papa, cum filio suo, circa annum dñi M. xx. ad sanctū Jacobum pergens, & in vrbe Tolosa gratia hospitādi diuertēs, ab hospite inebriatur, & ab eo in malchs argēteus scyphus abscōditur. Mane igitur exeūtes, quasi latrones insequens reuocauit, & quod scyphum argenteum furati fuissent eisdem obiecit. Cui cum dicerent, quod punire eos faceret si apud eos scyphum inuenire posset,

set, & cum aperta malcha inuentus fuisset, protinus ad iudicē rapiuntur. Data ergo sententia, omnia quę habebant hospiti traduntur, & vnus eorū ad suspēdiū iudicatur. Tu aūt. Lect. vij.

SEd cum pater pro filio, & filius pro patre mori vellet, tandē filius suspēditur, & pater ad sanctū Jacobū mœrēs pgreditur. Igit̄ post triginta sex dies rediens, & ad corpus filij rediens super eum lamentabiles voces promebat. Et ecce filius suspensus ipsum cōsolari cepit, dicens, Dulcissime pater ne fleueris, quia nunquā mihi sic bene fuit, quoniā hucusq; sanctus Jacobus me sustentat, & cęlesti dulcedine refocillat. Quod audiēs pater, ad vrbem cucurrit, et venientes populi filiū peregrini incolumē depositum inuenerunt, & hospitem suspenderunt. Tu aūt. Te Deū lauda. omnia alia vt in die pręter Añas ad Benedict. & ad Magnif.

℣ Ad Benedi. Añā. O beate Jacobe apostole Christi intercede pro nobis ad dominū Deū nostrum, vt dimittat nobis debita nr̄a. ℟ Ad Magnif. Añā. Sancte Jacobe apostole Christi precipue, adesto nostris precibus plus, & propitius. Oratio vt in die.

℣ Die xxiij. Octaua sancti Jacobi. ℣ Ad Matu. Inuit. & Hym. vt in die. ℣ Antiph. Añę. psal. & ℟. vt in die. nocturn. dici. Lectio j. Lectio sancti euangelij secundum Lucam.

IN illo tēpore, Dñs Jesus faciē suā firmauit, vt iret in Hierusalē, & misit nuncios ante cōspectū suū. Et reliqua. Expositio beati Ambrosij epi̇scopi. ca. 9.

QUod vero discipulos increpauit, quia ignē supra eos descēdere cupiebāt, qui nō receperāt Christū ostēditur nobis, nō semper in eos qui peccauerint vindicandū, quia nōnunq; amplius prodest clementia tibi ad patientiā, lapso ad correctionē. Veniq; Samaritani citius crediderūt, a quibus hoc loco ignis arcetur. Simul discę, quis recipi noluit ab his quos sciebat nō simplici mēte cōuersos. Nā si voluisset ex indeuotis deuotos fecisset. Cur aūt non receperint eū, euā gelista ipse memorauit, dicēs. Quia facies eius erat eūtis in Hierusalē, discipuli

autem recipi intra Samariam gestiebant, sed dominus quos dignatur, vocat: & quem vult religiosum facit, nec discipuli peccāt qui legem sequuntur. Sciebāt enim, & Phinees reputatū ad iustitiā, quia sacrilegos interemerat, et ad preces Helię ignem descendisse de cęlo, vt prophetę vindicaretur iniuria. Sed vindicetur qui timet, vindictam non quęrit qui non timet, & simul ostenditur nobis in apostolis fuisse merita prophetarum, quādo eandem sibi potestatem quam prophetę magnus emerutt, impetrandi iure pręsumunt. Et bene pręsumūt, quia ad sermonē suum ignis de cęlo descenderet, quomā sunt filij tonitrui. Tu autem.

Miraculum sancti Jacobi a domino papa Calixto editum. Lectio ij.

ANno incarnationis dominicę. M.c.ij. cū quidam antistes ab Hierosolymis rediens in naui sedens iuxta bozum, psalterio aperto psalleret, veniēs quędam maris vnda valida raputt illum cū quibusdam alijs in mari. Qui cum a naui fere Lx. cubitis super vndam fluctuātes iam distarent, et beatum Jacobum viua voce inuocarent, protinus beatus apostolus illis adfuit, & stās siccis plātis supra Thetidis vndas secus illos, periclitantibus sibi clamantibus ait. Nolite timere filioli mei, statimq; Thetidi vt redderet naui quos male ab ea rapuerat imperauit, & nautis vt ratē retinerēt a longe exclamās prędmonuit. Tu autem.

Lectio iij.

SIcq; factum est. Nautę nauim retinuerūt, & Thetidis vnda beati Jacobi subsidijs omnes quos male inuaserat, in naui aperto etiam adhuc codice antistitis quo legebat, minime infectos sane restituit. Tu autem. Te Deum laud. omnia alia vt in die prędter Ańas. ad Bened. & ad Magn. Ad Benedi. Ańa. Sancte Jacobe intercede pro nobis, vt cōsortes gloriæ sanctorum tecum effici mereamur.

Ad Magnifi. Ańa. Apostole Christi Jacobe, eterni regis miles inuictissime, qui inter preclarā apostolorum curiam, vt sol micās inter astra refulges in gloria, te supplex nostra deposcit caterua, vt

tue

tua prece cuncta eius deleas crimina, & te duce poli mereamur scandere regna. Oratio vt in die.

℣ Die xxv. De octaua beati Jacobi.

℣ Ad Matuti. Inuitato. & Hymn. vt in die.

℣ In noctur. Ant. ps. ℣. & ℟. vt in ij. noctur. dici.

Lectio j.

Lectio sancti euangelij secundum Matthæum.

c.4. IN illo tempore, Procedens dñs Jesus sec⁹ mare Galileę, vidit duos fratres Jacobum Zebedei, & Joannem fratrem eius in naui, cum Zebedęo patre eorum reficiẽtes retia sua, & vocauit eos. Et reliqua. Homilia beati Joannis Chrisostomi episcopi.

PErpẽde vero & fidem, & obedientiam vocatorũ, siquidẽ in medio ipsius operis constituti, (scitis autem quã auida res sit pisca tio) cum illum audissent iubentem, nihil distulerunt, nihil omnino cũctati sunt. Non dixerunt, reuertemur domum, loquemur propinquis, sed cuncta illico relinquẽtes, fecerunt quod Helisęus quoq; sub Helia legitur impleſſe. Sed dicas forsitã, maxima fuisse promissa, et hoc est propter quod illos maxime admiror, quia cum nondum signũ aliquod factum fuisse vidissent tam firmiter promissionis magnitudini crediderunt, vt etiã Christum sequi rebus omnibus anteferrent. Si quidem obedientia pręcedentium, his quoq; aũ credendum iter parauit, sed & multa iam de illo ante audierant prędicari. Vide autem quam etiam diligẽter inopiam eorum euangelista signauerit, inuenit, inquit, eos reficientes retia sua. Tanta erat egestatis magnitudo, vt vetera contexerent, quia emere noua nequibant. Hec sane parua hęc sunt documenta virtutis, facile omnem tolerare pauperiem, de iustis laboribus viuere, mutua sibi charitate cõnecti, secum habere inopem patrẽ, atq; eius obsequio laborare. Tu aũt. Miraculum beati Jacobi a dño papa Calixto cõscriptum. Lectio ij.

POstro itaq; tempore quidam vir inclytus Burgundię, nomine Guibertus, ab annis quatuordecim suorum passus dimi-

nutionem membrorum, ita vt neque gressum mouere posset, impositus duobus equis suis cum vxore sua, & seruis propriis ad sanctum Jacobū profectus est. Qui cū in hospitali eiusdē apostoli, nolens alibi, hospitaretur prope ecclesiā, in somno admonitus est, vt quousque beatus Jacobus sua membra constricta extenderet, in eius ecclesia semper orationi insisteret. Tu autem.

Lectio iij.

QVm itaque in apostolica basilica duabus noctibus vigilaret, tertia nocte inuigilans orationi, veniens beatus Jacobus apprehendensq; manum eius erexit eum. Qui cum interrogaret eū, quis esset. Ego sum (inquit) Jacobus apostolus Dei. Cūc homo restitutus sanitati, per tredecim dies in eius ecclesia vigilauit, et hęc propria ore cunctis reuelauit. Tu autem. Te Deum laudamus.

Oratio alia vt in die præter Añas, ad Benedict. et ad Magnificat. Ad Benedi. Añа. Sanctissime apostole Jacobe, sedule pro salute totius populi Christum depiecare, qui subuenis periclitantibus tam in mari, quam in terra, succurre nobis nunc, ecrin periculo mortis. Ad Magnificat. Añа. O venerande Christi apostole Jacobe, propagator Dei priorum preceptorum, plebis tue vota suscipe, ac pro nobis apud dominum intercedere dignare. Oratio vt in die.

Die xxv. De octaua beati Jacobi.

Ad Matu. Inuit. & Hymnus, vt in die.

In nocturn. Añę psal. Exurge & Ps. vt in iij. nocturn. dici.

Lectio j.

Lectio sancti euangelij secundum Marcum. C. 10.

IN illo tēpore. Accesserunt ad dominum Jesum filij Zebedei Jacobus, & Joannes dicentes. Magister, volumus vt quodcū que petierimus, facias nobis. Et reliqua.

Expositio.

QVia natalem beati Jacobi apostoli, & martyris hodierna die colimus fratres mei, nequaquā nos a virtute eius patiētię esti mare extraneos debemus. Si enim adiuuante nos domino virtutem patiētię seruare contendimus, & in pa

ce

ce ecclesię viuimus, ꝛ tamē martyrij palmam tenemus. Duo quippe sunt martyrij genera, vnum in mente, aliud in mente simul ꝛ actione. Itaque esse martyres possumus, etiā si nullo ferro percutientium trucidemur. Tu autem.

Miraculum sancti Jacobi a domino papa Calixto editum.

Lectio ij.

ANno incarnationis dominicę M.c.sexto inflata militi cuidā in Apulię oris, gula, velut vter plenus vento inflatus est. Qui cum a nullo medico sanitatis medelam inueniret, confisus in beato Jacobo dixit, quod si inuenire posset aliquam crusillam quam a sancto Jacobo peregrini redeuntes secum deferre solent, et ex ea propriam gulam infirmam tangeret, statim remedium haberet. Tu autem.

Lectio iij.

QUam cum apud quēdam peregrinum vicinum scilicet suum inuenit, tetigit ad gulam, et sanatur, et inde ad beati Jacobi limina in Gallęciam proficiscitur. Ꝛ domino factum est istud, ꝛ est mirabile in oculis nostris. Tu autem. Te Deum laudamus. omnia alia vt in die.

Ad Benedict. Ant. Athleta Dei magne Christi apostole Jacobe, qui pro ipsius syncero amore parentem liquisti in mari, ꝛ ad magistri imperium bibisti mortis potum, in hoc seculo libera nos ab omni periculo, vt nos adiuti meritis ab omnibus erumur malis. Oratio vltra die.

Augustus.

¶ Die .j. Octaua beati Jacobi apostoli. In primis vespe. Ant. Hic laud. psal. vt in cōmuni apostolorum. Capitulum ꝛ omnia alia vt in primis vesper. dici.

¶ Ad Matut. et per totum diem vt in die prēter sequētia. Lectio .j.

Homilia.

EXultemus in domino dilectissimi, et congruis honoribus festiuitatem beati Jacobi Zebedęi celebremus, nobis enim diuina procurante gratia spiritualiter datus est patronus, quem communiter veneratur vniuersus orbis. Quis est enim tam pertinax aspernator in toto mundo, qui cupide non

desideret, beati Jacobi se se muniri patrocinio. Tu autem. Lectio ij.

ILli enim ex toto mundo, per præruptas rupes montium, per insidias latronum, per aporiationes prædonum, per innumeras fraudes hospitum, peregrinorum frequens est in Galliçia concursus. Et nimirum dignum est, vt illum veneretur omnes in terris, quem tantis choris cũ virtutibus Deus sublimauit in cœlis. Tu autem.

Lectio iij.

HIc enim Christi primi certius, qui prægustata in mõte futuræ resurrectionis dulcedine, more boni vitiliferi primus fertur in prælium. Non illum auertit a fide obstinata Judæorum cœcitas, nõ retardauit a bono opere Herodis nota crudelitas. Hic enim est trium columnarum sanctæ ecclesiæ, quas cõmemorat Paulus apostolus ad Galatas, nõ infima columna. Tu autem. Lectio iiij.

SIcut enim iuxta numerũ filiorum Jacob, dominus duodecim discipulos elegit, quos et apostolos vocauit: ita iuxta numerum sanctorum patriarcharum videlicet Abrahæ, Isaac, & Jacob, ex ipsis duodecim, quadam prærogatiua dilectionis atque virtutis, tres scilicet sanctũ Petrum, & beatum Jacobum, et Joannem fratrem eius, quasi principes, & columnas cæterorum cõstituit. Tu autem. Lectio v.

SAnxerat enim ex ore sapientissimi Salomonis, quod funiculus triplex non facile rumpitur. Hos ergo quasi funiculum, glutino charitatis compactũ quo circumligarentur, et munirẽtur alij, magistros & tutores instituit, ijs sua scripta plenius cæteris reuelauit, ijs etiam resurrectionis, & transfigurationis gloriam futuræ resurrectionis ostendit. Hos resuscitaturus filiã Archisinagogi solos secũ introduxit. Tu autem. Lectio vj.

APropinquante etiã passione, volẽs suscepte carnis ostendere humanitatem, quam pro nobis susceperat, ne desperarent homines fuę carnis infirmitatem sentientes, in valle Bethsemani agonem suum patri commẽdaturus, hos

vt

vt secum orarēt assumpsit. Tu autem.

℣ Die .ij. Vincula sancti Petri. In primis vesper. pro commemo. Añā. Angelus dñi astitit, ⁊ lumen refulsit in habitaculo carceris, percussoq; latere petri excitauit eum dicēs, Surge velociter, ⁊ continuo ceciderunt catene de manibus eius, Alleluya. ℣. Tu es petrus. ℟. Et super. Oratio.

OEus, qui beatum Petrum apostolū a vinculis absolutum illęsum abire fecisti, nostrorum quęsumus absolue vincula peccatorū, ⁊ omnia mala a nobis propitiatus exclude. Per Dominum.

℣ Ad Matut. Inuitat. Tu es pastor ouium princeps apostolorum. ℣. Tibi tradite sunt claues regni celorum. Psal. Venite. fol. 1. Hymnus vt in communi apostolorum. fol. 549.

℣ In .j. noctu. Añā. Petrus quidem seruabatur in carcere, ⁊ oratio fiebat pro eo sine intermissione ab ecclesia ad Deum. Psa. ℣ qui enarrāt. fo 8. Añā. Erat petrus dormiens inter duos milites, vinctus catenis duabus, ⁊ custodes ante ostium custodiebāt carcerem. Psal. Benedicā dñm. fol. 18. Añā. Angelus dñi. vt supra. Psal. Exultauit. fol. 25. ℣. In omnē terram. Pater noster.

Lectio .j.

HEstum sancti Petri ad vincula quatuor de causis institutum fuisse perhibetur. Prima igitur causa est ob memoriam liberationis Petri. Nam, sicut in hystoria scholastica legitur, Herodes Agrippa Romam adiit, ibiq; Caio nepoti Tyberij Cęsaris familiarissimus extitit. Unde post aliquod tempus, Tyberio defuncto, Caius in imperium sublimatus, Herodem regem in Judeā destinauit. Qui cum venisset Hierusalē, vt dicitur Actorum duodecimo, occidit Jacobum fratrem Joānis gladio, videns autem quia placeret Judęis in otebus azymorum Petrum apprehendit, ⁊ in carcere catenis vinctū recluſit. Et ecce angelus dñi astitit, ⁊ lumē in habitaculo refulsit, ac Petrū a vinculis mirabiliter absoluit, liberumq; abire dimisit. Tu autem. ℟. Surge petre, et indue vestimenta tua, accipe fortitudinem ad

saluãdas gentes. ℟. Quia ceciderunt catene de manibus tuis. ℣. Angelus domini astitit, & lumen refulsit in habitaculo carceris, percussoq; latere petri excitauit eum dicẽs, surge velociter. ℟. Quia ceciderunt.

Lectio iij.

Secunda in memoriã inuentionis catenę. Cum enim dux quidã Romanorũ nomine Quirinus haberet filiam gutturnosam nomine Balbinam, (habebat autem ipse dux beatum Alexandrum papam in carcere clausum) ipsa puella ad carcerem pergebat sępissime, vbi beatus papa Alexander catenis tenebatur alligatus, & deosculabatur catenas, quibus ipse sanctus ligatus erat, scilicet ob gratiam recuperandę sanitatis. Cui beatus Alexander dixit, Noli filia mea has catenas osculari, sed quęre catenas sancti ℘etri quibus vinctus fuit, & osculare illas, et inde recipies sanitatem. Tu autẽ. ℣. Solue iubente Deo terrárũ petre catenas. ℟. Qui facis vt pateant celestia regna beatis. ℣. Fac vt amor Christi, et fratrum regat intima nostra, spesq;, fidesq; pia virtutum floze pereznent. ℟. Qui facis.

Lectio iij.

Sicq; puella mox ad patrem suum veniens narrauit ei, sicut audierat a prędicto papa. Quod audiens pater puellę, misit nũcios qui perquirerent carcerem vbi apostolus detentus fuerat. Indeq; secum afferrẽt catenas beati ℘etri. Quod ita factum est, quas deosculans prędicta puella, illico recepit sanitatem. Sicq; beatus Alexander exiens de carcere constituit celebrari hanc solennitatem in Kalendis Augusti, in honorem beati ℘etri, et in eius nomine ędificauit ecclesiam, quę dicitur ad vincula. In qua etiam, vt fertur, solennitate catenę eius deosculantur a populo deuoze. Tu autem. ℣. Qui regni claues, et curam tradit ouilis. ℟. Qui celi, rerumq; petro cõmisit habenas, et reserat clausis, & soluit vincla ligatis. ℣. Iste per hunc nostros dignetur soluere nexus. ℟. Qui celi. ℣. Gloria patri. ℟. Qui celi.

Cũ iij. nocturn. Ãna. Dixit an-

angelus ad Petrum, precingere, & calcia te caligas tuas, et circunda tibi vestimentum tuum, et sequere me. Psal. O mnes gentes. fo. 26. Missa. Extens Petrus apostolus se quebatur angelum, & nesciebat quod verum esset, quod fiebat per angelum, existimabat autem se visum videre. Psalm. Exaudi Deus deprecationem. fol. 31. Missa. Petrus ad se reuersus dixit, Nunc scio vere, quia misit dominus angelum suum, et eripuit me de manu Herodis, et de omni expectatione plebis Iudeorum. Psal. Exaudi Deus oratione. fol. 28. Vs. Constitues eos. Pater noster.

Lectio iiij.

TErtia causa ob quam fuit hoc festum institutū, hec est. Cū enim Octauianus Imperator rempublicam primus, et mirabiliter auxisset, Augustus primus omnium vocatus est, et hunc mensem qui prius sextilis dicebatur, quia sextus a Martio, suo nomine intitulauit, eum Augustum vocans. In memoriam igitur Octauiani Augusti, omnes Romani primam diē ipsius, solenniter celebrabant vsque ad tēpus Theodosij Imperatoris. Eudoxia igitur filia, ipsius Theodosij vxor Valētiniani Hierosolymam ex voto perrexit, vbi quidam Iudeus pro magno munere catenam ei obtulit, qua sub Herode Petrus apostolus vinctus fuit. Tu autem. &. Tu es Petrus, & super hanc petram edificabo ecclesiam meam. ℣. Et porte inferi non preualebunt aduersus eam, & tibi dabo claues regni celorum. ℣. Intuitus autem Jesus Petrum dixit, Tu es Simon filius Jona, Tu vocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus, et super hanc petram edificabo ecclesiam meam. ℣. Et porte.

Lectio v.

CUm ergo Romam rediisset, et Romanos in honorem Augusti Cesaris, Kalendis eiusdem mensis solennizare videret, cogitans quod non de facili a tali errore eos reuocare posset, cogitando tractauit, vt obseruantia quidem sic staret, sed in honorem beati Petri fieret, et ipsum diem omnis populus ad vincula nominaret. Habitaq; collatione

tione cum Pelagio papa multis exhortationibus populum induxerũt, vt memoria principis Paganorum transiret ad memoriã principis apostolorũ. Tunc ipsa Eudoxia catenam quam de Hierusalẽ attulerat protulit, & papa illam, qua Petrus Romę vinctus fuerat, eduxit. Hęc igitur illi sociata, ita miraculose vna catena facta est, ac si semper vna, et eadem extitisset. Ipsa igitur vincula Papa, et Regina in ecclesia sancti Petri ad vincula posuerunt, & ipsam multis priuilegijs dotauerunt, ac prędictum diem vbiq; celebrẽ fore instituerunt, videlicet kalendas Augusti. Tu autem. ℟. Si diligis me Simon Petre, pasce oues meas. Domine, tu nosti quia amo te. ℘. Et animam meam pono pro te. ℟ Et si oportuerit me mori tecum nõ te negabo. ℘. Et animam. Lectio vi.

QVarta vero causa huius fęsti institutionis esse potest, quia dñs Petrũ a vinculis miraculose absoluit, & eidem ligandi, ac soluendi potestatem cõcessit. Nos etiã qui vinculis peccatorum obligati tenemur, absolui indigemus. Ideo igitur solennitatem Petri ad vincula celebramus, vt sicut ille a vinculis absolui promeruit, & sicut absoluendi potestatem accepit, sic & ipse a peccatorum vinculis nos absoluat. Hãc vero absolutionem a vinculis in apostolo factam epistola memorat, absoluendi et cõcessam euangelium recitat, et absolutionem ab ipso nobis faciendam oratio hodierna postulat. Tu autem. ℟. Petre amas me, tu scis domine quia amo te. ℘ Pasce oues meas. ℟. Dñe tu omnia nosti. Tu scis quia amo te. ℘. Pasce. ℟. Gloria patri. ℘. Pasce. ¶ In iij. noctur. Ant. Misit dominus angelum suum, & liberauit me de manu Herodis, Aleluya. Psal. Confitebimur tibi. fol. 37. Ant. Solue iubente Deo terrarũ Petre catenas, qui facis vt pateant celestia regna beatis. Psal. Dñs regnauit, exul. fo. 46. Ant. Beatus es Simon Barjona, quia caro & sanguis nõ reuelauit tibi, sed pater meus qui est in celis. Ps. Dñs regnauit irascantur. fol. 48. vs. Nimis honorati sunt. Pater noster.

Lectio vij.

Lect

Lectio sancti euangelij secundum Matthęum.

c.16. IN illo tempore, Venit Jesus in partes Cęsareę Philippi. Et reliqua. Homilia beati Hieronymi presbyteri.

PHilippus iste est frater Herodis, de quo supra diximus thetrarcha Jtureę & Trachonitidis regionis, qui in honorem Tyberij Cęsaris, Cęsareą quę nunc Paneas dicitur, appellauit, & est in prouincia Phęnices. Et interrogabat discipulos suos dicęs, Quē dicunt homines esse filium hominis? ℟. Ego pro te rogaui petre. ℣. Ut nō deficiat fides tua, & tu aliquando cōuersus confirma fratres tuos. ℟. Simon ecce Satanas expetiuit vos, vt cribraret sicut triticum, ego autem rogaui pro te. ℣. Ut non.

Lectio viij.

QVon dixit, Quem me dicunt esse homines? sed, filiū hominis, ne iactanter de se quęrere videretur. Et nota quod vbicūq; scriptum est in veteri testamento filius hominis, in Hebręo positū est, filius Adā. Illudq; quod in psalmo legimus, filij hominū vsque quoqua graui corde, in Hebręo dicit filij Adam. Tu autē, ℟. Tu es pastor ouium princeps apostolorum, tibi tradidit Deus omnia regna mundi. ℣. Et ideo tradite sunt tibi claues regni celorum. ℟. Tibi enim a domino collata est potestas ligandi ac soluendi. ℣. Et ideo. Lectio ix.

QVi che autem interrogat, Quem dicūt homines esse filium hominis? quia qui de filio hominis loquuntur homines sunt, qui vero diuinitatem eius intelligunt, non homines sed dij appellātur. At illi dixerūt. Alij Joannem baptistam, alij Heliam, alij vero Hieremiam: aut vnum ex prophetis. Tu autē. ℟. O claviger regni celestis, et princeps apostolorū, dignare pro nobis pium exorare Jesum Christum dominum, ac potestate tibi tradita nostrarum solue vincula culparum. ℣. Et aperi nobis paradisi celestis introitum. ℟. Ut tecum possimus habitare in celestibus, apud dominum & magistrum tuum intercede. ℣. Et aperi. ℟. Gloria patri. Te Deū laudā. ℟. Cōstitues eos. ¶ In Laud. Ant. Tu es petrus, & super hanc petrā edificabo

ficabo ecclesiam meã. Psal. Laud. Dominicalia. Ãna. Tu es pastor ouium princeps apostolorum, tibi tradite sunt claues regni celorum. Ãna. Super aquas multas ambulabat dñs. Petro manũ porrexit mergenti se in pelago. Ãna Petre amas me? pasce oues meas. Tu scis domine, quia amo te. Ãna. Domine tu omnia nosti, tu scis quia amo te. Capitulum.

Act. 2. PEtrus ad se reuersus dixit, Nunc scio vere quia misit dominus angelum suum, et eripuit me de manu Herodis, et de omni expectatione plebis Iudeorum. ℣. Deo gratias. Hymnus vt in communi ℣s. Tu es petrus Ad Benedict. Ãna. Quodcumq; ligaueris super terram, erit ligatum et in celis, et quodcumq; solueris super terram, erit solutũ et in celis, dicit dominus Simoni petro. Oratio vt sup. ℭ Per horas dicit Ãnę lau. ℭ Ad Tertiam, Sextam, et Nonam, Capitulum vt supra ℣. et ℟s. vt in communi apostolorum. Ad Nonã. ℣. Tu es petrus. Oratio vt supra.

ℭ In ij. vesper. Ãnę Laud. Psalm. vt in communi, Capitulum vt supra, Alleluya. ℟s. Solue iubente Deo terrarum petre catenas, qui facis vt pateant celestia regna beatis. Hymnus vt in commu. ℣. Tu es petrus. Ãna. Ad Magnific. et Oratio vt in primis vesper.

ℭ Fiat commemoratio de inuentione sancti Stephani. ℭ Ad Completor. Ãna Petre amas me? ut in Laud. Ad Nunc dimittis. Domine tu omnia nosti. v. Laud.

ℭ Die ij. Inuentio sancti Stephani prothomartyr. omnia vt in cõmuni vnius martyris, preter orationem ij. vel vj. lectiones.

Oratio.

OMnipotens sempiterne Deus, qui primitias martyrũ in beati Stephani sanguine dedicasti, tribue quęsumus, vt ipse pro nobis intercessor existat, qui pro suis persequutoribus exorauit Dominũ nostrum Iesum Christum.

Lectio ij.

IVeniano presbytero Caphargamalę eccle się territorij Hierusalẽ quiescenti, sed pene vigilanti in basilica baptisterij feria sexta visus est vir decoro vultu et habitu. Qui ter suo nomine

minem illum vocans, precepit, vt suum, soci ozumq; tumulum erueret, Joanniq; Hierosolimitano episcopo diceret, vt eozundem cozpora honorifico loco collocaret. Visum quippe erat Deo illozum sanctozum precibus afflictionem, que ozbem premebat nimia ciecitate, discutere. Tu autē.

Lectio v.

Erum cum Lucianꝰ, quis nā ille esset, aut quozū illa essent cozpora, quesisset, respondit se esse Gamalielem ad cuius pedes Paulus legem edoctus fuit, secundum, Stephanum protomartyrem, tertium, Nicodemum, qui venit ad Jesum nocte, quartum, Abibonem filiū suum. Cui visioni cum non statim Lucianus assentiret, iterū, atq; tertio visus est illi Gamaliel locum etiam docēs, quo cozpora illa condita fuissent. Unde ad episcopū Joannem accedens, diuinaq; visione enarrata, admoneꝛ, vt eruendis sacris cozporibus insistant. Tu autem.

Lectio vj.

Sed cum foderent, vbi cozpora minime sepulta erant, a Migetio monacho, cui Gamaliel apparuerat, discunt, vbi re vera cozpora illa sepulta erant. Quo loco cum fodere inciperent, terra cōcussa est, et fragrantia suauissimi odozis e sepulchro erumpens statim octuaginta homines variis mozbis afflictos sanauit. Cozpora autem ipsa in ecclesia Sion sūmo honoze condita sunt, septimo Kalendas Januarij, quo die natalis Stephani celebꝛatur, quamuis passus credatur tertio nonas Augusti. Tu autem.

℣ Die iij. Dominici confessoꝛis. In primis vēsper. super ps. Ana. Gaude felix parēs Hispania, noue prolis dās mūdo gaudia, sed tu magis plaude Bononia tanti patria data gloria. Laude mater tota ecclesia noue laudia agēs solennia. Oral. ferriales, Capitulum vitus iusti ℟. Gaudete. Ymnus, vt in communi virtus pontificis ℟. Ora pro nobis beate Dñice. ℣. Ut digni.

Ad Magnif. Ana. Transite pauper ad regni solium, dux ad sceptrum, victoꝛ ad premium, moꝛs in vitam, labor in otium,

otium, presens cedit luctus in gaudium. Oratio.

DEus, qui ecclesiam tuam beati Dominici confessoris tui illuminare dignatus es meritis, et doctrinis, concede, vt eius intercessione temporalibus non destituatur auxilijs, et spiritualibus semper proficiat incrementis. Per Do. ¶ Fiat cõme. de festo pri. ¶ Ad Matut. Inuitat. Ad sunt Dominici leta solennia. ℣. Laude multiplici plaudat ecclesia. ℟. Venite. fo. 1. Hymnus. Rex gloriose. vt in communi.

¶ In j. noctur. Ant. Preco nouus, et celitus missus in fine seculi pauper fulsit Dominicus, forma prenitsus catuli. Psal. Beatus vir. fol. 2. Ant. Florem pudicitie seruãs illibatum attigit eximie vite celibatum. Psal. Quare fremuerunt. fo. 2. Ant. Documẽtis artium eruditus satis transit ad studium summe veritatis. Psal. Cum inuocarẽ. fol. 78. ℣. Amauit eum dñs. Pater noster.

Lectio j.

Isai. 51. POsui verba mea in ore tuo, et in vmbra manus mee protexi te, vt plantes celos, et fundes terram, et dicas ad Sion, Populus meus es tu. Eleuare, eleuare, consurge Hierusalẽ, que bibisti de manu domini calicem ire eius, vsque ad fundum calicis soporis bibisti, et potasti vsq; ad feces. Tu autem. ℟. Mundum vocans ad agni nuptias hora cene pater familias. ℣. Seruũ mittit promittens varias eterne vite delicias. ℟. Ad hoc conuiuium tam permagnificum elegit nuncium sanctum Dominicum. ℣. Seruum mittit.

Lectio ij.

QUis est qui sustentet eam ex omnibus filijs quos genuit, nõ est qui apprehendat manum eius ex omnibus filijs quos enutrit. Duo sunt que occurrerunt tibi. Quis contristabitur super te, vastitas, et cõtritio, et fames, et gladius. Tu autem. ℟. Datum mundo, pro mũdi gloria mira Christi presignat gratia. ℣. Cuius ortum precurrit nuntia veri presagia. ℟. Stella micãs in fronte parvuli nouum iubar premonstrat seculi. ℣. Cuius ortum.

Lectio iij.

QUis consolabitur te? Filij tui proiecti sunt dormierunt in capite omnium viarum sicut oryx illaqueatus

queatus, pleni indignatione dñi, increpatione Dei tui. Idcirco audi hęc pauperecula, et ebria non a vino. Hęc dicit dominator tuus dominus, et Deus tuus qui pugnauit pro populo suo. Ecce tuli de manu tua calicem soporis, fundū calicis indignationis meę. Nō adicies vt bibas illum vltra. Tu autem. ℣. Verbum vite dū palam promitur, surgunt hostes, liber conscribitur, fauet omnes. ℟. Sic error vincitur, fides extollitur. ℣. Ter in flāmas libellus traditus. ℟. Sic error. ℣. Gloria patri. ℟. Sic error.

¶ In ij. noctur. Ańa. Sub Augustini regula mente profecit sedula, tandem virum canonicum, auget in apostoli cum. Psa. Verba mea. fo. 21. Ańa. Agonizās pro Christi nomine mundum replet diuino semine, paupertatis degens sub regmine. Ps. Domine dominus noster. fol. 3. Ańa. Pernox cum Christo propitium nō possidebat lectulum, post lachrimarum fluuiū vix humidans corpusculum. Psal. In dño confido. fo. f. vi. Justū deduxit dñs. Pater noster.

Lectio iiij.

Dominicꝰ natione Hispanus, vir sanctitate, et doctrina clarus, ordinis prędicatorum auctor, Caleroga Oxomensis diocesis oppido natus est, patre Felice, matre Joanna. Quę facta grauida, in somnis visa sibi est vtero se gestare catulum cum facula ori inserta, qua egressus ex vtero totum mundum incēderet. Tu autem. ℣. Paupertatis ascendens culmina clamat mundi detestans crimina, frangit hostes, et fugat agmina. ℟. Nulla frangunt sanctum discrimina. ℣. Nocte celi perlustrans limina, die terris dat verbis semina. ℟. Nulla.

Lectio v.

Quia videlicet re portendebatur, puerum esse conceptum qui splendore suę doctrinę totū mūdum illustraret, et prędicationibus ad recte viuendū inflammaret, vt res ipsa declarauit. Hoc enim pręstitit, tum per se, tum etiā per ordinē prędicatorū, quem ipse condidit, cum prius in ecclesia Oxomēsi fuisset canonicus regularis. Huius viri sanctitas, et doctrina plurimum enituit in extirpandis hęresibus pernicio-

fis, quę ad Tolosam pullularant, septēnio cōsumpto in eo labore. Tu autē. ℟. Panis oblatus celitus fratrū supplet inopiam. ℣. Uiteq; nutus redditus matris pellit tristitiam. ℟. Signo crucis obedit pluuia, lingua verba transformat varia. ℣. Uiteq;.

Lectio vi.

QUibus rebus ductus Innocētius papa tertius, institutum ab eo ordinem auctoritate apostolica approbauit, et paulo post itidē Honorius tertius cō firmauit. Dñicus igitur, cū multa monasteria per orbē erigendi auctor fuisset, miraculisq; claruisset, et multas regiones docēdo, z prędicādo dolustrasset, anno Christi nati millesimo ducētesimo vigesimo tertio, Bononię (quę urbs est Italię celebris) nonis Augusti a vita migrauit. Quē postea Gregorius nonus retulit in numerum sanctorum obedita miracula, z vitam sanctissime gestam. Tu autem. ℟. Granum excussum palea nexu soluto luteo, de paupertatis area celi locarur horreo. ℣. Cū mercede virginea, doctorum fulgens cuneo. ℟. Flos in florum virēs areola, bina gaudet sortis aureola. Cum mercede. ℟. Gloria patri. ℣. Cum mercede.

Cyn iii. noctu. Añia. Sitiebat seruus Christi martyriū sicut sitit cervus ad aque fluuium. ℣. Psal. ☽ ñe quis habita. fol. 6. Añia. Migrans pater filiis vite firmamētum paupertatis humilis condit testamentum. ℣. Psal. ☽ ñe in virtute. fol. 9. Añia. Liber carnis vinculo celum introiuit, vbi pleno poculo gustat quod sitiuit. ℣. Psal. ☽ ñi est terra. fo. 14. ℟. Justus germinabit. Pater noster.

Cxlię iii. lectio. Euangelium. Cum. Homilia. vt in cōmuni vnius iusti. vii. ℟. Felix vitis de cuius furculo tantum germen redundat seculo. ℣. Celi vinum propinans populo vitali poculo. ℟. Ex vbertate palmitū mundi iam cinxit ambitum. ℣. Celi vinū. ℟. vii. Ascendenti de valle lubrici mundi chori plaudunt angelici. ℣. Jesu bone, precę Dominici tibi presta nos gratos effici. ℟. Per quem multos a morte suscitas, penas nobis relaxa debitas. ℣. Jesu bone. ℟. ix. O spem miram quam dedisti mortis hora te sientibus, dum post mortem promisisti, te pro futurum fratribus.

tribus. ℟. Imple pater quod diristi, nos tuis iuuans precibus. ℣. Qui tot signis clarui sti, in egrozũ corporibus, nobis opem ferẽs Christi, egris medere moribus. ℟. Imple pater. ℣. Gla patri. ℟. Imple pater. ℣. Te Deũ laudamus. Fol. 9. pri. Non est inuentus.

¶ Ad Laudes. Ant. Adest dies letitie, quo beatus Dominicus aulam celestis curie cuius intrat magnificẽ. Psa. Laud. Dominicalis. Ant. Pauper in peculio, diues vsu pura, pauper tatis pretio celi tenet iura. Ant. Scala celo prominens fratri reuelatur, per quam pater translens sursum ferebatur. Ant. Lingue magno studio scalam hãc erexit, quã virgo cum filio mater sursum vexit. Ant. Fulget in choro virginum doctor veritatis, sertum honoris geminum gerens cum beatis.

℣. Capitulum, Hymnus, et ℟. vt in vesper.

¶ Ad Benedict. Ant. Carnis vigor, mẽtis martyrium, mundum replens lingue preconium, pauper Christi post cursus stadium vite tibi mereantur premium. Oratio vt supra.

℣ Ant. Laudum, per horas dicti vsq; ad nonam.

℣ Ad iij. vj. et ix. Capitula vt supra, ℟. et ℣. vt in commu. vnius iusti. Oro, vt supra.

℣ In ij. vespe. pro cõmemoratione. Ant. O lumen ecclesie, doctor veritatis, rosa patientie, ebur castitatis, aquã sapientie propinasti gratis, predicator yhe nos iũge beatis. ℟. Oro, vt in j. vespe.

℣ Die v. Beate Marie de Niuibus. In j. vesper. super psal. Ant. Dũ esset rex vt infra primo ad Laud. psal. de beata Maria. fol. 575.

Capitulum.

IN initio, et ante secula creata sum, et vsq; ad futurum seculum nõ desinam, et in habitatione sancta coram ipso ministraui. ℟. Deo. ℣. Ornatam monilibus, vt infra post vj. lect. Hymnus. Que maris stella. fol. 575. pri. Dignare me laudare te virgo sacrata. ℣. Da mihi virtutem contra hostes tuos. ℣ Ad Magnificat. Ant. Sãcta Maria succurre miseris, iuua pusillanimes, refoue flebiles, ora pro populo, interueni pro clero, intercede pro deuoto femineo sexu. Eccl. c. 24.

Oratio.

DEus, qui per admirabilem niuium de celis infusionem cõtra naturam

temporis, genitricē tuam hodiernā die honorare voluisti, concede nobis famulis tuis, vt qui eiusdem virginis Marie cōgaudemus obsequijs, secū nos facias eius interuentione perpetue glorie cohēredes. Qui viuis & regnas cū Deo pfe. ℣ Fiat commemoratio beati Dominici, vt supra.

℣ Ad Matut. Inuita. Sancta Maria Dei genitrix. ℟. Intercede pro nobis. Psal. Cenite. fol. 1. Hymnus. Q. uē terra, pontus, fol. 5. ℣ In nocturn. Ant. Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui. Psa. O ñe dñs noster. fol. 3. Ant. Sicut mirrha electa odorem dedisti suauitatis sancta Dei genitrix. Psalm. Q ęli enarrāt. fol. 8. Ant. Ante thorum huius virginis frequentate nobis dulcia cantica dramatis. Psal. D ñi est terra. fol. 14. ℣. Diffusa est gratia. Pater noster.

Lectio i.

Job. 38. Indica mihi, si nosti omnia, in qua via lux habitet, & tenebrarum quis locus sit, vt ducas vnūquodque ad terminos suos, & intelligas semitas domus eius. Sciebas tunc, quod natus esses, & numerum dierum tuorum noueras? Nunquid ingressus es thesauros niuis, aut thesauros grādinis aspexisti, quę preparaui in tempus hostis, in diem pugnę et belli? Per quam viam spargitur lux, diuiditur ęstus super terram? Quis dedit vehementissimo imbri cursum, & vitā sonantis tonitrui, vt plueret super terram absq; homine in deserto, vbi nullus mortalium commoratur, vt impleret inuiam, & desolatam, et produceret herbas virentes. Tu autē. ℟. Sancta & immaculata virginitas, quibus te laudibus efferam nescio. ℟. Quia quem celi capere non poterāt, tuo gremio contulisti. ℣. Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui. ℟. Quia.

Lectio ii.

Ecc. 43. Vide arcum, & benedic eum, qui fecit illum. Valde speciosus est in splēdore suo. Gyrauit cęlum in circuitu glorię, & manus excelsi aperuerunt illum. Imperio suo acceleraui niuē, et acceleraui cōruscationes emittere iudicij sui. Propterea aperti sunt thesauri, & euolauerunt nebu-

lę

lę sicut aues. In magnitudine sua posuit nubes, ꝛ confracti sunt lapides grandinis. ℣ In conspectu eius cōmouebūtur montes: et inuolūtate eius aspirauit Notus. Tu autem. ℟. Congratulamini mihi omnes, qui diligitis dominam. ℣. Quia cū essem parula, placui Altissimo, ꝛ de meis visceribus genui Deum ꝛ hominē. ℟. Beatam me dicent omnes generationes, quia ancillam humilē respexit Deus. ℣. Quia cum.

Lectio iij.

Vox tonitrui eius verberauit terram: tempestas Aquilonis, ꝛ congregatio spiritus, ꝛ sicut cinis deponēs ad sedendū aspergit niuem, ꝛ sicut locusta demergens descensus eius. Pulchritudinem candoris eius admirabitur oculus: ꝛ super imbrē eius expauescit cor. Belua sicut salē effundet super terram: ꝛ dum gelauerit, fiet tanquam cacumina tribuli. Tu autem. ℟. Continet in gremio celū terramq; regentem, virgo Dei genitrix. ℣ Proceres comitātur herilem, per quos orbis ouans Christo sub principe pollet. ℟. Virgo Dei genitrix, quem totus nō capit orbis, in tua se clausit viscera factus homo. ℣. Proceres. ℟. Gloria patri. ℣. Proceres.

℣ In ij. noctur. Ańa. Specie tua, et pulchritudine tua, intende, prospere procede, et regna. ℣. Fructa. fo. 25. Ańa. Adiuuabit eam Deus vultu suo, Deus in medio eius non cōmouebitur. Psal. Deus noster refugiū. fol. 25. Ańa. Sicut letantiū omnium nostrū habitatio est in te, sancta Dei genitrix. ℣. Fundamēta eius. fo. 44. ℟. Specie tua ꝛ pulchritudine tua. ℣. Intende. Pater noster.

Lectio iij.

Romę Liberio pontifice antequam vilum in vrbe templum virginis matris nomine dicatum esset, Joannes patritius Romanus, morum honestate, ꝛ generis nobilitate, atque opibus pręstans, cui vxor erat moribus, ꝛ conditione par: cum orbitatem filiorum dolenter ferret, nec diu cogitanti idoneus quisquā occurreret, quē suarum opū hęredem relinqueret, eadē ęq; solicitudo vxorē fatigaret, ambo assiduis precib⁹, a beata virgine Maria contendebant, vt vel se prolis compotes efficeret, vel quē

potissimum hęredem instituere commodissimum, et honestissimum esset, indicaret. Tu autem. ℟. Sicut cedrus exaltata sum in Libano, et sicut Cypressus in monte Sion, quasi myrrha electa. ℣. Dedi suauitatem odoris. ℣. Sicut cinamomum et balsamum aromatizans. ℣. Dedi.

Lectio v.

EXorata igitur pijs precibus mitissima virgine, nocte nonarũ Augusti, quo tẽpore solẽt vrbem ęstiui calores infestare, pars eius montis vrbis quę dicitur Esquilię plurima niue conspersa est, Deo voluntati matris annuẽte. Eadem q nocte Ioanni eiusq vxori seorsum virgo mater visa est niuem demissam referre, ipsosq iubere vt in eo loco, quem nix occupasset, templum suis sumptibus ędificarent, quod nomine Marię virginis dicaretur, quę ad hunc modum vellet hęres ab ipsis relinqui. Tu autem. ℟. Que est ista que processit sicut sol, et formosa tanquam Hierusalem. ℣. Viderunt eam filie Sion, et beatam dixerunt, et regine laudauerunt eam. ℣. Et sicut dies verni circundabant eam flores rosarum, et lilia conuallium. ℣. Viderunt.

Lectio vj.

HAnc visionem cũ Ioannes ad Liberium pontificem retulisset, idem sibi visum contigisse pontifex asseuerauit, eademq nunciata et imperata, proinde monita diuina non esse negligenda. Cum magna igitur, et solenni pompa ad locum niuis pontifex cũ frequenti populo processit, et locum templo designauit, quod illorũ quos diximus impensis magnifice cõstructum sanctę Marię maioris nũcupatur. Tu autem. ℟. Ornatam monilibus filiã Hierusalem dominus concupiuit. ℣. Et videntes eam filie Sion beatissimam predicauerunt, dicentes, vnguentum effusum nomen tuum. ℣. Astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato circundata varietate. ℣. Et videntes. ℣. Gloria pri. ℣. Et videtes. Cum tu noctur. Alia. Gaude Maria virgo, cunctas hereses sola interemisti in vniuerso mundo. ℣. Cantate. ℣. Alia. Speciosa facta es, et suauis in delicijs

cis virginitatis sancte Dei genitricis, quam videntes filie Sion vernantem in floribus rosarum, & liliis convallium beatissimam predicauerunt, & regine laudauerunt eam. Psal. Dominus regnauit exultet. fol.46. Ant. post partum virgo inuiolata permansisti, Dei genitrix intercede pro nobis. Psalmus. Cantate. ij. fol.48. ℣. Adiuuabit eam Deus vultu suo. ℟. Deus in medio eius non commouebitur. pater noster.

Lectio vij.

Lectio sancti euangelij secundum Lucam.

c.11. IN illo tempore, Loquente Jesu ad turbas, extollens vocem quedam mulier de turba dixit illi, beatus venter, qui te portauit, & vbera que suxisti. Et reliqua.

Homilia Origenis.

MAgne deuotionis, et fidei hec mulier ostenditur, que scribis et phariseis dominum tentantibus, simul et blasphemantibus, tanta eius incarnationem synceritate pie omnibus agnoscit, tanta fiducia confitetur, vt & presentium calumniam, et futurorum confundat hereticorum perfidiam. Tu autem. ℟. Beatam me dicent omnes generationes. ℣. Quia fecit mihi magna, qui potens est, et sanctum nomen eius. ℣. Et misericordia eius a progenie in progenies timentibus eum. ℣. Quia fecit.

Lectio viij.

QUam sicut tunc Judei sanctispiritum opera blasphemantes, verum cōsubstantialemq; patri Deū filium denegabant, sic hereticī postea negando Mariam semper virginem, sanctispiritus operante virtute nascituro ex humanis membris vnigenito Dei carnis suę materiam ministrasse, verum consubstantialemq; matri filium hominis fateri non debere dixerunt. Tu autem. ℟. Felix namq; es sacra virgo Maria, et omni laude dignissima. ℣. Quia ex te ortus est sol iustitie Christus Deus noster. ℣. Ora pro populo, interueni pro clero, intercede pro deuoto femineo sexu. Sentiant omnes tuum iuuamen, quicumq; deuote celebrant tuam commemorationem. ℣. Quia ex te.

Lectio ix.

Sed si caro verbi Dei secundum carnē nascentis, a carne virginis matris pronūtiatur extranea, sine causa venter qui eum portasset, et vbera quę lactasset, beatificarent. Qua enim consequentia eius lacte credatur nutritus, cuius semine negatur esse cōceptus, cum ex vnius eiusdemq; fontis origine secundum physicos vteroq; liquor emanare probetur? Tu autem. ℟. Gaude Maria virgo. cum prosa. Inuiolata Maria. vt in festo beatę Marię de .O. mensis Decembris. fo.299 ℣. post partū virgo.

¶ In Laud. Aña Dū esset rex in accubito suo, nardus mea dedit odorē suauitatis. Psal. Laud. Dominicalē. Aña. Leua eius sub capite meo, et dextera illius amplexabitur me. Aña Nigra sum sed formosa, filie Hierusalē, ideo dilexit me rex, et introduxit me in cubiculum suum. Aña. Jam enim hyems transijt, imber abijt, et recessit: surge amica mea, et veni. Aña. Speciosa facta es, et suauis in delicijs tuis sancta Dei genitrix. Capitulum, vt supra. Hymnus. O gloriosa dña. fo.330 ℣ Ora pro nobis sancta Dei genitrix. ℟. Ut digni. ¶ Ad Benedict. Aña. Beata es Maria, que credidisti, perficientur in te que dicta sunt tibi a domino, Alleluya. Oratio vt supra.

¶ Per horas dici Añę laudum, vsque ad Nonam.

¶ Ad iij. vj. et ix. Capitulū, vt supra. ℟. et ℣. vt in officio eiusdē virginis. fo.552 Oratio vt supra.

¶ In ij. vespe. pro comme. Aña. Beatam me dicent omnes generationes, quia ancillam humilem respexit Deus, et de meis visceribus genui Deum, et hominem. ℣. et oratio vt in primis vesper.

¶ Die vj. Transfigurationis Dñi. In primis vesper. super psal. Aña. Dum trāsfiguraretur Jesus, Moyses, et Helias cū dño loquente discipulis apparuerunt. Psal. ferial. Capitulum.

O Altitudo diuitiarum sapiētię, et sciētię Dei, quam incomprehensibilia sunt iudicia eius, et inuestigabiles vię eius. ℟. Deo gratias. ℟ Hodie in monte, vt infra post vj. lectio. Ro. 11.

Hymnus.

O Mata lux de lumine
Jesu redēptor sęculi,
Digna

Dignare clemens supplicũ
Laudes preceſq; ſumere.
Qui carne quondã cõtegi
Dignatus es pro perditis,
Nos membra confer effici
Tui ſacrati corporis.
Qꝛ ſole vultu flammeus,
Vt nix amictu candidus,
In monte dignis teſtibus
Apparuiſti conditor.
Dum ates alumnis abditos
Nouis vetuſtos cõferens,
Vtriſque te diuinitus
Deum dediſti credere
Dum e vox paterna cęlitus
Suum vocauit filium,
Quem nos fideli pectore
Regem fatemur glorię.
Concede nobis quęſumus
Almis micare moribus,
Vt ad polorum gaudia
Bonis vehamur actibus.
Laudes tibi nos pangim⁹
Aeternę rex regum Deus,
Qui trinus, vnus, rector es
Per cuncta ſemper ſęcula.
Amen. ¶ Et ſic terminãtur hymni per totum diem. ℣. Adoramus patrem, & filium cũ ſancto ſpiritu. ℟. Regnantem in maieſtate ſua.

¶ Ad Magnif. Ant. Viſionem quam vidiſtis, nemini dixeritis, donec filius hominis a mortuis reſurgat. Oro.

DEus, qui hodierna die vnigenitum tuũ mirabiliter tranſformatũ, cęlitus vtriuſque teſtamenti patribus reuelaſti, da nobis quęſumus beneplacitis tibi actibus ad eius ſemper cõtemplandam pertinere gloriam, in quo tuę paternitati optime complacuiſſe teſtatus es. Per eũdẽ.

¶ Fiat commemora. beatę Marię vt ſupra.

¶ Ad Matut. Inuita. Chriſtum regem regũ hodie trãſfiguratum. ℣. Venite adoremus. Pſal. Venite. fol. I.

Hymnus.

OSator rerum, reparator qui.
Chriſte rex regum, metuẽde cenſor,
Tu preces noſtras pariter q; laudes.
Suſcipe gratas.
Noctis en curſu tibi vota laudum
Pangimus, pręſta tibi ſint vt apta,
Noſq; concentu refoue perennis
Luminis auctor.
Inter Heliam Moyſemq; vates
Vt iubar ſolis faciem refulgens,
Candida veſte, niuis inſtar albę
Tu micuiſti.

Tu Dei patris (patre teste) proles,
Tuq; sanctorum decus angelorum,
Tu salus mundi, via, vita, virtus,
Krederis esse.
Olozia, virtus tibi sit creator,
Cuncta qui solus retinens gubernas,
In throno regni sine fine regnas,
Trinus, & vnus. Amen.

℣ In .j. noctur. Ant. Assumpsit Jesus discipulos suos, & ascendit in montem, & transfiguratus est ante eos. Psal. Domini est terra. fol. 14. Ant. Hodie dominus Jesus Christus facie vt sol in monte resplenduit, ac vestimentis tanquam nix candidus emicuit. Psal. Afferte domino. fol. 16. Ant. Ecce nubes lucida obumbrauit eos, paterna vox audita est, Hic est filius meus. Psal. Deus noster refugium. fo. 25. ℣. Celi aperti sunt super eum. ℟. Et vox patris intonuit. Pater noster.

Sermo sancti Augustini episcopi.

Lectio .j.

HOdie fratres sancti saluatoris diem celebramus, illius scilicet, qui cum patre gubernans omnia condidit omnem diem, verbum inquam, quod in principio dixit, Fiat lux, et facta est lux ipsius caro hodie clarificata est, vt textus narrat euangelicus Tu autem. ℟. Assumpsit hodie dominus Jesus tribus discipulis, in montem vt oraret, subijt excelsum, soluscq; orans coram eis trãsfiguratus est, facieiq; eius vt sol resplenduit. ℣. Ac vestimenta eius vt nix facta sunt candida. ℣. Ut autem testimonium haberet a lege, & prophetis, hinc inde cum eo Moyses, & Helias visi sunt in maiestate. ℟. ac vestimenta.

Lectio .ij.

IN monte inter duos vates tresq; discipulos transfiguratus est dominus. Scilicet, vt spẽ suę diuinitatis donaret, suam prę niue candidam faciem voluit demõstrare. Si quis vero hoc scire voluerit, curat ad euangelistarum sublimes voces, verum si cui Lucas dissentire videatur, quod non post dies sex, sed die octauo, hanc ostensam domini claritatẽ fuisse perhibetur, grammaticorum

currat

currat ad tropum ideſt figuram, Synedochem. Tu autem. ℟. Coram tribus diſcipulis transfiguratus dominꝰ, Moyſe, ⁊ Helia. ℣. Hinc inde ſecum loquentibus oſtẽdit ſe in maieſtate. ℟. Vt in ore duorum vel trium teſtium ſtaret omne verbum. ℣. Hinc inde.

Lectio iiij.

TRāſfiguratus eſt ante diſcipulos ſaluator, et ſui corporis, quod per reſurrectionis gloriam erat illuſtrandum, claritatem ſignificat, et electorum omnium, quantę claritatis poſt reſurrectionem ſunt corpora futura, manifeſtat. Nam et de his alibi dicit. Tunc fulgebunt, ſicut ſol iuſti in regno meo, et hic in exemplum futurę clarificationis reſplenduit facies eius ſicut ſol. Tu autem. ℟. Confirmandis, ⁊ ad veri cultus ſcientiam prouehendis diſcipulis. ℣. Moyſes, ⁊ Helias cum domino loquentes apparuere. ℟. Quoniam Chriſti euangelium a lege, ⁊ prophetis teſtimonium conſtat habere. ℣. Moyſes. Gloria patri. Moyſes.

C pe- trus, ⁊ qui cum illo erant, credentes Chriſto, letificati viderunt gloriam Dei. ℟. Omnes gentes. fol. 26. Ant. Reſpondens petrus ait ad Jeſum, Domine, ſi vis, faciamus hic tria tabernacula. Pſalm. Magnus dominus. fo. 26. Ant. Accedentes diſcipuli ad dominum Jeſum patris vocem timentes, ceciderunt in facies ſuas. Pſalmus. Jubilate Deo omnis terra. fol. 31. ℟. Adorate dominum. ℣. In aula ſancta eius. pater noſter.

Lectio iiij.

OStenſurus autem dominus gloriam ſuę claritatis diſcipulis, duxit eos in montem excelſum ſeorſum, in quo docet, quia neceſſe eſt omnibus qui Deum contemplari deſiderant, vt non in infimis voluptatibus iaceant, ſed amore ſupernorum ſemper ad celeſtia erigantur, et vt oſtendat diſcipulis, quatenus gloriam diuinę claritatis, non in huius ſęculi profundo quęrant ſed in celeſtis beatitudinis regno. Tu autem. ℟. Primogenitus proddiſt ex ore patris, feci, vt

orire-

oriretur lumen in terris. ℟. Ego in altissimis habitaui, et thronus meus in columna nubis. ℣. Priusquam montes fierent, aut formaretur terre orbis a seculo, & in seculum. ℟. Ego in altissimis.

Lectio v.

Dicuntur autem seors sum, quia sancti viri toto animo, et fidei intentione separati sunt a malis, funditusq; separabũtur in futuro: vel quia multi sunt vocati, pauci vero electi. Et transfiguratus est ante eos. Qualis enim futurus est tempore iudicandi, talis apostolis apparuit. Nemo enim putet, pristinam eum formam, & faciẽ perdidisse, vel amisisse corporis veritatem, sed resplenduit facies eius sicut sol. Tu autẽ. ℟. Claruit magnitudo Dei, et virtus apparuit discipulis. ℟. Quoniam sic voluit transfigurari excelsus dominus, vt in ipsa claritate ostenderet maiestatem. ℣. Assumpsit Jesus tres discipulos suos in montem, & facta est coram eis facies eius sicut sol, et vestimenta eius sicut nix. ℟. Quoniam. Lectio vi.

Si autem facies dñi resplenduit sicut sol, et sancti sicut sol fulgebunt, nunquid erit equalis claritas domini, & seruorum? He quaquam. Sed quia nihil lucidius inuenitur sole, ideirco ad manifestandũ exẽplũ futurę resurrectionis, & facies domini resplendere, & iusti fulgere dicuntur sicut sol. Tu autem. ℟. Hodie in monte transfigurato domino, aperti sunt celi: & nubes preclara super eum descendit, & vox patris intonuit. ℟. Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui. ℣. Intonuit de celo dñs, et altissimus super attonitos discipulos dedit vocem suam in nube tonãtem. ℟. Hic est. ℣. Gloria patri. ℟. Hic est.

℣ In iij. noctur. Ańa. Ante duos vates, treſq; discipulos apparuit dñs Jesus Christ⁹, vt in ore duorum vel trium testium staret omne verbũ. ℣ō. Q. uâ dilect. fol. 43. Ańa. Celi aperti sunt super eum, & vox patris audita est, Hic est filius meus dilectus, hunc audite. Psal. O mine refu. fol. 40. Ańa. Quam discipuli vocem audierunt, audientes, valde timuerunt, timentes, in faciẽ ceciderunt. ℣ō. Cantate. j. fol. 46 ℣. Intonuit de celo dominus. ℟.

Et

Et altissimus dedit vocē suā. pater noster. Lect. vij.

Lectio sancti euangelij secundum Matthæum.

c. 17. IN illo tēpore, Assumpsit Jesus Petrum, ⁊ Jacobum, ⁊ Joannem fratrem eius, et duxit illos in montem excelsum seorsum, et transfiguratus est ante eos. Et reliqua. Homilia beati Joānis Chrysostomi.

QVoniam multa de periculis, multa de morte, multa de passione sua, ⁊ de cęde discipulorum locutus est dominus, et aspera quam plura atq; ardua eis intunxit, quę omnia cum ad præsentem vitam spectarēt imminere tam atq; incumbere videbantur: bona vero quę pollicebatur, longioze spe erant expectāda, vt puta quia seruarent animam si perderent eam. Tu autem. ℟. Discipuli Christi nubis luelde splendore obumbrati, vocęq; Dei patris de nube clamantis perturbati. ℣. In faciem ceciderunt. ℟. Tāte tāq; reuerēde visionis nouitatem non ferentes. ℣. In faciem. Lectio vij.

QVia in gloria patris sui venturus sit, ⁊ præmia redditurus, vt visu etiā certiores faceret, quātum capere possent, gloriā suā, cū qua venturus est, in præsenti vita ipsis vult ostēdere, ⁊ iā visuros pollicetur, ne aut sua aut domini morte post hac doleant, ⁊ maxime Petrus. Et vide quid agit cum de regno, ⁊ de gehenna disseruerit. Tu autē. ℟. Sicut vnius Dei trinitas per patris vocem, per columbe descensum, per baptizati in Jordāne filium declarata est. ℣. Sic eodem die, transfigurato filio, a patre clamatū est, Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui. ℟. Moyses, ⁊ Helias prophete glorificati affuerūt domino glorioso, dicentes excessum eius quem completurus erat in Hierusalem. ℣. Sic eodem die. Lect. ix.

QVando enim dixit, Qui inuenit animam suā, perdet eam, ⁊ quicumq; perdet eam gratia mei, inueniet ipsam, ⁊ quia vnicuiq; secundum opera sua reddet, regnum, ⁊ gehennā designauit, Cum igitur de vtriusq; disseruerit, regnum quidem vt oculis cernatur cōcedit, gehennam autem minime. Quare sic: quoniā rudioribus atq; ineptioribus

bus

bus illud necessarium erat, probis vero, etiam perspicacibus satis fuit a melioribus confirmari. Tu autem. ℟. Hodie pater de celis testificatus est filium, quo audito discipuli timuerunt, valde, prostratique sunt a voce dicente. ℣. Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui. ℟. Celi aperti sunt super eū, & vox patris audita est, ℣. Hic est. ℟. Gloria patri. ℣. Hic est. Te Deū laudamus. fol. 9. ℟. Adoramus patrē. vt supra. ¶ Ad Laud. Añā. Accessit Jesus, & diuine vocis pauore prostratos tetigit discipulos suos dicens, Surgite, & nolite timere. Psalmi. Laudum, Dominicalium. fol. 10. Añā. Ut testimonium habere a lege, et prophetis, in medio Moysi, & Helie trāsfiguratus apparuit Jesus. Añā. Lex per Moysem signata est, & prophete per Heliam, qui in maiestate visi sunt cum domino fulgentes in monte, & loquentes. Añā. Descendentibus illis de mōte precepit Jesus dicens, Nemini dixeritis visionem hanc, donec filius hominis a mortuis resurgat. Añā. Celi aperti sunt super eum, & vox de celo facta est dicens, Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene cōplacui. Capitulum vt supra.

Hymnus.

Luxit dies inclyta,
Qua credim⁹ pollicita
Londonari poscentibus
Christi sacris operibus,
Qui glorioso lumine,
Pie solis claritudine,
Transfiguratur hodie
Sub deitatis specie.
Nunc iubilationibus,
Cēs plaudant cū manib⁹,
In his tantis solennibus,
Nobis regnū prebentibus:
Vbi iam transfiguratum
Trinum, & vnum dominum
Conspiciemus splēdidum,
Ei cantantes canticum.
Gloria tibi domine
Splendenti claro lumine,
Cū patre, & sancto flamine
In sempiterna secula. Amen. ℣. Benedictus es domine Deus noster pater misericordiarum. ℟. Et benedictum nomē tuum sanctum & honorabile in secula.

¶ Ad Benedict. Añā. Tribus discipulis de eius morte turbatis, ne sibi de predicta resurrectione dubitaret, trāsfiguratus dominus gloriam quam predixit ostendit. Oratio vt supra.

¶ Per

Cper horas dici Anę lau. Ad Tertiam, Sextam, et Nonam, Capitulum vt supra. ℟. et ℣. vt in Dñica sanctę Trinitatis. fol.226. Oratio vt supra.

C In ij. vesper. Anę Laud. Psalm. Dixit dominus. fol. 68. Confitebor. fol. 68 Beatus vir. fo. 68 Laudate pueri. fol. 68. Laudate dominum omnes gentes. fol. 70. Capitulum vt supra. Alleluya. ℣. Talis pater, talis filius, talis spiritus sanctus. Hymnus, ℟. vt in primis vesper.

Ad Magnif. Anę. Hodie ad patris vocem, transfigurato domino Moyses, et Helias affuerunt splendidi, excessum quem complecturus erat loquentes. Oro vt sup. Cętera cõme. sancti Ammetis martyris vt infra.

Die vij. Ammetis martyris omnia vt in cõmuni vnius martyris pręter orationem, lect. v. et vj. lectio.

Oratio.

Ametetur ecclesia tua Deus beati Ammetis martyris tui cõfessa suffragijs, atque eius precibus gloriosis, et deuota permaneat, et secura cõsistat. Per Dominum.

Lectio sti.

Hunum agens Ammes duodecimum defunctis parentibus Cęsarea Cappadocię natali solo egressus montem quo vitaret Aurelianam persecutionem conscendit, pascendisq; ouibus intentus, pijs interdum precibus indulgebat, ouium suarum lacte victitabat. Cęlesti tamen oraculo monitus in campo rum planiciem descẽdit, codicemq; euãgeliorum, et baculũ oblatos sustulit, secũq; in montem portauit. Lectioni vacabat euangelicę Ammes: cum repente ferarum magna frequentia conuenit, vberaq; mulgẽda prębuit. Quod lac cum ouium lacte in caseũ pręssum Ammes quotidie ad portam ciuitatis distrahebat, pecuniasq; in pauperes erogabat. Tu autem.

Lectio v.

Pręses ciuitatis, nunciata pia religiosaq; munificentia, milites duos mittit, qui Ammetem cõprehendãt: sed tangere nõ ausi feris circumseptum refugiunt. Ammes eos consequutus ad pręsidem venit: seq; Christianum profess⁹ est,

est. Præses pueri miratus audaciam, ne eius exemplo discerent alij contemnere diuos, in equuleo torqueri iussit, deinde, quod pertinax videretur, in carcerem trudi. Dämes quadraginta Christianos cernens in vinculis fame tabescentes perire, Christum exorauit, vectibusq; ostiorum fractis cunctos emisit. Tu autem.

Lectio vj.

TUnc præses prodigio si facinoris admonit⁹, in caminum ignis Dämetem coniecit. Deinde, quoniam intactum cõspexit ab igne, medio in amphiteatro leonibus deuorandum exposuit. Ibi terribilis leo humana prius voce loquutus imperata se facere Dei quam plurimos ex Judæis, ac gentibus interemit. Ad postremum Dämes lapidibus obrutus cum desuper ab angelis vocaretur emigrauit. Tu autem.

¶ Die viij. Ciriaci, Largi, & Smaragdi martyr. omnia vt in communi plurimorũ martyrũ, præter orationem lect. v. & vj. lectio. Oro.

DEus, qui nos annua beatorum martyrum tuorum Ciriaci, Largi, et Smaragdi solennitate lætificas, cõcede propitius, vt quorum natalicia colimus virtutẽ quoq; passionis imitemur. Per Dominum.

Lectio vij.

QUm Maximianus imperator Christianos quotquot Romæ erant ad gerẽdam arenam, cæteramq; materiam comportandã in gratiam Diocletiani, qui thermas magnificentissime struebat, damnasset, Ciriacus, Largus, & Smaragdus simul dãnati sunt. Postea autem quod Saturninum senẽ, qui sarcinas ferre nequibat, iuuare Ciriacus, et Sisinius sunt visi, in carcerem teterrimum omnes detrudũtur. Vbi Saturnino, & Sisinio morte post varia tormenta multatis, Ciriacus sociisq; Largus, & Smaragdus biennio toto detenti fidem non mutarunt. Tu autem. Lectio v.

INgresso tamen Diocletiano vrbem, filiam eius Artheniam ab infestatione dæmonis Ciriacus eripuit. Quare missus a Diocletiano ad regẽ Parthorum, quo filiam eius a dæmone vindicaret, non id solum præstitit quod efflagita-

gitabatur, sed ipsum etiam regem cum filia, & plebe nō publica conuertit ad Christum. Reuersus Romā tentus est illico a Cęsare Maximiano, propterea quod Artheniam Diocletiani filiam fecisset Christianam, Carpassoq; iudici traditus est puniendus. Tu autem.

Lectio vj.

QUi cupiēs Maximiano placere, pice Cilicia cum liquefacta perfudit, ac in carcerē misit. Postea quatuor dieb⁹ exactis, producturn ex vinculis, cum sacrificia contemneret, catasta extentum neruis, ac fustibus cędit. Cęterum, cum omnia quęcunq; cruciamēta gratijs agendis intentū libenter eum subire Maximianus accepit, iugulari cum sodalibus Largo, et Smaragdo, aliisq; ad viginti & vnū intra Sallustij thermas przecepit. Quorū corpora Joannes presbyter in eodem loco sepeliuit, die decimo septimo kalendas Aprilis. Post aliquot menses corpora ipsorū sanctorum a sancto Marcello papa, & Lucina matrona inde leuata sunt, et translata in via Ostiensi milliario ab vrbe octauo, sexto idus Augusti, quo die przefatus pontifex ipsorum festū recolendum ordinauit. Tu autem.

Die ix. Romani martyr. omnia vt in cōmuni vnius mart. przter iij. v. & vj. lect.

Lectio iij.

ROmanus martyr Romę passus est sub Decio Cęsare. Cum enim beatus Laurentius in catasta extentus scorpionibus cęderetur, Romanus miles inter alios ibidem adstans, cępit clamare, quod videbat ante martyrem iuuenē pulcherrimum assistētem, & vulnera eius linteo extergentem. Tu autem.

Lectio v.

QUę cum audissent Decius Cęsar, & Valerianus przfectus, magicisq; artibus adscriberēt, & Laurētium de catasta solutum in custodiam Hippolyti recipi iussissent, affuit Romanus ad pedes eius afferens vrceum cum aqua, et se baptizari instanter exorans, Quem beatus Laurentius credentem baptizauit. Tu autem.

Lectio vj.

QUod cum Decius audisset, iussit eum cum fustibus exhiberi, & cum nō

interrogatus se Christianum proclamaret, iussu Decij foras muros portę Salarię eductus, ꝛ ibidem capitali sententia punitus est, cuius corpus a Justino presbytero collectũ, sepultũ est in crypta in agro Verano, quinto idus Augusti. Tu autem.

¶ Hodie lect. erit de vigilia beati Laurentij, euangeliũ Si quis vult venire. cum homilia, vt in communi vnius martyris.

¶ Die x. Laurentij martyris. In primis vespe. super psal. Ania. Levita Laurētius vt infra prima laud. psalm. feriales. Capitulum.

2. Corint. ca. 9 FRatres, Qui parce seminat, parce ꝛ metet, et qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus ꝛ metet. ℟. Deo gratias ℟. Meruit esse hostia Christi. vt infra post ix. lect. Hymnus.

QVoꝛ noster soleniter Exultet, ꝛ cõcorditer In hoc festo Laurentij Tormentis flecti nescij

Credidi sibi quam citius Thesauros petit Decius, Quos dispersit Laurentiꝰ Erogando felicius.

Furens ira pręnimia Recurrit ad supplicia, Sperans tormẽtis flectere Sanctum Dei, sed temere,

Vigatis fune manibus Rotatur super ignibus, Candescente craticula, Stridet quęq; particula.

Caro stridet, ꝛ crepitat, Martyr insultãs clamitat, Regyra torꝛor corpora, Assata sunt iam, lacera.

Sit Christo regi gloria, Qui iuste pensans omnia Pꝛo se passis supplicia Remittit, ꝛ dat pręmia. Amen. ꝛ sic terminantur hymni ad omnes horas. ℣. Dispersit, et dedit pauperibus. ℟. Et iustitia eius manet in seculum seculi.

¶ Ad Magnif. Ania. Confitebor tibi dñe rex, ꝛ collaudabo te, quoniam liberasti me a pressura flamme, que circundedit me, ꝛ in medio ignis nõ sum estuatus. Oratio.

FAvesto dñe supplicationibus nostris, ꝛ in tercessione beati Laurētij martyris tui perpetuam nobis misericordiã benignus impende. Per Dñm.

¶ Fiat cõm. Romani mart. ¶ Ad Matut. Invita. Regem regum dominum venite adoremus. ℣. Quia ipse est corona sancti Laurentij martyris.

tyris. Psal. Venite. fo. 1.

Hymnus.

O Mira patientia,
Mebra torrentur oia,
Ipse tamen tortoribus
Insultat spretis ignibus.
Fuit ignis exterius,
Intus sęuire nescius,
Nam resistit potentior
Ignis alter interior,
Natus Hispano climate
Romę sub Xysti dogmate
Renascitur, sub Decio
Laureatus martyrio.
O felix permutatio,
Felix martyr in cambio,
Qui pro breui supplicio
Aeterno gaudet pręmio.
O martyr Dei laudabilis
Nobis assis placabilis,
Vt apud regem glorię
Per te sit locus venię.
Sit Christo regi gloria. Vers. suꝫ.

Esa. 1. nocturn. Ania. Quo progrederis sine filio pater? quo sacerdos sancte sine ministro properas? Psal. Beatus vir. fol. 2. Beatus Laurentius dixit. Iste & alij sequentes post Ania nocturn. debẽt dici post Gloria patri in quolibet psal. deinde repetitur eadem Ania. Noli me derelinquere pater sancte, quia thesauros iam expendi, quos tradidisti mihi. Psal. Quare fremuerunt. fol. 2. Quid in me ergo displicuit paternitati tuę? Ania. Non ego te desero fili, nec derelinquo, sed maiora tibi debentur pro Christi fide certamina. Psal. O fie, quid multiplicati. fol. 2. Beatus Xystus dixit. Gloria, & honore. Pr nr. Lectio.

Esa. c. 43

Et nunc hęc dicit dns, creans te Jacob, & formans te Israel. Noli timere quia redemi te, et vocaui te nomine tuo. Deus es tu. Cum trãsieris per aquas, tecum ero, & flumina nõ operient te. Cum ambulaueris in igne non combureris, & flamma nõ ardebit in te, quia ego dns Deus tuus sanctus Israel saluator tuus. Dedi propitiationem tuã Aegyptũ, & Aethiopiã, & Saba pro te. Ex quo honorabilis factus es in oculis meis, & glorioſus, ego dilexi te. Et dabo homines pro te, et populos pro anima tua. Tu aũt. Quo progrederis sine filio pater? quo sacerdos sancte sine diacono properas? Tu nunquã sine ministro sacrificiũ offerre consueueras. Quid ergo in me displicuit paternitati tuę? Nunquid degenerem me probasti? experire certe vtrum

idoneum ministrum elegeris, cui cõmisisti dominici corporis, ⁊ sanguinis dispensationem. ℟. Tu nunquam.

Lectio ij.

2. Corint. ca. 8. Scitis enim gratiã domini nostri Jesu Christi, quoniam propter vos egenus factus est, cũ esset diues, vt illius inopia vos, diuites essetis. Et consiliũ in hoc do. Hoc enim vobis vtile est, qui non solum facere, sed ⁊ velle cœpistis ab anno prioze. Nunc vero, ⁊ facto perficite, vt quẽadmodũ prõptus est animus voluntatis, ita sit ⁊ perficiendi ex eo quod habetis. Tu autem. ℟. Noli me derelinquere pater sancte, quia thesauros tuos iam expendi. ℣. Non ego te desero fili, neque derelinquo, sed maiora tibi debẽtur pro fide Christi certamina. ℟. Nos quasi senes leniozis pugne cursum recipimus, te autem quasi iuuenẽ manet glorioſior de tyranno triumphus. Post triduum me sequeris sacerdotem lenita. ℣. Non ego. Lectio iij.

Si enim voluntas prõpta est, secundum id quod habet, accepta est, nõ secundum id quod non habet. Nõ enim vt aliis sit remissio, vobis autem tribulatio, sed ex equalitate in pręsenti tempoze, vestra abundantia illiozum inopiã suppleat, vt et illozum abundãtia vestrę inopię sit supplementum, vt fiat equalitas, sicut scriptum est, Qui multum non abundauit: et qui modicum, non minozauit. Tu autem. ℟. O Hyppolite, si credideris in dominũ Jesum Christum. ℣. Et thesauros tibi ostendo, ⁊ vitam eternam promitto. ℟. Si dictis, inquit, facta compensas, faciam que hozraris. Cui beatus Laurentius dixit, Tu mihi tantummodo prebe assensum. ℣. Et thesau. ℟. Gloria patri. ℣. Et thesau.

℣ In ij. noctur. Ant. Beatus Laurẽtius orabat dicẽs, Domine Jesu Christe Deus de Deo, miserere mihi seruo tuo. Psal. Cum inuocarẽ. fol. 78. ℟. Quia accusatus non negaui nomen sanctum tuum, interrogatus te Christum cõfessus sum. Ant. Dixit Romanus ad beatum Laurentium, video ante te iuuenem pulcherrimũ, festina me baptizare. Psalm. Verba mea. fol. 21. ℟. Afferens autem vrceum cum aqua, misit se ad pedes eius. Ant. Beatus

tus Laurentius dixit, Mea nox obscurum non habet, sed omnia in luce clarescūt. ℣. Domine dñs noster. fol. 3. ℟. Quia ipse dominus novit, quod accusatus non negaui nomen sanctum suum. ℣. Posuisti dñe super caput eius. ℟. Coronam de lapide pretioso. Pater noster.

Lectio iiij.

Sevtēte adhuc Valeriana in Christianos persecutione, quę fuit post Heronē octaua, cum Laurentius natione Hispanus Xystum papam martyrem, cuius erat pientatis charissimus discipulus in vincula comectū visitaret, iussus ab eo est, vt pauperibus primo quoque tempore distribueret thesauros ecclesię, quos haberet, Quod Laurentius diligenter exequutus, cum Xystum videret ad martyrium abstrahi, post eum clamabat, Quo pater abis sine filio? quo sacerdos sine leuita? Xystus autē bono eum animo esse iubet, nā forte, vt se post triduum sequeretur. Tu autē. ℟. Leuita Laurētius bonum opus operatus est, qui per signum crucis cecos illuminauit. ℣. Et thesauros ecclesie dedit pauperibus. ℟. Cum apud sedem gloriosissimi petri archidiaconatus fungeretur officio, puritate innocentis vite, fortissimeq; mortis triumpho apostolico se consortio copulauit. ℣. Et thesauros.

Lectio v.

Laurentius autem a Parthemio tribuno vocatus, iussusq; thesauros ecclesię demonstrare, se postridie facturū pollicetur. Et postero die, vt testatur sanctus Ambrosius, pauperes adduxit. Interrogatusq; vbi essent thesauri ecclesię, quos promisisset, ostendit pauperes dicens. Hi sunt thesauri ecclesię. Tūc vero in carcerem comect⁹, cuius prefectus erat Hyppolytus, non cessabat predicatione ac miraculis editis Christi fidē propagare. Nā Lucillio cuidam, qui plozā do in carcere fuerat obcęcatus, credenti visum promisit, ac per baptismū restituit. Hyppolitūq; ipsum cū decem, et nouem eius familię hominibus ad Christū conuertit. Tu autem. ℟. Strinxerunt corporis mēbra posita super craticulā, subiacientibus prunas insultat leuita Christi. ℣. Beate Laurē

ti martyr Christi intercede pro nobis ad Dominum. ℣. Carnifices vero vrgentes ministrabant carbones subter cratem ferreã. ℟. Beate Laurenti.

Lectio vi.

PRoductus autem vt thesauros proderet, ipsorumq; redderet rationem, quod factũ erat exposuit, seq; pauperibus, Xysti mandatum, & Christi doctrinam sequutum, distribuisse. Tũc vero simul propter distributos thesauros, simul propter Christi cõfessionẽ, scorpionibus primum, deinde virgis, tũ plumbatis flagellis sęuissime cędit. Quibus patiẽtissime toleratis, cum a fide Christi non posset auerti, ferreq; craticulę alligatus, ardentibus prunis imponitur, & lento igni constantissimus in fide torretur, donec spiritũ emisit, quarto idus Augusti. Cuius corpus circa vrbem in via Tiburtina Hyppolitus curauit sepeliẽdum in prędio Cyriacę viduę, quam ille a diuturno morbo liberauerat. Tu autem. ℟. Beatus Laurẽtius clamauit, & dixit. Deum meum colo, et illi soli seruio. ℣. Et ideo non timeo tormenta tua. ℟. Mea nox obscurum non habet, sed omnia in luce clarescũt. ℣. Et ideo. ℟. Gloria patri. ℣. Et ideo.

¶ In iij. nocturno. Ant. Strinxerunt corporis membra posita super craticulam, subiectentibus prunas insultat leuita Christi. Psal. In dño confido. fol. 5. ℣. Carnifices vero vrgentes ministrabant carbones subter cratem ferreã. Ant. Igne me examinasti, et non est inuenta in me iniquitas. Ps. Exaudi Dñe iusti. fol. 6. ℣. Probasti cor meum, & visitasti nocte. Ant. Interrogatus te Dñm cõfessus sum, assatus gratias ago. Psal. O omine in virtute tua. fol. 9. ℣. Gratias tibi ago domine, quia hostis Christi effici merui. ℟. Magna est gloria eius in salutari tuo. Pater noster.

¶ Alię tres lectiones, euangelium Nisi granum frumẽti cum homilia vt in cõmuni vnius martyris. fo. 550. ℟. vij. In craticula te Deũ non negaui, & ad ignem applicatus. ℣. Te dominũ Iesum Christum confessus sum. ℟. Accusatus non negaui sanctũ tuum, et interrogatus. ℣. Te dominum. ℟. viij. Gaudeo plane, quia hostia Christi effici merui. ℣. Accusatus non nega-

negauí nomen sanctum tuum, interrogatus te Christum cõfessus sum, assatus gratias ago. ℣. Ego me obtuli sacrificium Deo in odorem suauitatis. ℣. Accusatus. ℣. Werum esse Christi hostia iuuta Laurentius, qui dõ assaretur, non negauit dominum. ℣. Et ideo inuentus est sacrificium laudis. ℣. Ecce enim transiuit per ignem, quem non adustus inhorruit, sed illuminatus effulsit. ℣. Et ideo. Te Deum laudamus. ℣. Posuisti domine.

℣ In laudib. Ant. Lenita Laurentius bonum opus operatus est, qui per signum crucis cecos illuminauit, et thesauros ecclesie dedit pauperibus. Psalm. Laudate, Dominicalib. Ant. O Hyppolite si crediderís in dominum Jesum Christum, et thesauros tibi ostendo, et vitam eternã promitto. Ant. Adhesit anima mea post te, quia caro mea igne cremata est pro te Deus meus. Ant. Misit dñs angelũ suum, et liberauit me de medio ignis, et non sum estuatus. Capitulum. Beatus Laurentius clamabat dicẽs, Gaudeo plane, quia hostia Christi efficí merui. Capitulum, Hymnus, et ℣. vt in primis vesp. Ad Bened. Ant. In Craticula te Deum non negaui, et ad ignem applicatus te Christum confessus sum. Probasti dñe cor meum, et visitasti nocte, igne me examinasti, et non est inuenta in me iniquitas.

Oratio.

OMnipotens sempiterne deus, qui beato Laurẽtio martyri tuo tribuisti tormentorum suorum incendia superare. Per Dominum.

℣ Per horas dicit Ant. In laudibus. Ad ij. vj. ix. Capitulum vt supra. ℣. et ℣. vt in cõmuni vnius martyris, vltimus ℣. ad ix. Dispersit dedit pauperibus. Oratio vt in laud.

℣ In ij. vesper. Ant. laudũ, psalm. vt in communi Capitulũ vt supra. Aleluya. ℣. Puer meus dicit dominus, dũ transieris per ignem flamma non nocebit te. Hymnus, et ℣. vt in primis vesper.

Ad Magnificat. Ant. Beatus Laurentius dum in craticula supra positus vreretur, ad impũssimum tyrannum dixit. Assatum est iam, versa, et manduca, nam facultates ecclesie quas requi-

ris,in celestes thesauros manus pauperum deportauerunt. Oratio vt in laud.

¶ Fiat commemoratio beatę Susannę,vt infra.

¶ Die xi. Susannę virginis & martyris,omnia de cōmuni vnius virginis prȩter hic expressa. Lectio i.

SUsanna virgo Romę passa est, sub Diocletiano imperatore, quę fuit filia Gabini presbyteri, et martyris fratris Caij papę. Hęc patri suo vnica, et dilecta, a cunabulis Christiana,sacris literis eruditа est. Quia vero erat de genere Diocletiani Imperatoris,idē imperator misso ad patrem eius Claudio ipsius consanguineo, & Susannę auunculo, puellam filio suo in coniugem requisiuit. Tu autem.

Lectio ii.

PAter autem Gabinius indutias petijt,vt filię voluntatem requireret, quā cum requisisset,illa se Christo desponsatam respōdit, denegans omnino coniugium,quia Christianam nō decebat cultori dęmonū copulari. Tu aūt. Lect. iij.

POst dies tres reuersus Claudius, vt eius responsionē audiret a Susanna cōuersus est ad Christum. Reuersusq; domum, cum omnia per ordinē vxori suę retulisset, ipsa etiam ad Christum conuertitur. Et sic ipse Claudius cum coniuge, & filio Alexādro, atque filia Eutia, nocte a sancto Caio papa baptizā tur, & sacra eucharistia cōmunicantur. Claudius igitur omnibus suis venditis, ministrare cępit egentibus Christianis. Tu autem.

Lectio iiij.

POst dies autē quadraginta sex, Susanna iterum requiritur in coniugiū filij imperatoris per Maximū comitē rei priuatę, eo quod ipsam vti sponsam iuuenis nimiū adamaret, veniensq; comes ad Claudiū, vt secū de matrimonio tractaret,ab eodem ad fidem conuersus est, et post dies quinq; a Caio papa baptizatus,qui & ipse cępit Christianis ministrare. Quod audiens Diocletianus Serenę Augustę vxori suę suasit, vt Susannam accersitā de coniugio hortaretur. Tu aūt. Lectio v.

AUgusta vero cū esset occulte Christiana, puel-

puellam ad se vocauit, et vna secum per dies plures orationi vacauit. Hoc autē imperator comperiens, Claudium cum vxore, et filijs, ꝛ Maximo fratre suo iussit apud Hostiam in mare iactari. Gabinum vero in carcere detineri fecit. Susannam vero remisit ad ipsius domum, vt eam ibidem filius suus vel violenter pollueret, nolens ad palatium suum contaminari. Tu autem. Lectio vj.

Ingressus autem iuuenis ad eam noctu, vidensq; angelum splēdidum iuxta eam, timuit, et fugit, assumptoq; Curtio iterū ad eā redijt. Qui ambo angelica visione exterriti fugerunt. Quod imperator audiens, et maleficijs deputans, misit Susannę statuunculam Iouis, vt eam aut adoraret, aut gladio periret. Quam insufflans in puluerem redegit. Tūc imperator misso Macedonio tribuno iussit eam primo fustibus cęsam, intra domum ipsius decollari. Cuius corpus a Serena imperatrice in Crypta sepultum est, tertio idus Augusti. Tu autem.

¶ Die xij. Clarę virginis omnia vt in cōmuni vnius virginis pręter sequentia.

Oratio.

Famulos tuos quęsumus dñe beatę virginis tuę Clarę votius natalitia recensentes, cęlestium gaudiorū sua facias interuentione participes, et tui vnigeniti cohęredes. Qui te cum viuit, ꝛ regnat.

Lectio j.

Clara est, ꝛ quę nunq; marcescit sapientia: ꝛ facile videtur ab his qui diligūt eam, ꝛ inuenitur ab his qui quęrūt illā. Præoccupat qui se concupiscunt, vt illis se prior ostendat. Qui de luce vigilauerit ad illam, non laborauit, assidē tē enim illam foribus suis inueniet. Tu autem. Sap. cs. 6.

Lectio ij.

Cogitare ergo de illa, sensus est consummatus, et qui vigilauerit propter illā, cito erit securus, Quoniā dignos se circuit ipsa quęrens, ꝛ in vijs suis ostendet se illis hilariter, ꝛ in omni prouidentia occurret illis. Tu autem.

Lectio iij.

Initium enim illius veritissime est disciplinę

concupiscentia, cura ergo disciplinę dilectio est, & dilectio custodia legum illius est. Custoditio autem legū cōsummatio incorruptionis est, incorruptio aūt facit esse proximum Deo, cōcupiscentia itaque sapientię deducit ad regnum perpetuum. Tu autem.

Lectio iiij.

NObilibus orta natalibus beata Clara Assisij refulsit. Quę a primis annis Christo dedita, virginitatem suam dño dedicauit. Deinde beato Francisco concium suo adhęrens, sic ab eo instituta fuit, sic mundum contemnere docta, vt cūcta illi virę huius oblectamenta fordescerēt. Tu aūt. Lectio v.

SPargitur illico opinio sanctitatis virginis Clarę, festinantq; virgines eius exēplo virginitatē seruare, matronę castius viuere satagunt. Nobiles & illustres amplis cōtemptis palatijs, arcta sibi cōstruūt monasteria, atq; pro Christo in cinere, et cilicio viuere, beatam Claram sectantes, pro magna gloria habere cęperunt. Prima igitur mater, ac ductrix fęminarum ordinis minorū effecta, sub regula, & institutis beati Francisci in ieiunijs, & orationibus instanter perseuerabat. Tu autem.

Lectio vj.

MAgnis pręterea clarebat miraculis. Nā cum certo die vnus tantum panis in monasterio reperiretur, dimidiam eius partem, vt solita erat, pauperibus est elargita, & altera tātum particula quadraginta virgines monasterij satis abunde refecit. Dęmones etiā ab obsessis corporibus suis orationibus expellens, migrauit tandē ad dominum pridie idus Augusti, tempore Innocentij quarti, Qui ęgrotantem inuisit, & eucharistiam impartitus est, quam Alexander quartus retulit in numerū sanctarū virginū. Tu autē.

¶ Die xiij. Hyppoliti cum sociis suis martyris omnia vt in cōmu. plurimo. martyr. pręter orationē iij. v. et vj. lectio. Oratio.

DEus quę sumus omnipotens Deus, vt beati Hyppoliti martyris tui, sociorumq; eius veneranda solennitas, & deuotionē nobis augeat, & salutē. Per.

Lect.

Lectio iiij.

HYppolitus, apud quē iussu Valeriani prefecti sanctus Laurentius in vinculis habebatur, postq̄ vidit cecos a Laurentio signo crucis illuminari, confestim credidit, & cum omni familia baptizat⁹ est. Quē a funere Laurentij reuersum parantemq̄ cum familiaribus eucharistiā sumere, quam Justinus presbyter obtulerat, irrumpentes milites comprehenderunt, & ad Decium vinctum perduxerunt. Tu autem.

Lectio v.

QVerebat Decius ab eo an magus esset, quando Laurentij corpus tantopere sepeliendum curasset. Cui Hyppolitus respondit, se Christianum nō magum esse. Iratus Decius os eius imperat lapidibus tundi, deinde perseuerantem ad exemplū Laurentij se vere cōfici dicere, fustibus cedi ferreisq̄ chordis lanari precepit. Tunc eruntum vestibus Christiani ritus sago indui militari mandauit, inuitans eum ad amicitiam pristinosq̄ militares vsus. Tu autem.

Lectio vj.

ILle militare se Christo cū diceret, traditus est Valeriano prefecto, qui bona eius occuparet, tormentisq̄ vel vinceret, vel e medio tolleret. Valerian⁹ postq̄ tormenta neq̄ in dñm, neq̄ in seruos quicq̄ proficere vidit, extra portā Tyburtinā seruos omnemq̄ familiā ante dñm trucidari, ipsumq̄ Hyppolitum a furentibus equis distrahi mādauit. Corpora a Justino presbytero sepulta sunt idibus Augusti, Tu autem.

¶ Die xiij. Vigilia assumptionis beatę Marię quod officiū incipitur a Matu. & si euenerit in dñica fit commemor. de dñica in vtriusq̄ vespe. & Matut. & vltima lectio erit euangelium cū homilia de dominica.

¶ ad Matut. Inuit. Regē virginis filium. ℣. Venite adoremus. ℟. Venite. fol. 1. Hymn. Quem terra pōtus. fol. 479. Et non dicitur nisi vnus nocturn.

¶ In noct. Ant. Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus vētris tui. Ps. Dñe dñs nr. fol. 3. Ant. Specie tua, & pulchritudine tua, intēde prospere, procede, & regna. Ps. Eructa. fol. 25. Ant.

Sicut

Sicut letantium omnium noſtrum habitatio eſt in te ſancta dei genitrix. Pſa. Hūdamenta eius. fol. 44. ℣. Sācta dei genitrix virgo ſemper Maria. ℟. Intercede pro nobis ad dominum Deum noſtrum. Pater noſter.

Lectio ſancti euangelij ſecundum Lucā. Lectio i.

C.II. IN illo tempore, loquēte Jeſu ad turbas, extollens vocem quędam mulier de turba, dixit illi. Beatus venter qui te portauit, ⁊ vbera quę ſuxiſti. Et reliqua. Homilia venerabilis Bedę preſbyteri.

VIgenit⁹ Dei filius, fratres chariſſimi, dominus noſter Jeſus Chriſtus, ante aſſumptam de intemerata virgine nr̄ę mortalitatis ſubſtantiā, loquutus eſt ad turbas per prophetas ſuos, loquutus eſt per ſemetipſum in aduentu ſuo, et poſt glorioſiſſimā in cęlum aſcenſionē, loquutus eſt per diſcipulos. Tu autem. ℟. vt in officio beatę Marię in ſabbatis ad purificatione vſque ad dominicam in paſſione.

Lectio ii.

FActū eſt igitur in aduentu ſuo, cum ad turbas viſibiles inter homines apparens loqueretur, ſicut ſancti euāgelij lectio teſtatur. Quędā mulier de turba vocē extulit, ⁊ voce clara coram omni multitudine vētrem eſſe beatum qui eū portauerat, ⁊ vbera quę ſuxerat prędicauit. Tu autem. Lectio iii.

OVeneranda domina, electa, ⁊ prędelecta, quę mater eſt, ⁊ virgo eſſe nō deſinit. O admiranda puella, quę ſaluo virginitatis pudore, ſuum genuit genitorem. O fęlix ancilla, quę creatorem, ⁊ gubernatorē genuit vniuerſorum, ⁊ virgo permanſit in ęternum. Tu autem.

Poſt ꝑ. quę dicitur finito gloria patri repetatur ℣. a principio quia non dicitur Te Deū laudamus, ⁊ ſi inciderit in dominica dicatur Te Deū laudamus, ⁊ nō repetatur ℣. ℣ſ. ⁊ Añę laud. vt in dicto officio.

Capitulum.

AB initio, ⁊ ante ſęcula creata ſum, ⁊ vſque ad futurum ſeculum nō deſinam, ⁊ in habitatione ſancta coram ipſo miniſtraui. ℟. Deo gratias. Hymnus, ℣ſ, ⁊ Añs ad Benedict. vt Eccl. c.24

in

in prędicto officio. Ofo. DEus qui virginalem aulam beatę Marię, in qua habitares eligere dignatus es, da quęsumus, vt sua nos defensione munitos, iocundos facias suę interesse festiuitati. Qui viuis, et regnas.

¶ Per horas dici Añę laudum, Capitulū vt supra Ꝑ. et ℣. vt in prędicto officio vsque ad ix. Oratio vt supᵒ.

¶ Die xv. Assumptionis virginis Marię. In primis veper. super psal. Añа. Regina mundi, ⁊ dña virgo Maria perpetua, intercede pro nostra pace, ⁊ salute, que genuisti Christum dominum sine viri semine, Aleluya. ℣. Assumpta est Maria in celum. Ꝑ. Gaudent angeli, laudantes, ⁊ benedicentes dominum. ¶ Ad Magnificat. Añа. Mater Christi gloriosa, ora pro populo, interueni pro clero, intercede pro monachorū choro, exora pro deuoto femineo sexu. Sentiāt omnes tuū iuuamen quicunq; deuote celebrant tuam assumptionem. Oratio vt in vigilia.

¶ Ad Comple. Añа. Assumpta est. v. Laud. Psal. Cū inuocarem. fol. 78. cum ceteris ad Nunc dimittitis. Añа. Maria virgo semper letare, que meruisti Christū portare, celi ⁊ terre conditorem, quia de tuo vtero protulisti mūdi saluatorem. Et sic dicatur ad Completorium per totam octa.

¶ Ad Matut. Inuita. Venite adoremus regem regum. ℣. Cuius hodie ad ethereum mater virgo assumpta est celum. Psal. Venite. fol. 1. Hymnus. Quē terra pontus. fol. 578.

¶ In j noctur. Añа. Immēsi regis genitrix, ⁊ cūcta creātis, euecta est hodie angelica super agmina cuncta, in tabernaculo vocis solamus munia laudis. Psa. O omne dns nos ſer. fol. 3. Añа. Hac prefecto die perpetua virgo Maria celos ascendit, terrasq; perosa reliquit, regnat nunc quia cum Christo, leramini quęso. Psa. Celi enarrant. fol. 8.

Ecclꝭ. c. 24. IN omnibus requiem quęsiui, ⁊ in hęreditate domini morabor. Tunc pręcepit, ⁊ dixit mihi creator omnium, et qui creauit me, requieuit in tabernaculo meo. Ꝑ. Deo gratias. Ꝑ. ven ielecta mea vt infra post tertiam lectio. Hymnus. Aue maris stella. fol. 579. ℣. Assumpta est Maria in celum. Ꝑ. Gaudent angeli, laudantes, ⁊ benedicentes dominum. ¶ Ad Magnificat. Añа. Mater Christi gloriosa, ora

Añа.

Ana. Filius ecce Dei properans occurrere matri, collocat in solio super omnia syderacelso, angelicisq; choris preferat super ethera cunctis. ℟. O sit est terra. fo. 14. ℣. Exaltata est sancta Dei genitrix. ℟. Super chorosangelorum ad celestia regna. ℣. nr̃ noster. Lectio i.

Cãt. ca. 3. QUę est ista quę ascendit per desertum sicut virgula fumi ex aromatib⁹ myrrhę, & thuris, & vniuersi pulueris pigmentarij? En lectulum Salomonis, sexaginta fortes ambiũt ex fortissimis Israel, omnes tenentes gladios, & ad bella doctissimi, vniuscuiusq; ensis super femur suũ propter timores nocturnos. Ferculum fecit sibi rex Salomon de lignis libani, columnas eius fecit argenteas, reclinatoriũ aureum, ascẽsum purpureum, media charitate constrauit propter filias Hierusalẽ. Egredimini filię Sion, videte regẽ Salomonẽ in diademate quo coronauit illũ mater sua, in die desponsationis illius, et in die lętitię cordis eius. Tu aũt. ℟. Vidi Speciosam sicut columbã, ascendentẽ desuper riuos aquarũ, cuius inestimabilis odor erat nimis in vestimẽtis eius. ℣. Et sicut dies verni circundabant eã flores rosarum, & lilia conuallium. ℟. Viderunt eam filie Sion beatissimam predicauerunt, & regine laudauerunt eam. ℣. Et sicut. Lectio ii.

Cãt. c. 4. VOlo vbera tua sicut duo hinnuli capręę gemelli, qui pascuntur in liliis donec aspiret dies, & inclinẽtur vmbrę. Vadã ad mõtem myrrhę, & ad collẽ thuris. Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. Veni de Libano sponsa mea, veni de Libano, veni coronaberis, de capite Amana, de vertice Sanyr, & Hermõ, de cubilibus leonũ, de montibus pardorũ. Vulnerasti cor meũ soror mea sponsa, vulnerasti cor meũ in vno oculorũ tuorũ, & in vno crine colli tui. Quam pulchrę sunt mammę tuę soror mea sponsa. Pulchriora sunt vbera tua vino, & odor vnguentorũ tuorũ super oia aromata. Tu aũt. ℟. Sicut cedrus exaltata sum in Libano, & sicut cypressus in monte Sion quasi myrrha electa. ℣. Dedi suauitatẽ odoris. ℟. Et sicut cinamomũ & balsamũ aromatizãs. ℣. Dedi. Lect. iii.

Favus distillans labia tua sponsa: mel, ⁊ lac sub lingua tua: ⁊ odor vestimentorū tuorum sicut odor thuris. Hortus conclusus soror mea sponsa, hortus cōclusus, fons signat⁹. Emissiones tuę paradisus malorū punicorū cū pomorum fructibus. Cypri cū nardo, nardus ⁊ crocus fistula, ⁊ cinamomum cū vniuersis lignis Libani, myrrha ⁊ aloe cū omnibus primis vnguentibus. Fons hortorum, puteus aquarū viuentium quę fluunt impetu de Libano surge Aquilo, ⁊ veni Auster perfla hortū meum, ⁊ fluēt aromata illius. Tu autem. ℟. Veni electa mea, ⁊ ponā in te thronum meum, ℣. Quia cōcupiuit rex speciem tuam. ℟. Audi filia ⁊ vide, et inclina aurem tuam. ℣. Quia. ℟. Gloria patri. ℣. Quia.

Cōmunio. Ana. Suscipitur mater Christi, reginaq; mundi, angelico letante choro, celoq; corusco, vnde huic leti veneremur festa diei. ℣. Eructa. fol. 25. Ana. Si dñs in sanctis eius laudare iubemur, multo plus sancta celos migrante Maria, gignere que meruit Christū qui cūcta creauit. ℣. Eius nī refū. fo. 25. Ana. Mundi regina perpetua virgo Maria assumpta est hodie in celū, gaudete fideles, laudātes Jesum festiuo carmine Christum. ℣. Fundamēta eius. fo. 44. ℟. Hodie Maria virgo celos ascendit. ℣. Gaudete quia cū Christo regnat in eternū pater nī. Lectio tii. Sermo sancti Hieronymi.

Cogitis me o Paula, ⁊ Eustochium, immo charitas Christi me cōpellit, qui vobis dudū tractatib⁹ loqui cōsueuerā, vt nouo loquēdi genere sanctis, quę vobiscū degūt virginib⁹, latino vtēs eloquio, exhortationis gra sermonē faciā de assūptione gloriosę semper virginis Marię, moze eozū, qui declamatozie in ecclesijs solēt loqui ad populū. Quod vtiq; genus docēdi nondū attigerā. Tu aūt. ℟. Quę est ista que ꝓcessit sicut sol, ⁊ formosa tanq; Hierusalē. ℣. Viderūt eā filie Sion, ⁊ beatissimā predicauerunt, ⁊ regine laudauerunt eā. ℟. Sicut dies verni circundabāt eā flores rosarū, ⁊ lilia cōuallium. ℣. Viderunt eā. Lect. v.

Sed ḥa negare nequeo quicquid intūgitis, nimia vra deuict⁹ dilectiōe, experiar

periar quę hortamini, affectu infantium, more balbutientium, qui quęcunq; audierint, fari gestiunt, cū nec dum possint ad plenum verba formare. Maxime quia propter simpliciores quasq; id me depromere cōpellitis, vt habeat sanctum collegium vestrum sermone latino, quibus se occupet laudibus eadem die, quibusue diuinis vacent lectionibus przsertim cum & eadem in multis fęstiuitatibus, multorum sanctorum patrum studia miro cuderint eloquio, quę de hac quidē vberius vbiq; in scripturis diuinis przdicata leguntur. Tu autem. ℣. Ista est speciosa inter filias Hierusalem sicut vidistis eā plenam charitate, & dilectione. ℟. In cubilibus, & in hortis aromatū. ℣. Ista est que ascendit de deserto, deliciis affluens. ℟. In cubilibus.

Lectio vj.

Quid enim aliud sonāt euangelia nisi nascentem dūm ex Maria virgine, & omnia eius incrementa, quoūsque fuit in mundo dumtaxat, diuinis efferunt przconijs? Porro ab exordio sancti euāgelij Gabrielem archangelum colloquē tem Marię audistis, & deinceps reliqua omnia plenilegistis. Ad przsepe quoq; o Paula, te teste, nato puero multitudinem angelorū inter crepundia noui partꝰ & querelas nescij ploratus, profescēninis gloria in excelsis Deo, et in terra pax hominibus bonę voluntatis cantantem audistis, & radiantem stellam vidistis, pastoribus insuper euangelizātibus credidistis, Magos prętereatria deferētes munera in visione beatis oculis conspexistis, ipsa eadem munera bene intelligendo, votis omnibus inde Deo obtulistis. Nam & cum eisdē Magis Deum puerum in przsepio adorasti. Tu autē. ℣. Sancta Maria succurre miseris iuua pusillanimes, refone flebiles. ℟. Ora pro clero, interueni pro populo, intercede pro devoto femineo sexu. ℣. O gloriosa Dei genitrix virgo semper Maria, que dominum omnium portasti, & regem angelorum sola virgo lactasti. ℟. Ora pro clero. ℣. Gloria patri. ℟. Ora.

℣. In iij. nocturn. Ant. Gaudeat ecclesia mundi per climata cuncta, prefulgens hodie meritis, quia virgo Ma-

ria mater sancta Dei transcēdit culmina mundi. ℣. Psalm. Cantate. ℟. fol. 45 Ant. Gaudent, ecce poli cives super astra superni, mundi regi nam secum sumpsisse Mariā, nosq; hodie hec tanti celebremus gaudia festi. ℣. Domino regnauit, exultet. fo. 46. Ant. Ecce Maria super cunctos transcendere celos digna hodie meruit, Christū qui cuncta creauit virgo Deū genuit, post partum virgoq; mansit. ℣. Psal. Cantate. u. fo. 48. ℟. Maria virgo assumpta est ad ethereum thalamum. ℣. In quo rex regum stellato sedet solio. pr̄ nostr. Lectio sancti euangelij secundum Lucam.

Lectio vij.

In illo tempore, Intrauit Jesus in quoddam castellum, & mulier quędam Martha nomine excepit illum in domum suam. Et reliqua. Sermo sancti Anselmi venerabilis magistri. c. 10.

Quid ad gloriosam virginem dei genitricem Mariam lectio ista pertineat, vt in eius festiuitate legatur, pleriq; solent quęrere. In sacra scriptura res vna, et eadem multotiens inuenitur diuersa significa re, sicut leo, hędus, ignis, aqua, vel etiā sol, & alia multa. Tu autem. ℟. Beata es virgo Maria dei genitrix que credidisti dño perfecta sunt in te, que dicta sunt tibi a domino. ℣. Ecce exaltata es super choros angelorum, intercede pro nobis ad dominū Jesum Christum. ℟. Benedicta es, & venerabilis virgo Maria, cuius viscera meruerunt portare dominum. ℣. Ecce.

Lectio viij.

Est enim leo de tribu Juda, est leo qui circuit quęrens quē deuoret. Est hędus emissarius qui peccata nostra portauit. Est hędus a sinistris qui dē natur, est ignis quem dominus misit in terram quem vult vt ardeat, est ignis qui super impios cadit, vt non videant solem. Est aqua cuius flumina fluunt de ventre credentis, est aqua, cuius tempestas non nos demergat. Est sol iustitię qui nos illuminet, est sol, qui nos non vrat per diem. Tu autem. ℟. Beatam me dicēt omnes generationes. ℣. Quia fecit mihi dñs magna, qui potens est, & sanctū nomen eius. ℟. Magnificat anima mea dominum, & exultauit spiritus

meus in Deo salutari meo. ℟. Quia fecit. Lect. ix.

Iect ergo castellum alias malum significet, vt illud de quo dicitur. Ite in castellū, vbi et quod additur, quod contra vos est plane manifestat quid significet, tamen hoc castellū in quod intrauit Jesus singularem intemeratam virginem eiusdem Jesu genitricem salua scripturarum regula per similitudinē accipimus. Tu autē. ℟. Gaude Maria. cum prosa Inuiolata Maria require in festo beatę Marię de ✠. in mense Decembri. fol. 99 Te Deum laudamus. ℟. Assumpta est Maria in celum. ℣. Gaudent angeli laudantes, et benedicentes dominum.

℣ Ad Laudes. Ant. Exaltata es sancta Dei genitrix super choros angelorum ad celestia regna. Psal. Laud. Dominicalium. Ant. Paradisi ianue per te nobis aperte sunt, ad quas hodie gloriosa cum angelis triumphas. Ant. Benedicta filia tu a domino, quia per te fructum vite cōmunicauim⁹. Ant. Maria virgo assumpta est ad ethereum thalamum in quo rex regum stellato sedet solio. Ant. Assumpta est Maria in celum, gaudent angeli laudantes et benedicentes dominum. Capitulum, vt supra. Hymnus. O gloriosa domina. fol. 580 ℟. Elegit eam Deus, ℣ preelegit eā. ℟. Habitare eam facit in tabernaculo suo.

℣ Ad Benedict. Ant. Hodie Maria virgo celos ascendit, gaudete quia cū Christo regnat in eternum. Oro.

Veneranda nobis domine huius diei festiuitas opem conferat salutarem, in qua sancta dei genitrix mortem subiit tēporalem, nec tamē mortis nexibus deprimi potuit, quę filium tuum dominum nostrū Jesum Christū de se genuit incarnatum. Qui tecū viuit, ℣ regnat in vnitate.

℣ Per horas dicit Antę laud.

℣ Ad iij. Capitulum vt supra. ℟. Exaltata est. ℣. Sancta dei genitrix. ℟. Super choros angelorum ad celestia regna. ℣. Sancta. ℟. Gloria patri. ℟. Exaltata. ℟. Hodie Maria virgo. vt infra oratio vt in laud.

℣ Ad vj. Capitulū, vt supra. ℟. Hodie Maria virgo. ℣. Celos ascendit. ℟. Gaudete quia cum Christo regnat in eter-

eternum. ℣. Celos. ℟. Gloria patri. ℣. Hodie. ℟. Maria virgo. vt infra. Oratio vt supra in laud.

¶ Ad ix. Capitulū vt sup. ℣. Maria virgo assumpta est. ℟. Ad ethereum thalamum. ℣. In quo rex regum stellato sedet solio. ℟. Ad ethereum. ℣. Gloria pri. ℟. Maria virgo. ℣. Assumpta est Maria in celum. ℟. Gaudēt angeli laudantes ꝛ benedicentes oīm. Oratio vt supra in laud.

¶ Nota quod hęc resp. ꝛ ℣. dicūtur hodie tātū. Et per octauas dicūtur ℟. ꝛ ℣. vt in officio eiusdē virg. in sabbatis a purificā. eiusdē vsq; ad dominicā in passione.

¶ In ij. vesper. Añę laudū, psal. de beata virgine Capitulum vt in primis vesper. Alleluya. ℣. Hodie Maria virgo celos ascendit, gaudete quia cum Christo regnat in eternum. Hymn. ꝛ ℣. vt in j. vesp. ¶ Ad Magn. Añs. Que est ista que ascēdit, sicut aurora consurgens, pulchra vt luna, electa vt sol, terribilis vt castrorū acies ordinata. Oratio vt supra, in laud.

¶ Ad Completo. vt heri.

¶ Die xvj. De octa. assumptionis. ¶ Ad Matu. Invitatoꝛ ꝛ Hymnus, vt in die.

¶ In noctur. Añę psal. ℣. et ℟. vt in primo noctur. diei. Lectio j. Euangelium vt in die. Et reliqua. Ex eodem sermone sancti Anselmi.

CAstellū enim dicitur quęlibet turris, ꝛ murus in circuitu eius. Quę duo se se inuicē defendunt, ita vt hostes per murū abarce, ꝛ a muro per arcē arceantur. Huiusmodi castello nō incongrue virgo Maria assimilatur, quam virginitas mentis et corporis, quasi murus ita vndiq; vallauit, vt nullus vnquā libidini esset ad eam accessus, nec sensus eius aliqua corrumperentur illecebra. Et quia virginitatē cū libido nō possit, solet impugnare superbia, est in eadē virgine turris humilitatis, quę a muro virginitatis omnē repellit superbiā. Et quia humilitatē, cum superbia non possit, solet impugnare libido, murꝰ virginitatis a turre humilitatis oēm repellit libidinē. Tu gūt. Lect. ij. Ex eodem sermone sancti Hieronymi.

SEd forte cōquesta me delatorē, quod te prodiderim, clamabis, ad quod

ego, si celatū esse volebas, teste conscientia, mihi narrare ante przsepiū, vbi plurimum lachzimata es, non debueras, quod vt verum fatear, Chzisti przconia, etiam si voluero adiuratus, neque tuas laudes omnino tacere queo, iccirco tuę te interrogēt filię, quas lacte nutris, tu ea melius referabis quę nescio si per speciē aliquam aut certe in spiritu vidisti. Tu autem.

Lectio iij.

Unde vos filię pulsate matrem przcibus, pulsate ad ostium inuitantis amici, si quomodo tandem vobis aperiantur, quę resecrata sunt matri. Verumtamen de hys quid plura dicam? Omnia saluatoris gesta, & beatę Marię obsequia nec nō, & actus vitę ex euāgelio didicistis. Et nunc quid supereſt, vt ab aliquo doctorem requiratis. Tu autē. Te Deū laudamus. ℣. et omnia alia vt in die przter Ańas, ad Benedict. & ad Magnific. & ℣. ℟. ad iij. vj. & ix. vt in officio minori beatę Marię.

℣ Ad Benedict. Ańa. Sancta Maria virginum pulcherrima, suscipe vota seruulorum assidua, lapsos erige, errantes corrige, tremētes corrobora, pusillanimes confortа, vt tibi semper referamus laudes, quam Dei summi celimus genitricem.

℣ Ad Magnific. Ańa. O gloriosa dei genitrix virgo semper Maria que dominum omnium meruisti portare, & regē angelorum sola virgo lactare, nostri quesumus pia memorare, & pro nobis Chzistum deprecare, vt tuis fulti patrocinijs, ad celestia regna perueinre mereamur.

℣ Die xvij. De octa. assumptionis. ℣ Ad Matuti. Inuitato. & Hymn. vt in die.

℣ In noctur. Ańę psal. ℣. & ℟. vt in ij. noctur. dici.

Lectio j.

Euangelium vt in die. Et reliqua. Ex eodē sermone sancti Anselmi.

Tacę hęc duo, murus videlicet virginitatis, & turris humilitatis ab alterutro muniuntur, & nunquam in humili virgine fuerit, nec superba virginitas, nec inquinata humilitas, sed semper in eadē permanserit, & humilis virginitas, & virginalis humilitas. Quāuis autem quod dicitur ita verum sit vt nihil verius fides

des Chriana credere possit, ponamus tamen aliqua de euangelio virginitatis eius, et humilitatis testimonia. Tu aũt. Lectio ij. Ex eodem sermone sancti Hieronymi.

DE assumptione tamẽ eiusdẽ beatę Dei genitricis semperq; virginis Marię qualiter assumpta est, quia vestra id deposcit intentio, prędsentia absens scribere vobis curaui, quę absentia prędsens deuotus obtuli, vt habeat sanctum collegium vestrum in die tã tę solennitatis munus latini sermonis, in quo discat tenera infantia lactis experiri dulcedinẽ, et de exiguis eximia cogitare, qualiter fauente Deo, per singulos annos tota hęc dies expendatur in laudem, et cum gaudio celebretur. Tu autem. Lectio iij.

DE forte, si venerit in manus vestras illud apocryphum de transitu eiusdem virginis, dubia pro certis recipiatis, quod multi latinorum pietatis amore, studio legendi chartas amplectũtur, prędsertim cũ ex his nihil aliud experiri possit pro certo, nisi quod hodierna die gloriosa migrauit a corpore. Tu autẽ. Te Deum laudamus.

¶ Omnia alia vt in die prędter Ańas ad Benedict. et Magnifi. ¶ Ad Benedict. Ana. Descendi in hortum meum, vt viderem poma conuallium, et inspicerem si floruissent vinee, et germinassent mala punica, reuertere, reuertere, Sulamitis, reuertere, reuertere, vt intueamur te.

¶ Ad Magnifi. Ana. Speciosa facta es, et suauis, in delicijs tuis sancta Dei genitrix, quam videntes filie Sion vernantem in floribus rosarũ, et liliis conuallium, beatissimam predicauerunt, et regine laudauerunt eam.

¶ Die xvij. De octa. assumptionis. ¶ Ad Matutin. Inuitat. et Hymn. vt in die.

¶ In noctur. Ańę psal. iij. et v. vt in ij. noctur. dicit.

Lectio j.

Euangelium vt in die. Et reliqua. Ex sermone sancti Anselmi.

QUippe cum ab angelo filius ei promitteretur, respondit. Quo modo fiet istud, quoniam virũ non cognosco? Si cuilibet virgini despõsatę in animo suo disponenti nubere dicere

retur, filium habebis non miraretur neq; interrogaret quomodo istud fieret, vt pote quę se desponsatam, & in proximo nupturā sciret, & a viro grauidari vsu naturę sperare, hęc autem non immerito mirata est, & quomodo fieret quod promittebatur scisscitata quoniā quāuis desponsatam tamen se nūquam nupturam, neque virum cognituram certissime sciebat. Tu autem.

Lectio ij.

Ex eodem sermone sancti Hieronymi.

MOnstratur autem sepulchrum eius, cernē tibus nobis vsque ad presens in vallis Iosaphat medio, quę vallis est inter mōtem Siō, & montem Oliueti posita, quā et tu o Paula oculis aspexisti, vbi in eius honore fabricata est ecclesia miro lapideo tabulato, in qua sepulta fuisse, vt scire potestis, ab omnibus ibidem habitantibus prędicatur, sed nūc vacuum esse mausoleū cernentibus ostēditur. Tu autem.

Lectio iij.

HAec ideirco dixerim, quia multi nostrorum dubitant, vtrum assumpta fuerit simul cum corpore, an obierit, relicto corpore. Quomodo autem, vel quo tempore, aut a quibus personis sanctissimum corpus eius inde ablatum fuerit, vel vbi trāspositum, vtrum ue resurrexit, nescitur, quāuis nonnulli astruere velint, eam iam resuscitatam, et beata cum Christo immortalitate in cęlestibus vestiri. Tu autem. Deū laudamus.

℣ Omnia alia vt in die prę ter Añas, ad Benedi. et ad Magn. ℣ Ad Bened. Añs. Alma redēptoris mater, que pernia celi porta manes, & stella maris, succurre cadēti, surgere qui curat populo. Tu que genuisti, natura mirante tuum sanctum genitorem, virgo prius ac posterius Gabrielis ab ore sumēs illud ave, peccatorum miserere.

℣ Ad Magnif. Añs. Quā pulchra es, & quā decora charissima in deliciis tuis, statura tua, similata est palme, vbera tua botrio, caput tuum, vt carmelus, collum tuum sicut turris eburnea.

℣ Die xij. De octa. assumptionis. ¶ Ad Matut. Inuitato. & Hymn. vt in die.

℣ In noctur. Añę psal. vi. & iv.

℟. vt in primo noctur. die.

Lectio j.

Euangelium vt in die. Et reliqua. Ex sermone sancti Anselmi.

HAec de virginitate. De humilitate vero dicendum est, quod cum ab angelo salutaretur, mater Dei eligeretur, quomodo fieret salua virginitate, cui tantū timebat, doceretur, & benedicta super oēs mulieres prędicaretur, respōdit. Ecce ancilla dñi. Et in alio loco. Quia respexit humilitatem ancillę suę. O sublimis virgo mater Dei. O mater humilis ancilla Dei. Quid sublimius esse posset? quid humilius de se sentire posset? Sunt qui castellum hoc Magdalum fuisse arbitrantur, a quo Maria Magdalena cognominatur. Tu aūt. Lectio ij. Ex eodem sermone sancti Hieronymi.

QUod & de beato Joāne euāgelista eius ministro, cui virgini a Christo virgo commissa est, plurimi asseuerant, quia in sepulchro eius vt fertur, nō nisi manna inuenitur, quod et scaturire cernitur. Verum tamen quid horum verius censeatur, ambigimus. Deus tamen Deo totum, cui nihil impossibile est, cōmittimus, quam vt aliquid temere definire velimus auctoritate nostra, quod non probemus, sicut et de his, quos cū dño euangelio teste resurrexisse credimus. Tu autem. Lectio iij.

SEd vtrū redierint in puluerē terrę, certum non habemus, nisi quod legimus, quia multa corpora sanctorum, qui dormierāt, surrexerunt, ac venerunt in sanctā ciuitatē, scilicet Hierusalē, & apparuerunt multis. De quibus profecto nō nulli doctorū senserunt, et etiā in suis reliquerunt scriptis, quod tā in illis perpetua sit completa resurrectio. Fatētur enim quod veri testes nō essent, nisi & vera eorum esset resurrectio. Tu aūt. Te Deum lauda.

℣ Omnia alia vt in die prę ter Aña, ad Benedict.

¶ Ad Benedict. Aña. Veni dilecte mi, egrediamur in agrum, & videamus pariter si floruissent vinee, & germinassent mala punica, ibi dabo tibi vbera mea.

℣ Die xx. Bernardi abbatis. In primis vespe. super

psal. Alia, et per totum diē vt in communi vnius tantū pręter sequentia.

Oratio.

PErfice quęsumus dne pium in nobis sanctę religionis effectum, et ad obtinendam tuę gratię largitatem beatus Bernardus abbas, et doctor egregius, suis apud te semper pro nobis meritis, et precibus intēdat. Per Dominum.

¶ Fiat commemor. octauę virginis Marię vt in ij. vesper. diei. Lectio j.

QUum liber essem ex omnibus, omniū me seruum feci, vt plures lucrifacerem. Et factus sum Judęis tanquam Judęus, vt Judęos lucrarer. His qui sub lege sunt, quasi sub lege essem, cum ipse non essem sub lege, vt eos qui sub lege erant lucrifacerem: his qui sine lege erant, tanquā sine lege essem, cum sine lege Dei non essem, sed in lege essem Christi, vt lucrifacerē eos, qui sine lege erāt. Factus sum infirmis infirmus, vt infirmos lucrifacerē. Omnibus omnia factus sum, vt omnes facerem saluos. Omnia autē facio propter euangelium, vt particeps eius efficiar. Tu autem. Lectio ij.

NEscitis, quod hi qui in stadio currunt, omnes quidem currunt, sed vnus accipit brauiū, sic currite, vt comprehendatis. Omnis autem qui in agone contendit, ab omnibus se abstinet, et illi quidem vt corruptibilem coronā accipiant, nos autem incorruptam. Tu autem. Lectio iij.

EGo igitur sic curro, nō quasi in incertum, sic pugno, non quasi aerem verberans: sed castigo corpus meum, et in seruitutem redigo, ne forte cum aliis prędicauerim, ipse reprobus efficiar. Tu autem. Lectio iiij.

BErnardus Fontanis quod castellum est in Burgundia honestis parentibus natus tempore Eugenij papę tertij tam caste, et sancte pueritiam, adolescentiamq; traduxit, vt sepe a mulieribus propter egregiam eius pulchritudinem solicitatus, nunquam peccato, et carni acquieuerit. Tu autem. Lectio v.

QUin, vt has tentationes effugeret, viginti

ti duos annos natus, Cisterciēsis ordinis monach⁹ factus, vigilijs, ⁊ orationibus mirifice deditus, in nimia paupertate vitam sanctissime perduxit. Ab omni ambitione tā alienus, vt Ianuensem, ⁊ Mediolanēsem episcopatus sibi oblatos cō stantissime recusauerit, tanto se munere indignum esse professus. Tu autem.

Lectio vj.

HJc multa opera egregia composuit doctrina prędituſ infusa magis diuinitus, quā humanitus parta. Tandē anno suę ętatis sexagesimo tertio graui morbo correptus, monachis assistentibus charitatem, humilitatem, ac patiē tiam iure testamenti relinquens, multis miraculis clarus, a vita migrauit decimo tertio kalendas Septēbris. Tu autem.

℣ Post Matuti. et post ij. vesp. fiat cōmemo. assumptionis vt in die.

℣ Die xxj. De octa. assumptionis beatę Marię.

℣ Ad Matuti. Inuitat. et Hymnus vt in die.

℣ In noctur. Ass̄ę psal. ps. ⁊ R̄. vt in ij. nocturn. dici.

Lectio j.

Euangelium vt in die. Et reliqua. Ex eodem sermone sancti Anselmi.

QUod, si verum est, prę dictę interpretationi famulatur. Magdalū enim turris dicitur, ⁊ humilitati comparatur, hic vero non nominatur sed tantū quoddā dicitur quod indiscussum prętermittere nō debemus. Quoddam, id est, singulare castellum fuit virgo Maria. Quanuis enim, ⁊ multę alię murum virginitatis habeāt, ⁊ turrim humilitatis, id est, ⁊ virgines sint, ⁊ humiles, tamen salua virginitate, matres esse non possunt, neque filios generare, quod ista sola fecit. Et ideo castellū hoc merito quoddā, id est singulare dicitur: quia ista singulariter, ⁊ mater, ⁊ virgo, quod nulla alia esse potuit, vel poterit: verum cōcedamus aliquam, ⁊ matrem esse, et virginem quanuis sit impossibile. Tu autem.

Lectio ij.

Ex eodem sermone sancti Hieronymi.

UNde, ⁊ beatus Petr⁹ dixisse legitur, cum de Dauid loqueretur in testimonium, ⁊ sepulchrum, inquit, eius apud nos est, qua

si nō sit ausus dicere quod ipse, aut corpus eius apud nos est, sed tantum sepulchrum in quo cōditus fuerat. Hinc aiūt resurrexisse, ꝛ ipsum cū ceteris sanctis, ꝛ ideo vacuum remansisse mausoleū, vti nunc hoc beatę Marię cernitur. Tu autem. Lectio iij.

QVod sanefactum, et de aliis quibuslibet locis scripturarum affirmare conātur, quod hi iam cū Christo regnēt in ęterna societate resuscitati. Quod quia Deo nihil est impossibile, nec nos de beata Maria factum abnuimus, quāquam propter cautelam salua fide pio magis desiderio opinari oporteat, quā inconsulte diffinire, quod sine periculo nescitur. Tu autem. Te Deū laudamus. ℣. ꝛ omnia alia vt in die vsque ad ix. ꝓter Añam. ad Benedictus.

℣ Ad Benedict. Añā. Ora mus te virgo virginum, ora mus te dignissima eterni regis porta, ora mus te mūdi regina, que sola meruisti esse tanua celi, vt apud propriū pro nobis intercedas filium.

℣ Vesperę hodiernę erunt iij. caparū. Añę ia. ꝙ. psal. de beata Maria, capitulū, et omnia alia vt in primis vesper. diei.

℣ Die xxij. Octauę assumptionis beatę Marię omnia vt in die ꝓter sequentia. Lectio j.

Sermo sancti Bernardi.

TEmpus loquendi est omni carni, cum assumitur incarnati verbi mater in celum. Hō cessare debet a laudib⁹ humana mortalitas, cum hominis sola natura supra immortales spiritus exaltatur in virgine, sed de eius gloria nec si lere deuotio patitur, nec dignum aliquid sterilis concipere cogitatio, aut inerudita potest locutio parturire. Tu aūt. Lectio ij.

HInc est, quod ꝛ ipsi cęlestis curię principes in consideratione tantę nouitatis clamāt, non sine admiratione. Quę est ista, quę de deserto ascendit deliciis affluens? Ac si manifestius dicant, quę est ista, quę de sub sole, vbi nihil est nisi labor, ꝛ dolor, ꝛ afflictio spiritus, ascendit deliciis spiritualibus affluens. Tu aūt. Lectio iij.

QVid nisi delicias dixerim, virginitatis decus cum

cum munere iocunditatis, humilitatis insigne, oisti illã tem charitatis fauum, miserico rdię viscera, plenitudinem gratię, prerogatiuam glozię singularis. Ascendês igitur de deserto regina mũdi etiam angelis sanctis, vt canit ecclesia speciosa facta est, et suauis in delicijs suis. Tu autem.

Lectio iiij.

Signum magnum apparuit in cęlo, mulier amicta sole, ꝛ luna sub pedibus eius, ꝛ in capite eius cozona stellarũ duodecim. Ideo non inconuenienter Marię videtur attribuendum. Nimirũ ea est quę velut alterum solem induit sibi. Quemadmodũ enim ille super bonos, ꝛ malos indifferenter ozitur, sic ipsa omnibus sese exozabilem, omnibus clementissimam przbet. Et defectus omnis sub ea est, ꝛ quicquid fragilitatis seu corruptionis est, przomnibus excedit, vt merito sub pedibus eius luna esse dicatur. Tu autem.

Lectio v.

Ure Maria sole perhibetur amicta, quę luci illi in accessibili videtur immersa nec summatim tãgi, sed operiri magis, ꝛ circũfundi, ꝛ tanq̃ ipso igne cõcludi, candidissim⁹ sane, sed ꝛ calidissimus amictus, cuius omnia tã excellẽter irradiata noscuntur, vt nihil in ea tenebrosum, vel subobscurũ saltem, vel minus lucidum, sed ne tepidum quidẽ aliquid, aut non feruentissimum liceat suspicari. Tu autem. Lectio vj.

Quam familiaris ei facta es dña, quã przoxima, immo quã intima, quãtã inueniſti grã apud eũ? In te manet ꝛ tu in eo, vestis eũ, ꝛ vestiris ab eo. Vestis eũ substantia carnis, et vestit te ille suę gloria maiestatis. Vestis nube solẽ, ꝛ sole ipso vestiris. Nouũ fecit dñs super terrã, vt mulier circũdaret virũ, ꝛ vt mulier sole appareret amicta. Deniq; ꝛ cozonauit eũ, ꝛ vicissim ab eo meruit cozonari. Egredimini filię Sió, ꝛ videte regẽ Salomonẽ in diademate quo cozonauit eũ mater sua. Verũ hoc alias interim sane ingredimini magis, ꝛ videte reginam in diademate, quo cozonauit eam filius. Tu autem.

¶ Die xxiij. Beati Rochi cõfessoris. In primis vesp.

Capr-

Capitulum ℟. & per totum diem vt in communi vnius iusti præter hic expressa.

Oratio.

DEus, qui es gloriosus in gloria sanctorum, & cunctis ad eorum patrocinia confluentibus suę petitionis salutarem præstas effectum, concede plebi tuę, vt intercedente beato Rocho confessore tuo quę in eius celebritate se deuotam exhibet, a lāguore epidimię quē in suo corpore pro tui nominis gloria passus est, sit libera, et tui nominis semper sit deuota. Per Dominum.

℣. Post benedicamus fiat cōmemo. assumptionis beatę Marię vt in ij. vesp. diei.

Lectio i.

ROchus natione Marbonēsis cōfessor Christi sanctissimus, ex oppido mōte Pesulano Agatopoli appellato, prouincię Marbonensis, ex patre Joanne, matre vero Libera eus oppidi dominis originem duxit. Tu autem.

Lectio ij.

QVi cum duodecimum attigisset annum apostoli Pauli doctrina edoctus, corpus suum castigare, & in seruitutem redigere cępit, adeo vt cibo, & potu parcissime vti consueuerit. Utroq; deinde parente orbatus, hęreditatem sibi relictā, egenis prorsus erogauit. Tu autem.

Lectio iij.

EXhaustisq; omnibus, etiam principatu se abdicans, patruo suo paterna oppida cōmendauit, et cunctis rebus abiectis, breui indutus veste cum pileo, et pera, ac baculo, ex Gallia in Italiam peregre profectus est. Tu autem.

Lectio iiij.

UBi cum innumeras ciuitates, & castella, videlicet Romam, Aquāpendentem, Cesenam atq; alia plurima loca trucis pestilētię vexata peragrasset: tandē Placentiam vbē morbo simili infectam se contulit. Tu autem.

Lectio v.

UBique ad hospitale quoddam diuertit, in quo omnes ęgrotantes visitauit, illosq; a morbo, suis precibus liberauit. Postmodum vero a Deo prǽmonitus est quod cruciatus, & corporis molestias innumeras pati deberet, statimq;

acuta

acuta febre vexatus fuit, ita vt nullam quietem inueniret. Tu autem.

Lectio vj.

EXpulsus itaque ab vrbe, ad nemus vbi vicinum repsit. Vbi ab angelo visitatus, ac bonam valetudinem a Deo cōsequutus, in paternum oppidū quod patruo reliquerat, delatus existens, a lictoribus tanq̄ explorator comprehensus, in vinculis conijcitur, in quibus quinque annos cōsumpsit quibus exactis, cū maxima patientia, & vitę austeritate, a patruo incognit⁹, velut alter Alexis, sumptis diuinis sacramentis ętatis vero suę anno trigesimo secundo migrauit ad Dominum decimo sexto kalēdas Septembris. Tu autem.

Die xxiij. Bartholomęi apostoli. In primis vesper. super psal. Dixit, & per totū diem omnia alia vt in communi apostolorū pręter sequentia.

Oratio.

OMnipotens sempiterne Deus, qui hui⁹ diei venerandam sanctamq̄ lętitiam in beati apostoli tui Bartholomęi festiuitate tributisti, da ecclesię tuę quęsumus, & amare quod credidit, & prędicare quod docuit. Per Dominum.

Ⓒ Fiat cōmemoratio beati Rochi per totam vitam & oratio.

Lectio j.

FRatres, rogamus vos, et obsecramus in domino Jesu, vt quemadmodū accepistis a nobis quomodo oporteat vos ambulare, & placere Deo, sicut et ambulatis, vt abūdetis magis. Scitis enim quę pręcepta dederim vobis per dominū Jesum. Hęc est enim voluntas Dei, sanctificatio vestra, vt abstineatis vos a fornicatione, vt sciat vnusquisq̄ vestrū vas suū possidere in sanctificatione, et honore, non in passione desiderij, sicut et gentes quę ignorant Deū. Tu autem. Paul. ad Thes. I. ca. 4.

Lectio ij.

ET ne quis supergrediatur nec circunueniat in negotio fratrē suū: quoniam vindex est dōs de his omnibus, sicut prędiximus vobis, et testificati sumus. Nō enim vocauit nos Deus in immunditiam, sed in sanctificationem. Itaq̄ qui hęc spernit, non hominem spernit, sed Deum, qui etiam dedit spiritum suum sanctum in nobis. De charitate

ritate autem fraternitatis non necesse habemus scribere vobis, ipsę enim vos a Deo didicistis vt diligatis inuicem. Tu autem.

Lectio iij.

Etenim illud facitis in omnes fratres in vniuersa Macedonia. Rogamus autem vos fratres vt abundetis magis, & operam detis vt quieti sitis, et vt vestrum negotium agatis, & operemini manib⁹ vestris, sicut pręcepimus vobis, & vt honeste ambuletis ad eos qui foris sunt, & nullius, aliquid desideretis. Tu autem. Lectio iiij.

Bartholomęus apostolus natione Galilęus in ea diuisione orbis terrarum, qua apostoli totius Christiani mysterij certissimi testes inter se prouincias, vt Christi doctrinam prędicarẽt, partiti sunt, Lycaoniam sortitus, in Indiã vsq; penetrauit, & euangelium iuxta Matthęi traditionem in Indorum sermonem conuertit, et latissime prędicauit. Tu autem.

Lectio v.

Quunq; prouinciã suã bene atq; vtiliter administrasset, compluribus ad Christi fidem conuersis, multa pro Christo Jesu supplicia interim passus, in Armeniam maiorem venit. Ibique Polęmonium regem cum coniunge, et rij. ciuitatibus ad Christi cultum traduxit. Tu autem.

Lectio vj.

Multisq; miraculis editis ad postremum a Polęmonij fratre, pontificum, qui dęmonibus seruiebant suasu, interficitur, pelle prius detracta, vt atrocius expenderet supplicij. Atque hoc quidem martyrij genere ad cęlum spiritus eius euolauit ix. kalendas Septembris. Corpus autem in Albano Armenię vrbe conditum, multo post tempore ad Lyparam Sicilię adiacentem insulam delatum est. Inde Beneuentũ circa annũ Christi octingentesimum octauum translatum. Hinc postea Romã vbi egregia populi veneratione colitur. Tu autem.

℣ Die xxv. Sinesij ac Senesij martyris omnia vt in cõmu. plurimo. marty.

℣ Die xxvj. Felicis martyris omnia vt in cõmu. vnius marty. pręter sequentia.

Oratio.

Sancti

SAncti martyris tui Felicis dñe quesumus ve nerãda festiuitas, salutaris auxilijs nobis prestet effectum. Per Dominum.

Lectio j.

SUb Diocletiano, et Maximiano Imperatorib⁹, tẽpore quo in Christianos sęua persequutionis crudelitas grassabatur ita in vniuerso orbe terrarũ in locis positis siue in orientalium prouincijs, siue in occidnis partibus, cõstitutis, impiorũ principum iussio seruabat, vt non esset ciuitas aut castellũ, vbi nõ idola colerentur, ⁊ nefarię demonibus victimę cęderẽtur. Tu autem. Lectio ij.

SAnctus igitur Felix de ciuitate Scilitana oriundus fuit, ⁊ frater sancti Cucufati martyris, qui cum ad ciuitatem pergeret Cęsaream, quę est in Mauritanię litore cõstituta, quę eius metropolis nuncupatur, vbi literarũ studia liberalium prefulgebant ibi se sanctus vir erudiendũ subdidit disciplinę, vt cunctis perfectior appareret. Tu autem. Lectio iij.

ITur sanctus vir cum audiret quod apud Hispaniam grauis in Christianos persequutio grassaretur, omnia volumina auctorum quę eius manibus gestabantur a se proiecit dicens. Quid mihi est philosophia huius mũdi? Ad illã nunc necesse est properare vitam quę temporibus dat tẽpora, quę mortis non formidat auctorem, sed vitę inspicit creatorem. Tu autẽ.

Lectio iiij.

IN nauim ergo amore martyrij conscendens prospera nauigatione ad Barchionẽsem perductus est ciuitatẽ, ⁊ in Empurias, ⁊ Gerundam verbum Dei predicans, cum fama eius lõge lateq; crebrescerẽt, iubente Datiano, repente a Rufino officiali tentus est. Tu autem. Lectio v.

QUmq; nomen Christi beatus Felix confidẽtissime fateretur, primo fustibus cęsus, deinde ligatis manibus ⁊ pedibus negato cibo, ⁊ potu in loco squalido proiectus est. Post hęc per totas platęas ab indomitis mulis tract⁹, ⁊ pene in frusta discerpt⁹ est, ⁊ rursus in carcerẽ missus nocte ab angelo, visitatus est atq; sanatus. Tu aũt. Lect. vj.

Hecta

Acta aũt die ad certa mina reuocatur, tunc vngulis excoriatus, capite inuerso, ab hora tertia vsq; ad vesperã suspensus, nullũ penitus sensit dolorẽ. Deinde Rufinus iussit ei tandiu vulnera vulneribus instaurari, vsque dum inuictũ spiritũ Christo redderet. Passus est autẽ Kalendis Augusti, corpus vero eius in ciuitate Berũda sepultum est. Tu autem.

℣ Die xxvij. Rufi martyris omnia vt in cõmuni vnius martyris præter vj. lectio.

Lectio vj.

Rufus patritię dignitatis vir ex consule dux Rauennę factus a beato Apollinare Petri apostoli discipulo, baptismo ablutus, & institutus est, cum vxore, filia, & familia promiscui sexꝰ numero cccxxiiij. ex quibus filia virgo sacra permãsit. Quod Nero Cęsar audiens, Rufum ducatu priuauit, successore continuo delegato. Cumq; Rufus venisset Capuam, comprehẽsus a prætorio Messallino præfecti vicario, q̃ immolare noluit, decollatus est, sexto kalendas Septembris. Tu autem.

℣ Die xxviij. Augustini epiſcopi, & doctoris. In primis vespe. super psal. Ańa, & omnia alia, & per totum diẽ vt in cõmuni vnius pontificis præter quę sequuntur.

Oratio.

Adesto supplicationibus nostris omnipotens Deus, et quibus fiductam sperandę pietatis indulges, intercedente beato Augustino cõfessore tuo atque pontifice cõsuetę misericordię tribue benignus effectum. Per Dñm.

Lectio j.

Beatus vir qui in sapiẽtia morabitur, & qui in iustitia sua meditabitur, et in sensu cogitabit circũspectionẽ Dei. Qui cogitat vias illius in corde suo, et in absconditis suis intelligens, vadens post illã quasi inuestigator, & in vijs illius consistens. Tu autem. Eccl. c. 14. et 15.

Lectio ij.

Qui respicit per fenestras illius, & in ianuis illius audiens. Qui requiescit iuxta domum illius, et in parietibus illius figens palum, statuet casulam suã ad manus illius, & requiescent in casula illius bona per ęuum. Statuet filios

suos

suos sub tegmine illius, et sub ramis eius morabitur. Protegetur sub tegmine illius a feruore, & in gloria eius requiescet. Tu autem.

Lectio iij.

QUi timet Deū faciet bona, & qui continens est iustitię apprehēdet illā, & obuiabit illi quasi mater honorificata, & quasi mulier a virginitate suscipiet illū. Cibabit illum pane vitę, et intellectus, & aqua sapientię salutaris potabit illum. Et firmabitur in illo, & nō flectetur, & cōtinebit illum, & non confundetur, & exaltabit illum apud proximos suos, & in medio ecclesię aperiet os eius, & adimplebit eum spiritu sapientię, & intellectus, & stola glorię vestiet illum. Tu autem.

Lectio iiij.

AUgustinus Tagastę, quod est oppidum in Africa, honestis parentibus ortus omniū fere suorum equalium doctissimus, sed in adolescētia Christianę religioni alienus, Mediolanum contendit. Ubi cum sanctum Ambrosium ad populum de religione concionantem frequenter audisset, priuatis quoq; colloquiis eius eruditus, & cōuersus, trigesimo suę ętatis anno ab eodem fuit baptizatus. Tu autem.

Lectio v.

UNde reuersus in Africam, Christianissime, ac sanctissime viuens a Valerio viro sancto Hyponensi episcopo presbyter factus, monasterium condidit religiosorum hominum quos pia doctrina, & præceptis apostolicis instituebat, & cum per id tempus Manichęorum hęresis, in qua ipse fuerat, multum inualuisset, acerrime in eam cū Fortunato hęresiarcha, cō plures dies disputauit, eum deinq; conuicit. Quibus rebus ductus Valerianꝰ episcopus, Augustinum in societatem sui episcopatus adsciuit. Qua cura susceptа Augustinus tanto studio cuiusq; generis hęreticos insectatus est, vt partim sermone, partim libris editis totam Africā a Manichęorum Donatistarum, Pelagianorumq; erroribꝰ expurgauerit. Tu autem.

Lectio vj.

SCripsit libros innumerabiles, ad religionem, & sacrarū scripturarū

expositionem pertinentes, tanta doctrina, & pietate, vt nullus neque Grecorum neque Latinorum Christianam Philosophiam magis illustrauerit. In quo studio cum annum ageret ętatis septuagesimum sextū a vita migrauit', quinto Kłas Septębris anno Chri nati, quadrigentesimo trigesimo, Jdę Hypponi, Vandalis eā vrbē obsidentibus. Tu aūt.

¶ Die xxix. Decollatio sancti Joannis Baptiste. In ſ. vespe. Añę, & psal. de beato Augustino. Capitulum.

Pro: c. 10. et 11. Expectatio iustorum lętitia, spes autem impiorum peribit, fortitudo simplicis via domini, & pauor his qui operantur malū. ℟. Deo gratias. ℟ Wetuebat Herodes. cum gloria patri vt infra post ii. lectio. Hymn. Martyr Dei. fol. 548. ℣ſ. Gloria & honore.

¶ Ad Magnu. Añа. Medio carceris, stabat beatus Joannes, voce magna clamauit, et dixit, domine Deus meus tibi commendo spiritum meum.

Oratio.

Sancti Joanis Baptiste, & martyris tui quę sumus domine veneranda festiuitas, salutaris auxilij nobis prębeat effectum. Per Dominum.

¶ Fiat commemoratio beati Augustini.

¶ Ad Complet. Añа. Puelle saltāti. iiij. Laud. ad Hūc dimittis. Añа. Da mihi. v. Laud.

¶ Ad Matuti. Jnuita. Regem regum, venite adoremus dominum. ℣. Qui precursorē suum Baptistam Joannē per sacrum martyrium coronauit in celum, Ps̄. ☞ enite. fo. 1. Hymnus. ☞ eus tuorū militū. vt in cōmu. fo. 548.

¶ In ſ. noct. Añа. Herodes tetrarcha audiuit famam de Jesu, & ait pueris suis, hic est Joannes Baptista, ipse surrexit a mortuis, & ideo virtutes operantur in illo. Ps̄. Beatus vir. fol. 2. Añа. Dicebant nonnulli, quia Elias est, alij autem dicebant quia propheta est, vel quasi vnus ex prophetis. Ps̄. Quare fremuerunt. fol. 2. Añа. Rex autem Herodes cum corriperetur a Joanne de vxore fratris sui Herodiade, & de malis omnibus, que ipse fecit, adiecit, & hoc super omnia, & inclusit Joannem in carcerē. Ps̄. Domine quid multiplicati. fol. 2. ℣ſ. Gloria, et honore. Pater noster.

Ser-

Sermo sancti Joānis Chrysostomi. Lectio j.

HOdie nobis Joannis virtus, Herodis feritas cum refertur, confusa sunt viscera, corda tremuerūt, caligauit visus, hebuit intellectus, aufugit auditus. Aut quid constat in sensibus humanis, quādo perdit virtutum magnitudinē criminum magnitudo. Tu autem. ℟. Joannes Baptista arguebat Herodē. ℣. Propter Herodiadem, quam tulerat fratri suo viuenti vxorē. ℟. Herodes enim tenuit, et ligauit Joannem, et posuit in carcerem. ℣. Propter.

Lectio ij.

HErodes (inquit) tenuit Joannem, et alligans posuit eum in carcerem. Joannes stola virtutum, magisterium vitę, sanctitatis forma, norma iustitię, virginitatis speculum, pudicitię titulus, castitatis exemplum, penitentię via, peccatorum venia, fidei disciplina. Tu autem. ℟. Metuebat Herodes Joannem. ℣. Sciens eum virum iustū, et sanctum, et custodiebat eum. ℟. Et audito eo multa faciebat, et libenter eum audiebat. ℣. Sciens. Lectio iij.

JOannes maior homine, par angelis, legis summa, euangelij sanctio, apostolorum vox, silentium prophetarum, lucerna mūdi, præcursor iudicis, Christi imitator, domini testis, medius totius trinitatis. Et hic tantus datur incestui, traditur adulterę, addicitur saltatrici, merito ergo confusa sunt viscera, corda tremuerunt. Tu autem. ℟. Misit Herodes rex manus, et tenuit Joannem, ac vinxit eum in carcerem. ℣. Propter Herodiadem vxorem fratris sui, quia duxerat eam. ℟. Misso Herodes speculatore, præcepit afferri caput eius in disco, et decollauit eum in carcere. ℣. Propter. ℣. Gloria patri. ℣. Propter.

¶ In ij. noct. Ant. Dicebat enim Joānes Herodi, nō licet tibi habere vxorē fratris tui, Herodias aūt insidiabatur illi, et volebat occidere eū, nec poterat. ℣. Cū inuocarē. fo. 75. Ant. Die aūt natalis Herodis saltauit filia Herodiadis in medio, et placuit Herodi pollicitusq; est ei dare quodcūq; postulasset ab eo. ℣. Psal. Verba mea. fol. 21. Ant. Premonita puella amatre sua dixit, da mihi in disco caput

Joannis Baptiste, ꝛ contristatus est rex. ℣. Salu. O omine dñs noster. fol. 3 ℣. Posuisti domine. Pater noster.

Lectio viij.

DIcebat ergo Herodi Joannes, non licet tibi habere vxorē fratris tui. Ecce vnde Joannes offendit. Incurrit odium, qui arguit criminosos. Dicebat Joannes quod erat legis, quod erat iustitię, quod erat salutis. Certe quod non erat odij sed amoris. Tu autem. ℣. Puelle saltanti imperauit mater, nihil aliud petas nisi caput Joānis Baptiste. ℟. Et contristatus est rex propter iusiurandum, ꝛ propter simul discumbentes. ℣. Que cum exisset dixit matri sue, quid petam? At illa dixit, caput Joannis Baptiste. ℟. Et contristatus.

Lectio v.

ECce qualem consecutus est ab impio pro pietate mercedem. Volēs, inquit occidere eū, timuit populum: facile deuiat a iustitia, qui in causis nō Deū, sed hominem formidat: hic peccandi differt facultatē, sed non aufert volūtatem. Tu autem. ℣. Misso Herodes speculatore precepit amputari caput Joannis in carcere. ℟. Quo audito discipuli eius venerunt, ꝛ tulerunt corpus eius, ꝛ sepelierunt illud in monumento. ℣. Puelle saltāti imperauit mater nihil aliud petas nisi caput Joannis Baptiste. ℟. Quo audito.

Lectio vj.

VIde etiam, quos suspendit a crimine aut diores reddit ad crimen, et estuat animo, quousq; perficiat, quod cogitat malum. Solus enim Dei timor, qui nocētes corrigit, fugat crimina, innocentiam seruat. Tu autem. ℣. Medio carceris stans beatus Joannes, voce magna clamauit, et dixit. ℟. Domine Jesu Christe in manus tuas commendo spiritum meum. ℣. Herodes enim funestus precepit amputari caput Joannis baptiste. At ille gaudens voce magna clamauit, ꝛ dixit. ℟. Dñe Jesu. ¶ In iij. nocturn. Ant. Missi mulator enim mentis sue, et artifex homicida, tristitiā preferebat in facie cum letitiam sceleris haberet in mente, sceluscq excusat iuramēto, vt subpietatis occasione impius fieret. ℣. In dño confido. Ps. 5. Ant. Herodes rex propter iusiurandum, ꝛ eos qui par-

ca-

pariter recumbebāt, iussit dari, missiq; decollari Joannem Baptistam in carcere. ℣. Dominе quis habita. fol. 6. ℟. Allatum est caput Joannis in disco, & datum est puelle, & attulit matri sue, audientesq; discipuli eius tulerunt corpus, & sepelierunt illud. ℣. Exi in virtute tua. fol. 9. ℟. Magna est gloria eius. Pater noster.

Lectio vij.

Lectio sancti euangelij secundum Marcum.

ca. 6. IN illo tempore misit Herodes, ac tenuit Joannem, & alligauit eum, & vinxit in carcerem propter Herodiadem uxorē fratris sui Philippi, quia duxerat eam. Et reliqua.

Homilia beati Augustini episcopi.

CUm sanctum euangelium legeretur, crudele spectaculū ante nostros oculos constitutum est caput Joannis in disco feralis missum crudelitatis, propter odium veritatis, puella saltat, et sequit mater, inter delicias, & lasciuias conuiuantium temere iuratur, & impie quod iuratur impletur. Tu autem. ℟. Accedētes discipuli beati Joannis Baptiste. ℣. Tulerūt corpus eius, & sepelierunt illud. ℟. Jussu Herodis amputatū est caput beati Joannis in carcere, quo audito discipuli eius. ℣. Tulerunt.

Lect. viij.

FActū est Joāni, quod ipse prędixerat de domino, illum oportet crescere, me autem minui. Iste minutus est capite, ille creuit in cruce, odium peperit veritas, non potuit ęquo animo tolerari, quod vir Dei monebat, qui vtiq; salutem eorum quęrebat, quos sic monebat. Tu autē. ℟. Requiescens in Christo beate Joannes precamur intercede pro nobis, & pro plebe supplici ad dōm Deum nostrum. ℣. Ut mereamur glorie tue participes fieri in eternū. ℟. Intercede pro nobis ad dominū precursor Christi beate Joānes. ℣. Ut mereamur.

Lectio ix.

ILli autem responderunt mala pro bonis, quid enim diceret ille? nisi id quod plenius erat? Ille triticum seminauit, sed spinas inuenit. Dicebat regi non licet tibi habere uxorē fratris tui: Vinctus erat Joannes in Arabia castello Macheronta, cuius cor-

pus post capitis abscisionem sepultum est, apud Sebastem Palestinę quę quõdam Samaria dicebatur. Tu autem. ℟. O preco luminis Baptista Joannes, qui pro lege veritatis trusus fuisti in carceris obscuritate, te precamur devote. ℣. Ut in solius divinitatis culmine, tua intercessione nos dominus faciat letos gaudere. ℟s. perpetuus factus es beate precursor celesti sede, pro nostra, omniumq; salute dñm deprecare. ℣. Ut in solius. ℟. Gloria patri. ℣. Ut in solius. ℣. Te Deum laudamus. ℟ Posuisti domine super caput eius. ¶ In laud. Añа. Arguebat Herodem Joannes propter Herodiadem quã tulerat fratri suo vxorem. Psal. Laud. Dominicalium. Añа Herodes enim metuebat Joannem, sciens eum virum iustũ, ⁊ sanctum, ⁊ custodiebat eũ. Añа Herodes enim tenuit, ⁊ alligauit Joannẽ, ⁊ vinxit in carcerem propter Herodiadem. Añа puelle saltanti imperauit mater, nihil aliud petas nisi caput Joannis Baptiste. Añа Da mihi in disco caput Joannis Baptiste, et contristatus est rex propter iusiurãdum. Capitulum, ⁊ Hymnus, vt in vespe. ℟s. Stolam iucunditatis.

¶ Ad Benedi. Añа. Missus Herodes speculatore, precepit amputari caput Joannis Baptiste in carcere, quo audito discipuli eius venerunt, ⁊ tulerunt corpus eius, ⁊ posuerunt illud in monumento. Oratio vt in vesper.

¶ Ad horas diei Añę lau.

¶ Ad iij. vj. ⁊ ix. Capitulũ, vt supra. ℟. et ℟s. vt in comuni vnius marty. Oratio vt supra. ¶ In ij. vesper. Añę laud. psal. vt in cõmuni vnius martyris. Capitulum vt in primis vesp. Aleluya. ℟s. Misso speculatore Herodes precepit afferri caput Joãnis Baptiste in disco. Hymnus. ⁊ ℟s. vt in j. vespe.

¶ Ad Magnif. Añа. Ultio divina satis iusta venit super exercitum Herodis pro vindicta Joannis qui vocabatur Baptista, quem puniuit Herodes virum valde bonum, qui precipiebat Judeis, iustitiã interse ad inuicem custodire. Oratio vt in j. vesper,

¶ Fiat commemoratio Fę lucis, ⁊ Adaucti martyrũ.

¶ Ad Completo. vt heri.

¶ Die xxx. Fęlicis, ⁊ Adaucti mart. oia de cõm. pluri. marty. preter hic expressa.

Oratio.

Oratio.

QVaesumus omnipotens deus, ut qui beatissimi Augusti confessoris tui natalitia colimus, per ejus quoque nos exempla proficere facias, per quem nobis tribuisti et vitę principia sumere et profectus. Per dominum.

Lectio iiij.

Felix presbyter, et Adauctus martyres passi sunt in urbe sub Diocletiano, et Maximiano imperatoribus, prefecto, et iudice Urbano, qui prefectus cum olim Felicem presbyterum teneri fecisset, illeq; sacrificare nullatenus acquieuisset, iussit illū in equuleo leuari, et diutius torqueri, deinde extra urbē via Ostiē si, duci, et ibidem gladio capite truncari, corpus quoque eius in humatū lupis, et canibus derelinqui. Tu autem.

Lectio v.

Data sententia obuius fuit ei quidam Christianus, hominibus quidem incognitus, Deo vero manifestus. Hic cum didicisset quod beatus presbyter iussus fuisset duci, se ex eadem lege, et Christianum esse publice proclamauit. Mox et ipse ab officio prefecti cōprehensus pariter vato sibi prius pacis osculo, cū beato Felice decollat⁹ est. Tu autem.

Lectio vj.

Huius nomē quia Christiani non inuenerūt, Adauctū eum postmodum appellauerūt, eo quod sancto martyri Felici auctus sit ad coronam. Ipsiq; pro cōfessione corona sit aucta passi sunt autē tertio klas Septembris. Tu autem.

Die xxxj. Stephani papę marty. omnia vt in communibus martyris prēter vj. lectio.

Lectio vj.

Stephan⁹ patria Roman⁹ Valeriani, et Galieni imperatorū tempore, summo pōtificatui prefect⁹ instituit, vt sacerdotes, et leuitę nusq; sacris vestib⁹ vterent, nisi in ecclesia, et sacris peragēdis. Quę inquit nec ab alijs debēt cōtigi, aut ferri nisi a sacris hominib⁹, ne vltio quę Balthasarē percussit super hęc trāsgredientib⁹, et talia prēsumētibus veniat diuina. Sed cū multos sermone, et exēplo ad fidem cōuertisset, ad templū Martis, vt sacrificaret ab infidelibus abstractus, constanti animo recusauit. Quamobrem capite trūcatus est

ac sepultus via Appia in cęmeterio Calisti, quarto nonas Augusti, cū sedisset annos septem, mēses quinque, dies duos.

September.

¶ Die j. Egidij abbatis cō fessoris. In primis vesper. super psal. Āna. ℣ per totū diem vt in communi vnius tantū vel abbatis pręter sequentia. Lectio j.

BEatus Egidius natione Athenensis regia stirpe progenitus, ab iuuenile ętate cępit oblectamentis sęculi spretis se totum euangelicę disciplinę submittere, et adhuc puer miraculis coruscare. Qui cum a teneris annis miseri cordię operibus esset intentissimus: statim parentibus orbatus omni mole amplissimi census qui sibi hęreditario iure obtigerat se exonerauit: ℣ pauperibus alendis pręstitit impartiēdum. Tu autem. Lectio ij.

QUm autem tota Grecia virtutum, miraculorūq; eius fama perfunderetur; ne inanis gloria aura tāgeretur: patria dimissa peregrinas regiones cępit peragrare. Et cum per varia loca quęrens bene viuendi institutionem discurrerer: tandem heremi secretiora penetrauit. Vbi antrum spinis obsitū lucidissimo fonti propinquum inuētum sibi habitaculum delegit: cui dominus ceruā quę sibi lactis alimenta pręberet pręparauit. Tu autem.

Lectio iij.

QUadam vero die cum rex venationis causa per heremum discurreret, venatores ceruam illam canibus irritatis insequūtur. Quę cum sic agitaretur ad confugiū sui alumni cucurrit. Ille vero admirans cur pręter solitum sic fremeret: exiens, ℣ venatores videns dominum exorauit, vt quā sibi nutricē concesserat: cōseruaret. Quo factum est vt nullus canis infra lapidis iactum appropinquare ausus esset: sed cū nimio vlulatu ad venatores reuertebantur. Tu autem.

Lectio iij.

EX autē cum rem audisset suspicatus aliquid diuinū latere: vt erat, cum episcopo, ℣ multitudine venatorum, illuc propera uit: ℣ locum vepriū densitate inaccessibilē in gyrū circundederunt. Quus aūt

in

incaute sagittam dirigens, vt ceruam inde expelleret, viro Dei orãti nõdum ab aliquo eorũ viso graue vulnus inflixit. Milites vero se mitam aperientes ad speluncam sancti deuenerunt. Tu autem. Lectio v.

VIdentes autẽ sanctũ senem habitu monachali vestitum, canicie, ꝛ senectute venerabilem, ceruã quoq; ad genua eius prouolutam: admirati sunt. Sed cum solus rex, ꝛ episcopus eum, ꝛ causam suę solitudinis cognouissent: veniã postulantes, medicos sanãdo vulneri spoponderũt, ꝛ multa dona obtulerũt. Sed ipse medicinam adhibere noluit, quinimmo dominũ exorauit, quandiu in sęculo militaret illato vulnere afflictus purgaretur, ibiq; ad preces regis monasterium ędificauit, cuius ipse curã recepit. Tu autem.

Lectio vj.

TAndẽ post multa virtutum opera, postq; mirabili abstinentia, ꝛ macceratione corpus spiritui subegit, transitus sui reuelationem a domino obtinere meruit, quod fratribus vocatis, ꝛ in domino exhortatis benẽdixit, inter quorum manus animam domino reddidit Kalendis Septẽbris. Vbi canentes choros angelorũ in cęlum animam eius ferentiũ, plures audisse testati sunt. Tu aũt

℣ Die ij. Antonini martyr. omnia vt in communi vnius martyris, prꝛter orationem iiij. v. et vj. lectiones.

Oratio.

OMnipotens sempiterne Deus, fidelium tuorum indeficiens conseruator qui hunc diem gloriosi martyris tui Antonini glorificare dignatus es solennitate: exaudi preces supplicantis ecclesię, ꝛ presta, vt quę deuote expetit eo suffragante cõsequi mereatur. ℣ Per Dominum.

Lectio iiij.

ANtoninus martyr apud Apamiã passus est, qui ex eodem oppido oriundus nobili genere, ab infantia Christo seruiens, ꝛ virgo permanens, amore martyrij flagrans ex vrbe sua discessit. Et dum Christianos perquireret, ad prefyteratus ordinem ascendit, ꝛ inde verbum domini disseminando processit. Cũ autem ex itinere fatigatus

nimia siti laboraret oratione fusa, virga solū percussit, & statim fons viuus scaturiſt, ad eius refectionem, & deinceps ad egrotum salubritatem. Tu autem.

Lectio v.

REuersus autem Apamiam, & Bētiles impugnans martyrium suum fidelibus prędixit. Verum dū loca sacra cum quibusdam Christianis visitaret, & ab eis aliquantulū diuertisset, a paganis tentus, et iuxta flumē ad radices mōtis Apamię decurrens decollatus est. Corpus quoque eius mēbratim discerptum, et vna cum capite in flumine demersum est, sed diuino miraculo sanguis de corpore fluens in vnum cōgelatus, & a fidelibus collectus est. Aqua etiam fluminis a cursu desistens, ad corpus colligendum Christianis in alueo viam fecit, sicq; corpus vna cum sanguine leuatum, atque sepultū est. Tu aūt. Lectio vj.

CAput autem eius ab angelis sublatum naviculę paruę imponitur, et duobus angelis in similitudinem duarum aquilarum naviculam contra fluminis cursum sine remo gubernātibus ipsam ad habitaculū Festi principis deduxerūt, quē sanctus Antoninus ad fidem Christi conuerterat. Quod Festus per spiritūdiuinarevelatione cognoscēs ad nauē descendit, caputq; collegit, atq; habitationem suā a loco illo remouens in domo propria caput deuote recondidit, domumq; suam in ecclesiam commutauit. Passus est quarto nonas Septembris. Tu autē.

¶ Die iij. Vincentij, & Leti marty. omnia de cōmu. plurimorum martyrum.

¶ Die iiij. Marcelli martyris, omnia vt in cōm. vnius martyris, prēter iiij. v. et vj. lectio. Lectio iiij.

MArcellus martyr passus est in ciuitate Cabilonensi, sub persecutione Antonini Imperatoris. Cū enim sanctus Photinus episcopus cū alijs quadraginta, & octo apud Lugdunum, comprehensus esset, & in vno carcere quinquaginta Christiani inclusi essent. Ex his omnibus Marcellus, & Valerianus nocte ab angelis vocati, pariter ac soluti, dimissi sunt. Et Marcellus quidem Sequanorū Vale-

Valerianus vero Heduorum prouincias petierunt. Tu autem. Lectio v.

ITaq; Marcellus Labilonem deuentens dū a p̄sīde Prisco ad p̄ofanum idolorū conuiuium fuisset inuitatus, rhuiusmodi epulas execrans, omnes qui aderāt idolis seruiētes libera increpatione corripueret, ab eodē p̄sīde in arboze vinculis per ramos ad strictus, omnibus cozporis mēbris, totus denicq; flagellis cēsus, deinde depositus tozmentis pluribus afflictꝰ est. Tu aūt. Lectio vj.

ET dum Chzistū in omnibus confiteretur cōstantissime, in audita crudelitate iussu p̄sīdis erectꝰ, z vsq; ad cingulum terrę defossus, z obzutꝰ est. Qui triduo in confessione dñi perseuerans, spiritum Deo dignū reddidit, pridie nonas Septēbzis, sepultumq; est in eadem ciuitate, cuius sepulcrū a Gunterrano rege aureo cimbozio exoznatū est. Tu autem.

¶ Die v. Lupi archiepiscopi, omnia de cōmuni vnius pontificis.

¶ Die vj. Adriani cū sociis suis martyrib. omnia vt in cōm. pluri. mart. p̄ter iiij. v. z vj. lect. Lectio iiij.

QUm Maximianus imperatoz, Nicomediā ciuitatem degeret oblati sunt ei Chzistū colentes viri triginta tres, quos comprehensos, z varijs tozmentis cruciatos, in carcere tenebzoso recludi fecit. Quorū constantiā videns Adrianus quidā, officij militaris p̄ses ad Chzistū cōuersus est. Tu aūt Lectio v.

QUm cū p̄dictozum martyzū nomina scriberētur, Adrianus se cū alijs scribi veluti Chzistianꝰ mādauit, z simul cū eis Maximiani iussu recluditur. Quod audiens vxoz illius, Natalia nomine, primū cōtristari cepit, quod vir eius vinculis detineretur. Tu autem. Lectio vj.

SEd cū causam percepisset, statim ad carcerē ventēs, viri catenas oscu labatur, illūq; ad martyziū cōfoztabat, quare ingressus illi carceris est denegatus. Posthęc sancti martyzes, cruribus confractis, occisi sunt, z sancti Adriani manꝰ incisa cōiugi Natalię dono datur. Tandem eozum cozpoza igni tradita illęsa seruata

uata sunt. Qui passi sunt circa annum dñi ducentesimum septuagesimum sexto idus Septembris. Tu aũt.

¶ Die vij. Gorgonij, ꝛ Dorotheꝰ martyris omnia vt in cõmuni plurimo. martyꝑ pięter iiij. v. ꝛ vj. lectio.

Lectio iiij.

GOrgonius, et Dorotheus martyres passi sunt apud Nicomediam ciuitatẽ sub Diocletiano Imperatore. Qui cum essent primi in palatio ejusdẽ, militię renunciantes, Christiani se libera voce confitebãtur. Quod Cęsar audiẽs moleste tulit, anxiabaturq; perdere tales viros, quos intra palatium suum nutritos mores, ꝛ generis nobilitas decorabant. Tu autẽ.

Lectio v.

QUm ergo nec minis, nec blandimẽtis mouerentur, in equuleo distenduntur. Flagris, ꝛ vnguis toto corpore laniãtur, ꝛ deinde aceto, et sale nudatis pene eorum viscęribus perfunduntur. Et cum hęc alacrius tolerarent, in craticula assantur, vbi quasi in lecto florũ iacere videbãtur. Tu autem.

Lectio vj.

AD vltimũ laqueo suspendi iubentur, et corpora eorum canibus exponuntur, sed tamen intacta a fidelibusq; collecta honorifice reconduntur. Passi sunt aũt quinto idus Septembris. Tu autem.

¶ Die viij. Nativitatis beatę Marię virginis. In primis vęspe. super psal. Ańa. Regali ex progenie Maria exorta refulget, cuius precibus nos adiuuari mente, ꝛ spiritu deuotissime poscimus. Psa. de beata Maria.

Capitulum.

EGo quasi vitis fructificaui suauitatẽ odoris, ꝛ flores mei fructus honoris, ꝛ honestatis. ℟. Deo gratias. ℟. Corde ꝛ animo. vt infra post vj. lect. Hymnus. Ave maris stella. fo. 578. ℣. Nativitas est hodie sancte Marie virginis. ℟. Cuius vita inclyta cunctas illustrat ecclesias. Eccl. c. 24.

¶ Ad Magnificat. Ańa. Mater Christi gloriosa ora pro populo, interueni pro clero, intercede pro monachorum choro, exora pro deuoto femineo sexu, sentiant omnes tuũ iuuamen, quicunq; deuote celebrant tuam Nativitatem.

Oratio.

Sup:

SUpplicationem seruorum tuorum Deus miserator exaudi, vt qui in Natiuitate Dei genitricis & virginis Marię congregamur, eius intercessionibus a te de instantibus periculis eruamur. Per eūd. ℣ Fiat cōme. de festo dieī. ℣ Ad Matut. Inuita. Corde, & voce simul Christum regem veneremur. ℟. Virginis et matris celebretur nobilis ortus. ℣ Psal. ℣ enite. fol. 1. Hymnus. O, uem terra pōtus. fol. ℣ ℟.

℣ In j. noctur. Aña. Hodie nata est beata virgo Maria ex semine Abrahe, letantur archāgeli, & exultāt omnes sancti, congaudet omnis mūdus. ℣ Psal. O omine dñs noster. fol 3. Aña. Beatissime virginis Marie Natiuitatem deuotissime celebremus, vt ipsa pro nobis intercedat ad dñm Jesum Christum. ℣ Psa. ℣ & li enarrāt. fol. 8. Aña. Ista est speciosa electa a domino, cuius ortum celebramus, ipsa intercedat pro nobis ad dominum Jesum Christū. ℣ ℟. O omini est terra. fol. 14. ℣ Hodie nata est beata virgo Maria. ℟. Ex progenie Dauid. pater noster.

Lectio j.

OSculetur me osculo oris sui, quia meliora sunt vbera tua vino, fragrātia vnguentis optimis. Oleum effusum nomen tuum ideo adolescentulę dilexerunt te. Trahe me post te curremus in odorē vnguentorum tuorum. Introduxit me rex in cellaria sua. Exultabimus, & lętabimur in te memores vberum tuorum super vinum, recti diligunt te. Tu autem. ℟. Hodie nata est beata virgo Maria ex progenie Dauid, per quam salus mundi credentibus apparuit. ℣. Cuius vita gloriosa lucem dedit seculo. ℣. Felix certe, et omni laude dignissima, que sine humano semine, celestem seculo, protulit panem. ℟. Cuius vita. Cāt. ca. 1.

Lectio ij.

NIgra sum, sed formosa filię Hierusalem, sicut tabernacula Cedar, sicut pelles Salomonis. Nolite me considerare, quod fusca sim, quia decolorauit me sol. Filij matris meę pugnauerunt contra me, posuerunt me custodem in vineis, vineam meam non custodiui. Indica mihi quem diligit anima mea, vbi pascas, vbi cubes in meridie, ne

ne vagari incipiã post greges sodaliũ tuorũ. Tu. ℟. Beatissime virginis Marie Natiuitatẽ deuotissime celebremus. ℣. Ut ipsa pro nobis intercedat ad dñm Jesum Christum. ℟. Dignum namq; est, vt ei cum summa deuotione famulemur, per quam nobis virginitatis insignia pullularũt. ℣. Ut ipsa. Lectio iii.

SI ignoras te, o pulcherrima inter mulieres, egredere, & abi post vestigia gregũ tuorũ, & pasce hędos tuos iuxta tabernacula pastorũ. Equitatui meo incurrib⁹ Pharaonis assimilauite amica mea. Pulchręgenę tuę sicut turturis collũ tuũ sicut monilia. Aurenulas aureas faciem⁹ tibi vermiculatas argento. Dũ esset rex in accubitu suo, nard⁹ mea dedit odorẽ suũ. Tu. ℟. Gloriose virginis Marie ortũ dignissimũ recolam⁹. ℣. Cuius dñs humilitatẽ respiciẽs, angelo nunciãte cõcepit saluatorẽ mundi. ℟. Cũ iucũditate Natiuitatẽ sãcte Marie celebrem⁹, vt ipsa ꝓ nobis intercedat ad dñm Jesũ Christũ. ℣. Cui⁹ dñs. ℟. Gl'ia pr'i. ℣. Cui⁹ dñs. ℭ In ij. no.tu. Ant. Uentã nobis obtineat perpetue virginis intercessio, cuius Natiuitatẽ solenni celebriam⁹ obsequio. Ps. Eructo. 25. Ant. Dignũ nãq; est vt et cũ summa deuotione famulemur per quã nobis virginitatis insignia pullularũt. Ps. Deus nr̃ refu. fo. 25. Ant. Gloriose virginis Marie ortũ dignissimũ recolamus, et syncero sermone, Natiuitatẽ ei⁹ celebrem⁹ gaudẽtes. Ps. Audamẽta. fo. 44. ℣. Natiuitas est hodie sãcte Marie virginis. ℟. Cuius vita inclyta cunctas illustrat ecclesias. Pr̃ nr̃. Sermo sancti Hieronymi presbyter ad Cromãtiũ & Heliodorũ. Lect. iii.

PEtitis a me, vt vobis rescribã, quid mihi de quodã libello videatur, qui de Natiuitate sanctę Marię virginis a nonnullis habetur, & ideo scirevos volo, multa in eo falsa inuenirt. Quidã nãq; Seleucus qui passiones apłorũ cõscripsit hũc libellũ cõposuit. Sed ſi cut de virtutib⁹ eorũ, & miraculis per eos factis vera dixit, de doctrina vero eorũ plura mẽtitus est: ita & hic multa nõ vera de corde suo cõfinxit, ꝓinde vt i hebręo habeẽ verbũ ex verbo trãsferre curabo. Tu. ℟. Natiuitas tua Dei genitrix virgo gau-

gaudiū annunciauit vniuerso mūdo. ℣. Ex te enim ortꝰ est sol iustitie Christus Deꝰ nr̄, qui soluēs maledictionē, dedit benedictionē, et cōfundēs mortē donauit nobis vitā sempiternā. ℟. Felix nāq; es, que solis, et genitricis dignitatē obtinuisti, et virginalē pudicitiā nō amisisti. ℣. Ex te em̄. Lect. v.

SI quidē sanctū euāgelistā Matthēū, eundē libellū liquet cōposuisse, in capite euangelij sui hebraicis literis obsignatū apposuisse, quod an verū sit auctori p̄fationis, et fidei scriptoris cōmitto. Ipse em̄ vt hec oubia esse p̄nūtio, ita liquido falsa nō affirmo. Tu. ℟. Natiuitas gl̄iose virginis Marie ex semine Abrahe, orta de tribu Juda clara ex stirpe Dauid. ℣. Cuiꝰ vita inclyta, cūctas illustrat ecclesias. ℟. Natiuitas est hodie sancte Marie virginis. ℣. Cuiꝰ. Lect. vj.

ILlud autē libere dico, quod fidelitū neminem negaturū puto, siue hec vera sint, siue ab aliquo conficta, sanctosanctā sanctę Marię Natiuitatē magna miracula p̄cessisse, maxima cōsecuta fuisse, et idcirco salua fide ab his qui ista Deū facere posse credūt, sine periculo aię suę, et credi, et legi posse. Tu. ℟. Corde, et ore Christo canam⁹ dño. ℣. In his sacris solēnijs, p̄celse genitricis Dei Marie. ℟. Cū iucūditate Natiuitatē sancte Marie solēniter celebrem⁹. ℣. In his. ℟. Gl̄ia, et honor sit Deo p̄ri, et filio cū spū sancto. ℣. In. ¶ In iij. noct. Gl̄ia. Beatissīme virginis Marie Natiuitatē celebrem⁹, cuiꝰ dñs humilitatē respiciēs, angelo nūciāte cōcepit redēptorē mundi. ℣. Cōfitebor. ℟. Cōfitebor. ℣. fo.40 Gl̄ia. Natiuitas est hodie sancte Marie virginis, cuiꝰ pulchritudinē respexit Deꝰ, et visitauit humilitatē suā. ℣. Dñs regnauit. exul. fo.46. Gl̄ia. Hodie nata est beata virgo Maria ex p̄genie Dauid, p̄ quā salꝰ mūdi credētibꝰ apparuit. ℣. Cōfitebor. ij. fo.48. ℟. Natiuitas tua Dei genitrix virgo. ℟. Gaudiū annūciauit vniuerso mūdo p̄ nr̄. Lectio sācti euāgelij secūdū Matthēū. Lect. vij.

LIber generationis Jesu Christi, filij Dauid, ca. 1. filij Abrahā. Et reliq. Homilia Joānis Chrysostomi.

LIber hic est quasi apotheca gr̄arū sicut em̄ in apotheca alicuiꝰ diuitis, oīs homo quod desiderat inuenit, sic et in isto libro oīs

anima

anima quod necessariū habet, inuenit. Quid est quod dicit, liber generationis Jesu Christi filij Dauid, filij Abrahę? & quomodo dicit. Jsaias prophęta, generationē eius quis enarrabit? Tu autem. ℟. Cum iucunditate celebremus Natiuitatem beate virginis Marie. ℣. Ut ipsa pro nobis intercedat ad dominum Jesum Christū. ℟. Natiuitatem celebremus beate Marie. ℣. Ut ipsa.

Lectio viij.

Sed ille diuinam generationem eius inenarrabilem esse pronūtiat, iste autem carnalem exponit. Propteres non dixit Jesu Christi filij Dei, sed filij Dauid, filij Abrahę. Et quare Joānes statim in principio euangelij sui diuinitatis eius demōstrauit naturā, dicens, Jn principio erat verbū, & verbū erat apud Deū & Deus erat verbū? Tu autem. ℟. Regali ex progenie Maria exorta refulget. ℣ Cuius precibus nos adiuuari mente, & spiritu, deuotissime poscimus. ℟. Beatissime virginis Marie ortum dignissimum recolamus. ℣. Cuius precibus.

Lectio ix.

Quoniam Joannes inter Gentes constitutus, Gręco sermone euāgelium, causa Gentiū, scripsit quę non cognoscebant si Deus filium habet, aut quo modo genitū habet. Jdeo superfluum erat primū incarnationis eius mysteriū, Gētibus demōstrare, cum illum ipsi quis esset nescirēt. Jdeo necessarium fuit primum illis ostēdere quia est filius Dei Deus, deinde in sequētibus quia carnem suscepit, dicens quia verbū caro factum est, et habitauit in nobis. Tu autem. ℟. Felix valde es sacra virgo Maria, & omni laude dignissima. ℣. Quia ex te ortus est sol iustitie Christus Deus noster. ℟. Ora pro populo, interueni pro clero, intercede pro deuoto femineo sexu, sentiant omnes tuum iuuamen quicunq; celebrant tuam Natiuitatem. ℣. Quia ex te. ℟. Gloria patri. ℣. Quia ex te. ℟. Deū laudamus. ℣. Beatam me dicēt omnes generationes. ℟. Quia ancillam humilem respexit Deus.

℣ In laud. Ejus. Natiuitas est hodie sancte Marie virginis, cuius vita inclyta, cunctas illustrat ecclesias. ℟. Quę

Laud.

Laud. Dominicalib. Ańa. Hodie nata est beata virgo Maria ex progenie Dauid, per quā salus mundi credentibus apparuit. Ańa. Regalis ex progenie Maria exorta refulget, cuius precibus nos adiuuari mente, & spiritu deuotissime poscim⁹. Ańa. Cū iucunditate Natiuitatem sancte Marie celebremus vt ipsa pro nobis intercedat ad dominū Jesum Christum. Ańa. Natiuitas tua Dei genitrix virgo, gaudium annuntiauit vniuerso mundo. Alia, Alia. Capitulū, vt supra. Hymn. O gloriosa domina. fo. ſſſO. ℣. Elegit eam dñs, & preelegit eam. ℟. Habitare eam fecit in tabernaculo suo.

¶ Ad Benedict. Ańa. Natiuitatem hodiernam perpetue virginis genitricis Dei Marie solēniter celebremus, que sine humano semine celestem seculo protulit panem, Alleluya. Oratio vt supra.

℔ Per horas diei Ańę lau.

℔ Ad iii. Capitulū, vt supra. ℟. Hodie nata est. p. Beata virgo Maria. ℣. Ex progenie Dauid. p. Beata. ℣. Gloria patri. ℟. Hodie. ℣. Natiuitas est hodie. vt infra. Oratio vt supra.

℔ Ad vi. Capitulū, vt supra. ℟. Natiuitas est hodie. p. Sancte Marie virginis. ℣. Cuius vita inclyta, cunctas illustrat ecclesias. p. Sancte. ℣. Gloria patri. ℟. Natiuitas est. ℣. Natiuitas tua. vt infra. Oratio vt supra.

℔ Ad ix. Capitulū, vt supra. ℟. Natiuitas tua. p. Dei genitrix virgo. ℣. Gaudium annuntiauit vniuerso mundo. p. Dei. ℣. Gloria patri. ℟. Natiuitas tua. ℣. Veniam nobis obtineat, perpetue virginis interceſſio. ℟. Cuius Natiuitatem solēni celebremus obſequio. Oratio vt supra.

℔ ℟. & ℣. prędic. non dicūtur nisi hodie, & per octa. dicūtur ℟. & ℣. vt in horis minoribus eiusdē virginis a purificatione, vsq; ad Dominicam in passione.

℔ In ij. vesp. Ańę laud. psa. de beata virgine. Capitulū, vt supra. Alleluya. ℣. Natiuitas gloriose virginis Marie ex semine Abrahe, orta de tribu Juda, clara ex stirpe Dauid. Alleluya cum ℣. dicuntur hodie, & duobus sequentibus diebus. Hymn. & ℣. vt in primis vesper.

Ad Magnifi. Ańa. Quando nata est virgo sacratissima tūc illuminat⁹ est mūdus, stirps beata, radix sancta, et be-

nedictus fructus eius. Oratio vt supra.

℣ Die ix. De octaua Natiuitatis. Ad Matut. Inuit. ℟ Hymnus vt in die.

℣ In noctur. Ant̃ę psal. ℣. ℟ ℣. vt in j. noctur. dici.

Lectio j.

Euangeliũ vt in die. Et reliqua. Ex eadẽ homilia beati Ioannis Chrysostomi.

MAtthęus autem euangeliũ Iudęis Hebraico sermone cõscripsit, sicut iam diximus supra, vt Iudęi legentes ędificarentur in fide, Iudei enim semper cognoscebãt quia est filius Dei, et quomodo est filius Dei, superfluum ergo erat exponere eis diuinitatis eius naturã, quã ipsi optime cognoscebant, necessarium autẽ fuit mysteriũ incarnationis eius ipsis ostendere. Tu aũt. Lectio ij.

Ex eodem sermone sancti Hieronymi.

QUęcũq; in quantum recordari possum sensum nõ verba scriptoris sequens, ℟ eadem semita, non eisdem vestigijs incedens, nunc quibusdam diuerticulis ad eãdem viã recurrẽs, sic enarrationis stylum tẽperabo, vt nõ alia dicã, quã quę aut ibi scripta sunt, aut consequenter scribi potuerunt. Tu aũt.. Lectio iij.

IGitur beata, ℟ gloriosa semper virgo Maria ex regia stirpe, et familia Dauid oriunda, in ciuitate Nazareth nata, Hierosolymis in tẽplo dñi nutrita fuit. Pater eius Ioachim, mater eius Anna dicebatur. Domus paterna ex Galilęa de ciuitate Nazareth. Maternum autẽ genus ex Bethleem erat. Vita eorũ simplex, ℟ recta ante Deũ, ℟ apud homines irreprehensibilis, ℟ pia erat. Tu autẽ. Tẽ Deum laudamus. ℣. ℟ omnia alia vt in die.

℣ Per horas dici Ant̃ę laudes, Capitulum, ℟ oratio vt in die.

℣ Die x. De octaua Natiuitatis beatę Marię.

℣ Ad Matu. Inuit. ℟ Hymn. vt in die. ℣ In noctur. Ant̃ę psal. ℣. ℟ ℣. vt in ij. noctur. dici. Lectio j.

Euangeliũ vt in die. Et reliqua. Ex eadẽ homilia sancti Ioannis Chrysostomi.

QUare nõ illi sufficit dicere illum filiũ Abrahę solius, aut Dauid solius? ℟ Quia ad ambos de Christo nascituro ex eis, promissio fuerat facta. Ad Abraham quidem

quidē sic. Et in semine tuo benedicētur omnes tribus terrę, quod intelligi nō potest nisi in Christo, quoniā inter cęteros Judęos ꝛ Gētes nunc̄ amicitia stabilis fuit. Tu aūt. Lectio ij. Ex eodem sermone sancti Hieronymi.

IAm omnē substātiam suā tripartitā diuidebant, vnā partem tēplo, ꝛ tēpli seruitoribꝫ impendebāt, ꝛ aliam pauperibus, ꝛ peregrinis erogabant. Tertiā sibi, ꝛ suę familię vsibus reseruabant. Ita isti Deo chari, hominibus pij, per annos circiter viginti, castū domi coniugiū sine liberorū procreatione exercebant. Tu autem. Lectio iij.

QUerūt aūt dño quod si eis sobolē cōcederet eā seruitio dñi manciparēt, cuius rei gratia cū singulis annis in tribus festis precipuis Hierusalē frequentaretur in festo encęniorum, Joachim cū contribulibus suis Hierusalē ascēdit, ꝛ cū cęteris ad altare accedens obtionē suam offerre voluit. Tu aūt. ℣. Deū laud. ℟. ꝛ omnia alia vt in die.

℣. Per horas diei. Ant. Lapidē, ꝛ oratio vt in die.

℣ Die xj. De octaua Natiuitatis beatę Marię.

℣ Ad Matu. Inuit. ꝛ Hymn. vt in die. ℣ In noctur. Ant. ps. ℟. vt in iij. noctu. diei. Lectio j.

Euangeliū vt in die. Et reliqua. Ex eadē homilia sancti Joannis Chrysostomi.

AD Dauid autē ita dicit, iurauit dñs Dauid veritatem, ꝛ non frustrabitur eum, de fructu vētris tui ponā super sedē tuam. Ideo ergo vtriusq; filiū dicit, vt vtriusq; promissiones in Christo impletas ostēderet. Deinde quia Christus tres dignitates fuerat habiturus, rex, propheta, sacerdos, Abrahā autem habuit duos filios, ꝛ duas dignitates, propheta enim fuit, et sacerdos. Sacerdos sicut Deꝰ ad illū dicit in genesi, accipe vaccam trienne etc. Propheta autem sicut ait dñs ad Abimelech de illo. Quoniam propheta est, et orabit pro te, ꝛ saluus eris tu, et domus tua. Tu autē. Ex eodem sermone sancti Hieronymi. Lectio ij.

QUē vidēs sacerdos, cū indignatione nimia repulit, ꝛ cur ad altare Dei accedere pręsumeret increpauit

pauit,asserens non esse conueniens maledicto legi obnoxiũ,oblationem domino legis offerre,nec inter fęcũdos infęcundum,ꝛ qui populum Dei non auxit adstare.Joachim igitur sic confusum se videns prę pudore domum redire noluit,ne similiter a contribulib⁹ suis qui hoc audierant tantum opprobrium sustineret.Tu autem. Lectio iij.

Ecedens ergo ad pastores suos, cum ibi aliquandiu fuisset,quadam die ei solus angelus domini cũ magna claritate apparuit,ꝛ de eius visione turbatũ,ne timeret admonuit dicens. Ego sum angelus domini missus ad te, vt annuntiem tibi prȩces tuas esse exauditas,ꝛ eleemosynas tuas in conspectu dñi ascendisse.Vidit igitur pudorem tuum,ꝛ audiuit sterilitatis tuę opprobriũ non recte tibi obiectum peccati quippe non naturę vitor est Deus,Et ideo cum alicuius vterum claudit, ad hoc facit,vt mirabilius de nuo aperiat,ꝛ non libidinis esse quod nascitur, sed diuini fore muneris cognoscitur.Tu autem. ℟e Deũ laudamas. ℣. ꝛ omnia alia vt in die. ℭ Per horas dici Ant̃ę laudum.Capitulum,ꝛ oratio vt in die.

ℭDie xij.De octaua Natiuitatis beatę Marię.

℣Ad Matu.Inuit.ꝛ Hymnus,vt in die. ℭ In nocturno Ant̃ę psal.hł.ꝛ ℟. vt in j.nocturn.dici. Lectio j.

Euangelium vt in die. Et reliqua.Ex eadem homilia sancti Jannis Chrysostomi.

Deo ergo dictus est filius Abrahę,ꝛ Dauid, vt prophęta quidem intelligatur,ꝛ sacerdos ex Abraham,rex autem ex Dauid. Item ideo non dictus est tantummodo Dauid filius, quia Dauid rex fuit,ꝛ prophęta, sacerdos autem nõ fuit.Ideo sane amborum filius nominat⁹ est,vt vtriusque patris triplex dignitas originali iure cognoscerętur in Christo.Tu autem.

Lectio ij.

Ex eodem sermone beati Hieronymi.

Prima gẽtis vestrę mater Sara,nõne vsq; ad octogesimum annum sterilitatis opprobrium pertulit,ꝛ tamen Isaac cui reprobmissa erat omnium gentiũ benedictio generauit?Rachel

chel etiam nonne diu ſterilis fuit, ⁊ tamen Joſeph genuit, qui totius Aegypti dominũ habuit? Et quis fortior Sanſone, vel ſanctior Samuele, ⁊ tamen hi ambo matres ſteriles habuerũt. Tu autem,

Lectio iij.

RAtione igitur, ⁊ exemplis crede, dilatos diu conceptus, et ſteriles partꝰ mirabiliores eſſe ſolere. Proinde Anna vxor tua, pariet tibi filiam, ⁊ vocabis nomen eius Mariam. Hęc vt vouiſtis, erit ab infantia domino cõſecrata, ⁊ adhuc ex vtero matris ſuę ſpiritu ſancto plena, nec fo⁊miſcꝰ inter populares, ſed in templo domini ſemper morabitur, ne quid ſiniſtrum de ea aliquando ſuſpicetur. Tu autem, Te Deum lauda. ℣. ⁊ omnis alia vt in die.

℣ Per hoſtias die Añę laudabilem, ⁊ oratio vt in die.

¶ Die xiij. De octaua Natiuitatis beatę Marię.

¶ Ad Matu. Innit ⁊ Hymnus, vt in die. ℣ In noctu Añę pſal. ℣ſ. ⁊ ℣. vt in ij. nocturn. dici. Lectio i. Euangelĩ vt in die. Et reliqua. Ex cadẽ homilia ſancti Joannis Chryſoſtomi.

SEd quare prius Dauid nominauit, cum Abraham przecedat in tempore? Prima ratio, et ſimplex hęc eſt, cum propoſitum eſſet euangeliſtę ex Abraham generationes dñi numerare, ſi prius dixiſſet eum filium Abrahę, poſtea autem Dauid, neceſſe habebat iterum reuerti ad Abraham, ⁊ in ipſo loco bis eum numerare. Altera autem ratio eſt, quia regni dignitas maior eſt quam naturę. Nã et ſi Abraham przecedebat tempore Dauid tamen przecedebat dignitate. Tu aũt. Ex eodem ſermone beati Hieronymi. Lectio ij.

ET ſicut ipſa ex ſterili matre naſcetur, ita mirabiliter ex ea altiſſimi filiꝰ generabitur, cuius nomen erit Jeſus, et per eum erit omnibus gentibus ſalus, ⁊ tibi hoc ſignum, cum perueneris ad auream Hieroſolymarum portam, Annam vxorem tuam obuiam habebis, quę de tua tarditate modo ſolicita, tunc in conſpectu tuo gaudebit. His dictis angelus ab eo diſceſſit. Tu aũt. Lectio iij.

ANna autem cum amare fleret, ⁊ quo nã vir

suus iuisset ignoraret, eidē angelus apparuit, ⁊ sibi eadē quę viro annuntiauerat, patefecit, addens vt pro signo Hierusalem aureā portam pergeret, ⁊ ibidem viro suo redeunti obuiaret. Igitur iuxta angeli prȩceptum ambo sibi inuicem obuiantes, de mutua visione lętati, et de prole promissa securi, adorato domino domum redierunt, diuinū promissum hilariter expectantes. Anna igitur concepit, et filiam peperit, et nomen eius Mariam vocauit. Tu autē, Te Deū laudamus. ℣. ⁊ omnia alia vt in die.

¶ Per horas diei vsque ad nonam. Capitulum, ⁊ oratio vt in die.

¶ Die xiij. Exaltationis sancte Crucis. In primis vespe. super psal. Ant. **Per signum crucis de inimicis nostris libera nos Deus noster. Alleluya.** Psal. ferial.

Capitulum.

pau. ad Gal. ca. 5. et 6. FRatres, mihi autem absit gloriari nisi in cruce dñi nostri Jesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est, ⁊ ego mūdo. ℟. Hoc signum crucis. vt infra post vij. lectio. cum Gloria patri. Hymn. Vexilla regis fol. 159 col. 1. Adoramus te Christe, ⁊ benedicimus tibi. ℣. Quia per sanctam crucē tuam redemisti mundum. Ad Magnif. Ant. Per tuā crucem salua nos Christe redemptor, qui mortem nostrā moriendo destruxisti, ⁊ vitam resurgendo reparasti. Alia.

Oratio.

OEus qui vnigeniti filij tui dñi nostri Jesu Christi pretioso sanguine, humanum genus redimere dignatus es, concede propitius, vt qui ad adorandā viuificam eius crucē aduenerūt a peccatorum suorum nexib⁹ liberētur. Per eūd.

¶ Fiat cōme. octauę Natiuitatis beatę Marię, vt in ij. vesper. diei.

¶ Ad Matu. Inuit. **In sancte crucis exaltatione, venite adoremus dominum.** ℣. Qui per crucis mysterium, redemit mundum. ℣. Venite. fol. 1. Hymnus. O crux aue spes vnica. vt in Hymno. Vexilla regis, et dicitur, Hoc exaltationis tēpore. ¶ In Laudes. Ant. **Adoramus te Christe, ⁊ benedicimus tibi, quia per crucem tuā redemisti mundum.** Psa. Dominе dñs noster. fo. 3. Ant. O crux benedicta, nites, quia in

in te pepẽdit saluator mundi, ꝛ in te triumphauit rex angelorum, Alleluya. ℣. Psalm. Oñi est terra. fo. 14. Ant. O crux admirabilis, euacuatio vulnerũ, restitutio sanitatum. ℣. Offerte dño. fo. 16. ℣. Adoramus te Christe ꝛ benedicimus tibi. ℟. Quia per sanctam crucem tuam redimisti mundũ. Pater noster.

Lectio j.

Nu. c. 21. ET tędere cępit populũ itineris, ac laboris loquutusq; contra dominũ, ꝛ Moysem, ait, cur eduxisti nos de Aegypto, vt moreremur in solitudine? Deest panis, nõ sunt aquę, anima nostra iam nauseat super cibo isto leuissimo. ℟. Dulce lignum, dulces clauos, dulce pondus sustinuit. ℣. Que digna fuit portare precium huius seculi. ℟. Hoc signum crucis erit in celo, cum dñs adiudicandũ venerit. ℣. Que digna.

Lectio ij.

QUamobrem misit dñs in populũ ignitos serpẽtes. Ad quorum plagas, ꝛ mortes plurimorum, venerunt ad Moysem, atq; dixerunt. Peccauimus, quia loquuti sumus contra dominum, ꝛ te, ora, vt tollat nobis serpentes. Tu autem. ℟. O crux benedicta. ℣. Que sola fuisti digna portare regem celorum, ꝛ dominum. ℟. O crux gloriosa, o crux veneranda. ℣. Que sola.

Lectio iij.

ORauit Moyses pro populo, Et loquutus est dominus ad eum. Fac serpentem ęneum, ꝛ pone eum pro signo. Qui percussus aspexerit eum, viuet, Fecit ergo Moyses serpentem ęneum, et posuit eum pro signo. Quem cum percussi aspicerent, sanabantur. Tu autem. ℟. O crux gloriosa, o crux veneranda, o lignum pretiosum, et admirabile signum. ℣. Per quod, et diabolus est victus, et mundus redemptus. ℟. O crux admirabilis. euacuatio vulnerũ restitutio sanitatũ. ℣. Per quod. ℣. In ij. noctur. Ant. Crux benedicta nitet, dominus qua carne pependit, atque cruore suo vulnera nostra lauit. Psalm. Deus noster refugium. fol. 25. Ant. Dulce lignum, dulces clauos, dulce pondus sustinuit, que sola fuit digna portare precium huius seculi. ℣. Magn⁹ dñs. fo. 26. Ant. Crux alma fulget, per quam salus

reddita est mundo, crux vincit, crux regnat, crux repellit omne crimen. Psal. C antate, ꝙ. fol. 46 ꝓx. Persignū crucis de inimicis nostris. ℟. Libera nos Deus noster. Pater noster. Lectio iiij.

QVam extremis Phocę imperatoris temporibus, Cosdroas Persarum rex imperij Romani prouincias inuasisset, & Hierosolyma capta, multisque ibi Christianorum millibus occisis, partē dominicę crucis in Caluarię loco ab Helena constitutam in Persidem trāstulisset, Aegyptus deinde atque Africa Persarum armis cessissent, Heraclius qui Phocę successit, magnis affectus cladibus, pacem a Cosdroa petiuit. Hanc cum magno Romani imperij dedecore acceptur⁹, cęterum cū a barbaro hoste victorijs insolēte nullam impetraret: Christi numine, ieiunijs, & supplicationibus propitio, exercitum comparauit. Cum quo in hostem profectus, tres Cosdroę duces cū magnis exercitib⁹ tribus pręlijs diuina ope superauit. His autem cladibus fractus Cosdroas dum fugam vitra Tigrim parat Medarsem filium regni cōsortem declarauit. Tu aūt. ℟. Ecce crucem domini fugite partes aduerse, vicit leo de tribu Juda. ꝓ. Radix Dauid, Aleluya. ℟. O crux benedicta in qua triūphauit rex angelorum. ꝓ. Radix Dauid. Lectio v.

QVam contumeliā Syrochius maior natu filius non ferens, patri, fratriq; necē, quam paulo post ex fuga retractis intulit, molitur pacēq;, et paternū regnum impetrat ab Heraclio, quibusdā acceptis cōditionibus. Quarū ea fuit in primis, vt crucem Dominicā restitueret. Heraclius igitur crucis lignum, post annos quatuordecim quā venerat in potestatem barbarorum, receptam secum deferēs Hierosolymam reuertitur. Quam vrbem ingressus in solennissima pōpa, crucē ipsam circumtulit, & suis humeris ad Caluarię locum portauit, sicut illam Christus per eandem viam portauerat. Miraculo autem datum est, quod, vt erat auro, & gemmis cultus substitit ante portam, quę in Caluarię locum foras ducebat, et quo magis

exire

exire conabatur,eo immobilior permanebat, nam sibi videbatur diuinitus exitu prohiberi. Tu autē. ℟. Crux fidelis inter omnes arbor vna nobilis, nulla silua talem profert fronde, flore, germine. ℣. Dulce lignum, dulces clauos,dulce pondus sustinuit. ℣. Super omnia ligna cedrorum tu sola excelsior. Lectio vj.

QUam q̄ omnes stupor eius rei teneret, Zacharias Hierosolymitanus antistes,qui eius lateri hęrebat, imperatorem ipsum admonuit videret, neparū Christum imitaretur in ferenda cruce triumphali nitens cultu, cum ille nudis pedibus atq̄ humiliter tulisset. Tunc Heraclius relicto cultu,quo ornatus erat vestem plebeiam sumpsit, calceosq̄ detraxit, atq̄ ita sine offensa cōfecit reliquū vię vbi vero ad Caluarię locum est ventum,ibi crucem statuit vnde fuerat a Persis sublata. Quamobrē statutum est,vt crucis exaltatio annua festiuitate celebraretur. Tu aūt. ℟ Tuam crucem adoramus dñe,tuam gloriosam recolimus passionem. ℣ Miserere nostri dñe, qui passus es clementer pro nobis. ℟. Adoramus te Christe,ꝛ benedicimus tibi, quia per crucem tuam redimisti mūdum. ℣. Miserere nobis. ℟. Gloria patri. ℣. Miserere. ¶ In nocturno. Ant. Saluanos Christe saluator per virtutem crucis , qui saluasti petrum in mari,miserere nobis. Psal. Dominus regnauit,exul. fol 46. Ant. Saluator mundi salua nos qui per crucem, ꝛ sanguinem tuum redemisti nos, auxiliare nos te deprecamur Deus noster. Psal. Cantate. ij. fol 48. Ant. Per signū crucis de inimicis nostris libera nos Deus noster. Ps. Dis regnauit, iraſ. fol 48. ℟. Hoc signum crucis erit in celo. ℣. Cum dominus adiudicādum venerit. Pater noster. Lectio sancti euangelij secundum Joannem.

Lectio vij.

IN illo tempore dixit Jesus discipulis suis, ꝛ turbis Judęorum, ego si exaltatus fuero a terra,omnia trahā ad me ipsum. Et reliqua. Homilia beati Augustini episcopi. c.12.

DOminus noster Jesus Christus,fratres charissimi, in verbis lectio

nis huius, ministros suos vt seipsum sequerentur hortatus est, cum ita prędixisset passionem suam, quod nisi granū frumenti cadēs in terra mortuum fuerit, ipsum solum manet. Ibi denq; excitauit eos, qui eū ad regna cęlorū sequi vellent, vt animam suā odissent in hoc mundo, si eam in vitam ęternam custodire cogitarent. Tu autem. ℟. Hoc signum crucis erit in celo cum Dominus ad iudicandum venerit. ℣. Tunc manifesta erūt abscondita cordis nostri. ℟. Cum sederit filius hominis in sede maiestatis sue, ꝛ cepe rit iudicare seculū per ignē. ℣. Tunc manifesta.

Lectio viij.

HOc nostram rursus infirmitatem postea cōuersus ait, nunc princeps huius mundi eijcietur foras. Ego si exaltatus fuero a terra omnia trahā ad me ipsum. Supra dixit dominus, vt audistis, cum euāgelium legeretur, omnia traham ad me ipsum. Quę omnia: nisi ex quibus diabolus eijceretur foras. Tu autē. ℟. O magnum pietatis opus. ℣. Mors mortua tunc est cum crucis in ligno mortua vita fuit. ℟. In cruce mors Christi, damnauit mortua mundi, ℣. Mors mortua.

Lectio ix.

NOn autem dixit omnes, sed omnia, non enim omnium est fides, non itaq; hoc ad vniuersitatem hominū retulit, sed ad creaturę integritatem, idest spiritum, ꝛ animam, ꝛ corpus, ꝛ illud quo intelligimus, et illud quo viuimus, et illud quo visibiles, ꝛ contrectabiles sumus, qui enim dixit, capillus capitis vestri non peribit, omnia trahit post se. Tu autem. ℟. Per tuam crucem salua nos Christe redemptor. ℣. Qui mortē nostram mortēdo destruxisti, et vitam resurgendo reparasti. ℟. Miserere nobis Jesu benigne, qui passus es clemēter pro nobis. ℣. Qui mortē. ℟. Gloria patri. ℣. Qui mortem. Te Deum laudamus. ℟. Per signum crucis.

℣. Ad Laud. Ańa. Nos autem gloriari oportet in cruce domini nostri Jesu Christi. Psal. Laud. Dominicalis. Ańa. O magnum pietatis opus, mors mortua tunc est, cum crucis in ligno mortua vita fuit. Ańa. Ecce crucem domini, fugite partes aduerse,

se,vicit leo de tribu Juda radix Dauid. Alleluya. Ant. O crux benedicta que sola fuisti digna portare regem celorum,et dominum. Ant. Hoc signum crucis apparebit in celo,cum dominus adinditandum venerit. Capitulum vt supra. Hymnus. Aurora de coza. quintus ℣. Hymnus. Vexilla regis. fol. 159 ℣. Salua nos Christe saluator. ℟. Per virtutē sancte crucis. ¶ Ad Benedict. Ant. O crux gloriosa, o crux veneranda,o lignum preciosum,et admirabile signum,per quod,et diabolus est victus, et mundus redēptus. Oro vt supō. ¶ Fiat commemoratio de octaua Natiuitatis virginis Marie. vt in die.

¶ Per horas diei Alia lau. ¶ Ad Tertiā, Capitulum vt supra. ℟. Adoramus te Christe. ℣. Et benedicimus tibi. ℣. Quia per sanctā crucem tuam redemisti mūdum. ℣. Et bene. ℣. Gloria patri. ℟. Adoramus te. ℣. per signum crucis. vt infra. Oratio vt supra.

¶ Ad Sextam, Capitulum vt supra. ℟. per signum crucis. ℣. De inimicis nostris. ℟. Libera nos Deus noster. ℣. De inimicis. ℣. Gloria patri. ℟. per signum. ℣. Hoc signū. vt infra. Oro vt supō. ¶ Ad Nonam, Capitulum vt supra. ℟. Hoc signum crucis. ℣. Erit in celo. ℣. Cum dñs ad iudicandū venerit. ℣. Erit. ℣. Gloria patri. ℟. Hoc signum. ℣. Salua nos Christe saluator. ℟. per virtutē sancte crucis. Oro vt supō. ¶ In ij. vesper. Alia laudā, psal. Dixit dominus. fol. 68 ¶ Confitebor tibi. fol. 68 ¶ Beatus vir. fo. 68 ¶ Laudate pueri. fol. 68. ¶ Laudate dominum omnes gentes. fol. 70. Capitulum,vt supra. Alleluya. ℣. Tuam crucem adoramus domine, tuam gloriosam recolimus exaltationem. Hymnus,et ℣. vt in primis vesper.

¶ Ad Magnificat Ant. per signum sancte,ac venerande crucis,salua,et custodi,et protege die,ac defende nos omnipotens Deus. Oratio vt supō. ¶ Fiat commemo. octauę Natiuitatis beatę Marię, vt in primis vesper. diei.

¶ Die xv. Octa. Natiuitatis beatę Marię. Omnia vt in die pręterquā. v. et vj. lect. Sermo beati Augustini episcopi. Lectio iii.

HEst nobis dilectissimi optatus dies, beatę ac

tę ac venerabilis semperq; virginis Marię. Ideo cum summa exultatione gaudeat terra nostra tante virginis illustrata natali. Hęc est enim flos campi, de qua ortum est pręciosum lilium conuallium, per cuius partum mutatur natura proto plastorum, qua deletur, et culpa. Tu autem.

Lectio v.

Pręcisum est in ea illud Eue infelicitatis elogium, de qua dicitur. In tristitia paries filios, quia ista in lętitia dominū parturiuit, Eua enim luxit, ista exultauit, Eua lachrymas, Maria gaudium in ventre portauit, quia illa peccatorem, ista edidit innocentem. Virgo quippe genuit, quia virgo cōcepit, inuiolata peperit, quia in conceptu libido non fuit, vtrobiq; miraculum, ⁊ sine corruptione grauida, et in partu virgo puerpera. Tu autem.

Lectio vi.

Hoc inquit angelus ad eam gratia plena dominus tecum. Impleta est ergo Maria gratia, ⁊ Eua euacuata est a culpa. Hale dictio Eue in benedictionē mutatur Marię. Aue gratia plena dominus tecum. Tecum dominus in corde tecum in ventre, tecum in vtero, tecū in auxilio. Gratulare beata virgo Christi rex ex solio suo venit in vterum tuum. Ex sinu patris, in vterū dignatus est descēdere matris, Tu autem.

℣ Die xvi. Euphemię virg. ⁊ martyris. In primis vesp. super psal. Dñs et per totū diem, omnia vt in communi vnius virginis, pręter sequentia, ⁊ nota quod in primis vesper. post benedicamus fit cōme. octauę Natiuitatis beatę Marię. vt in ij. vesper. diei.

Lectio j.

Euphemia virgo filia senatoris Philosophronis, in ciuitate Calcedonię passa est tempore Diocletiani Imperatoris, sub procōsule Prisco. Qui primo in ipsa ciuitate quadraginta nouem Christianos detētos vna cū Euphemia virgine, cum nollēt Deo Marti sacrificare per dies viginti, in carcere macerauit. Quos beata Euphemia cū eis pariter detēta viriliter hortabatur. Propterea ante procōsulē adducta, cū sacrificare vellet alapis diu

cęsa

cęsa est, deinde in carcerem remissa. Quã Iudex sequu⁹ ex libidine opprimere vo luit, sed subito manus eius exaruit. Qui se incantatũ putãs prępositum domus suę ad eam direxit, vt eam faceret consentire. Sed ille carcerem clausum, nec clau-ib⁹ aperire, nec securibus frãgere potuit, sed a dęmo nio arreptus seipsum dila nians vix euasit. Tu autem

Lectio iij.

DEinde educta, posita est super rotã cuius vectes carbonibus pleni erant, & artifex intra rotam signum trahentibus dederat, vt quando sonum faceret simul traherent, et sic exeunte igne, vectes corpus virginis dissiparent. Sed nutu Dei ferrum quo rota temperabatur, manu decidens sonum fecit, & cõtinuo trahentibus illis rotam, artificem cõminuit, et Euphemiam illęsam seruauit. Tunc igne suppositio ipsam rotę alligatam, simul cum rota comburere volue runt, angelus autem domini de cęlo descendit, & rota combusta Euphemiam in rectã eduxit, ministros quo q̃ omnes paralysi percussit. Tu autem. Lectio iij.

TUnc iussit eam procõ sul in fornacem ardẽtem mitti, sed signo crucis edito, inde illęsa educitur. Apuleyus autem procon sulis assessor eidem consuluit, vt eam decollari faceret, dicens virtutem Christianorum nõ nisi ferro vinci posse. Erectis ergo scalis cũ Sosthenes, & Victor ad eã feriendã missi essent videntes eam angelorum, & virginum chorus circundatam, & immenso lumine circumfusam conuersi sunt ad Christum, et reuersi eã per cutere noluerunt. Tu aũt.

Lectio iiij.

POst hęc Priscus eam per capillos suspendi fecit, & immobilem permanẽtem, negato cibo iterum diebus septem in custodia macerauit. Illa vero ab an gelo quotidie refecta, septi mo die educta, subter quatuor magnos lapides posita est, quatenus, sicut oliua, confringeretur, ad cuius orationem lapides vt pulvis cõminuti sunt. Tu aũt.

Lectio v.

QUod cernẽs Priscus ipsam in profundam foueã proijci iussit, vbi tres erant

erãt bestię immanissimęque omnem hominem deuorarẽt. Quę statim virgini blãdientes mansuescunt, & illã de fouea illęsam eduxerũt, Priscus confusus vt eam vel dolo occideret, fecit gladios, & palos acutos configi, & obscure ac terra modica operiri, vt illa ex improuiso in ipsos incidens moreretur. Gladijs vero, & palis ab angelis alibi transpositis, Euphemia veniẽs ad locum nil lęsionis pertulit. Tu autem.

Lectio vj.

Quę omnia dum Priscus magię atribueret iussit eam virgis cędi. Et cum nec sic superari posset, Apuleius proconsulem videns angustiari, iussit virginem in arenario mitti, & bestias ei laxari, & laxati sunt ei duo leones, & duę vrse, et cum bestię ei procidentes, vestes eius oscularentur, orauit Euphemia, vt Deus eam tali martyrio dignaretur assumere. Sicq; vna ex vrsis cursum arripiẽs, mortem corporis eius solũmodo infixit, liuorem tamen nullum ei fecit, sicq; voce ęlica ipsam vocante spiritum emisit. Cuius corpus parentes rapuerunt, & miliario vno a ciuitate Calcedonia sepelierunt, decimo sexto Kalendas Octobris, cuius meritis omnes Judęi, et gentiles eiusdem vrbis in domino crediderũt. Tu autem.

℣ Die xvij. Lucię, & Semiriani martyrũ, omnia vt in cõmu. plurimor. martyrum. ℣ Die xviij. Ferreoli martyris, omnia vt in communi vnius mart. pręter inj. v. & vj. lectio. Lectio inj.

Quo tẽpore furor Ethnicus in Christianos vbiq; gentium desęuiebat Crispinus quidam vir consiliarius apud Viennam ad sacrificia cunctos compellebat, & honores non recusantibus maximos deferebat. Tu autem.

Lectio v.

Comperto igitur diuũ Ferreolum sub militari sago Christo deseruire, conditionem ei detulit Crispinus, vt deos cum primis coleret, sacrificiaq; exhiberet, aut caput ensi feriendũ submitteret. Tu autem.

Lectio vj.

Ferreolus, heus, inquit, Crispine qnãuis sub te tuisq; Cęsaribus facio

cio stipendia, ea tamē lege vestrę me militię adstrinxi, vt in hostes ac rebelles, nō autē in Christianos tenear dimicare. Operam tibi, salua semper religione pręstiti, dijs tuis thura non dabo quod Christianꝰ sum, moriq; pro Christo prę cūctis exopto. Sic itaq; pleno Christum ore fatenti, caput amputatum est decimoquarto kals Octobris. Tu autē.

¶ Die xix. Prothi, & Jacinthi martyrū. omnia vt in cō mu. plurimo. marty. pręter orationem, & vj. lectio.

Oratio.

BEatorū martyrū tuorum Prothi, & Jacinthi nos dñe foueat prętiosa confessio, et pia iugiter intercessio tueatur. Per Dñm. Lectio vj.

PRothus, & Jacinthus martyres Romę sub Gallieno imperatore martyrium tolerarunt. Hi eunuchi fuerant beatę Eugenię virginis, quę filia fuit Philippi nobilissimi Romanorum Alexandrię prefecti, & illius in studijs philosophię cōdiscipuli, & ab ipsa virgine vna cum patre, & Claudia eius matre ad Christū conuersi in Aegypto, et ab Heleno episcopo baptismate loti. Inde cum beata virgine Romā regressi sub Galieno, quod Christiani essent deprehensi, cum cogerentur idolis sacrificare, simulachrum Jouis oratione sua comminuerunt. Quare primum fustibus cęsi sunt, deinde capite detruncati, tertio idus Septembris, sepultiq; sunt in via Salaria in cęmeterio Priscillę. Tu autem.

¶ Die xx. Cornelij, et Cypriani martyrū, omnia vt in communi plurimo. martyrum, pręter orationē, iiij. v. et vj. lectio.

Oratio.

IAfirmitatem nostram quęsumus dñe propitius respice, & mala omnia quę iuste meremur, sanctorum martyrum tuorū Cornelij, & Cypriani intercessione auerte. Per Dominum.

Lectio iiij.

BEnedictus Deus, et pater dñi nostri Jesu Christi, pater misericordiarum, & Deus totius consolationis, qui cōsolatur nos in omni tribulatione nostra, vt possimus, et ipsi consolari eos qui in omni pressura sunt per exhortationem, 2. ad Cor. ca. 1.

tionem,qua exhortamur,& ipſi a Deo, quoniam ſicut abundant paſſiones Chriſti in nobis,ita et per Chriſtum abundat cõſolatio noſtra,ſiue autem tribulamur pro veſtra exortatione,& ſalute,ſiue cõſolamur pro veſtra cõſolatione,ſiue exhortamur pro veſtra exhortatione et ſalute, quę operatur tolerantiam earundem paſſionum,quas & nos patimur,vt ſpes noſtra firma ſit pro vobis, ſcientes quod ſicut ſocij paſſionum eſtis,ſic eritis,& conſolationis. Tu autem. Lectio v.

COrnelius patria Romanus pontificatum geſſit tempore Decij imperatoris. Hic cũ Lucina matrona ſantiſſima beatorum Petri,& Pauli corpora a Cathecumbis vbi minus tuta eſſe videbantur, clam extulit. Decius autem cognito,quod Cornelius multos ad fidem Chriſti conuerteret Cemtumcellas eum miſit in exiliũ, vbi Cyprianus Carthaginenſis epiſcopus ipſum per literas conſolatus eſt. Sed hoc intellecto, Decius Cornelium reuocauit quaſi reum ięſę maieſtatis,ipſumq; plumbatis cędi fecit. Et cum ſimulachriũ Martis adorare renuiſſet decimo octauo kalendas Octobris capite truncatur. Tu autem.

Lectio vj.

CYprianꝰ natione Afer, Chriſtianus factꝰ omnes facultates ſuas pauperibus diſtribuit. Deinde preſbyter,nec multo poſt epiſcopꝰ Carthaginẽſis creatus plurima ſanctitatis documenta prębuit, & doctrinę ſingularis monumenta poſteris reliquit. Imperatore Valeriano accuſatus quod Chriſtum coleret, a Paterno proconſule cum ab inſtituto flecti non poſſet,in exilium miſſus eſt,vnde regreſſus, procõſule defuncto rurſum apud Galerium accuſatus inuicto animo in vnius veri Dei Chriſtiq; confeſſione perſeuerans, obtruncatus martyrio coronatus eſt, decimo octauo Kalendas Octobris. Tu autem.

Eodem die.

Nona lectio erit de vigilia ſancti Matthęi apoſtoli euangelium cum ſua homilia vt ſequitur. Lect.ix. Lectio ſancti euangelij ſecundum Lucam.

In

IN illo tempore vidit Jesus publicanum nomine Leui, sedentem ad teloneū, ꝛ ait illi sequere me. Et reliqua. Homilia venerabilis Bedę presbyteri.

IDem Leui qui Matthęus est, sed Lucas, Marcusq; propter verecūdiam, ꝛ honorem euangelistę noluerunt nomen ponere vulgatum. Ipse autem Matthęꝰ iuxta illud quod scriptum, est iustus accusator sui est, in primordio sermonis, Matthęum se, ꝛ publicanum nominat, vt ostēdat legentibus nullum conuersum de salute debere diffidere, cum ipse de publicano in apostolum, de teloneario in euangelistam sit repente mutatus. Et relictis omnibus, surgens sequutus est eum. Intelligēs Matthęus quid sit veraciter Dominū sequi, relictis omnibus sequitur. Sequi enim imitari est, ideoq; vt pauperem Christū non tan gressu, quam affectu consectari potuisset: reliquit propria, qui rapere solebat alie na. Tu autem.

¶ Die xxj. Matthęi apostoli, ꝛ euangelistę. In primis vesper. super psalm. Assa, ꝛ per totum diem omnia vt in communi apostolorum prętер sequentia.

Oratio.

DEati apostoli tui, et euangelistę Matthęi dńe precibus adiuuemur, vt quod possibilitas nostra non obtinet eius nobis intercessione donetur. Per Dńm. Lectio j.

UNicuiq; autem nostrū data est gratia, secundum mensuram donationis Christi. Propter quod dicit: Ascendens in altum, captiuam duxit captiuitatē, dedit dona hominib⁹, quod autem ascendit, quid est nisi quia descendit primum in inferiores partes terrę? Qui descendit, ipse est qui ascēdit super omnes cęlos, vt adimpleret omnia. Tu autem. Lectio ij. pau. ad Ephe. ca. 4.

ET ipse dedit quosdam quidē apostolos, quosdam autem prophetas, alios vero euāgelistas, alios autem pastores ꝛ doctores ad consummationē sanctorum, in opus ministerij in ędificationē corporis Christi, donec occurramus omnes in vnitatem fidei, ꝛ agnitionis filij Dei, in virum perfectum, in mensurā ętatis

tis plenitudinis Christi, vt iam non simus paruuli fluctuantes, ꝛ circumferamur omni vento doctrinę in nequitia hominum, in astutia ad circumuentionem erroris. Tu autē.

Lectio iiij.

VEritatem autem facientes in charitate crescamus in illo per omnia, qui est caput Christus, ex quo totum corpus compactum, ꝛ connexū per omnem iunctura subministrationis secundum operationem in mensuram vnius cuiusq; membri, augmentum corporis facit in ędificationem sui in charitate. Tu autem.

Lectio iiij.

MAtthęus, qui ꝛ Leui dicebatur, ex publicano factus est apostolus. Hāc cū in vrbe Galileę Capharnao ad telonium sederet, a Christo prętereunte vocatus ipsum sequut⁹ est. Quē Matthęus hospitio cum discipulis excepit. Post Christi vero ascensionem, dum pararet in Aethiopiā proficisci ad prędicandum gentibus illis euangelium, patria hoc est Hebraica lingua cuāgelium quod in Judęa prędicauerat, scripsit. Tu autem.

Lectio v.

PRofect⁹ igitur in Aethiopiam, quam prouinciā fuerat sortitus, verbum domini sequentibus signis latissime disseminauit. Duosq; magos Taroes, et Arphaxat homines prestigijs deludentes inde fugauit, eorumq; maleficia detexit. Deindeq; Christi fidem ac humanę redemptionis mysteria annuntiare nō desistebat. Et regio puero e morte ad vitam ope diuina reuocato, regem patremcū vxore, et vniuersa prouincia ad Christi fidem cōuertit. Tu autem.

Lectio vj.

QVi regi defuncto, cū Hyrtac⁹ successisset, ipsiusq; filiam Iphigeniam sibi vellet matrimonio copulare, Matthęus, quo auctore, illa virginitatem vouerat, vt in sancto persisteret proposito eandem hortabatur. Itaq; virginem cōstanter suis votis obsistere moleste ferens Hyrtacus, Matthęum, quem eius consilij auctorē esse sciebat ad altare sacra facientem gladio confodi iussit. Et sic apostoli, ꝛ euangelistę, martyrisq; coronam adeptus,

ad

ad Christum vitamq; beatã migrauit, vndecimo kalendas Octobris. Tu autẽ.

Lectio vij.

Lectio sancti euangelij secundum Matthæum.

ca. 9 IN illo tempore, cum trãsiret Dominus Jesus vidit hominem sedentem in telonio Matthæum nomine, et ait illi sequere me. Et reliqua.

Homilia venerabilis Bedę presbyteri.

EX lectione euãgelica audiuimus quia sedẽtem in telonio Matthæum, ac temporalibus curis intẽtum repente miseratus Dominus vocauit, et de publicano iustum, de teloniario discipulum fecit, quem etiam proficientibus eiusdem gratię incrementis de cõmuni discipulorum numero ad apostolatus gradum promouit. Tu autem.

Lectio viij.

NEc solum prędicãdi, verum etiam scribendi euangelium illi ministerium commisit, vt qui curã terrestrium omiserat negotiorum, cęlestium talentorum dispensator esse inciperet. Tu autem.

Lectio ix.

QUod ob id vtiq; prouidentia superna fieri disposuit, vt nullum enormitas peccatorum suorum, nullum numerositas scelerũ a sperãda venia reuocaret, cum hunc tantis mũdi nexibus absolutum tam cę lestem factum conspiceret, vt communicato cum angelicis spiritibus vocabulo euangelista nominaretur, et esset. Tu autem.

¶ Die xij. Mauritij cum socijs suis martyrib. omnia vt in cõmu. plurim. martyr. prę ter oratiõẽ iij. v. et vj. lect.

Oratio.

DEus, qui es sanctorũ tuorum splendor mirabilis, quiq; hunc diem in honorẽ beatorum martyrũ tuorũ Mauritij, Exuperij, Candidi, Victoris, Innocẽtij, et Vitalis, sociorũq; eorum martyrio cõsecrasti, da ecclesię tuę de natalitio rantę festiuitatis lętari, vt apud misericordiam tuam exemplis eorum, et meritis adiuuemur. Per Dominum.

Lectio iij.

OTim Maximianus imperator exercitũ quẽ ingentem ex varijs nationibus confectũ, trãs Alpes induxerat, dijs sacrificare

in Sedunorum finibus qui populi sunt in Gallia iussisset, Thebanorum legio quę a Thebis Aegyptijs missa fuerat, a reliquo agmine, ne impijs sacrificijs interesset, discessit. Tu autem.

Lectio v.

QVo animaduerso Maximianus denunciatū eis mittit, vt si se saluos esse velint, protinus in castra rediant ad sacrificia. Illi se Christianos esse respōdēt, et a talibus sacrificijs religione a qua minime sibi esset discedendum prohiberi, proinde precari imperatorem, ne quod ipsis nefas esset, imperaret. Tu autē.

Lectio vj.

TVnc Maximianꝰ maiorem irā odio quod in Christianos gerebat sug gerente, Thebanos, qui numero erant ad sexmillia sexcenti sexaginta sex immisso exercitu, pœnas dare iubet decimo quoque trucidato. Quam pœnam semel, & iterum Christiani subire, & quidem libenter maluerunt auctore Mauritio, quam impia imperata facere. Postremo, Maximiano non ferente Christianorum constantiam, vniuersi a reliquo exercitu illius imperio cōcidūtur, & sic Thebanorū legio ad cęlestem militiam commigrauit decimo Kalēdas Octobris. Tu autem.

℣ Die xxiij. Lini papę martyris, omnia vt in communi vnius martyris, præter lij. v. & vj. lect. Lectio vij.

LInus papa, natione Thuscus, ab vltimo Neronis anno vsq; ad Vespasiani tempora pontificatum primus post Petrum gessit, hortāte ad id humilitatis gratia Clemente, qui quartus a Petro ecclesię præfuit, quanuis enim ipse a Petro sibi successor fuisset destinatus, ne tamen videretur ambitiose agere, Lino primum cessit, deinde Cleto. Tu autem.

Lectio v.

QVm igitur Linꝰ Dei ecclesiam sanctissime moderaretur, instituit ne qua mulier, nisi velato capite, templum ingrederetur. Idēq; res gestas beati Petri, præsertim contra Simonem magum diligenter perscripsit. Tu autem.

Lectio vj.

TAnta erat huius viri sanctitas, et fides, vt non solum dęmones fugaret,

ret, sed etiam mortuos in vitam reduceret, sed hominum cęcitate, cordisq; duritia factum est: vt a Saturnino consule, cuius filiam a dęmonio liberauerat, capitali supplicio ob Christi fidē afficeretur. Sepultus est autem iuxta Petrum. Nono kalendas Octobris, cū sedisset annos vndecim, mēses tres, dies duodecim. Tu autem.

℣ Die xxiiij. Ricomedis martyris, omnia vt in communi vnius martyris pręter orationē iiij. v. & vj. lect.

Oratio.

DEus qui nos beati Ricomedis martyris tui meritis, & intercessione lętificas, cōcede propitius, vt qui eius beneficia poscimus, dono tuę gratię consequamur. Per Dominum.

Lectio iiij.

RIcomedes presbyter et martyr passus est Romę sub Flacco comite. Hic discipulus beati Petri apostoli, eiusq; in prędicatione adiutor, in Christi nomine miracula faciebat. Cui vt castissimo viro, beatus Petrus ad passionem pergens Petronillam suā filiam cōmendauit. Tu aūt.

Lectio v.

CUm autem Flaccus comes Petronillam in suum coniugium requisisset, & matronas vt ipsa requisiuerat ei misisset, vt eā ad domū ipsius associarēt, ipsaq; diuinis sacramentis ab eodem Ricomede presbytero perceptis expirasset, turba mulierum, quę ad eius nuptias celebrandas venerat, exequias sanctę virginis celebrarunt, quam beatus Ricomedes sepeliuit. Tu autem.

Lectio vi.

ET dum postmodū verbū domini prędicaret, instāter tentus est a Flacco comite tempore Domitiani pro eo potissimum, quod Feliculam virginem ab eodem comite interfectam sepelisset. Quem tentum dictus comes ad sacrificandum adduci fecit, quod cū facere recusaret, iubente Flacco tamdiu plumbatis cęsus est, donec spiritum exhalauit decimo septimo kalēdas Octobris. Corpus autem eius in Tyberim pręcipitatum est. Tu autem.

℣ Die xxv. Xysti papę martyris, omnia vt in communi vnius martyris, pręter orā

tionem quartam, v. et vj. lectiones. Oratio.

DEus, qui conspicis, quia ex nulla nostra virtute subsistimus, cõcede propitius, vt intercessione sancti martyris tui, atq; põtificis Xpsti contra omnia aduersa muniamur. Per Dñm. Lectio iiij.

XYstus secũdus papa natione Græc⁹, patria Atheniẽsis, ex philosopho, Christi discipulus factus, sequente adhuc Deciana, & Valeriana persecutione, sedit annos duos, menses decem, dies quinq;, & viginti. Tu aũt. Lectio v.

QVi accusatus, quod Christi fidem contra principum decreta prædicaret, captusq; ad Martis trahitur templũ, proposita nisi Marti sacrificaret, capitali pœna, quam tamen ipse constanti animo impietati prætulit. Cum igitur ad suppliciũ duceretur, interpellanti se Laurentio, & dicenti. Quo progrederis sine filio pater? Quo sacerdos optime sine ministro properas. Tu autem.

Lectio vj.

REspondit beatus Xystus, non ego te desero fili, maiora te manẽt pro Christi fide certamina, post triduum me sequeris sacerdotẽ leuita, interim si quid in thesauris habes, pauperibus distribue. Passus est autẽ Romæ, sepultusq; via Apia in cœmeterio Calisti octauo idus Augusti. Tu autem.

¶ Die xxvj. Cypriani episcopi et marty. omnia vt in cõmu. vnius martyris.

¶ Die xxvij. Cosmæ, et Damiani martyrũ, omnia vt in cõmu. plurimo. marty. præter orationẽ iij. v. & vj. lect.

Oratio.

MAgnificet te domine, sanctorum martyrum tuorum Cosmæ, et Damiani beata solennitas, quia et illis tribuisti gloriam sempiternam, & opem nobis in effabili prouidentia contulisti. Per Dominum.

Lectio iij.

HOnora medicum pro propter necessitatem, etenim illũ creauit Altissim⁹, a Deo est enim omnis medela, & a rege accipiet donationem, disciplina medici exaltabit caput illius, et in conspectu magnatorũ collaudabitur. Altissimus creauit de terra medicinam, et Eccl. c. 38.

vir

vir prudens non abhorrebit illam. Nonne a ligno indulcata est aqua amara? Ad agnitionem hominū virtus illorum, et dedit hominibus scientiā Altissimus, honorari in mirabilibus suis, in his curans mitigabit dolorem, et vnguentarius faciet pigmenta suauitatis, et vnctiones conficiet sanitatis, et nō consumabūtur opera eius. Pax enim Dei super faciem terrę, Fili in tua infirmitate ne despicias te ipsum, sed ora dominū, et ipse curabit te. Tu autē.

Lectio v.

OSmas, et Damianus fratres in Aegea vrbe Arabię nati, quamq; erant arte medicinę docti, magis tamen Christi virtute sanabant omnes infirmitates. Quod audiens Lysias prąses, Diocletiano, et Maximiano Imperatoribus, adduci eos iubet ad se. Qui cum ab eo interrogati nomina, patriam, et religionem, incunctanter exposuissent, manus pedesq; vincti, quoniam diis sacrificare recusauerant, immanissime torquentur. Tu autem.

Lectio vj.

SEd cum viderentur cruciatus negligere, iussu prąsidis vt erant ligati in mare deturbantur. Diuino tamen munere, solutis vinculis e pelago sunt incolumes egressi. Prąses autem, hoc magicis artibus adscribēs, iubet eos in carcerem trudi, ac postridie eductos, in magnum rogum immitti. In quo cum illęsi nihilo secius permānssissent, post innumera supplicia capitis obtruncatione martyrio sunt coronati, et ibidem a Christianis sepulti quinto Kalendas Septembris, processu vero temporis, Romam trānslati, in ecclesia ipsorum nomine dicata reconduntur. Tu aūt.

¶ Die xxviij. Maximi martyris, omnia vt in communi vnius martyris, prąter sextam lectionem

Lectio vj.

MAximus martyr passus est sub Decio Cęsare, Optimo autē proconsule apud Asiā ciuitatem. Quam ingressus Decius Maximum detentum dum ad sacrificia deorum compellere nō posset, iussit eum fustibus cędi, deinde in equuleum leuatum grauiter

exungulari. Ita vt carnes vna cum sanguine in terrā defluerent. Cumq; martyr domini diceret, tormenta sibi non dolorem, sed unctionem inferre, Jussu proconsulis mandante Decio extra ciuitatem eductus, ibiq; lapidibus obrutus occubuit. Quarto kalēdas Octobris. Tu autem.

¶Die xxix. Dedicatio ecclesię sancti Michaelis. In primis vespe. super psalm. Añā. Angeli, archāgeli, throni, dominationes, principatꝰ, potestates, virtutes celorum intercedite pro nobis ad dominum. Psalmi feriales.

Capitulum

Apoc. cal. 1. Significauit Deus quę oportet fieri cito, locꝰ. quens per angelum suum seruo suo Joanni, qui testimonium perhibuit verbo Dei, et testimonium Jesu Christi quęcunq; vidit. ℟. Deo gratias. ℟. Michael et angeli eius. vt infra post ius. lectio. Hymnus. ℣ ibi Christe. vt in alio festo mesio Datꝰ. fol. 387. ℟. Sancte Michael archangele defende nos in prelio. ℟. Ut nō pereamus in tremēdo iudicio. Ad Magnif. Añā. Dum sacrum mysterium cerneret, Joānes, archāgelus Michael tuba decinit, ignoice dñe Deus noster qui aperis librum, et solui signacula eius. Alleluya, alleluya. Oratio.

DEus, qui miro ordine angelorum ministeria, hominumq; dispēsas, concede propitius, vt a quibus tibi ministrantibus in cęlo semper assistitur, ab his in terra vita nostra muniatur. Per Dominum.

¶Ad Completo. Añā. Cōcussum est mare. vt infra ad ix. Ad Nunc dimittis. Añā. Archangele Christi. vt infra ad festum.

¶Ad Matut. Jnuitat. Angelorum regi Deo iubilemus pariter. ꝑ. Michaelem venerantes primatem solenniter. Psal. Venite fol. 1. Hym. Christe sanctorū. vt in alio festo mensis Datꝰ. fol. 388 ¶In nocturn. Añā. Michael prepositus paradisi quem honorificant angelorum ciues. Ps. Domine dñs noster. fol. 3. Añā. Gloriosus apparuisti in cōspectu domini, propterea decorem induit te dominus. Psal. In domino confido. fol. 5. Añā. Hic est prepositus paradisi archāgelus Michael, non dimittit animas sanctorum donec assignet

gnet eas ante tribunal Christi. Psal. Benedicam dominum. fol. 18. ℣. Stetit angelus iuxta aram templi. ℟. Habens thuribulum aureum in manu sua. pr̃ noster.

Lectio j.

Apoc. c. 12. FACTum est prælium magnum in cęlo, Michael, & angeli eius prælia-bantur cum draconc, & draco pugnabat, & angeli eius, & non valuerunt neque locus inuentus est eorum amplius in cęlo, et proiectus est draco ille magnus serpens antiquus, qui vocatur diabolus, et Satanas, qui seducit vniuersum orbem, & proiectus est in terram, & angeli eius cum illo missi sunt. Tu autem. ℟. Factum est silentium in celo dum committeret bellum draco cum Michaele archangelo, audita est vox millia millium dicentium. ℣. Salus, honor, et virtus omnipotenti Deo. ℣. Et proiectus est ille draco magnus, qui seducit vniuersam orbem, & facte sunt voces magne in celo dicentes. ℣. Salus. Lectio ij.

ET audiui vocem magnam in cęlo dicentẽ. Nunc facta est salus & virtus, & regnum Dei nostri, & potestas Christi eius, quia proiectus est accusator fratrum nostrorum qui accusabat illos ante conspectum Dei nostri die, ac nocte. Et ipsi vicerunt illum propter sanguinem agni, & propter verbum testimonij sui, & nõ dilexerunt animas suas vsque ad mortem, propterea lętamini cęli, & qui habitatis in eis. Tu aũt. ℟. Dum cõmitteret bellum draco cum Michaele archangelo, audita est vox millia millium dicentium. ℣. Salus Deo nostro. ℣. Millia millium ministrabant ei, & decies centena millium assistebant ei, & dicebãt. ℣. Salus. Lectio iij.

VAe terrę, et mari quia descẽdit diabolus ad vos habẽs iram magnam, sciens quod modicum tempus habet. Et postq̃ vidit draco, quod proiectus esset in terram, persequutus est mulierem, quę peperit masculum, & datę sunt mulieri alę duę aquilę magnę, vt volaret in desertũ locum suũ, vbi alitur per tempus, & tẽpora, & dimidium temporis a facie serpentis. Tu autẽ. ℟. Michael, & angeli eius pugnabant cum diabolo. ℣. Et ille hostis antiquus victus est

ab eis. ℣. Et cum in celo ad dimicadum insurgeret hostis ille, gratia Dei, Michael z angeli eius, obtinuerunt trium phum. ℟. Et ille. ℣. Gloria z honor sit Deo patri, z filio cū sancto spiritu. ℟. Et ille. ¶ In ij. nocturn. Añā. Sancte Michael archangele defende nos in prelio, vt non pereamus in tremendo iudicio. Psalm. Qui habitat: fol. 78. Añā. Te Deus omnipotens oramus, vt intercessione Michaelis archangeli dones habere nobis vitam perpetuam. Psalm. Cantate. fol. 46 Añā. Archangeli Michaelis intercessione suffulti, te domine deprecamur, vt quod ore prosequimur, contingamus z mente. Psalm. Dominus regnauit, exul. fo. 46. ℣. Ascendit fumus aromatum. ℟. In conspectu domini de manu angeli. Pater noster.

Lectio iij.

QVoniam hodie festū Michaelis archangeli celebramus, non erit abre pauca de ordinibus, prestantiaq; angelorum cōmemorare, quos Deus initio mundi creauit, nulla infectos prauitate, licet ipsorū quidam ex omnibus ordinibus sua culpa cum principe diabolo corruerint. Angelorum igitur qui in officio perstantes fuerūt in gratia confirmati, tres omnino esse hierarchias, grauissimis sanctorum voluminū, z auctorum testimoniis, accepimus, supremam scilicet, mediam, et infimam, quarum singule ternos ordines continēt, suprema, seraphinos, cherubinos, et thronos: media dominationes, principatus, z potestates, infima, virtutes, archāgelos, z qui angeli proprio re vocabulo, quod est alioquin omnibus cōmune, nominantur. Tu autem. ℟. Nunc facta est salus, z virtus z regnum Dei nostri, z potestas Christi eius. ℣. Quia proiectus est accusator fratrum nostrorū, qui accusabat illos ante conspectum Dei nostri die ac nocte. ℟. Propterea letamini celi, z qui habitatis in eis. ℣. Quia.

Lectio v.

QOnficitur autē vnusquisq; ordo prestantia, z similitudine muneris z gratię, qua quidam angelorum conueniunt inter se. Nam licet cuncta gratiarū munera omnes acceperint, alia

alia tamen aliis largius tributa sunt. Itaque seraphini appellantur, qui cęteris charitate pręstant: cherubini, qui sapiętia, ac cęteri eodem modo. Sed quamꝝ angeli quo superiores sunt, hoc rarius a Deo in ministerium aliquod mittantur: tutelares enim, quorum cuiusꝝ fidei singuli homines cõmittuntur, ex infimo ordine sunt, tamẽ ex omni ordine quandoꝝ mitti testatur Paulꝰ, qui omnes (inquit) sunt administratorii spiritus, in ministeriũ missi. Tu autem. ℟. Fidelis sermo, et omni acceptione dignus, Michael archangelus qui pugnabat cum diabolo gratia Dei, ille victor in celis extitit. ℣. Et ille hostis antiquus passus est ruinam magnam. ℟. Gaudent angeli, atꝝ letantur archãgeli, collaudant iusti, et congratulantur omnes sancti. ℣. Et ille hostis.

Lectio vj.

Itaꝝ Michaelem, qui nunc princeps ecclesię dicitur esse, vt olim synagogę, licet tum angelus, tum archangelus nominetur, esse tamẽ suprememę hierarchię existimarunt viri nonnulli sacrarum literarũ eruditissimi auctore Daniele qui Michaelem vnum esse dicit de primis principibus. Michaelis igitur festũ quod octauo idus Maij celebratur, ab eius apparitione, et quod tertio kalendas Octobris, ab eius basilicę dedicatione nomẽ accepit, quę ipsi fuit dedicata in antro ad cacumen Gargani montis Apulię qui procurrit in Adriaticum mare. Quo in loco, propter multa et magna edita miracula, cum ab aliis populis religiose colitur Michael, tum maxime ab accolis Sipũtinis, qui se patrocinio eius sępe adiutos esse profitentur. Tu autem. ℟. Miles Christi gloriose Michael archangele. ℣. Duo pio interuentu culpas nostras ablue. ℟. Vt celestis regni sedem valeamus scandere. ℣. Tuo pio.

℣ In iij. nocturno. Vña. O princeps noster sancte Michael, intercede pro nobis ad dominum Deum nostrum. ℣ Psalm. Dominus regnauit, irascan. fol. 48. Vña. Dum preliaretur Michael archangelus cum dracone, audita est vox dicentiũ, salꝰ Deo nostro. Alia. ℣. Benedic.

anima.

anima. fol. 49. Añ. Laudemus dominum quẽ laudant angeli, quem cherubin, ⁊ seraphin, sanctus, sanctus, sanctus, proclamant. Psal. Dñi dict. ij. fol. 50. ℣. In conspectu angelorum psallam tibi Deus meus. ℟. Et adorabo ad templum sanctum tuum. Pater noster.

Lectio sancti euangelij secundum Matthęum.

c. 18. IN illo tempore accesserunt discipuli ad Jesum dicentes. Quis putas maior est in regno cęlorũ? Et aduocans Jesus paruulum statuit eum in medio eorum. Et reliqua.

Homilia beati Hieronymi presbyteri.

QUęsę quęrendę sunt singulorum domini dictorum, atq; factorum, post inuentum staterem, post tributa reddita, quid sibi vult apostolorum repentina interrogatio? In illa hora accesserunt discipuli ad Jesum dicentes. Quis putas maior est in regno cęlorũ? Tu autem. ℟. In cõspectu angelorum psallam tibi, ⁊ adorabo ad tẽplum sanctũ tuum. ℣. Et confitebor nomini tuo domine. ℣. Deus meus es tu, et confitebor tibi, Deus meus es tu, ⁊ exaltabo te. ℣. Et confitebor.

Lectio viij.

QUia viderãt pro Petro, ⁊ domino idẽ tributum redditum, ex equalitate precij arbitrati sunt Petrum omnibus apostolis esse prelatũ, qui in redditione tributi Dño fuerat comparatus, ideo interrogant, quis maior sit in regno cęlorum. Tu autem. ℟. Archangeli Michaelis intercessione suffulti. ℣. Te dñe deprecamur, vt quod ore prosequimur contingamus ⁊ mẽte. ℣. Archangele Christi per gratiam quam meruisti te deprecamur, et per vnigenitũ dominum Deum nostrum, vt eripias nos a laqueo mortis. ℣. Te domine.

Lectio ix.

VIdensq; Jesus cogitationes eorũ, ⁊ causas erroris intelligẽs, vult desiderium glorię humilitatis contentione sanare, ⁊ aduocãs Jesus paruulum statuit eum in medio eorũ. Tu autem. ℟. Sancte Michael archangele Christi cũ omni exercitu angelorum. ℣. pro nostra omniumq; salute intercede. ℟. Perstitens princeps angelorum in conspectu dñi.

dñi. ℣. Pro nostra. ℟. Gloria patri. ℣. Pro nra. Te Deũ laudamus. ℟. Ascendit fumus. vt in ij. noctu.

℣ In Laud. Aña. Stetit angelus iuxta aram templi, habens thuribulum aureum in manu sua. Psal. Laud. Dominicalis. Aña. Data sunt ei incensa multa, vt adoleret ea ante altare aureum quod est ante oculos domini. Aña. Ascendit fumus aromatum, in conspectu domini de manu angeli. Aña. Angeli domini, dominũ benedicite in eternũ. Aña. Angeli, archãgeli, throni, & dominationes, principatus, et potestates, virtutes celorum, laudate dominũ de celis, Alleluya. Capitulum, Hymnus, & ℣. vt in primis vesperis.

℣ Ad Benedict. Aña. Dũ committeret bellum draco cum Michaele archangelo audita est vox millia millium, dicentiũ, salus Deo nostro. Alleluya. Oratio vt supra.

℣ Ad primam. Aña. Stetit angelus. ſ. Laud.

℣ Ad Tertiam. Aña. Data sunt ei. ij. Laud. Capitulũ, vt supra. ℣. Stetit angel⁹. ℟. Juxta aram templi. ℣. Habens thuribulum aureũ in manu sua. ℟. Juxta. ℟. Gloria patri. ℣. Stetit angelus. ℟. Ascendit fumus. vt infra. Oratio vt supra.

℣ Ad Sextam. Aña. Archãgele Christi per gratiam quã meruisti, intercede pro nobis ad dominum nostrum. Capitulum vt supra. ℣. Ascẽdit fumus. ℟. Aromatum. ℣. In cõspectu domini de manu angeli. ℟. Aromatum. ℟. Gloria patri. ℣. Ascendit. ℟. In conspectu angelorum. vt infra. Oratio vt supra.

℣ Ad Nonam. Aña. Concussum est mare, & contremuit terra, vbi archangelus Michael descendebat de celo. Alleluya. Capitulum, vt supra. ℣. In conspectu angelorum. ℟. Psallam tibi Deus meus. ℟. Et adorabo ad templum sanctum tuum, & confitebor nomini tuo. ℟. Psallam. ℣. Gloria patri. ℣. In cõspectu. ℟. Sancte Michael archangele, defende nos in prelio. ℣. Ut non pereamus in tremẽdo iudicio. Oro, vt supra.

℣ In ij. vespe. Aña. Stetit angelus. ſ. Laud. Psal. Dixit dominus. fol. 68. Aña. Data sunt. ij. Laud. Psal. Confitebor tibi ſ. fol. 69. Aña. Ascendit fumus. ij. Laud. Psal. Beatus vir. fol. 69 Aña. Archãgele Christi.

sti. vt supra ad vj. Ps. Laudate pueri. fol. 68. Ant. Concussum est mare. vt sup. ad ix. Psal. Confitebor tibi. ij. fol. 74. ¶ Capitulū, & omnia alia, vt infra de beato Hieronymo. ℂ Et post benedicamus. Fiat cōmemoratio sancti Michaelis. Ant. Factum est silētium in celo, dum draco commiteret bellū, & Michael pugnauit cū eo, et fecit victoriā. Alleluya. Ps. & oratio, vt in j. vesper.

ℂ Die xxx. Hierōymi presbyteri, & doctoris. In primis vesper. Capitulum, et omnia alia, & per totū diem vt in cōmu. vnius iusti, prēter sequentia.

Oratio.

DEus, qui nobis per beatum Hieronymū confessorem tuum atq; doctorem, scripturę sanctę veritatem, & mystica reuelare dignatus es sacramēta, prēsta quęsumus, vt cuius festum colimus, eius erudiamur doctrinis, & meritis adiuuemur. Per Dominum. ℂ Fiat commemoratio sancti Michaelis, vt supra.

Lectio j.

Job. c. 28. HAbet argentum vena rum suarū principia, & auro locus est in quo conflatur. Ferrum de terra tollitur, & lapis solutus calore in ęs vertitur. Tempus posuit tenebris, et vniuersorū finem ipse considerat, lapidem quoq; caliginis, & vmbrā mortis. Diuidit torrēs a populo peregrināte, eos quos oblitus est pes egētis hominis, et inuios. Terra de qua oriebatur panis in loco suo, igni subuersa est. Locus saphyri, lapides eius, et glebę illius aurum. Semitam ignorauit auis, nec intuitus est oculus vulturis. Non calcauerunt eā filij institorum, nec pertransiuit per eam leęna. Tu autem. Lectio ij.

AD silicem extēdit manum suam, subuertit a radicibus montes. In petris riuos excidit, et omne prętiosum vidit oculus eius. Profunda quoq; fluuiorū scrutatus est, & abscondita produxit in lucem, sapientia vero vbi inuenitur, et quis est locus intelligētię? Nescit homo prętium eius, nec inuenitur in terra suauiter viuentium. Abyssus dicit, non est in me, et mare loquitur, nō est mecū. Non dabitur aureum obryzum pro ea, nec appendetur argen-

gen-

gentum in commutatione eius. Non conferetur tinctis Indię coloribus, nec lapidi Sardonycho pretio ſiſſimo, vel Sapphiro. Tu autem. Lectio iij.

NOn adęquabitur ei aurū vel vitrum, nec commutabuntur pro ea vaſa auri. Excelſa, & eminentia non commemorabūtur comparatione eius, trahitur autem ſapientia de occultis. Non adęquabitur ei topazius de Aethiopia, nec tincturę mundiſſimę cō ponetur. Unde ergo ſapientia venit? et quis eſt locus intelligentię? Abſcondita eſt ab oculis omnium viuentium, volucres quoq; cęli latet. Perditio & mors dixerunt, auribus noſtris audiuimus famam eius. Deus intelligit viam eius, & ipſe novit locū illius. Ipſe enim fines mundi intuetur, & omnia quę ſub cęlo ſunt reſpicit. Qui fecit vētis pōdus, et aquas appendit in menſura. Quando ponebat pluuijs legem, & viā procellis ſonantibus. Tunc vidit illam, & enarrauit, & prępauit, & inueſtigauit. Et dixit homini, Ecce timor domini, ipſa eſt ſapientia, & recedere a malo intelligentia. Tu autem.

Lectio iiij.

HIeronymus Conſtantino imperatore anno ab orbe redempto cccxxxj. in oppido Stridone (quod eſt in Pannonię Dalmatię q confinio Chriſtianis parentibus ortus, puer admodum Romam miſſus eſt liberalibus ſtudijs erudiendus. Ubi Donato in grammaticis prięceptore, et (vt quidam volunt) Victorino in rethoricis vſus, Grecas, ac Latinas literas feliciſſime didicit. Cum autem ętate proceſſiſſet, Ariſtotelicā Platonicam, Stoicam, ac ęterorum omnium philoſophiam attigit. Galliam deinde diſcendi gratia perluſtrauit. Unde Romam reuerſus eſt, atq; inde in Syriā profectus. Qua itidem magna ex parte diſcēdi ſtudio peragrata in vaſtam eremum, quę Syros ab Agarenis diſterminat, ſeceſſit: vbi quatuor annos ab hominum frequentia ſemotus cum ſolo Deo libriſq; ſuis commercium habens, adoleſcentię lapſus lachrymarum imbre diluebat. Et contractas per

ętatis

ętatis incuriam sordes laborum asperitate detergebat. Tu autē. Lectio v.

IN media denicq; ac vigiliis, & incredibili austeritate, rebellātem carnem, & subinde repullulantē ętatis lasciuiam coercens, corpus spiritui seruire docebat. Visebatur tamen in ea solitudine, nonnunq; ab amicis, & vicinos monachos ipse inuisebat. Hebraici sermonis difficultatem indefesso labore peruicit. Cuius non solum intelligentiam, sed & peculiarem sonum, ac vernaculum stridorem est assequutus, vsus ad eā rem doctissimis Hebręorū, quos ingenti mercede conducebat, marsupiū exhauriens, vt pectus eruditione locupletaret. Hec his cōtentus Chaldaicam item linguam est aggressus, quam tamen hactenus modo sequutus est, vt intelligere posset verius quam sonare Gregorium Nazianzenum przceptorē suum ipse appellat, et hoc interpretante se sacras didicisse literas testatur. Tu autē. Lectio vj.

QVm igitur ingenti iā doctrina, & sanctitate clarus haberetur, Romam reuocatus presbyter factus est. Vbi cum probatissimę vitę exemplo mores hominum castigaret, in primisq; clericorum crimina cōstanter argueret, non ferens ipsorum inuidiam ex vrbe iterum profectus. Syriam repetijt, & Bethlehē iuxta przsepe, quod infantem Christum exceperat, venturę se nectuti sedem delegit. Vbi cū pijs, doctisq; viris in monasterio, quod Paula matrona sancta cōdiderat, sanctissimam vitā multis egit annis. Libros complures scripsit. Vetus testamentū ad veritatē Hebraicam trā stulit. Nouum autem reddidit Grecę fidei. Multa przterea Grecorum opera latinitate donauit. Tandem vitę cursu sanctissime peracto, multis miraculis clarus in eodē oppido Bethlehē migrauit ad dominum pridie Kalendas Octobris. Tu autem.

October.

¶ Die j. Verissimi, Maximi et Julię martyrū, omnia vt in cōmu. plurimorum martyrū, przter iiij. v. et vj. lect.

Lectio iiij.

APud Vlisbonensem ciuitatē quā in Oceani

ni litore esse conditam memorat, & retexit antiquitas, natale sanctorum martyrũ, Verissimi, Maximi, & Juliæ, quos Dagani tũc præsidis persequutio Christo consecrauit. Cum autem præses præceptis imperialib⁹ fuisset admonitus, vt diuersis tormentis interficerentur qui sacrificare idolis distulissent, præceptionis impiæ nefari⁹ exequutor prædictæ vrbis indigenas deduci ad sacrificandũ per ministros suos compellit. Tu autem.

Lectio v.

INter quos cum Verissimus, Maximus, & Julia adolere profanis altaribus compellerẽtur, Christianos se esse confitentes, ac in Christum credere, nec diuelli posse ab eius ministerio profitentes, in carcerem recepti sunt. Quorum iudex confessione accepta parari secretarium iubet, intromitti lictores, & extendi martyres, admoueri verbera, colligari vngulas, exponi equuleorum tenicula imperat, sed nihil horũ Dei famulos aut terruit promissum, aut superauit appositum. Tu autem.

Lectio vj.

ARdescebat siquidem iracundia persequentis cum fiduciam martyrũ inter adinuentionum suarũ tormenta cõspiceret, & per omnes calliditatis astutias mens diabolo dicata curre bat, sed vincere immũdi hostis astutia non poterat, quos ad coronam celestis præmij diuina gratia vocabat. Cumq; diuersorum generũ excogitata supplicia superarent, gladio percussi martyria cõpleuerunt. Tu autem.

Die 15. Leodegarij episcopi et martyris, omnia de communi vnius martyris, præter iuj. v. & vj. lectio.

Lectio iij.

LEodegarius ex illustri Frãcorum regum genere ortus, Lotharto regi a parẽtibus traditus est, a quo paulo post Guidoni Pictauorum episcopo cõmendatus, a sacerdote quodam viro optimo liberalibus disciplinis eruditus, et ab episcopo archidiacono ordinatus, et vt maxime pudicitiam amaret edoctus est. Leodegarij igitur sanctitate motus episcop⁹, sancti Maxẽtij cœnobio, cũ ius abbas e viuis excesse-

rat, Leodegarium prefecit. Cui muneri sexenio ferme integro summa diligentia, & integritate cū prefuisset, a Lothario rege in regiam translatus est. Tu autem.

Lectio v.

Interea mortuo Weduonū episcopo, aduenientibus maxime Frācis, Leodegarius in episcopum Weduorum eligitur. Sed cum Lotharius extinctus esset, in regiam se contulit Leodegarius, vt cum aulę principibus de eligendo rege consultaret. Vbi implacabile odium incurrit Webroini maioris domus regię, quę dignitas post regē maxima erat, quia cum Webroinus Theodoricum eligi in regem cuperet, Leodegarius effecit, vt Childericus Lotharij frater in regnum sufficeretur. At Webroinus veritus, ne male administratę dignitatis pœnas daret, monasticum institutum, et habitum suscepit. Verum peruersorum quorundam hominum dolis ita est Childerici voluntas a Leodegario alienata, vt de eo interficiendo cogitaret. Tu autem.

Lectio vj.

Quod intelligens Leodegarius, sub monachi habitu, in eodem, quo Webroin⁹ agebat cœnobio, diu latuit. Quo tempore extincto Childerico, Theodoricus, qui prius regnum ambierat, in regem a Francis assumptus est, & Webroinus monasterium egressus autoritate, et gratia apud regem cui prius fauerat, maxime valebat. Qui tanto odio Leodegarium persecutus est, vt et illum contumelijs afficeret, et varijs cruciatibus torqueret. Sed Leodegarius a prędicatione, & Dei laude nō desistēs, maiori odio Webroinum in flammauit, ita vt Leodegario linguā abscinderet. Inter hęc etiam Webroinus missis satellitibus, qui Dei virum iugularent, insanię suę impietatem perfecit sexto nonas Octobris. Tu autem.

¶ Die xij. Froilani episcopi confessoris, omnia vt in cōmuni vnius pontificis pręter orationem tiij. v. & vj. lectiones. Oratio.

Deus, qui ecclesiam tuam beati Froilani confessoris tui, atque pontificis innumeris decorasti mira-

miraculis, largire ſupplicibus tuis, vt a cunctis reatibus abſoluti, eius ſuffragãtibus meritis tecum ſine fine lętentur. Per Dñm.

Lectio iiij.

IN ſuburbio Lucẽſi apud Galleciam Hiſpanię prouinciã, ſanctus Frolanus natus eſt, ibiq; diſciplinis eruditꝰ, timere Deũ, & diſcedere a malo edoctꝰ, plenus fide, & operibus bonis, ſemper de virtute in virtutem accreſcens, cum decem et octo eſſet annorum ad eremũ euolauit, cupiẽs ſolitariam vitam ducere. Sed quia vas electionis prędeſtinatus erat ad multorum illuminationem prędicationis officium nõ ſine prodigioſo ſui ipſius experimento accipere conatus eſt. Quod munus tanto ex equutus eſt populorũ profectu, vt eum ſpiritu ſancto repletum communi voce cõclamaretur. Tu autem.

Lectio v.

QUm autem pius rex Alfonſus tantam in viro Dei Frolano virtutẽ, & diuinam gratiam conſpexiſſet, clamori populi id obnixe poſcẽtis proprioq; deſiderio ſatiſſacere volens, ſanctum virum tametſi inuitum, & renuentem in epiſcopum Legionenſem ordinari, non ſine maximo cunctorum applauſu curauit, ſancto etiam Attilano Zamorenſi cathedra commendata. Qui ambo die ſancto Pentecoſtes pariter cõſecrantur. Tu autem.

Lectio vj.

QOnſtitutꝰ igitur Frolanus in ſede epiſcopali, cępit officium paſtorale non ſegniter exercere. Quẽ dominus non tantum plurimis illuſtrauit miraculis, ſed & ſpiritu prophetię illum decorauit, quo multoties futura prędſagiebat. Unde mortis ſuę terminum cognoſcens, congregata multorum caterua clericorum atq; monachorum, cunctis lamentantibus cęleſtis illa anima corporea veſte depoſita, in cęlũ eſt ſublata, quarto nonas Octobris, ſanctũq; corpuſculum pretioſo ſepulchro ab Alfonſo Rege conſtructo recõditur in Legionenſi eccleſia. Era nonigenteſima quadrageſima tertia. Tu autem.

¶ Die iiij. Frãciſci confeſſoris. In primis veſper. ſuper pſal. Antiphona & omnia alia

per totum diem, vt in communi vnius tusti, preter sequentia. Oratio.

DEus, qui ecclesiã tuã beati Francisci confessoris tui meritis fetu noue proliș amplificas, tribue nobis ex eius imitatione terrena despicere, et cęlestium donorum semper participatione gaudere. Per Dñm. Lectio j.

2. Corint. ca. 6

IN omnibus exhibeamus nos metipsos sicut Dei ministros, in multa patientia, in tribulationibus, in necessitatibus, in angustiș, in plagis, in carceribus, in seditionibus, in laboribus, in vigiliș, in ieuniș, in castitate, in sciencia, in longanimitate, in suauitate, in spiritu sancto, in charitate non ficta, in verbo veritatis, in virtute Dei per arma iustitię a dextris, et a sinistris, per gloriam, et ignobilitatem, per infamiã et bonam famam, vt seductores, et veraces, sicut qui ignoti, et cogniti quasi morientes, et ecce viuimus, vt castigati, et non mortificati, quasi tristes, semper autem gaudentes, sicut egentes, multos autem locupletantes, tamq̃ nihil habentes, et omnia possidentes. Tu autem. Lectio ij.

FRanciscꝰ natione Italus Assisij natꝰ, quod oppidum est in Umbria, vir fuit religiosissimus, euãgelicę perfectionis sectator, floruitq; sub Innocẽtio papa tertio. Tu autem. Lectio iij.

DAm cum adolescens mercaturã exercuisset, non tamen abiit post aurum nec speravit in pecunię thesauris, sed ad Christum cõuersus, cũ audisset in ecclesia illud euãgelicũ, qui non renuntiauerit omnibus, quę possidet, non potest esse meus discipulus, cũcta quę ad manum habuit, pauperib⁹ erogauit. Cętera patri suo idipsum postulanti, hęreditario iure cora episcopo tradidit. Tu aũt. Lectio iiij.

DEinde, vt nozmam sequeretur, quam Christus dedit apostolis, dum eos mitteret ad prędicandum, distributa pecunia calceamenta deposuit, et vnica contentus tunica, vt quatenus liceret Christum imitaretur, duodecim sibi socios ascuit, atque ad ęmulationem euangelicę perfectionis

ctionis ordinem monasticum, qui minorum appellatur institutit. Tu autem.

Lectio v.

ROmã venit, circa annũ a Christo nato millesimum ducentesimum octauum, quem papa visione diuina prȩmonitus benigne recepit, regulamq; & institutum ab eo viuendi ordinem confirmauit. Dimissis ergo quoquo versus fratribus qui verbum Dei seminarẽt ipse in Syriam nauigauit, a Soldanoq; fuit benigne receptus, sublata tandem prędicandi facultate, coactus fuit in patriam redire. Tu autem.

Lectio vj.

QUi biennũ ante obitum cum quadraginta dies ieiunasset in monte Aluernię in festo exaltationis crucis oranti apparuit Seraph crucifixus, qui in manibus, & pedibus ipsius stigmata plagarum Christi mirabiliter impressit. Quibus insignitus, summę admirationi cunctis intuentibus, venerationiq; fuit. Tãdẽ beatus Franciscus plenus bonis operibus, & gratis apud Assisium moritur, quarto nonas Octobris, quem Gregorius nonus cognitis eius miraculis catalogo sanctorum adscripsit. Tu autem.

℣ Die v. Attilani episcopi, omnia vt in cõmuni vnius pontificis prȩter vj. lectio.

Lectio vj.

HAttilanus beati Bernardi apud monasterium quod Bozeruela dicitur, in Hispania monachꝰ sub disciplina beati Victoriani abbatis vitam religiosissime instituit. Cuius cognita morum disciplina, Victorianus eum Priorem instituit. Postmodum vero episcopo Zamorensi defuncto, fama sanctitatis eius vbiq; volante, in episcopum assumitur a populo, anno Domini millesimo secundo, tẽpore Henrici Imperatoris. Cuius vita tot testimoniis claruit, vt Vrbanus primus post eius defunctionem in numerũ sanctorum retulerit. Tu autẽ.

℣ Die vj. Fidis virginis et martyris, omnia vt in communi vnius virginis, prȩter orationem inj. v. & vj. lectio.

Oratio.

DEus, qui prȩsentem diem beatę Fidis, virginis martyrio facis esse so-

lennem, prẽsta ecclesię tuę, vt cuius meritis gloriatur eius precibus adiuuetur. Per Dominum.

Lectio iiij.

SAncta Fides Agenen sium ciuitate oriunda fuit, & ex parẽtibus clarissimis procreata, alumna loci illius in ortu, facta est patrona in passionis obitu, ab ipsis enim infantię suę cunabulis, dominam Jesum Christum dilexit, & suum dixit esse auctorẽ. Quare sub Datiano prẽside magnum pro eo sustinuit martyrium. Tu autem.

Lectio v.

QUam cum Christũ confiteretur, & diis sacrificare renuisset, super cratẽ ferream diuaricatis membris extensa, et substratis carbonibus adipe flammis iniecto, dũ sic coqueretur, multos suę virtutis exemplo ad Christum conuertit, & ad martyrium animauit.

Lectio vj.

TUnc beatus Caprasius diuino signo firmatus, ad certamen fuit roboratus, beata vero Fides agone expleto pro Christo, capite plexa est pridie nonas Octobris. Tu autem.

¶ Die vij. Iusti, et pastoris martyrũ, omnia de cõmuni plurimorum martyrum prẽter iiij. v. & vj. lectio.

Lectio iiij.

QUm sęuissimus Datianus, Diocletiani prẽfectus per Compluten sem Hispanię ciuitatẽ transiret, & eius tremendam opinionem cuncta ciuitas cognouisset, duo pueri, Justus, et Pastor ad spectaculum proprij martyrij, & alacri deuotione, & libenter cucurrerũt, se inuicem vt pro Christo mori non formidarent, forti animo admonentes. Quos impius iudex comprehensos, in carcere trudi iussit. Tu autem.

Lectio v.

ET cum vinculis tenerentur, Justus sic fratrem adhortabatur, noli (inquit) frater hanc temporalem pertimescere mortem, noli cędẽtium ictus in tuo tenerrimo corpore expauescere, cui Pastor, digne, tu, inquit, frater iustitiam, quã nomine prẽfers verbis ostẽdis, offeramus Christo pro pria corpuscula, vt animę ęterna consequantur gaudia. Tu autem.

Lectio vj.

Quos

QVos cum ministri sic se ad alterutrum animantes audirent Datiano nunciant, qui illos extra vrbem eductos, gladio feriri iussit octauo idus Augusti. Quorũ corpora Compluti sepulta magno habẽtur in pretio. Tu autem.

¶ Die viij. Donati episcopi & martyris, omnia de cõmũ. vnius martyris, præter orationem. iij. v. & vj. lect.

Oratio.

DEus tuorum gloria sacerdotũ præsta quę sumus, vt sancti martyris tui, & episcopi Donati, cuius festa gerimus, sentiamus auxiliũ. Per Dñm. Lect. iij.

APud Tusciã ciuitatem Aretũ natale sancti Donati episcopi, et martyris, qui nutritus a sancto Pigmenio presbytero, in titulo beati Pastoris eruditus est, non solum in diuinis, verum etiam, et in humanis literis sufficientissime. Cum quo, et Julianus creuit, & subdiaconus ordinatus, reiecto postmodum gradu, inutilis factus ad imperium aspirauit. Quo tẽpore Romę sanctos Donati patrem & matrem occidit. Tu sũt. Lectio v.

OCcisis parentibus Donatus fugã petijt Aretum ciuitatem, & habitauit cum Hilariano gloriosissimo monacho, seruiens Deo cõtinuis orationibus et ieiunijs, quibus diebus accidit, vt mulier Syrama nomine, gentilis, oculis, et corde cęca cum vnico filio suo Herculano, cellam beati Hilariani cum quo beatus vir habitabat requireret, quam in fide Christi instructam, ad beatum Satyrum episcopũ, Hilarianus, et Donatus perduxerunt. Qui vt fidem ipsius accepit eam cum filio baptizauit, & mox aperti sunt oculi eius, cępitq; clamare quod vere Christus filius Dei est, quia illuminauit oculos meos. Tu autem. Lectio vj.

HOc factũ audiẽs Antronianus nõ multos post dies attulit filiũ suum dęmoniacum ad beatũ Donatum, quo orante simul cũ beato Satyro episcopo, et Hilariano monacho, expulsus dęmon puerum sanum reliquit, multis præterea miraculis clarens, iussu Juliani a Quadratiano præsule tentus, in primis os eius

lapidibus contũditur, deinde carcere mancipatur, vbi capite plexus martyrio coronatur in ciuitate Areriña septimo idus Augusti. Tu autem.

¶ Die .ix. Octobris, Rustici, & Eleutherij, martyris, omnia vt in cõmuni plurimorũ martyr. præter sequentia.

Oratio.

DEus, qui hodierna die beatum Dionysiũ martyrem tuum, virtute cõstantię in passione roborasti, quicq illi ad prędicandũ Gentibus gloriam tuã, Rusticum, et Eleutherium sociare dignat⁹ es, tribue nobis quęsumus ex eorum imitatione pro amore tuo prospera mundi despicere, et nulla eius aduersa formidare. Per Dñm. Lectio .i.

Act. c. 17. STans autem Paulus in medio Areopagi, ait, viri Athenienses, per omnia quasi superstitiosos vos video. Prętereuntes enim, et videns simulachra vestra inueni, et arã in qua scriptũ erat, Ignoto Deo. Quod ergo ignorãtes colitis, hoc ego annũtio vobis, Deus qui fecit mundum, et omnia quę in eo sunt, hic cęli, & terrę cum sit dominus, non in manufactis templis habitat, nec manibus humanis colitur, indigens aliquo, cum ipse det omnibus vitam, & inspirationẽ, & omnia, fecitq ex vno omne genus hominum inhabitare super vniuersam faciẽ terrę, definiens statuta tempora, & terminos habitationis eorũ, querere Deum si forte attrectent eum, aut inueniant, quamuis non longe sit ab vno quoq nostrum, Tu aũt. Lectio ii.

IN ipso enim viuimus, & mouemur, et sumus, sicut et quidam vestrorum poetarum dixerunt. Ipsius enim, & gen⁹ sumus. Genus ergo cum simus Dei nõ debemus ęstimare auro & argẽto, aut lapidis sculpturę artis, & cogitationis hominum diuinum esse simile, et tempora quidem huius ignorantię despiciens Deus nunc annũciat hominibus, vt omnes vbiq pœnitẽtiam agant, eo quod statuit diem in quo iudicaturus est orbẽ in æquitate in viro in quo statuit, fidem prębens omnibus, suscitans eum a mortuis. Tu aũt. Lectio iii.

CUm audissent autem resurrectionem mortuorum

tuorum, quidã quidem irridebant, quidam vero dixerunt, audiemus te de hoc iterum. Sic Paulus exiuit de medio eorum. Quidam vero viri adhærentes ei, crediderunt, in quibus, & Dionysius Areopagita, & mulier nomine Damaris, & alij cum eis. Tu autem.

Lectio iij.

Dionysi⁹ patria Athenien sis, vir patritius, & Areopagita, quo nomine illi⁹ ciuitatis senatores appellabãtur, traditur eo die, quo Christus crucifixus est animaduerso solis præter ordinem naturę defectu, cũ esset vir excellens omni doctrina coram multis exclamasse: aut Deus naturę patitur, aut mundi machina dissoluitur. Tu autem.

Lectio v.

Cum autem Paulus Athenas venisset, et ductus esset in Areopagũ, vt rationem eius doctrinę redderet, quã prædicabat, in medio senatus mirabiliter de vera pietate, & resurrectione Christi ac mortuorũ disseruit. Qua oratione cum alios, tum imprimis, Dionysium conuertit, eũq; constituit episcopum Athenien sis ecclesię. Postea vero, cum Romam venisset Dionysius, vt Petrum videret, & Paulum quos audierat in vincula coniectos esse, aliquanto post tempore missus est a Clemente in Galliam, ad prædicandum euangelium, quem sequuti sunt Rusticus presbyter, et Eleutherius diaconus, vsque ad vrbem Parisiorum. Tu aũt.

Lectio vj.

Vbi cum multos ad fidem Christi conuertisset, in persecutione Domitiani capti, Dionysius, & socij a Fescẽnino præfecto, vehementer loris flagellati sunt. Sed cum non possent auocari a Christiana pietate, postridie Dionysius in craticula ferrea igne supposito imponitur, & multis deinde supplicijs afficitur. Quibus superatis idẽ Dionysi⁹ octogesimo suę ętatis anno cum socijs similiter cruciatis capite truncatur, septimo id⁹ Octobris. Qui Dionysius suum caput sub stulisse, & manibus per longum spatium portasse memoratur. Scripsit autẽ mirabili quadam doctrina libros de cęlesti hierarchia, & alterum de diuinis nomi-

nibus. Itē de mystica theologia, et alia nonnulla. Tu autem.

¶ Die x. Geraldi abbatis, confessoris, omnia vt in cōmu. vnius iustī vel abbatis.

¶ Die xj. Tyburtij martyris, omnia vt in cōm. vnius martyris pręter iij. et vj. lectio. Lectio iij.

ROmę inter duas lauros natale sancti Tiburtij martyris filij Chromatij vrbis pręfecti quem erudierunt in fide beatus Sebastianus, et sanctus Tranquillinus, ac gloriosus Policarpus presbyter, qui ipsum in sacro fonte baptismatis innouauit, et familiam eius promiscui sexus mille quadringentos cū eo pariter baptizauit. Et cum ieiunijs, et orationibus ibi cum beato Caio papa moraretur, quadam die transiens occurrit homini, qui de alto lapsus fuerat, et ita caput, et omnia membra sua quassauerat, vt sola sepultura eius ageretur, iuxta quē ipse accessit, et cępit dicere super vulnera eius late orationem dominicam, et symbolum, et ita factus est homo solidatis membris incolumis quasi nihil contigisset ei mali. Tu autem.

Lectio v.

INterea dum procella persecutionis grauiter inundaret, iunxit se quidā simulata fide beato Caio. Pozro hic apostata exterat, et erat fraudulētus in omni sermone, et callidus in omni commisso, qui dum a beato Tiburtio viro sanctissimo frequenter argueretur, quod capillos super apicem frontis tonsoris arte componeret, et quod assi due pasceretur, et ludendo prauderet, egit arte quatenus orantem sanctum Tiburtium pagani comprehē derent. In qua comprehensione se ipsum fecit teneri, et simul duci ad secretarium iudicis. Tu autem.

Lectio vj.

INtroducti vero ante Fabianum pręfectū, statim Tiburtius fassus est se Christianum esse. Tunc iussu pręfecti nudis plātis super viuos carbones incedit. Cū vero super prunas gaudens staret, ait, videtur quod super roseos flores incedam. Tandem ductus ad locum, qui dicitur inter duas lauros, ibi capite plexus est, et glorioso martyrio

in

in domino sepultus, tertio idus Augusti. Tu autem.

¶ Die xii. Petri episcopi Oxomensis, omnia vt in cõmuni vnius pontificis prẽter sequentia.

Oratio.

DEus, qui largissimę bonitatis tuę cõsilio, ecclesiam tuam Oxomensem beati Petri confessõris tui atque pontificis, prẽclarę vitę meritis decorasti, ⁊ gloriosis ꝛ̃ificas miraculis: cõcede propitius nobis famulis tuis, vt ⁊ ipsius in melius reformemur exẽplis, ⁊ ab omnibus eius patrocinio protegamur adversis. Per Dominum.

Lectio iiij.

VEnerabilis antistes, ⁊ pius pastor Petrus natione Bituricensis, parẽtibus Christicolis, cũ esset bonę indolis adolescens, inter scholares diligenter inuigilans, in lege domini die ac nocte meditabatur. Hic liberalium artium studia vigilanter prosecutus, legibus quoq; diuinis apprime eruditus, philosophicam, atq; diuinam non mediocriter attigit facundiam. Tu autem.

Lectio v.

HAlozẽti namq; studio ardenter inhiabat, fluenta doctrinę bibulo pectore haurire, ⁊ solerter memorię arcana condere. Gloriosi itaque Hispaniarum regis Ilefonsi tẽporibus, sub venerabilis viri Bernardi Toletanę sedis metropolitanę vigilãtia, natali relicto solo, prędicti patris famulatui se subdidit. Simpliciterq; domũ eius inhabitans, inter honestos, ⁊ pudicos vitę elegantia non infimus morum probitate conspicuus, dignus Deo, ⁊ charus hominibus habebatur. Archidiachonij igitur arcem in prędicta ecclesia conscendens, res ecclesiasticas diligenter, ⁊ oppoꝛtune tractabat, et operose administrabat. Et excubitor in domo domini sui prouidus non tantum temporalia, sed spiritualia erogabat. Tu autem.

Lectio vj.

DE vero, probitatis ipsius ac sciẽtię lumẽ diu lateret sub modio, summa eum ad regia subrogare voluit dignatio. Dignum quippe erat, vt qui in domo Dei sui administratoris eleganter officiũ exerce-

exercebat, in eadem præceptoris dignitate præcelleret. Eo tempore Oxomensis ecclesia pastore vacabat, quippe quę Sarracenorum incursu cũ aliis multis Hispaniarum ecclesijs, et ciuitatibus depopulata fuerat, multisq; annorum curriculis orbata rectore, deficiẽtibus habitatoribus, Dei tandem nutu reędificabatur, raro tamẽ adhuc habitatore incolebatur. Huic ciuitati prędictus vir laudandus præficitur struę, et ab ipsis fundamentis euersę ecclesię, cuius nec signa, nec vestigia destructionis vetustate reperiri poterãt, rector cõstituitur. Tu aũt.

C Die xiij. Fausti, Januarij, & Martialis marty. omnia vt in communi plurim. marty. præter iij. v. et vj. lectiones. Lectio iij.

FAustus, Januarius, & Martialis patre Marcello centurione, & matre Mona geniti. Hi quãuis Legionis vtbis ciues essent: Cordubę tamen, quę in Betica est, quia Christum prędicarent, ab Eugeniano præside capti sunt. Quos primo blãditijs, deinde terroribus auocare a Christiana pietate adnixus, cum nihil huiusmodi technis proficeret, supplicijs illos adortus est. Ac primo Faustũ natu maiorem equuleo tendit, interim blanditijs Januarium, & Martialem demulcens. Tu autem.

Lectio v.

VErum cum istorũ etiã inuincibilem constantiam experiretur, equuleo vna cum Fausto illos tendi iubet. Perseuerantibus tamen in Christi laudibus, et confessione aures atq; nares amputatę sunt, rasaq; supercilia quo maiori ludibrio omnibus essent. Nec tamen ista sęuitia cõtentus Eugenianꝰ, superiores sanctorum dentes a carnificibus excuti imperat. Verũ cum a Christiano proposito deturbare tot incommoditatibus eos non posset, statuit alia ratione eorum pertinacia, vt ipse appellabat domare. Mitibꝰ enim ac dulcibus verbis compellans, veterem militię Romanę honorem inspicere eos debere dicebat, ne tam probati milites probrosa morte vita priuari se paterentur. Tu autem.

Lectio vj.

M t

AT vero cum se in omnia incassum vertisset Eugenianus, in apertum tandem furorem prorumpens contumeliosis, ac dedecorosis verbis affectos Christi martyres igni exurendos pronuntiat. Qui cū a lictoribus adignem ducerentur astantem populum ardenti oratione adhortabantur, vt breuissimis tyrānorum tormentis eternę vitę spe illuderent. Ad ignem igitur vt peruenerunt, orantes, & Christo psallentes in ingentem pyram a lictoribus protrusi spiritum dño reddiderūt, tertio idus Octobris. Tu autem.

℣ Die xiiij. Calixti papę martyris, omnia vt in communi vnius martyris pręter orationem iij. v. & vj. lectiones. Oratio.

DEus, qui nos conspicis ex nostra infirmitate deficere, ad amorē tuū nos misericorditer per sancti Calixti martyris tui atque pontificis exempla restaura. Per Dominum.

Lectio iij.

CAlixtus huius nominis primus patria Romanus Zepherino in pontificatu successit, vir Christianę religionis amantissimus, & obseruātissimus, qui in honorem martyrum cęmeterium via Appia condidit quo loco ingens martyrū multitudo sepulta erat, quod deinceps Calixti cęmeterium appellatum fuit. Tu aūt. Lectio v.

HIc sub persecutione Eliogabali obscēnissimi, & impurissimi imperatoris, cum trans Tyberim lateret, captus ac diu tortus, e fenestra przcipitatus migrauit ad Christum pridie idus Octobris, eiusq; corpus in puteum deiectum est. Tu autem.

Lectio vj.

STatuit hic sanctus pontifex vt veris, ęstatis, autumni, hyemisq; initio ieiunium fieret, quę quatuor tempora Christiana cōsuetudo vocat. Celebratis etiā ordinibus mense Decēbri, episcopos octo, presbyteros sexdecim, diaconos quatuor ordinauit, Asterius autem presbyter Calixti corpus e puteo erutum in cęmeterio Calepodij sepeliuit. Sedit in pontificatu annos sex, menses decem, dies decem. Tu autem.

℣ Die xv. Eusebij confessoris,

ris, omnia vt in communi vnius iusti præter iiij. v. et vj lectio. Lectio iiij.

BEatus Eusebius presbyter, cum præsente Constantino fidem catholicam constantissime defensaret, et Libertum papam doleret Arrianę perfidię cōsensisse ab irato Constantino imperatore Arriano includitur in quodam cubiculo, domus suę habēte in longitudine pedes quatuor. Tu autē. Lectio v.

MVltis igitur mēsibus in oratione ibi cōstanter perseuerauit. Et decimo nono kalendas Septēbris, post menses septem, adhuc tamen inclusus dormitionem accepit. Cuius corpus collegerunt Gregorius, et Dorosius presbyteri, et sepelierūt in crypta iuxta corpus beati Xysti martyris, et episcopi via Appia in cęmeterio Calixti. Vbi et titulum scribentes posuerunt ita: Eusebio homini Dei. Tu autē.

Lectio vj.

HAdiens Cōstantinus quod Gregorius, et Dorosius sepelissent corpus beati Eusebij, in eadē crypta vbi eū condiderant, præcepit viuū includi Gregorium, hunc semiuiuum noctu Dorosius presbyter excepit inde, et post paululum defunctū iuxta corpus beati Eusebij sepeliuit. Tu autem.

¶ Die xvj. Ludouici episcopi, omnia de cōmu. vnius pontificis, præter orationē iiij. v. et vj. lect. Oratio.

DEus, qui ecclesiā tuā dispositione mirabili nouis semper illustras sanctorum splēdoribus, tribue quęsumꝰ, vt qui beati Ludouici confessoris tui atq; pōtificis solēniss gratulamur, ad eius consortium fęliciter perducamur. Per Dominum. Lectio iiij.

LAdouicus Caroli regis Sicilię, et Marię Vngarię, et Sicilię reginę filius, duodēnis apud Petrum Aragonię regem pro patre Carolo obses fuit. In cuiꝰ comitatu cū esset ordinis minorū fratres, qui illū et optimis moribus, et Christianis literis erudiebant, factū est, vt voueret, se illorum ordinem ingressurum, statim vt libertati redditus esset. Tu aūt. Lectio v.

VIde factum est, vt ab eo tēpore, quo obses fuit,

fuit, suam pudicitiam domino consecraret, liber itaq; factus post quadriennium, miro modo cepit seculi delicias, & patrimonij amplitudinem contemnere, & ad minorum ordinē totus anhelare. At vero Robertus, et Carolus, illius fratres magnis id conatibus impedie bant, vt vix illi licuerit clericorum habitum suscipere nedum monasticū. Subdiaconus tandem ordinatus, diuinę contēplationi, & pręlatis operibus haud segniter incumbebat. A pontifice quoq; oblatas sepius dignitates, in dignum se clamitans, obnixe reluctatus est. Tu aūt.

Lectio vi.

POsthabitis demū omnibus, minorum ordinē ingressus, annuente pontifice, illum continuo professus est. Nec eo cōtentus pontifex, eo ipso die sanctitate Ludouici perspecta, episcopum cum Tolosanū quę vrbs Narbonensis Gallię metropolis est, quanuis maxime renitētem creauit. Qua dignitate ornat⁹, nec episcopatus munia, nec vitę rigidioris frugalitatem vnquā remisit, sed assiduis verbi Dei prędicationibus instans gregem sibi creditū saginabat. Moritur tādem annos natus tres, & triginta, quarto decimo kalendas Septembris. Tu aūt.

¶ Die xvij. Timothei, et Simphoriani martyrū, omnia vt in communi plurim. martyrū, pręter sequentia.

Oratio.

AXilium tuum nobis dñe quęsumus placatus impende, & intercedentibus sanctis martyribus Timotheo, et Simphoriano, dexteram super nos tuę propitiationis extēde. Per Dñm.

Lectio iiij.

TImothe⁹ martyr passus est apud Remensium vrbē sub Nerone imperatore, pręside autem Lampio, cui primū Timotheus pręsentatus, cū sacrificare nollet, & grauiter torr⁹ fuisset, ac laniatus, & aceto, et calce viua eius vulnera cōspergerentur: Apollinaris vero gentilis assistens, vidit duos angelos Timotheo astantes, & ipsum hortātes ac vt in cęlum aspiceret admonentes: qui aspiciens vidit cęlum apertū, & Jesum coronam gemmatam tenētē, eamq; ei dare promittētem. Tu autem.

Lect.

Lectio v.

Quę omnia, cum Apollinaris vidisset cõuersus est. Et dum a præside cẽtus fuisset, et in os eius plũbum liquefactum faceret infundi, tãquam glacies repente refriguit. Quo viso miraculo, multi Paganorũ in domino crediderunt. Sãctus vero Timothęus, et Apollinaris in carcerẽ missi sunt, die vero sequenti omnes qui conuersi fuerant, iubente præside decollãtur. Timothęus vero, et Apollinaris tertio cęsi, et diuersis attrectati supplicijs in confessione domini perseuerantes, tandem capitali sententia in eadem vrbe puniti sunt, decimo Kalendas Septembris. Tu autem.

Lectio vj.

Symphorianus martyr tempore Aureliani imperatoris passus est in ciuitate Heduensi sub consulari Heraclio, qui ex Augustudunensi vrbe, patre Fausto nobile Christiano progenitus, cũ adhuc esset adolescens, tanta morum grauitate pollebat, vt seniorum vitam anticipare videretur. Cum ergo Pagani in ciuitate Hedua festũ Veneris celebrarent, et statuam eius ante Heraclium præfectum deferrent. Symphorianus affuit, et nolens eam adorare diu cęditur, et cęsus carceri mancipatur. Et cum eductus de carcere ad sacrificiũ cogeretur, et multa ei donaria promitterentur, ipseq; omnia tanquã lutum abominaretur: iratus iudex data sententia præcepit, vt decollaretur. Qui cum ad locum duceretur, mater eius de muro aspiciebat, et ipsum ad passionem viriliter confortabat, dicens quod ei vita nõ tolleretur, sed in melius cõmutaretur. Hoc igitur decollato est vndecimo Kalendas Septembris, et corpus eius a Christianis sepultũ extra muros Heduę ciuitatis. Tu autem.

¶ Die xviij. Lucę euangeliste. In primis vespe. super psalmos Antę. Dilecti Deo et hominibus. ℣. Laud. psal. feriales. Capitulum.

In medio ecclesię aperuit os eius, et implevit eum dominus spiritu sapientię, et intellectus, stola glorię induit eum. ℟. Deo. ℣. Quatuor animalia. vt infra post vj. lectio. Hymnus, et ℣. Ecclı. c. 15.

& ℣. vt in communi apostolorum. fol. 547. Ad Magn. Ant. Ecce ego Joannes vidi ostium apertum in celo, et ecce sedes posita erat in eo, & in medio sedis, & in circuitu eius quatuor animalia plena oculis ante & retro, & dabant gloriam, & honorem, & benedictionem sedenti super thronũ viuenti in secula seculorum.

Oratio.

Interueniat pro nobis quesumus domine sanctus tuus Lucas euangelista, qui crucis mortificationẽ iugiter in suo corpore pro tui nominis honore portauit. Per Dominum. ¶ Ad Matut. Inuitat. Regem euãgelistarum dominũ. ℣. Venite adoremus. Psal. Venite. fol. 1. Hymnus. Aeterna Christi. vt in cõmuni. fol. 547.

¶ In nocturnis. Ant. Cõuocatis Jesus duodecim apostolis, misit illos predicare regnum Dei, egressi autem euangelizabant, & curabant vbiq. Psal. Quid gloriantur. fol. 8. Ant. Videns dominus, et allos ad predicandum, dicebat illis, messis quidem multa, operarij autẽ pauci. ℣. Benedicam dominum. fo. 18. Ant. Jesu Christi dominj gratia credentibus populis doctores, & euãgeliste sunt in ministerio fidei missi. ℣. Exiit. fol. 25. ℣. In omnem terram. Pater noster.

Lectio j.

Vidi, & ecce vẽtus turbinis veniebat ab aquilone, & nubes magna, et ignis inuoluens. Et splendor in circuitu eius, et de medio eius quasi species electri, id est de medio ignis. Et ex medio eius similitudo quatuor animalium, et hic aspectus eorum, similitudo hominis in eis. Et quatuor facies vni, et quatuor pennę vni, & pedes eorum pedes recti, & planta pedis eorum, quasi planta pedis vituli, & scintillę quasi aspectus ęris candentis. Et manꝰ hominis sub pennis eorum in quatuor partibus, & facies, & pennas, per quatuor partes habebant, iunctęq; erãt pennę eorum alterius ad alterum. Non reuertebantur cum incederent, sed vnũ quodq; ante faciem suam gradiebatur. Tu autem. ℣. In visione Dei vidi, & ecce vẽtus turbinis veniebat ab aquilone, nubesq; magna, & ignis inuoluens, splendorq; in circuitu eius. Ezech. ca. 1.

eius. ℟. Et ex medio eorū simi
litudo quatuor animaliū, & a-
spect⁹ hominis erat in eis. ℣.
De medio aūt eius quasi spe-
cies electri, hoc est de medio
ignis. ℟. Et ex. Lect. ij.

SImilitudo autem vul
tus eorum, facies ho-
minis, & facies leonis a dex
tris ipsorū quatuor, facies
autem bouis a sinistris ip-
sorū quatuor, & facies aqui
le desuper ipsorū quatuor,
& facies eorum, & pennę eo-
rum extentę desuper, duę
pennę singulorum iungebā
tur, & duę tegebant corpo-
ra eorum, et vnumquodq;
eorū corā facie sua ambula
bat, vbi erat impetus spiri-
tus, illuc gradiebātur, nec
reuertebantur cū ambula-
rēt. Tu aūt. ℣. Quatuor fa-
cies vni erant, & quatuor pen-
ne vni, pedes eorum pedes re
cti, planta pedis eorū vt viru
li. ℟. Et scintille quasi aspect⁹
eris cādentis. ℣. Sub pēnis
eorū manus hominis in qua-
tuor partibus. ℟. Et scintille.

Lectio iij.

ET similitudo anima-
liū, & aspectus eorum
quasi carbonum ignis ardē
tiū, & quasi aspectus lāpada
rū. Hęc erat visio discurrēs
in medio animaliū splēdor
ignis, & de igne fulgur egre
diens. Et animalia ibant, &
reuertebātur in similitudi-
nē fulguris coruscantis, cū
q; aspicerē animalia, appa-
ruit rota vna super terram
iuxta animalia habēs qua-
tuor facies. Et aspectus ro
tarū, & opus earum quasi vi
sio maris, & vna similitudo
ipsarū quatuor, & aspectus
earū, & opera, quasi sit rota
in medio rotę. Per quatuor
partes earū euntes ibant, &
nō reuertebantur cum am-
bularēt. Tu aūt. ℣. Simili-
tudo vultus animalium, vt fa
cies hominis, et facies leonis
a dextris ipsorū quatuor. Fa-
cies vero vituli atq; aquile a
sinistris ipsorū quatuor. ℟. Et
facies penne extente desuper
erant. ℣. Due pennę singulo
rum iungebātur, et due tege
bāt corpora eorū. ℟. Et pen-
ne. ℣. Gloria pri. ℟. Et pēne.
℣ In ij. nocturn. Ant. Sa-
pientia dūi euangelij erumpe
bant abyssi, & annuntiantes fe
cundati rore celesti mūdo in
tonant. ℣. Omnes gētes.
fo. 26. Ant. Labia eorū sa
lutarē dissēminauerunt scien
tiā, opus sanctum, dignū, bene
dictione plenū fecerunt, & mi
nisterij sibi creditum deuote
impleuerunt. ℣. Exaudi

Deus

Deus depze.fol. 31. Assa. Elegit eos ex omni carne, et dedit illis precepta, z legē vi te, z disciplinę. ℣. Exaudi Deus oratio. fo. 31. ℟. Cōstitues eos principes. Pater noster. Lectio viii.

LUcas medicus Antiochēsis, sectator Pauli fuit, ac omnis eius peregrinationis comes, scripsit euangeliū de quo idē Paulus: Misimus, inquit, cū illo fratrē cuius laus est in euāgelio per omnes ecclesias. Aliud quoq; edidit volumē egregiū quod acta apostolorū inscribitur. Cuius hystorie vsq; ad biennium Romę cōmorantis Pauli peruenit. Tu aūt. ℟. Facies z pēnas per quatuor partes habebāt. ℣. Incedentes, z non revertebantur, sed vnū quodq; ibat ante faciem suam. ℟. Pedes eorum pedes recti, et plāta pedis vt planta vituli. ℣. Incedentes. Lectio v.

SCripsit beatus euāgelista, nō solū quę a beato apostolo Paulo audierat, qui cū dño in carne non fuerat cōuersatus, sed etiā, quę a cęteris apostolis didicerat, vt in principio sui voluminis ipse declarat, dicēs sicut tradiderūt nobis, qui a principio ipsi viderunt, z ministri fuerunt sermonis. Igitur euangeliū, sicut audierat scripsit. Acta vero a postolorū, sicut viderat, cōposuit. Tu aūt. ℟. Similitudo aspectus animaliū vt carbonū ignis ardentiū, z veluti aspectus lāpadarum. ℣. Ubi erat impetus spūs, illuc gradiebantur, cū ambularēt. ℟. Et vnū quodq; eorū ambulabat coram facie sua. ℣. Ubi. Lect. vi.

UIam octogintā quatuor annorū in virginitate duxit ieiuniis, z orationibus ac vitę austeritate crucis mortificationē in suo corpore iugiter portās, z in Bythinia plenus spū fācto ad dñm migrauit, ibiq; sepultus decimo quinto klas Novembris. Deinde sub Cōstantio cęsare Cōstantinopolim ossa eius translata sunt. Tu aūtē. ℟. Quatuor animalia ibant, z reuertebātur in similitudinē fulguris coruscātis. ℣. Et erat in medio splēdor ignis, z de igne fulgur egrediēs. ℟. Erat aūt visio discurrēs in medio quatuor animaliū. ℣. Et erat. ℟. Elia patri. ℣. Et. ℭ In iii. nocturn. Assa. Electi sūt in Chro ante mūdi cōstitutionē vt esset sancti, z immaculati in cōspectu Dei in charitate

Psal. Confitebimur tibi. fol. 37. Ant. Sapientiã eorum narrabunt omnes populi, & laudem eorum pronũciet omnis ecclesia sanctorũ ℣. Dñs regnauit, exult. fol. 46. Ant. Placentes Deo facti dilecti, quoniam gratia, & misericordia in sanctos eius, & respectus in electos illius. Psal. Dñs regnauit, iras. fol. 48. ℣. Nimis honorati sunt. Pater noster.

Lectio vij.

Lectio sancti euangelij secundum Lucam.

c.10. IN illo tempore, designauit dominus Jesus & alios septuaginta duos, & misit illos binos ante faciẽ suam, in omnem ciuitatem, & locum, quo ipse erat venturus. Et reliqua. Homilia beati Gregorij Papæ.

DOminus ac redemptor noster fratres charissimi, aliquando nos sermonibus, aliquando vero operibus admonet, ipsa enim facta eius præcepta sunt, quia dum aliquid tacitus facit, quid agere debeamus innotescit. Tu autem. ℣. Dum aspicerem animalia, apparuit rota vna iuxta ea, quatuor habens facies. ℟. Et vna similitudo ipsarũ quatuor. ℣. Aspectus rotarum, & opus erat quasi visio maris. ℟. Et vna. Lectio viij.

ECce binos in prædicationẽ discipulos mittit, quia duo sunt præcepta charitatis, Dei videlicet, & proximi amor, & minus quã inter duos haberi charitas nõ potest. Nemo enim proprie ad semetipsum habere charitatem dicitur, sed dilectio in alterũ tendit, vt esse charitas possit. Tu autem. ℣. Statura erat rotarum, et altitudo horribilis, totumq; corpus plenum oculis. ℟. Et aspectus earum, & opera velut si sit rota in medio rote. ℣. Per quatuor partes euntes ibant, & non reuertebantur cum ambularent. ℟. Et aspectus. Lectio ix.

BInos enim ad prædicandum dominus discipulos mittit, quatenus hoc tacitus nobis innuat, quia qui charitatem erga alterum non habet, prædicationis officium suscipere nullatenus debet. Tu autẽ. ℣. Audiebam sonum alarum quasi sonum aquarum multarum, quasi sonus sublimis Dei. ℟. Nam cum fieret vox super firmamentum quod imminebat capiti eorum, stabãt,

et

et submittebant alas suas. ℣. Cum eleuarentur vt sonus multitudinis atque castrorū erant, cum vero starent demittebātur penne eorū. ℟. Nam. ℣. Gloria patri. ℟. Nam. ℣. Deum laudamus. ℟. Constitues eos.

℣. In laudib. Ant. Dilecti Deo, & hominibus, sancti euāgeliste, qui ordinauerūt tempora Christi bono odore vsq; ad cōsummationē vite. Psal. Laud. Dominicalū. Ant. Dederunt in celebratione operis sancti decus, ideo memoria eorum est in benedictione in seculum seculi. Ant. Impleuit eos dominus spiritu sapientie, & intellectus, incūditatem, & exultationē thesaurizauit super eos. Ant. Ex omni corde laudauerunt nomē sanctum domini, vt amplificarent nomē sanctitatis. Ant. Datū est opus eorum in veritate, ideo in terra sua duplicia possidebunt, & letitia sempiterna erat eis in Christo. Capitulum, Hymnus, & ℣. vt in vesper.

℣. Ad Benedict. Ant. In medio, & in circuitu sedis Dei, quatuor animalia senas alas habētia, oculis vndiq; plena, non cessant nocte ac die dicere sanctus, sanctus, sanctus, dominus Deus omnipotens, qui erat, qui est, & qui venturus est. Oratio vt supra.

℣. Per horas diei Ant. q̄ lau. ℣. Ad iij. vj. & ix. Capitula, vt supra. ℟. & ℣. vt in cōmuni apostolorum. Oratio vt supra.

℣. In ij. vesp. Ant. q̄ lau. psal. vt in communi apostolorū. Capitulum vt supra. Hym. ℣. Primus ad Sion dicet, ecce adsum, & Hierusalem euāgelistam dabo. Hymnus. ℣. Ant. ad Magnif. et oratio vt in primis vesper.

℣. Fiat cōmemoratio Hermetis, et Iuliani martyrū, vt in communi.

¶ Die xix. Hermetis, & Iuliani martyrū, omnia vt in cōmu. plurimorū martyrū.

℣. Die xx. Herenę virginis & martyris, omnia vt in cōmuni vnius virginis, pręter orationem. Oratio.

Beatę Herenę virginis & martyris tuę solennitatem venerandam quęsumus dñe ecclesia tua deuota suscipiat, et fiat magnę glorificationis amore deuotior, & tātę fidei proficiat exemplo. Per Dominum.

℣. Die xxi. Ursulę, et sotię virgin. & martyr. In primis vespe. super psal. Ant.

& omnia alia & per totū diē, vt in communi plurimarū virginum, pręter sequētia.

Capitulum.

Apocal. c.14. VIrgines enim sunt, et sequūtur agnum quocumq; ierit, emptę sunt ex omnibus primitię Deo et agno, sine macula enim sunt ante thronum Dei. ℟. Deo gratias. ℟. vt in communi. Hymnus.

QVor exultat virginū,
Mouscoruscās virgine
Et patrē laudans luminū,
Viro decorus lumine,
Vrsula virgo splendida,
Oīta regali germine,
Vt stella fulget fulgida,
Virtutum pulchritudine,
Virgo decore prędita,
Dux cętus admirabilis,
Pugnat, triūphat, inclyta,
Sexus oblita fragilis,
Dum redit cum victoria,
Quot natura syderibus,
Tot virgo fulgens regia,
Venustatur virginibus,
Hert obuiā dum virgines
Sponso regina virginum
Lęti refulgent ordines
Corda lętantur omnium
Gloria tibi domine
Dux nostrę fortitudinis
Qui natus es de virgine
Nos salua prece virginis.
Amen.

Oratio.

DEus qui beatę Vrsulę virgini, et martyri tuę, cęteriscq; sanctis virginibus eiusdē consodalibus martyrij in agone robur tribuisti, fac nos earum intercessionibus adiuuari, quas paruipenso mortis stadio in cęlestibus triumphare fecisti. Per Dominum.

Ad Nocturn. Hymnus.

OVirgo prudentissima,
Vrsula delectabilis,
Te nostra quęrunt intima,
Alma desiderabilis,
Nostro pensam⁹ modulo,
Quanta sit illi gloria,
Cuius prefulget titulo,
Inter pudoris lilia,
Te quidē oīnāt credimus
Tot coronę quot merita,
Et quot oīnatos cernim⁹,
Perte coronis, inclyta,
Quot erga nra crimina,
Tot sunt medelę criminum
Adsis in morte domina,
Nos perduc ante dominū,
Ovirgo regis regia,
O rex cęlorum inclyte
Tu prece tu potentia
Tu vota nostra perfice.
Te petimus suppliciter
Fęlicem natis terminum
Presta misericorditer,
Jesu corona virginū. Amē.

Lectio j.

Vnde

UNdecim millium virginũ sociorumq; earũ martyrium & agnoscit, & veneratur ecclesia, sed parum inter scriptores conuenit, quo tempore passę sint. Cõstat tamen in Anglię, quę Britannia prius dicta est, regem potentissimum Scotię ab alio eiusdẽ insule rege Vrsulam filiam eleganti forma virginem per nuncios suo filio vxorem efflagitasse. Tu autem.

Lectio ii.

ET pater veritus, ne si bi male cõsuleret, negata potẽtissimo regi filia, neue rursus in Christianã religionem impius videretur, si gentili viro Christianam filiam matrimonio copularet, fluctuabat. Vrsula tamẽ vel a spiritu sancto edocta, vel quo grauissima conditione Anglię regẽ ab incepto deterreret, patri persuadet, vt regi mozẽ gerat. Tu aũt. Lectio iii.

DAc tamen lege, vt adolescens, cui Vrsula nuptura erat, baptizaretur, & triennio in Christi fide institueretur, simulq; vt virgines decẽ ad Vrsulam mitterẽtur, singulę mille virginibus comitatę eidẽq; Vrsulę mille virgines traderẽtur. Acceptis ergo his legibus, Anglię rex & filiũ baptizari permisit, & virgines ad Vrsulam duci curauit. Quas cũ Vrsula fidẽ, & virginalẽ pudicitiã docuisset, viris etiam probatę sanctitatis in earũ cõsortium admissis, omnibusq; nauibus impositis, ille virginum ac virorũ cęlestis chorus a Britannia soluens in Rhenum fluuium, qui Galliam a Germania separat, delatus est. Tu autem. Lectio iii.

DEinde Coloniã Agrippinam vrbem Gallię Belgicę florentissimam adueruo flumine subeunt. Vbi Vrsula diuinitus admonetur de futuro ibidem martyrio, postremo Basilęã adeũtes, relictis nauibus, Romam terrestri itinere contendunt, & a pontifice honorifice excipiuntur. Tu aũt.

Lectio v.

QVi reclamante clero, cũ se pontificatu abdicasset, virginũ choro, & celebribus illis viris adiũctus est, episcopis nõnullis põtificis etiã propositũ imitãtibus. Coloniã igitur reuertẽtib⁹ sãctis virginib⁹ ac viris: duo Romanę militię duces

Maximian⁹, ⁊ Aphricanus explorato virginum itinere, Julianū Hunnorum ducem admonent, vt armato milite eis occurrat. Tu autem. Lectio vj.

Interea Vrsulę sponsus nomine Ethęus sacrarum virginum cętui adiunctus est, Et iam Colonię Agrippinę appropinquabant, cum Hunnorum exercitus armis animisq; ad scelus instructus Deo dicatas virgines sanctumq; earum comitatum spoliant, trucidant, ac laniant, Vrsula ipsa cum in tanta strage viua ⁊ incolumis in Hunnorum potestate venisset, nec vllis artibus in Juliani amorem flecti potuisset, ab eodem sagitta transfixa est, ⁊ martyrium consummauit. Duodecimo kalendas Nouēbris, Harum corpora in ecclesia magnificentissime fabricata honore maximo Colonię Agrippinę sepultę sunt. Tu autem.

¶ Ad Laud. Hymnus.

O Lux ęterni luminis,
Lorda seruorū visita,
Et nos in nostrę virginis,
Laudes potenter excita,
Virgo regalis Vrsula,
Tot optat digna laudibus,
Quot laude digna sedula,
Coniungit cęli ciuibus,
Si quęris vt recenseam,
Missos per hanc ad ęthe-
Sūmo labore studeam, (ra,
Stellas si potes numera,
Hęc vt redit victoria
Parta dux, sic polo intulit
Agmen decorum gloria
Et Domino illud obtulit.
Si meritis innumeris,
Laudes dentur innumerę,
Lux regi detur ętheris
Qui nobis pręstet viuere.
Amen.

¶ Die xpij. Humillonis, et Allodię virgin. et martyr. omnia vt in communi plurimarum virginum, prętercrationem tuj. v. ⁊ vj. lect.

Oratio.

Deus, qui nos hodie beatarum virginū, et martyrum tuarum, Humillonis, ⁊ Allodię solennitate lętificas, cōcede propitius, vt earum adiuuemur meritis, quarum castitatis, et martyrij irradiamur exemplis. Per Dominum.

Lectio iij.

Quo tempore, post eladem illā Hispanię rex Abderramen, rerum potiebatur, ferale pręceptū per regiones sibi subditas vulgari iussit, vt quisquis ex viroq;

vtroq; aut altero parẽtum gentili Chriſtian⁹ eſſet, aut Chriſtũ abnegaret, aut gladio cęſus, occumberet. Accidit tunc in territorio Verbetano in villa Oſcha duas commorari ſorores, Munilonem, ⁊ Allodiam in Chriſti fide ab infantia fideliter inſtitutas. Tu autem.

Lectio v.

Qomprehenſę igitur ab impio rege cum a Chriſti fide auocari nõ poſſent ſed conſtanter eum arguerent, dicentes, cur tyrãne, Deo dicatas virgines a Chriſti viri Dei confeſſione abſtrahere niteris? Dic, an nobis tandem aliquando moriendum ſit, poſtquã fidẽ abnegauerimus? Quibus rex, morieminí, inquit, certe cum mortales ſitis. Cui illę, melí⁹ igitur nobis eſt, ſtatim pro Chriſto mori, quam poſt miſerę vitę finẽ, in gehennam mitti. Tu autem. Lectio vj.

Data ergo ſentẽtia, maior cerulcẽ extendens lictori ait, percute velociter, ⁊ percuſſam minor alloquitur, pręſtolare me ſoror, ⁊ alio ictu caput eius cõciditur, paſſę ſunt aũt vndecimo kal's Nouẽbris. Tu aũt.

℣ Die xvij. Marię Solomę. In primis veſpe. ſuper pſal. Bñs. O Jacobi mater fructum dans virginitatis tu pete dari regna celeſtia ſacro fonte renatis. Pſalm. feriat. Capitulum, vt in communi continẽtium. ℣ Laudibus immenſis, vt infra poſt ix. lectionem. Hymnus.

Pſallat in cęlis chorus angelorum,
Cęteri ciues reſonent polorum,
Organum pulſans modulans tonorum
Terra reſultet,
Hui⁹ in feſto celebris diei.
Claraq; coniux pia Zebedei
Et ſoror ſanctę genitricis Dei
Sydera ſcandit.
Jacobi mater ſimul ⁊ Joãnis,
Aſperis Chriſto cooperta pannis
Vſque deceſſit, ſenibus ſub annis
Semper adhęſit.
Chriſtus ſcãdit magis ex amore
Diligens creſcit, meriti labore
Vnde plus ſolis rutila decore
Sede coruſcat.

Cuius in templo vigilans decenter
Quicquid exorans petit, euidenter
Impetrat, totum satis affluenter
Ante recessum.
Supplicet mater dominum regentem,
Cunctaq; saluet populum colentem,
Promouens iustum, regit insolentem,
Sanet egrotum.
Viue rex regum tibi laus, honestas
Par, salus, virtus, decus & potestas,
Qui tuis sanctis bona cuncta prestas
Trinus & vnus. Amen. ℣. Ora pro nobis beata Maria Salome. ℟. Ut digni.

¶ Ad Magnif. Ant. Alma redemptoris mater, in orbe decus matronarum, pudoris virtutisq; speculum, via vite, meta laboris casta pudicitie domus, ac oblita prioris vite cũ gemitu Christi memorata doloris, da famulis requiẽ, vita est quia plena meroris. Ore.

Concede quęsumꝰ omnipotens pater, vt sicut beata Maria Salome, relicto tẽporali viro Jesu Christi filij tui dñi nri vestigijs adhęrere prędelegit, ita nos eius interuẽtu abiecto carnali desiderio, facias tuis semper obedire mãdatis. Per eundem.

¶ Ad Matu. Inuit. Christũ Marie spõsum plebs sancta. ℣. Venite adoremus. Psal. Venite. fo. 1. Hymnus.

O Fęlix genitrix sancta Joannis,
Et magni Jacobi iunioꝝ annis,
Quę spreto propꝛio coniuge cęli,
Factozẽ sequeris corde fideli.
O prudens humilis fortis honesta.
Egris cõpatiẽs, casta, modesta,
Cuius non sufficimus promere gesta
Digne fac tua nos currere festa.
Curas multiplices sancta repente
Languoꝛes hominum, supplice mente
Cũ iuste petitur p patiẽte,
Sospes surgit, abit plebe videnteꝫ
Stirpis Dauidicę digna propago
Signis pacificos pacis ima go

Me

Ne nos deglutiat ſeua vorago,
Deſeſa precib⁹ eia virago.
Maria petimus matris amore
Cuius tu ſoror es impar honore,
Natorum precibus, quos genuiſti
Ducnos ad geniti gaudia Chriſti
Sit pri decus, z glia nato
Sancto ſpiritui, gra grato
Nunc z continue ſemper, z vltra
Qui viuit moderans ſecula cuncta. Amen.

¶ In j. noct. Ant. Virginei flores mater Maria Joannis, fac ne labamur ſimul cum labentibus annis. ℣. Oñe dñs noſter. fo. 3. Ant. Eia Maria vale, qua nos mediãte valemus, eſt Hiſpania leta, patrono quẽ retinem⁹. ℣. Q ſi enarrãt. fo 8. Ant. Femineſexus ac pondere cornis onuſti linquit onus, ſpõſum ſequitur, pre cõiuge iuſta. ℣. O fii eſt terra. fol 14. ℣. Diffuſa eſt gratia. pr noſter.

Lectio j.

HAec eſt namq; Maria Salome ſoror virginis z genitricis Dei matris ſaluatoris, Annę filia tertia nata de Salome tertio viro, vxor Zebedęi, mater Jacobi, z Joãnis apoſtolorũ, ſed nõ ab re arbitror referendũ quod de hac tã pręclara genealogia, Annę videlicet, z virorũ eius, filiarũ, generorũ, ac nepotum in Judaicis chronicis, z hiſtoriis inuenitur. ℟. Solẽnifeſto Salome gaudere Maria. ℣. Noſ decet incãtu nocte deinde die. ℟. Et quod dem⁹ dei laudes dulciſ melodie. ℣. Nos. Lect. ij.

ERũt aũt quod Anna z Emeria fuerũt ſoroꝛes. De Emeria nata eſt mater Joãnis Baptiſtę Eliſabet, vxor Zacharię, Annãvero Joachim duxit vxorẽ, a quo genita eſt ſancta mater Chri Maria. Mortuo aũt Joachim, Anna duxit ſecũdum maritũ nomine Cleophã, et ex eo genuit alterã Mariã, quę dicitur Maria Cleophę. Iſti Cleophę fratri Joſeph nomine electione ſancti ſpũs, z officio põtificis tunc tẽpoꝛis in tẽplo dñi pręſidentis ſancta Maria mater domini ſoꝛoꝛ filię Cleophę data eſt vxor, ſicut in hiſtoria veridica de natiuitate eiuſdem ſacrę virginis, z matris dñi inuenitur. Tu autẽ. ℟. Spreto namq; viro dño tribuit famularum

p. Qui

℣. Qui dat, & vnde bonum, per uenit omne datum. ℟. Uirtutem famulis prestet remouendo reatum. ℣. Qui dat.

Lectio iij.

DIctus autem Cleophas desponsauit aliam Mariam filiam suam cuidam nomine Alphęo, de qua orti sunt Jacobus minor, qui dicitur Alphei a patre, & Joseph, & Simon, & Judas qui dicitur Tadęus. Mortuo autem Cleopha, Anna tertium maritū sumpsit, nomine Salomam, de quo genuit tertiam Mariā quam desponsauit Zebedęo de qua nati sunt Jacobus maior, & Joannes euangelista. Tu autem. ℟. Mira Dei virtus facit hoc, quod femina marem. ℣. Spernat, et amplexus coniugis apta parem. ℟. Cuius cum propriis rebus, & vsq; larem. ℣. Spernat. ℟. Gloria patri. ℣. Sper. ℭ In uj. nocturn. Ańa. Stella Maria maris, te gaudet habere sororem, nominis, & generis retines, & matris honorē. Psal. Exultauit. fol. 25. Ańa. Virgo Dei genitrix vna est, quia sola necesse: sufficiat mundo, te matrem virginis esse. Pas. Deus noster, refugiū. fol. 25. Ańa. Nomine quo gaudes Christum Maria precare, nos nil preter eum, mundo permittat amare. Psalm. Magnus dominus. fo. 26. ℟. Specie tua, pater noster.

Lectio iiij.

HAec quidem vocatur Maria Salomę a patre, & Maria Jacobi a filio, sicut superior Maria Cleophę a patre, & Maria Jacobi a filio. De ista siquidem Maria Joannes euangelista eius vtiq; nepos ait, stabant autem iuxta crucem Jesu mater eius, & soror matris eius Maria Cleophę. Tu autem. ℟. Mater vt Hispanis generas dominumq; patronū. ℣. Fac vt nos defendat, prestet & omne bonum. ℟. Qui prior in sociis habuit super ethera donum. ℣. Fac vt nos.

Lectio v.

SEd et de ista Maria tertia scilicet Salomę, Matthęus facit taliter mentionē, quod inter alias mulieres quę secutę fuerūt Jesum, erant & Maria Jacobi, & Joseph mater, & mater filiorū Zebedęi. Tu autem. ℟. Que quondam mundi domino fuit obsequiosa. ℣. Mira dat in terris, celo residens speciosa. ℟. Et super

astra

astra nitens, plus redolente rosa. ℟. Mira dat.

Lectio vj.

ET hęc cum sororibus circa passionem Christi, et sepulturam et corporis vnctionem laborauit, Christumq; sibi, et duabus alijs apparētem videre meruit. Hęc filium suum Joannem euangelistam audiens Romę detentum ad ipsum visitandum accessit. Sed cum eum in exilium relegatum audisset, et rediret, in ciuitatem Campanię quę dicitur Cerulana, defuncta est. Cuius corpus in specu sepultum diudum latuit. Sed reuelante filio suo Jacobo processu temporis inde leuatum est miro fragrans odore, et miraculis fulgens, ac in ipsa ciuitate digno honore cōditum est. Tu autem. ℟. Sācta colenda dies preclaris digna trophęis, et cunctis populis, peruersis mesta Judeis. ℟. Mariam Salome, possidet aula Dei. ℣. Exulter fidei cultus, credant Hebrei. ℟. Mariam Salome. ℣. Gloria patri. ℟. Mariam. ¶ In vij. noctu. Visa. Es meriti multi domini dum digna sepulti, angelicos testes cernis sudaria, vestes. Psalm. Cantate. j. fol. 46 Visa. Ergo resurgentem velis intercedere Christum cum patre viuentem, populum defendat vt istum. Psal. Dñs regnauit, exultet. fol. 46. Visa. Felix matrona nati felicior ortus, qui vite dona dat, cum sit dux via portus. Psal. Cantate. ij. fol. 48. ℣. Adiuuabit eam. Pater noster.

Cetę vij. lectiones. Euangelium cum homilia, vt in festo beati Jacobi, in mense Julij. fol. 436. Cvij. ℣. Mater sancta Dei, mater cer tamine plena. ℟. Semper et omnino de populis succurre serena. ℣. Suppleat obnixe tua plebs virtutis egena. ℟. Semper et. vij. ℣. Dum natum querit Romam venit peregrina. ℟. Fessa quiescit, eo quod fessis est medicina. ℣. Et contra fluctus mundi secura carina. ℟. Fessa. ix. ℣. Laudibus immensis nos omnes vrbs orbis. Mariam Salome laudem, que prece morbis. ℟. Cunctis atque malis tutos vult et facit esse. ℣. Virtutes celse mater Maria precantes, conserua cunctos preclara filia Jesse. ℟. Cunctis atque. ℣. Gloria patri. ℟. Cunctis. Te Deum laudamus. ℣. Specie tua.

¶ In

℣ In laud. Añs. O felix mater, o felix femina, pius quã femina, que generas quod non corrumpitur viquã. Psalm, Deus regnauit, decor. fol. 10. Añs. Quelibet in mundo fructũ dat femina luctus. Maria Salome mundo dat gaudia fructus. Psal. Jubila. fol. 10. Añs. Fulgurat in radios solares, splendida luna, vt nos et mundi tenebras illuminet vna. Ps. Deus Deꝰ meus. fol. 10. Añs. Et sororet socia dñi, cum matre fuisti, omnium mortis penam crucẽ sustinuit caro Christi. Cant. Benedicite. fol. 11. Añs. Pro nobis dominã, sociamq; precare sororem, vt nos ad regni celestis ducat honorem. Psal. Laudate dominum de cęlis, fol. 11.

℣ Capitulum, Hymnus, et ℟. vt in vesper.

¶ Ad Benedict. Añs. O veneranda dies reuerende matris ab ortu solis ad vsq; matris sua pandat gaudia portum. Cãt. Benedictus dñs: fol. 12. Oratio vt in vespe.

℣ Per horas dei Añs laud.

℣ Ad iij. vj. et ix. Capim vt supꝝ. ℟. ℟. vt in communi vnius virginis.

℣ Ad ix. vltimo. ℟. Ora pro nobis beata Maria Salome. ℟. Ut digni. Oratio vt supꝝ.

℣ In ij. vesp. Añs laud. psal. vt in cõmu. vnius virgi. fol. Hoc Capitulũ, vt supꝝ. Alla. ℟. Diffusa est gratia in labijs tuis, propterea benedixit te Deus in eternum. Hymn. et ℟. vt in primis vesp.

℣ Ad Magn. Añs. O Jacobi mater, vt heri in primis vesper. Oratio vt supra.

℣ Fiat cõme. de festo currẽti per Añam. ℟. et orationẽ.

¶ Die xxiiij. Sabinę martyr. omnia vt in cõmuni continentium, pręter orationem et vj. lectio. Oratio.

DEus, qui inter cętera potentię tuę miracula etiã in sexu fragili victoriam martyrij contulisti, cõcede propitius, vt qui beatę Sabinę martyris tuę natalitia colimus, per eius ad te exẽpla gradiamur. Per Dñm. Lectio vj.

SAbina martyr Romę Adriani Cęsaris tempore passa est. Fuit hęc vxor cuiusdam pręclari viri quondam Valentini, et Herodis metallarij filia quę a sancta Seraphia virgine educata ad Christũ conuersa est, quam martyrio coronatã beata Sabina sepeliuit, et anno integro eleemosynis

synis, & pauperum refectionibus vacans, demũ a prefecto vrbis Elpidio cõprehensa est, compulsa vt Christum abnegaret, & diis libamina offerret, nullatenus, acquieuit. Quare ab eodẽ Elpidio decollata, facultates eius fisco applicatę fuerunt. Cuius corpus a Christianis ad arcũ Faustinum iuxta sanctam Seraphiam sepultum est quarto Kalendas Septembris. Tu autẽ.

¶ Die xxv. Crispini & Crispiniani martyrũ, omnia vt in cõmu. plurimo. martyrũ, prẽter vj. lect. Lect. vj.

Sancti martyres, Crispinus & Crispinianus fratres, sub Maximiano imperatore passi sunt, agente prefide Rictiouarro in ciuitate Suessionensi, in hac vrbe beatissimi viri e Roma venientes, quasi peregrini sutoriam calceorum artẽ addiscentes de labore manuum sibi victum quaritabant, & gentiles ad se venientes propter eorum artẽ ad Christũ cõuertebant. Quę siti igitur a prefide Rictiouarro qui iam perpẽderat illos esse Christianos, reperti sunt calcamẽta pauperũ resarcientes, & in conspectu prefidis interrogati Christũ constanter confessi sunt. Quos fustibus cęsos, atq; inter eorũ vngulas acutissimis fudibus missis de dorsis eorũ singulas iussit corrigias tolli, & demũ octauo kalendas Nouembris decollari. Tu autem.

¶ Die xxvj. Seruãdi, & Germani martyrũ. omnia de cõmu. pluri. marty. prẽter iiij. v. & vj. lectio. Lectio iiij.

Seruãdus, & Germani fratres qui frementi ecclesia persecutione capti ac multiplici supplicio rũ genere cruciati, in fidei cõfessione perstiterunt. Sed reddita paulis per ecclesię pace a vinculis eximũtur, fratribusq; dimissis id tantũ curę erat, vt demonũ cultũ ex hominũ mentibus euellerent. Vnde ad eorum prędicationẽ, & sanctos mores plurimi gentilium, idolorum cultu abiecto, Christo adhęserũt. Tu autem. Lectio v.

Prędes autẽ Emeritensis deorũ suorum cõtumelia insaniẽs Seruãdum, et Germanum rursus capi iubet, et arctissime vinctos in Tingitanam Mauritanię prouinciam deduci. Sed viri Dei, et ferri quo

vincti

vincti erãt, & itinerum aspe
ram difficultatem stupen-
da hilaritate perferentes,
Dei laudibus, & hymnis co
mitũ corda mulcebant. Tu
autem. Lectio vj.

TRaiecturi itaq; sancti
martyres in Africam
cum Gades adiacentẽ Be
thicę insulam attigissent, in
Vrsiano illius insulę agro
tantisper manentes, præfe-
cti sententia, morte damnã
tur. Ducti ergo, ad collem
quo erant capite truncan-
di, vt omnibus, eorum sup-
plicium, esset conspicuum
genibus flexis orantes cer
uicibus gladios exceperũt
decimo Kalendas Nouem
bris. Deinde Germani cor
pus Emeritam translatum
iuxta Eulaliã ac reliquos
martyres sepultũ est. Ser-
uandum Hispalis habet in
ter Justam & Rufinam mar
tyres. Tu autem.

Die xxvij. Vincentii Sa
bini, & Christetis martyrũ,
ad prim. vesp. super psal.
Ańa. & omnia alia vt in cõ-
muni plurimorum martyrũ
præter sequentia.

Lectio j.

QVm impius Datian⁹
in variis vrbibus Hi
spaniæ innumeras sanctorũ
cędes edidisset, Toletũ ag-
gressus ibidem Leocadiam
virginem cõclusit in vincu-
lis. Elborami; deueniens,
quę nunc asseritur Talaue
ra, officiũ omne præmonet
suum, vt quoscumq; ibi in-
uenissent Christianos, suo
conspectui assisterent. Sta
timq; repertum adolescen-
tem nomine Vincẽtium,
cuius nomẽ meritum comi
tabatur, comprehensum ip
sius assistunt tribunali, cui
dicit Datianus cuius sectę
es? Vincentius cuius iam
spiritus cęlestia desidera-
bat, respõdit, Christum do-
minum colo, cuius ex nomi
ne Christian⁹ appellor, cui
Datianus illũ, inquit, Chri
stum colis, quem ob sua fa-
cinora Judęi crucifixerũt?
Respondit Vincentius, ob
mutescę diabole, et noli ex
probrare, quem colere de-
bueras, si demens nõ esses.
Tu autem. Lectio ij.

DAtianus dixit, indul-
geo iuuentuti, ac flo-
renti ętati tuę, eo quod non
dum ad solidum prudentię
robur peruenerit, consul-
tum tamen tibi erit, si me
quasi patrẽ audieris, & dijs
sacrificaueris. Vincentius
sanctus dixit, solido intelle-
ctu

ctu carent qui relicto Deo vero lapides, ac ligna colunt. His respōsionibus ex asperās Datianus ait, aut Vincētius Deo magno Jovi sacrificet, aut eo in loco, vbi sacrificare contempserit, variis pēnis addict⁹ atroci genere mortis intereat. Cumq; ad sacrificandum duceretur, in platea, lapis subito diuinitus, ita emollitus est, vt pedi cedens ita vestigium eius expresserit, vt tenuis pulvis compressus, aut mollis cera sigilli figuram ostentat. Quod nimirum prodigium adhuc extare ibidem ostenditur. Tu autem.

Lectio iij.

TUnc milites rei miraculo territi, nil simile inquiunt, deorum cultores, vnquam effecerunt, et illum quem Vincentius colit verum Deum esse nequa quā ambigimus, cuius imperio lapides vim suam amittere conspicimus. Qua de re eum domi custodiendum reducunt, Datiano dicentes, eū triduī inducias petisse, quo pertractet, vtrū mori, an sacrificare decernat. Quibus a Datiano concessis, eo temporis interuallo multas domino animas prędicatione sua curauit acquirere. Tu autē.

Lectio iiij.

TUne Sabina, & Christeta eius Germanę cellam vinculorum ingressę occasione reperta, nullo⁹q; astante, tales cum fletu voces effundebant. Parce frater parce nobis, iam patre, matreq; orbatę sumus, tu nobis dominus, tuq; pater solus ades, cui nos perituras relinquis? Quis iure barbarico virgineum pudorem nostrum efferata petulantia polluere non audebit? Paulisper aure placida lamentabilem suggestionem exaudi simulq; fugam arripiamus. Quod si ab insequentibus comprehenda mur sanctę trinitati ipsi tres animas offeremus, si vero euadere contigerit quantū tecum cum pudore vitam duxerimus, tantum nobis a Deo sanctitatis meritum cumulabitur. Tu autem.

Lectio v.

OMnes itaque Abulā confugerūt quos cum immanissimi persecutores, ibi consequerētur, extra vrbis portam eduxerunt, et equuleo suspensos mēbris

distractis, & crebris verberibus inflictis horrendo martyrij genere affecerūt, duobus videlicet lignis hinc inde arctissime conuinctis interposita ipsorū capita cōprimentes. Interminati etiam ne a quoquam eorum corpora humarentur, ad Datianum lęti rediere. Subito tamen nutu Dei serpens quidā e cauernis proximis egressus martyres Christi custodiebat. Tu autem.

Lectio vj.

QVo cum Judęus prędiues a cessisset, serpens squamea terga conuoluens tam acriter ipsum repēte complexum adstrinxit, vt vnius fere horę spatio immobilis, & stupidus, nec respirare quidem valeret. Sed Deum precatus vt se a tanta illa bellua eriperet sepulturus si viueret beata martyrum corpora, templumq; ipsorum nomini dicaturus, protinus est liberatus, et rapido cursu serpens ad latebras rediit. Quo prodigio Judęus attonitus tantisper resumptis viribus vrbem ingreditur, sacerdotum genibus aduoluitur, baptismate perfunditur, & nouis sarcophagis martyres recondit, procedente q; tempore basilicā nomine ipsorum magnifice construxit. Passi sunt autē sexto Kalendas Nouembris. Tu autem.

¶ Nona lect. Euangelium cū homilia de vigilia apostolorū Simonis & Judę euāgelium. Ecce ego mitto vos, vt in cōmu. apostorum. fol. 547.

¶ Vespe. hodierne cum toto officio erunt de apostolis Simōe & Juda vt infra. & post fiat cō memoratio de festo dicti per Ańam. ps. & orationem.

¶ Die xxviij. Symonis, et Judę apostolorum. In primis vespe. super psal. Ańa. & omnia alia, & per totū dicē vt in cōmuni apostolorum, pręter quę sequuntur.

Oratio.

DEus, qui nos per beatos apostolos tuos Simonem, & Judam ad agnitionem tui nominis venire tribuisti, da nobis eorum gloriam sempiternā, & proficiendo celebrare, et celebrando proficere. Per Dominum.

Lectio j.

SImon Chananęus cognomento Zelotes, & Judas qui Thadęus seu Lebbeus in euangelio dicitur,

tur, filij fuerunt Alphei, et Marie Cleophe, ⁊ fratres Jacobi, qui dictus est frater dñi, ⁊ de numero duodecim apostolorum vt Matheus in euãgelio testatur. Simon post apostolorũ dispersionem in Aegypto prędicans euangelium ingenti fidei fructu, regionẽ illã impleuit. Judas autẽ in Mesopotamia Christum euangelizans, Abagarũ Edessę vrbis regem graui morbo laborantem, ⁊ conuertit ad Christum, ⁊ morbo liberauit. Tu aũt. Lectio ij.

IN Senim Abagarus cũ a Christo dño in Judea prędicante nõ impetrasset, vt se viseret, et sanaret, responsum tamen a Christo accepit, missurũ se discipulum qui illum prosperę valetudini restitueret. Quod per Judã apostolum factũ est, vt Eusebius in ecclesiastica testatur historia. Tu autem. Lectio iij.

POst hęc ambo apostoli dñi Simon ⁊ Judas Persis, ⁊ Babylonijs euangelicę doctrinę sanctitatem intulerunt, duobus magis Zaroe, et Arphaxat, quos ex Aethiopia sanct⁹ Matthęus sua prędicatione fuganerat, pulsis, eorum magicis artibus detectis. Tu autem. Lectio iiij.

HAc igitur prędicatione eius prouincię regẽ, ⁊ primates cũ ad Christum conuertissent, in Sanir regionis illius vrbem apud discipulum quendam nomine Senem diuertunt. Vbi a pontificibus idolorum capti ad solis, et lunę simulachra adducti sunt. Tu autem. Lectio v.

AT apostoli domini ad pontifices, ⁊ populum magna voce dixerunt, simulachra illa dęmonum spurcissimorum esse habitacula, nec diuinitatis aliquid in se continere, atque re ipsa palam ostenderunt. Tu autem. Lectio vj.

DEmones enim ipsos vt simulachra sua cõfringerẽt, ⁊ in abyssum irẽt apostoli iusserunt. Quod sine mora factum est. Sed cũ pontifices tam aperto miraculo populum viderent ad Christum conuerti, nec ipsi tanto signo ad veritatis agnitionem venirent, magno atque intento clamore in apostolos efferebantur. Apostolos itaque cum eorum hospite Sene

multis, & atrocibus plagis peremerunt, quinto Kalendas Nouembris. Scripsit autem Judas epistolam vnā quę inter septem catholicas cōnumeratur. Tu aūt.

¶ Die xxix Marcelli martyris, omnia vt in communi vnius martyris, pręter iiij. v. & vj. lectiones.

Lectio iiij.

MArcellus natione Hispanus patria Legionensis, cum a vita militari quā multis annis centurio gesserat discessisset, vt vera religione accepta Christo cōmodius inseruiret, Diocletiano & Maximiano imperatoribus accusatus est, eo nomine apud pręfectum Fortunatum. Cui se tamq̄ militię desertorem & cultorem noue superstitionis incusanti, clara voce se Christianum esse respondit, et Christo malle, quam terrenis principibus militare. Tu autem.

Lectio v.

QUo responso Fortunatus ira succensus, vinctum eum Tingim oppidum Mauritanię ad Agricolanum pręsidē mittit, eiq̄ per literas Marcelli causam exponit. Tu autem.

Lectio vj.

QUa cognita Agricolanus confitentē Marcellum, & in fide Christi perseverantem capite damnauit, occisusq̄ est, quarto kalendas Nouembris. Cuius mortem duodecim eius filij suscepto martyrio, diuersis in locis ęmulari esse memorantur. Tu autem.

¶ Die xxx. Claudij, Lupercī & Victorici marty. omnia de communi plurimo. martyr. pręter iiij. v. & vj. lectio.

Lectio iiij.

DIogenianus pręfectus sęuus Christianorum insectator, Diocletiano & Maximiano Imperatoribus, Legione impiū promulgauit edictum, vt Christiani omnes diis sacrificarent, aut morti succumberent. Aderant tres viri fratres, Claudius, Lupercus, et Victoricus, quos a sancto Marcello centurione referūt esse genitos. Hi Diogeniani edicta contemnentes, nunquam se dęmonijs sacrificaturos promittunt. Tu autem.

Lectio v.

DAcūtur sancti ad pręfidem. Et ille in quo (ait) habentes fiduciam imperatorum scita despicitis? Re-

Responderunt, in patrem filium ⁊ spiritū sanctum cōfidentes, qui in trinitate vnū sunt, ⁊ vos, ⁊ vestra iussa ludibrio habemus. Cū ita q̄ tu ex patre diabolo sis, fac quod tibi pater tuꝰ persuadet. Hęc misera caduca q̄ corpora perdere tu forte poteris, animę vero integrę suo manebunt creatori. Tu aūt. Lectio vj.

In ferens præses tantū eorum libertatem extra prætorium eductos, securi ferire iussit. Et sic tres trinitatem confitētes vnica claudūtur sepultura. Quorum omnium corpora in Legionensi ciuitate maximo venerantur honore, qui passi sunt tertio kalendas Nouembris.

¶ Die xxxj. Vigilia omniū sanctorum. ¶ Aduertendū est quod si littera Dominical. fuerit. L. hac die occurrit Dominica. Vidi dominum. ⁊ totum officium erit de Dominica, ⁊ de vigilia nihil fit. Sed euangelium de vigilia cum homilia antesponatur sabbato præcedēti post. ix. lectio. et officium vigiliæ incipitur Salut.

¶ Ad Matut. Inuita. Regem sanctorum omnium. Venite adoremus. Ps. Venite. fol. 1. Hymnus. Omnium Christe. vt in die.

¶ In nocte. Ant. Secus decursus aquarum plantauit vineam iustorum, sed in lege domini fiat voluntas eorum. Psalm. Beatus vir. fol. 2. Ant. Mirificauit dñs sanctos suos, et exaltauit eos clamantes ad se. Psal. Cum inuocarem. fol. 78. Ant. Timete dñm omnes sancti eius, quoniam nihil deest timentibus eum, et ecce oculi domini, super iustos, ⁊ aures eius ad preces eorum. Psal. Benedicam dominum. fol. 18. Ps. Exultēt iusti in conspectu Dei. ℟. Et delectentur. pater noster. Lectio j.

Lectio sancti euangelij secundum Lucam.

In illo tempore, descendens Jesus de monte stetit in loco campestri, et turba discipulorum eius, et multitudo copiosa plebis ab omni Judęa, ⁊ Hierusalem, ⁊ Maritima, ⁊ Tyri, et Sydonis, qui venerant, vt audirent eum, ⁊ sanarentur a languoribus suis. Et reliqua. Homilia venerabilis Bede presbyteri. ca. 6.

¶ Si generaliter omnibus loquitur, specia-

lius tamen oculos saluator in discipulos leuat, vt his qui verbum intenta cordis aure percipiunt latius saporis intimi lumē aperiat. Cui simile est quod Matthęus ait, ꝛ cum sedisset, accesserunt ad eum discipuli eius, ꝛ aperiēs os suum docebat eos, dicens. Beati pauperes spiritu. Tu autē. ℣. Absterge Deus. vt in cōmuni plurimor. marty. post primam lect. Lectio iij.

QAm quibus os in mōte sedēs aperit, vt magna sublimiter audiant, in eos oculos stans in campo dirigit, vt audita patenter intelligant. Beati itaque pauperes, non vtique omnes, sed illi tantummodo qui omne prędentis sęculi (tametsi altū videatur) pro nihilo culmen ducunt. Tu autem. ℣. Salus autem iustorum, vt in dicto communi post iij. lectionem.

Lectio iij.

QVi merito regni cęlestis perhibentur munere digni, quia delectationis humanę probantur cupiditate nudati, qualem se rex Dauid pauperiem sustinuisse declarans ait, ego vero egenus, ꝛ pauper sum: ꝛ alibi, non modo terrestria sed ꝛ ipsa pro dño, super cęlestia paruipendēs: dicēsq;, quid enim mihi restat in cęlo, ꝛ a te quid voluit super terram? Tu autem. ℣. Justorum anime in manu Dei sunt, ꝛ non tanget illos tormētum mortis. ℟. Visi sunt oculis insipientium mori, illi autē sunt in pace. ℣. Deus tentauit illos, ꝛ inuenit eos dignos se. ℟. Visi sunt. ℣. Gloria patri. ℟. Visi sunt. post. , repetatur ℟. a principio quia non dicitur. Te Deum laudamus. ℣. Exultabūt sancti in gloria. ℟. Et letabuntur. ℭ In laudi. Ańa. Justorum anime in manu Dei sunt, ꝛ nō tanget illos tormentum malitię. Psal. Laud. Dominicalium. Ańa. Justi fulgebunt in regno patris eorum, dicit dominus. Ańa. Reddet Deus mercedē laborum sanctorum suorum, et deducet illos in via mirabili. Ańa. Cum palma ad regna peruenerūt sancti coronam decoris meruerunt de manu domini. Ańa. Sapientiam sanctorum narrent populi, ꝛ laudem eorum nunciet ecclesia. Capitulū. Justi autem. vt in cōmuni plurimorū martyrum. Hymnus. Iesu saluator sęculi,

in die. ℣. Corpora sanctorū in pace sepulta sunt. ℟. Et nomina eorum.

Ad Benedict. Añs. Beati estis sancti Dei omnes qui meruistis consortes fieri celestium virtutū, & perfrui eterne claritatis gloria, ideoq; precamur vt memores nostri intercedere dignemini pro nobis ad dominum Deum nostrum. Oratio.

DOmine Deus noster multiplica super nos gratiam tuā, et quorum pręuenimus gloriosa solennia, tribue, subsequi in sancta professione lętitiā. Per do.

℣. Per horas dici Añę Ian. Ad iij. vj. & ix. Capitulū, vt supra. ℟. & ℣. vt in communi plurimorum martyrū Oratio, vt supra.

Nouember.

DIe j. Festum omnium sanctorū. In primis vespe. super psal. Aña. Gaudent in celis anime sanctorum, qui Christi vestigia sunt secuti, & quis pro eius amore sanguine suum fuderunt, ideo cum Christo exultant in eternum. Psalmi feriales.

Capitulum.

Apoc. cal. ca. 7. ECce ego Joannes vidi alterum angelum ascendentem ab ortu solis habentē signum Dei viui, & clamauit voce magna quatuor angelis, quibus datum est nocere terrę, & mari dicens, nolite nocere terrę, & mari, neque arboribus, quoadusq; signemus seruos Dei nostri in frontibus eorum. ℟. Deo gratias. ℣. Justorū anime. vt supra in vigilia post iij. lectio. & post gloria patri repetatur. ℟. & principio. Hymnus.

QUiste redēptor omnium
Conserua tuos famulos
Beatę semper virginis,
Placatus sanctis precibus,
Beata quoque agmina
Cęlestium spirituum
Pręterita, pręsentia,
Futura mala pellite.
Tu ates ęterni iudicis,
Apostolicę Domini
Suppliciter exposcimus
Saluari vestris precibus.
Martyres Dei inclyti,
Confessores q; iudici
Vestris orationibus
Nos ferte in cęlestibus.
Chorus sanctarū virginū,
Monachorumq; omnium
Simul cum sanctis omnibus
Consortes Christi facite,
Gentem auferte perfidam
Credentium de finibus,
Vt Christo laudes debitas
Persoluamus alacriter

Gloria patri ingenito,
Eiusq; vnigenito,
Una cum sancto spiritu
In sempiterna sęcula. Amē
℣ Et sic terminatur Hym. ad omnes horas per totam octauam prǽter Hymnum,
Omniū Christe. ℣. Orate pro nobis omnes sancti Dei. ℟. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

℣ Ad Magnif. Ant. Saluator mū di salua nos omnes, sancta Dei genitrix virgo semper Maria ora pro nobis. Precibus quoq; sanctorum, angelorum, archangelorū, patriarcharum, et prophetarum, apostolorum, euāgelistarum, martyrum, cōfessorum, virginum, et omnium sanctorum supplici per imus, vt a malis omnibus eruamur, bonisq; omnibus nūc, z semper perfrui mereamur. Oro, vt ut vigilia.

℣ Ad Completo. Ant. Omnes sancti quanta passi sunt tormenta, vt securi peruenirent ad palmā martyrij. ℟. Cum inuocarem. cum sequentibus. fol. 78.

℣ Ad Nunc dimittis. Ant. Justorum est enim regnum celorum, qui contempserunt vitam mundi, z peruenerunt ad premia celi, z lauerunt stolas suas in sanguine agni.

℣ Ad Matut. Inuita. Regē regum dominum, venite adoremus. ℟ Quia ipse est corona sanctorum omnium. Psalm. Venite exultemus. fol. 1.

Hymnus.

O Omnium Christe pariter tuorum
Festa sanctorum, colimus precantes
Vos tibi qui iam meruere iungi,
Nostra tuere,
Et incla nostrorum, scelerū resoluant
Luce virtutum, populos adornent
Vendicent nobis, pietate sola
Regna superna.
Vt quibus vitę studiū magistris
Curritur, horum precibus beatis
Fulgido cęli gremio locemur
Perpete vita.
O loriam sanctę. bene trinitati
Turba iam cantet, resonet q; lęta
Qui manēs regnat, Deus vnus omni
Tempore sęcli. Amen.

℣ In Nocturn. Ant. Gloria tibi trinitas, equalis vna deitas, et ante omnia secula, et

nunc

nunc et imperpetuum. Psa. Quare fremuerunt. fo. 2. Ant. Beata Dei genitrix Maria virgo perpetua templum domini, sacrarium spiritus sancti, sola sine exemplo placuisti femina Jesu Christo ora pro populo, interueni pro clero, intercede pro deuoto femineo sexu. Psal. O omine dñs noster. fol. 3. Ant. Angeli, archangeli, throni, dominationes, principatus, et potestates, virtutes celorum, intercedite pro nobis ad dñm. Psal. In domino cõfido. fol. 5. Ps. Letamini in domino, et exultate iusti. ℟. Et gloriamini omnes recti corde.

Lectio j.

LEgimus in ecclesiasticis hystoriis, fratres charissimi: quod sanctus Bonifacius papa, qui quartus a beato Gregorio Romanę vrbis episcopatũ tenebat, suis precib⁹ a Phoca Cesare impetrauit, donari ecclesię Christi templum Romę, quod ab antiquis Pantheõ vocabatur, quia hoc quasi simulachrũ videbatur omnium esse deorum, in quo eliminata omni dęmonum spurcitia, fecit ecclesiam sanctę Dei genitricis Marię, atque omnium martyrum Christi, vt exclusa multitudine dęmonum, multitudo ibi omnium sanctorum in memoria habere tur. Nunc ergo fratres charissimi in omnium primordiis sanctorum, nominare, laudare, et glorificare condecet eum qui cunctos condidit sanctos, per quem omnia facta sunt, per quem cũcta subsistunt elementa, cuius maiestas nec incipit, nec desinit insęcula. Ipsi honor et gloria in sęcula sęculorum Amen. Tu autem. ℟. Benedicat nos Deus Deus noster benedicat nos Deus. ℣. Et metuãt eum omnes fines terre. Ps. Deus misereatur nostri, et benedicat nos Deus. ℣. Et metuant. Lectio ij.

BEatissima virgo Maria, quę interpretatur domina, siue illuminatrix, clara ex stirpe Dauid, virga Jesse, horrus conclusus, fons signatus, mater domini, sacrariũ spiritus sancti, virgo ante partum, virgo in partu, virgo post partũ prędestinatis solennitatis diei expers nullo modo credenda est, hęc est enim quę Dei populum faciendo monebat spernere perituri sęculi luxus, ac lenocinia mortalis

lis vitę declinare, carnis quoq; pudicitiam cum virginitatis honore intra cordis hospitiū obseruare. Decebatq; eā omnium virtutū reginam, fructuq; esse salutis perpetuę, sociamq; hāc esse angelorum suis affirmabat exemplis, ita vt innumerabilis vtriusq; sexus multitudo eius sequeretur vestigia. Tu autem. ℟. Felix valde es sacra virgo Maria, et omni laude dignissima. ℣. Quia ex te ortus est sol iustitie Christus Deus noster. ℟. Ora pro populo, interueni pro clero, intercede pro deuoto femineo sexu, sentiant omnes tuum iuuamen quicunq; deuote celebrant tuam commemorationem. ℣. Quię te.

Lectio iij.

QVia superna cęlorum regna spiritibus decorauit angelicis, ad laudem ⁊ gloriam atque honorem sui nominis, ac maiestatis, in perpetuum miro eos ordine collocauit, de quibus plura loqui pertimescimus quia soli Deo scire est, quo modo vel quemadmodum nobis inuisibilis absq; contagione seu diminutione in sua sola puritate consistat natura. Sed tamen nouem esse ordines angelorum ad Dei iudicia ac ministeria cōplenda, testāte sacro eloquio cognouimus. Quorū principat⁹ ac potestates subtiliter, atq; mirabiliter Dei omnipotentis nutu distinguntur. His omnibus tam decoris, ac Deo dilectis angelorum agminibus huius diei festiuitatē esse credimus cōsecratam. Tu autem. ℟. Sancte Michael archangele Christi cum omni exercitu angelorum. ℣. Pro nostra omniūq; salute intercede. ℟. Presul stens princeps angelorum in conspectu dñi. ℣. Pro nostra. ℟. Gloriis patri. ℣. Pro nostra. ¶ In ij. noctu. Ant. Iste est ex sublimibus celorum prepotētibus vnus quē manus Dñi consecrauit sacris in visceribus, cuius nos precibus adiuuari supplices deposcimus ℣. O ię quis habitabit. fol. 6. Ant. O beate Iacobe omnium corde, ore, voce cā tande, O patrone singularis amabilis intercede pro nobis ad dñm. ℣. Cęli enarrāt. fol. 8. Ant. Beati eritis, cū vos oderint homines, et cum separauerint, ⁊ exprobrauerint vos, ⁊ eiecerint nomē vestrum tanquā malum propter filiū hominis, gaudete ⁊ exultate

tate ecce enim merces vestra multa est in celis. ℣. Dñe in virtute tua. fol. 9. ℟. Exultēt iusti in cōspectu Dei. ℣. Et delectentur.

Lectio iiij.

ADhuc tamen aliquid de hac eadē tam pulchra, ac præclara festiuitate loquamur, quę nō solum angelorū, vt prędixim⁹ spiritib⁹ verū etiā sanctis omnibus, qui in terra sunt ab exordio mūdi procreati honorabiliter decorata consistit. De quib⁹ primi fuerūt patriarchę viri religiosi, et glorioſi in vita sua, patres prophetarū, et apostolorū, quorū memoria non relinquetur, et nomē eorū manet in ęternū, quia digni Deo inuēti sunt, quorū imperij posteritas nō cessauit, quousque Christus ex eorū germine per vterum intactę virginis natus in mundo coruscando miraculis apparuit, atq; toti⁹ orbis monarchiā capiendo retinuit. Tu aūt. ℣. Inter natos mulierū non surrexit maior Joanne Baptista. ℟. Qui viam dño prepara uit in eremo. ℣. Hic venit in testimonium vt testimonium perhiberet de lumine. ℟ Qui viam dñi.

Lectio v.

HOs sequitur electio prophetarū cū quibus locutus est Deus, et ostēdit illis secreta sua, vt ventura quasi præsentia prędicerēt, et multis miraculorū signis effulgētes, Chri sacramēta clara voce prędixere. Hos omnes proculdubio venerāda huius diei festiuitate nullo modo credim⁹ esse priuatos. Nunc vero reuertamur ad eos quos vnda baptismatis, et effusio sanguinis Christi ab erroe paterni dilecti in nouo testamento per gram sancti spūs abluēdo purgauit, quorū oculi beati qui Chm venientē in carne videre meruerunt. Huius tā præclarę visionis Joānes Baptista primatū tenebat in exordio prędicationis atq; baptismatis, qui Jesum peccata mūdi tollentē, vidēdo agnouit, ac digito demōstauit. Tu aūt. ℣. Sācte Jacobe Chri apte audi rogātes seruulos. ℟ Et impetratā celit⁹, tu defer indulgentiā. ℟. O sancte Jacobe, syd⁹ aureū dñi gra, seruorum gemit⁹ solita suscipe clemētis ℟. Et impetrata. Lect. vj.

HIc athletę Dei concordat duodenari⁹ apostolorū numerus, quos a primis

primis miraculorum virtutibus ad cõponendum nouę fidei fundamentum ertę̃dumq; adhuc nouum statum ecclesię prouidẽtia diuina ex omnibus quos mũdus capiebat, elegit, vt in omnem terrã sonus eorum prędicationis exiret, ⁊ in fines orbis terrę eorum procederent verba. Qui verę viti, idest Christo tanquã palmites adhęrentes fuerunt, quorũ fructus in perpetuum non marcescit. Talibus vt credimus patronis hęc dies subiecta declaratur. Tu autem. ℟. O cõstantia martyrum laudabilis, o charitas inextinguibilis, o patientia inuincibilis, que licet inter pressuras persequẽtium visa sit despicabilis. ℣. Inueniatur in laudem, ⁊ gloriam, ⁊ honorem in tempore retributionis. ℟. Nobis ergo petimus pijs subueniant meritis, honorificati a patre qui est in celis. ℣. Inueniatur. ℟. Gloria patri. ℣. Inueniatur.

¶ In vigilia. Sint lumbi vestri precincti, ⁊ lucerne ardentes in manibus vestris, et vos similes hominib⁹ expectãtibus dominum suum quando reuertatur a nuptijs. ℟. Domini est terra. fol. 14. Ant. Simile est regnum celorũ sagene misse in mare, ⁊ ex omni genere piscium congreganti, quam cum impleta esset educentes, ⁊ secus litus sedentes elegerunt bonos in vasa sua, malos autem foras miserunt. Psal. Cantate. fol. 25. Ant. Sanctum ⁊ verum lumen, et admirabile ministrans lucem: hi qui permanserunt in agone certaminis, accipient a Christo splendorẽ sempiternum in quo assidue felices letantur. Psal. Deus venerunt gẽtes. fo. 39. ℣. Justi autem in perpetuum viuent. ℟. Et apud dominum. Pr nr Lect. vij.

Lectio sancti euangelij secundum Matthęum.

In illo tempore, videns Jesus turbas ascendit in montem, et cum sedisset accesserunt ad eum discipuli eius. Et reliqua. Homilia beati Leonis pape. ca. 5.

Prędicante dilectissimi dño nostro Jesu Christo euangelium regni, ⁊ diuersos per totã Galilęam curante languores in omnem se Syriam virtutum eius fama diffuderat, ⁊ multę ex vniuersa Judęa turbę ad cęlestem medicum confluę-

fluebant. Tu autē. ℟. Sint lumbi vestri precincti, & lucer ne ardentes in manib⁹ vestris et vos similes hominibus ex pectantibus dominum suum. ℣. Quando reuertatur a nuptijs ℣. Vigilate ergo, quia nescitis quando dominus ve ster venturus sit. ℣. Quando.

Lectio viij.

QUia enim tarda est humanę ignorantię fides, ad credenda quę non videt, & sperāda quę nescit oportebat diuina eruditio ne firmandos corporeis be neficijs, & visibilibus miraculis incitari. Ut cuius tā benignam experiebātur potentiam, non ambigerent salutarem esse doctrinā. Tu autem. ℟. Quinq; prudētes virgines acceperunt oleum in vasis suis cum lampadib⁹. ℣. Media autē nocte clamor factus est, ecce sponsus venit exite obuiām ei. ℣. Moram aūt faciente sp̄so dormitauerunt omnes, et dormierunt. ℣. Media.

Lectio ix.

UT ergo exteriores me delas dominus ad re media interioa trāsferret, & post sanitates corporum curationes operaretur animarum, segregatus a circūstantibus turbis, secessum vicini montis ascendit, adnocatis apostolis, quos sublimioribus institutis ab edito misticę sedis imbueret, & ex ipsa loci atque operis qualitate significasset, se esse qui Moysem quondam suo vocare dignatus esset alloquio. Tu autē. ℟. Laudem dicite Deo nostro omnes serui eius qui timetis Deum pusilli, et magni, quoniam regnauit dominꝰ Deus noster. ℣. Gaudemus, et exultemus, et demus gloriam ei. ℣. Genus electum, gens sancta, populus acquisitionis memores omnium laudate dominū. ℣. Gaudeamus. ℣. Gloria patri. ℣. Gaudeamus. Te Deū laudamus. ℣. Exultabunt sancti in gloria. ℟. Et.

℣ In laud. Añs. Post partū virgo inuiolata permansisti. Dei genitrix intercede pro nobis. Psal. Laud. Dominica. Añs. Laudemus dominum quem laudant angeli, quem cherubin, et seraphin, sanctus, sanctus, sanctus, proclamāt. Añs. Vos amici mei estis, si feceritis que precipio vobis, dicit dominus. Añs. Sancti spiritus, et anime iustorum hymnum dicite Deo nostro. Alleluya. Añs. Omnium sanctorum chorꝰ laudate

te dñm in excelsis. Capitulū vt supra. Hymnus.

IEsu saluator sęculi,
Redēptis ope subueni,
Et pia Dei genitrix
Salutem posce miseris,
Q ętus omnes angelici,
Patriarcharum cunei,
Et prophetarum merita
Nobis precentur veniam.
Baptista Christi prępulus,
Et clauiger ęthereus,
Cum cęteris apostolis
Nos saluant nexu criminis.
Q horus sacratꝰ martyrū,
Confessio sacerdotum,
Et virginalis castitas
Nos a peccatis abluant.
Q onachorum suffragia,
Omnesq; ciues cęlici
Annuāt votis supplicium,
Et vitę poscant pręmium
G loria patri ingenito, vt supra ℣. Orate pro nobis omnes sancti Dei. ℟. Ut digni. Ad Benedi. Ańa. Te gloriosus apostolorum chorus, te prophetarū laudabilis numerus, te martyrum candidatus laudat exercitꝰ, te omnes electi voce confitentur vnanimes beata trinitas vnus Deus.

Oratio.

OMnipotens sempiterne Deus, qui nos omnium sanctorum tuorū merita subvna tribuisti celebrare veneratione, quęsumus, vt desideratam nobis tuę propitiationis abūdantiā multiplicatis intercessoribus largiaris. Per dominum. Ad primam. Ańa. Omnes sancti in Cōpletorio vt sup. Ad iij. Ańa. Scimus quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonū his qui secundum propositum vocati sunt sancti. Capitulum, vt supra. ℟. Concede nobis dñe quesumus veniā delictorum, & intercedentibus sanctis quorum hodie solēnia celebramus. ℣. Tale nobis tribue deuotionem, vt ad eorum peruenire mereamur societatem. ℟. Adiuuent nos eorum merita, quos propria impediunt scelera, excuset intercessio, accusat quos actio: et qui eis tribuisti celestis palmam triumphi, nobis veniam non deneges peccati. ℣. Tale nobis. ℟. Gloria patri. ℟. Cōcede nobis. ℟. Exultent iusti. Oratio vt supra in laud.

¶ Prędictū ℟. dicitur hodie tantū, & primo loco illi⁹ per octauā dicitur. ℟. Letamini in dño. cum aliis ℟. & ℣. vt in cōm. plurim. martyr. prętereā ad ix. vltimus ℣. dicitur. Orate pro nobis oēs sancti Dei. ℟. Ut digni.

Ad

¶ Ad vſ. Añā. Justorum est enim, vt supra, in Cōpleto. Ad Nunc dimittis, Capitulū vt supō. ℣. ℟. vt in prędicto cōmu. Oratio vt in laud. ¶ Ad ix. Añā. Dabo sanctis meis locum nominatum in regno patris mei, dicit dñs. Capitulum vt supō. ℣. ℟. vſ. vt in dicto cōmu. Ofo vt in laud. ¶ In ij. vesper. Añę ꝛ psal. vt in cōmu. plurimo. marty. Capitulum, vt supra. Añā. ℣ſ. O quam preclarus est sydereus locus paradisi in quo sanctorum anime gaudent in eternum. ¶ Et dicitur hodie, ꝛ duobus diebus sequētibus, ꝛ in octaua die preterquā si nono die Nouembris occurrerit dñica Vidi dñm quia tunc officiū dominicę incipitur a Capitulo, Hymnus, ꝛ ℣ſ. vt in primis vesp. ad Magni. Añā. O quā gloriosum est regnum in quo cum Christo regnāt omnes sancti amicti stolis albis, sequūtur agnum quocunq; ierit. Oratio vt in laudibus.

¶ Ad Completo. vt heri.

¶ In cōmemoratione omniū fideliū defunctorū. Nota quod finitis vesp. die ante Cōpletoriū dicūtur vesp. defunctorū prout in breuiario cōtinetur cū ofone Fidelium Deus, nautum fol.

¶ Finitis laudibꝰ dieī dicūrur matutinę defunctorū, ꝛ incipitur ab Inuitatorio, deinde iij. noctu. cum laud. ꝛ dicitur oratio. Fidelium Deus, vt supra.

¶ Nota quod si festiuitas omnium sanctorū inciderit in sabbato anniuersariū defunctorum transferratur in ij. feriam sequētem, ꝛ vespere defunctorum dicentur finitis vesperis diei dñicę.

¶ Die ij. De octaua omniū sanctorum. Ad Matut. Inuitato. ꝛ Hymnus, vt in die et per octauas.

¶ In noctur. Añę. psalm. ℣ſ. et ℣. vt in primo nocturno dicti. Lectio j. Euangelium vt in die. Et reliqua. Ex eadem homilia beati Leonis pape.

Alie quidem terribiliori iustitia, hic autem sacratiore clementia vt impleretur quod fuerat a propheta Hieremia dicente promissum: Ecce dies venient, dicit dominus, et consummabo super domum Israel, et super domum Juda testamentum nouum post dies illos dicit dominus. Dabo leges meas, in sensu ipsorum, ꝛ in corde

corde ipsorum scribã eas. Tu autem. Lectio ij. De legenda omnium sanctorum.

HApostolis subiectum est triumphale martyrum nomen qui per diuersa tormentorũ genera Christi passionem imitabantur. Alij namq; ferro perempti, alij flãmis exusti, alij flagris verberati, alij verubus perforati, alij cruciati patibulo, alij demersi pelagi periculo, alij viui decoriati, alij vinculis mancipati, alij linguis priuati, alij lapidibus obruti, alij frigore afflicti, alij fame cruciati, alij vero truncati manibus, siue ceteris membris cesis, spectaculum contumelię in populis nudi propter nomen domini portauerunt. Tu aũt.

Lectio iij.

HI sunt triũphatores, et amici Dei qui contemnẽtes sceleratorũ iussa principum, modo coronantur, et accipiunt palmam laborum, quibus hunc diem tanto credimus sanctificatum, quantum in semetipsis vt sanctificaretur laborare per tormenta non cessauere. Tu autẽ. Te Deũ laud. Ps. et omnia alia vt in die.

¶ Die iij. De octaua omniũ sanctorum. ¶ In noct. Ãnę psalm. vt. ij. vt in ij. nocturn. dicit. Lectio j.

Euãgelium vt in die. Et reliqua. Ex eadẽ homilia beati Leonis papę.

QUi ergo loquutus fuerat Moysi, loquutus est et apostolis, et in cordibus discipulorum velox scribentis verbi manus noui testamẽti decreta cõdebat. Nulla, vt quondam circumfusa nubium crassitudine, nec perterribiles sonos, atque fulgores populo ab ascensu montis absterrito, sed patente ad aures circũstantium tranquillitate colloquij, vt per gratię lenitatẽ remoueretur legis asperitas, et spiritus adoptionis auferret formidinem seruitutis. Tu autem.

Lectio iij.

Delegẽda omniũ sanctorũ.

QUorũ vero confessoribus, sacerdotibus, atque doctoribus huius festiuitatem diei nõ ignotam esse credimus, qui corda fidelium spiritualiter, quasi imbribus irrigãt cęlestib⁹, vt fęliciter pro ferre immarcessibilẽ bonorum operum possint fructũ. Qui talenta

lenta sibi credita nō solum reddere, verum etiam cum vsura sine fraude ampliare procurarunt. Quorū mens lucidissima, manus vero plenę sunt munditia, eo quod in mensa altaris sacrosancta corporis et sanguinis Christi mysteria celebrantes, in sui cordis penetralibus hostiam viuētem, Deoq placētem, idest semetipsos offerant. Qui licet per sequutorū nō senserint gladium, tamen martyrio non priuantur, quia martyrium non sola sanguinis effusione, sed abstinentia peccatorum, et exercitatione preceptorum Dei perficitur. Tu autem. Lectio iij.

INter ceteras triumphatorum Christi militum laudes, quas hodierna festiuitate lęta per orbē recolit ecclesia, beatarum quoq; virginum victorias commendantes Deum, cui nihil impossibile est, in suis sanctis operibus mirabilē collaudemus, qui tātam in sexu fęmineo contulit virtutis cōstantiam, vt ex ipsius electis animabus, tāquam ex diuersis gemmarum coloribus, aut ex cādidis, purpureisq rosarum, ac liliorū floribus, aula cęlestis picta resplēdeat. Illarum igitur societatem veneranda huius diei celebritate non credimus esse priuatā. Tu aūt. Te Deum laudamus. ℣. et omnia alia vt in die.

℣ Die iij. De octaua omnium sanctorum.

℣n noctur. Aūę psalm. ℣. et ℟. vt in iij. noctu. diei.

Lectio j.

Euangelium vt in die. Et reliqua. Ex eadem homilia beati Leonis papę.

QUalis igitur doctrina Christi sit, sacrę ipsius sententię protestantur, vt qui ad eternam beatitudinem peruenire desiderant, gradus felicissimę ascensionis agnoscant. Tu autem.

Lectio ij.

Delegēda omniū sanctorū.

NOs ergo fratres tantorum patrocinia intercessorum tota mentis intentione quęramus, vt per temporalia festa quę gerimus, eorum meritis interuenientibus, ad ęterna peruenire valeamus. Transeūt cuncta quę temporaliter festiue celebrātur, curate qui his solennitatibus interestis ne ab ęterna solēnitate separemini. Tu autem.

Lectio iij.

QVid enim prodest interesse festis hominū si deesse contingat festis angelorum? Sancti isti florentem mundum mentis despectu calcauerunt, nam cum in se ipso mundus floreret, iam in cordibus eorū aruerat. Ecce iam in se ipso mūdus aruit, ⁊ adhuc in nostris cordibus florescit. Pensate fratres, quam nulla sunt quę temporaliter currunt, et ad eos de quibus loquimur, toto corde tendamus, vt cum ipsis in ęterna sęcula gaudere mereamur, per eum, qui viuit in sęcula sęculorum. Amen. Tu autem.

℣ Die v. De octaua omniū sanctorum.

℣ In noctur. Aūę psal. ℣f. ⁊ ℟. vt in primo noctur. diei.

Lectio j.

Euangelium vt in die. Et reliqua. Ex eadem homilia beati Leonis papę.

BEati (inquit) pauperes spiritu, quoniā ipsorum est regnum cęlorum. De quibus pauperibus dominꝰ loqueretur forte esset ambiguum si dicens beati pauperes nihil adderet de intelligenda pauperi ī qualitate. Et sufficere videretur ad promerendum regnum cęlorum ea sola inopia quam multi sub dura, et graui necessitate patiuntur. Tu autem.

Lectio ij.

Sermo sancti Augustini episcopi.

HOdie, dilectissimi omnium sanctorum sub vna solennitatis lętitia celebramus festiuitatem, quorum societate cęlum exultat, quorū patrocinijs terra lętatur, quorum triumphis ecclesia sancta coronatur, quorum confessio quanto in passione fortior, tanto clarior est in honore. Tu autem.

Lectio iij.

QVia dum creuit pugna, creuit ⁊ pugnantium glozia, et martyrij triumphus multiplici passionum genere adornatur, per quę quāto grauiora tormenta, tanto gratiora fuerūt ⁊ prędia, dumq; catholica mater ecclesia per totum orbē longe, latęq; diffusa in ipso capite suo Christo Jesu edocta, contumelias, cruces, ⁊ mortem didicit non timere, magis magisq; robozata est non resistendo sed perferendo. Tu autem.

autem. Te Deum laudamus. ℣ omnia alia vt in die.

℣ Die vj. De octaua omnium sanctorum.

℣ In noctur. Ant̃ psal. ℣. ℟. vt in die. Lectio j. Euangelium vt in die. Et reliqua. Ex eadem homilia beati Leonis papę.

SEd cũ ait, beati pauperes spiritu, ostẽdit eis regnũ cęlorum tribuendum, quos humilitas commendat animorũ magis, q̃ indulgẽtia facultatum. Dubitari aũt non potest quod humilitatis istius bonũ facilius pauperes q̃ diuites assequantur, dum ℣ illis intenuitate amica est mansuetudo, ℣ istis in diuitijs familiaris elatio. Verumtamen ℣ in plerisq; diuitibus inuenitur hic animus, qui abundantia sua nõ ad tumorem superbię sed ad opera benignitatis vtãtur, idq; pro lucris maximis numerent, q ad redimendam miseriam alieni laboris impẽderint. Tu autem. Lectio ij. Ex sermone sancti Augustini episcopi.

VNiuersos autẽ quos agmine inclyto carcer pęnalis inclusit, ad aggrediendum certamen contra vitia, ℣ vitiorum caput diabolum, pari et simili calore virtutis glozia triumphalis inspirauit. Ergo agite nũc fratres iter vitę aggrediamur, reuertamur ad ciuitatem cęlestem in qua scripti sumus, et ciues decreti. Tu autem.

Lectio iij.

NOn enim sumus hospites et aduenę, sed ciues sanctorum et domestici Dei, etiam illius hęredes fęlicitatis, cuius hodie festum sub nomine dedicationis sanctę Marię rotundę celebramus. De rege autem qui huic cęlesti ciuitati pręsidet, dicere vox nulla sufficit. Effugit omnem sermonem, atque omnem sensum humanę mentis, excedit decus illa pulchritudo, illa virtus, illa glozia, illa magnificentia, illa maiestas. Tu autem. Te Deum laudamus. et omnia alia vt in die.

℣ Die vij. De octaua omnium sanctorum.

℣ In noctur. Ant̃ psalm. ℣. ℟. vt in iij. noctu. dict.

Lectio j.

Euangelium vt in die. Et reliqua. Ex eadem homilia beati Leonis papę.

OMni generi atque ordini hominum datur in hac virtute consortium, quia possunt esse proposito pares, & impares censu. Nec interest quantum sint in terrena facultate dissimiles, qui in spiritualibus bonis inueniuntur æquales. Beata igitur illa paupertas quę rerum temporaliū amore nō capitur, nec mundi opibus augeri appetit, sed cęlestibus bonis ditescere concupiscit. Huius nobis magnanimę paupertatis exēplum primi post dominum apostoli prębuerūt. Qui omnia sua fine differētia relinquentes ad vocem cęlestis magistri a captura piscium in piscatores hominum alacri conuersione mutati sunt, & multos sui similes fidei suę imitatione fecerunt, quando illis primitiue ecclesię vnum cor omnium, & anima erat vna credentiū. Tu aūt. Lect. iij. Ex sermone sancti Augustini episcopi.

ULtra enim omnē sanctorum est gloriam ipsius inęstimabilem aspicere conspectum, & splendore maiestatis eius irradiari. Si enim oporteret nos quotidie tormenta perferre, si ipsam gehennam longo tēpore tolerare, vt Christum digni videre in gloria, & sanctorum eius numero sociari possemus, tamen adhuc leue & momētaneum esset, quia non cōdignę sunt passiones huius sęculi ad futurā gloriam quę reuelabitur in nobis. Tu autem.

Lectio iij.

TAnta est quippe pulchritudo iustitię, tanta iocunditas lucis ęternę, hoc est incommutabilis veritatis, & sapientię, vt si non liceret eam videre amplius quam vnius diei mora, propter hoc solum innumerabiles anni huius vitę pleni delicijs, & affluentia temporalium bonorum recte meritoq; contemnerentur. Nō enim falso, aut paruo affectu dictum est, quoniā melior est dies vna in atrijs tuis super millia. Eterna enim beatorum omnium iocunditas, & fęlicitas est facie ad faciem Deum intueri, eius dulcedine sine fastidio satiari, vt quem semper habere velint, ac eius visione sine defectu perfrui. Tu autem. Te Deum lauda-

¶ Die viij. Octaua omniū sanctorum, omnia vt in die.

¶ Die ix. Theodori martyr. omnia vt in cōmuni vnius martyris, p̄ter iij. v. & vj. lectio. Lectio iiij.

THeodorus, cum pro Romanis militaret, in Sarmatia Europę accusatus est apud Brichē legionis p̄positū, quod Chr̄ianus esset, a quo cum iuberetur dijs immolare, paucorum dierum indutias petijt quibus apud se statueret, an sacrificare deberet. Tu autem. Lectio v.

INterea Theodorus Chr̄istianos in vinculis detentos ad martyrium animabat, necessaria vitę illis subministrans, et cum noctu igne iniecto Bartis templum succendisset, captus a Bozdiano, & ad p̄sidem adductus, primo cęsus est, & carcere clausus, ac ligno eius pedes constricti sunt. Carceris etiā ostium obsignatum est, vt fame interiret, sed a Chr̄isto visitatus psallere cum angelorū multitudine auditur. Tu autem. Lectio vj.

DEnicq; cum sacrificare dijs nollet, ferreis vngulis exaratus est, & ligatis post tergum manibus, ipse in accensam ingentem flammam sua sponte p̄siliuit. Quę sanctum virum cōplexa in camerę modum vallabat, nec illum contingebat, vbi & spiritum Dño reddidit sub Diocletiano, & Maximiano imperatorib⁹ quarto idus Nouembris, in vrbe Amasia. Tu autem.

¶ Die x. Passio imaginis Chr̄isti. In p̄mis vespe. super psal. Ānā. et omnia alia & per totum diē, vt in exaltatione sancte Crucis mensis Septēbris. fo. 483 p̄ter sequentia. Oratio.

DEus, qui hodierna die per passionē imaginis filij tui domini nostri Jesu Chr̄isti miracula antiqua renouasti, cōcede quęsumus plebi tuę, vt mereamur a te consequi gaudia ęternę fęlicitatis. Per eundem. Lectio j.

APud Berytum Syrię ciuitatem quam multi Judęi incolebant, Chr̄istianus quidā synagogę p̄ximus habitabat, huic icona erat in formam nostri reparatoris affabre effigiata quam mutato domicilio in ibi oblivione reliquit. Tu autem. Lectio ij.

POstea Judęus qui forte fortuna domum illam conduxerat habitandam, peregrinum quempiã Hebręum propinquum inuitauit ad prãdium, ille nouus hospes, cum epularentur, imaginẽ Christi videns parieti affixam, duris castigauo verbis consanguineo cõuicia multa in dominum saluatorem emisit. Tu autem. Lectio iij.

SEd qui inuitauerat Judęus, & sic iureturando, firmabat, nunq̃ se illam iconam vidisse, nihilominus alter ad principes, & magistratus suę gentis contendit, visaq̃ narrauit. Illi furore correpti, cõuolant, domum irrumpũt, conspecta q̃ imagine, Judęum comprehendunt, macerãt, atq̃ semiuiuum extra synagogã protudunt. Tu autem.

Lectio iiij.

AT vero saluatoris figurã deiectam in terrã, cachinnis, calcibusq̃ excipiunt, dicentes, cũcta quę nostri maiores Jesu Nazareno opprobria cruciatusq̃ intulerunt, huic nos iconę inferamus. Quę omnia cũ exequerentur elementa repente immutata sunt, signaq̃ antiqua renouata. Nã et ab ictu ferientes lanceę, tanquam ex materia sensibili sanguis, & aqua profluxit. Tu autem.

Lectio v.

STupefacti Judęi tanto miraculo, afferatur (inquiunt) hydria, et ad vulneris locum apponatur, vt quid illud profluuium sit, penitus dignoscamus. Quid multis moror? delata est hydria, & ad summum vsq̃ completa. Tu autem.

Lectio vj.

DEferunt Judęi hydriam ad synagogam periclitaturi, vera ne essent quę de Christo prędicarentur, & debiles, maleq̃ affectos quoscumq̃ perungentes, cum cernerent illa vnctione conualescere, viginti tria millia virorum, exceptis paruulis, & mulieribus baptizati sunt. Tu autem.

Die xj. Martini episcopi confessoris. In primis vesper. super psalm. Dñs. Hic est Martinus electus Dei põtifex, cui dominus post apostolos tantam gratiam cõferre dignatus est, vt in virtute trinitatis deifice mereretur fieri trium mortuorum suscitator magnificus. Psal. feriales.

riales. Capitulum, vt in cõmuni vnius pontificis. fol. 557. ℟. O quam admirabilis est vir iste Martinus, qui inter confessores est non minimus. ℣. Unde feliciter exultat Dei ecclesia. ℟. Laudibus gloriosus est beatus Martinus qui regnat cum Christo. ℣. Unde. ℟. Gloria patri. ℣. Unde.

Hymnus.

Rex Christe Martini decus,
Hic laus tua, tu illius,
Tu nos in hoc te colere,
Quin ipsum in te tribue.
Qui das p orbis cardines,
Quod gemma fulget presulum,
Da quos premunt culpę graues
Soluat peringens meritũ,
Et n pauper hic, & modicus,
Cęlum diues ingreditur,
Cęli cohortes obuiant,
Linguę, tribus, gẽtes ouãt.
Ut vita, fulget transitus,
Cęlis humicis splendidus,
Gaudere cunctis pium est,
Cunctis salus hęc dies,
Sit trinitati gloria
Martinus vt cõfessus est,
Cuius fidem per opera
In nos & ipse roborет. Amẽ
& sic terminantur Hymn. ad omnes horas per totũ diẽ.

℣. Ora pro nobis beate Martine. ℟. Ut digni.

℣ Ad Magn. Ańa. O Martine, o pie, quam pium est gaudere de te? O Martine prophetis cõpar, apostolis cõsertus, presulum gemma, fide & meritis egregie, pietate, misericordia, charitate ineffabilis, succurre nobis nunc, et ante dominum. Oratio.

Deus, qui conspicis, quia ex nulla nostra virtute subsistimus, cõcede propitius, vt intercessione beati Martini confessoris tui atque pontificis contra omnia aduersa muniamur. Per Dominũ. Fiat cõmemoratio de festo diei.

℣ Ad Matut. Inuita. Martinus ecce migrat, hic pauper celo diues quę sanctorum concentus, Christo psallens deducit. ℣. Nos celestibus hymnis laudem⁹ in hoc Deũ. Pos. Venite. fo. 1. Hymnus.

Martine par apostolis,
Festũ colẽtes tu foue.
Qui viuere discipulis,
Vis aut mori, nos respice,
Hac nunc quod olim gesse
Hũc te presul clarifica, (ras
Auge decus ecclesię,
Fraudes relide sathanę.
Qui ter chaos euisceras,
Mersos reatu suscita,

Diuiseras vt chlamidem,
Nos indue iustitiam.
Ut specialis glorię
Quondam recorderis tuę
Monastico nunc ordini
Iam penne lapso subueni.
Sit trinitati glia, vt sup.
℣ In j. noctur. Ańa. Sanctus Martinus obitum suum longe ante prescivit, qui z discipulos in vnum cōgregauit, atq; sui corporis dissolutionē imminere predixit. ℣. Beatus vir. fol. 2. Ańa. Cum repente viribus corporis cepit destitui, tunc meror, z luctus omnium vox plangentiū, vnaq; precantium, ne pastorem deseras. ℣. Quare fremuerunt. fol. 2. Ańa. Scimus quidem te pater desiderare Christum, sed salua sunt tibi premia tua, nostri potius miserere, quos deseris pater. ℣. Cum inuocarem. fol. 78. ℣. Amauit eū dominus. Pater noster.

Lectio j.

Job. ca. 31 In infantia mea creuit mecū miseratio, et de vtero matris meę egressa est mecum, si despexi prętereuntem, eo quod non habuerit indumentum, z absq; operimento pauperem, si non benedixerunt mihi latera eius, z de velleribus ouium mearum calefactus est. Tu autem. ℟. Beatus Martinus obitum suum longe ante prescivit, dixit fratribus dissolutionem sui corporis imminere. ℣. Quia indicabat se tam resolui. ℟. Dixerunt discipuli ad beatū Martinum, cur nos pater deseris, aut cur nos desolatos relinquis. ℣. Quia.

Lectio ij.

Si leuaui super pupillum manum meā, etiā cum viderem me in porta superiorem: humerus meus a iunctura sua cadat, z brachiū meū cum suis ossibus confringatur. Sēper enim quasi tumētes super me fluctus timui Deum, z pōdus eius ferre nō potui. Tu autem. ℟. Dixerunt discipuli ad beatum Martinū cur nos pater deseris, aut cui nos desolatos relinquis? ℣. Inuadent enim gregem tuum lupi rapaces. ℟. Scimus quidem desiderare te Christum, sed salua sunt tibi premia tua, nostri potius miserere quos deseris. ℣. Inuadent.

Lectio iij.

Si putaui aurum robur meum, z obrizo dixi, fiducia mea. Si lętatus sum super multis diuitiis meis, z quia pluruma reperit

rit manus mea. Si vidi solem cum fulgeret, z lunam incedētem clare, z lętatum est in abscōdito cor meum, et osculatus sum manum meam ore meo, quę est iniquitas maxima, et negatio contra Deum altissimum. Tu autem. ℟. Cum videret beatus Martinus discipulos suos flentes, motus his fletibus conuersus ad Dominum dixit. ℣. Domine si adhuc populo tuo sum necessarius non recuso laborem. ℟. O virum ineffabilē nec labore victum, nec morte vincēdum, qui nec mori timuit, nec viuere recusauit dicens. ℣. Domine. ℟. Gloria patri. ℣. Domine.

℣ In u. noctur. Ańa. Domine iam satis est quod hucusq; certaui, sed quo ad ipse iusseris, militabo, ac si parcis etati, bonū est mihi hos quibus timeo, ipse custodias. Psal. Verba mea. fol. 21. Ańa. Artus febre fatiscentes spiritui seruire cogebat, stratoq; suo nobili cilicio recubās, nec terram videre iam dignatus, celo totus inhiabat. Psalm. O omine dñs noster. fol. 3. Ańa. Sinite me, inquit, celū videre, vt spiritus dirigatur ad dominum, nihil in me reperiet inimicus, sed sinus Abrahe me suscipiet. Psal. In domino confido. fol. 5. ℟. Justū deduxit dominus. pater noster. Lectio iij.

Martinus Sabarię natus (quod oppidum est Pānonię) cum esset annorum decē inuitis parentibus ad ecclesiam cōfugit, seq; cathecumenū fieri postulauit. Quinto decimo vero ętatis anno se vitę militari dedit. Quam primum sub Constantino gessit, deinde sub Juliano. Tu autem. ℣. Domine si adhuc populo tuo sum necessarius, non recuso laborē subire propter eos. ℣. Fiat voluntas tua ℟. Omnia tua deuotus implebo, sub signis tuis quoad ipse iusseris militabo. ℣. Fiat.

Lectio v.

Hic, cum nihil prēter arma, et vnam vestem possideret, pauperi nudo Christi nomine eleemosynam ab se miserabiliter potenti in porta Ambianensi, dimidium chlamydis gladio diuisę tribuit, reliqua parte ad se tegendum reseruata. Qui nocte consequuta Christum vidit dimidiata veste, quam is pauperi dederat, indutum, et dicentem, Martinus cathecume-

nus hac me veste contexit. Tu autem. ℟. O beatum virum Martinum antistitē. ℣. Qui nec morti timuit, nec viuere recusauit. ℟. Oculis ac manibus in celum semper intentus, inuitum ab oratione spiritum non relaxabat. ℣. Qui nec. Lectio vij.

NAtus vero annos duo de viginti baptismum excepit, relictaq; militia ad sanctum Hilarium Pictauiensem episcopum perrexit, a quo est acolytus ordinatus. Demum ad episcopatum Turonensis ecclesię ascitus monasterium ędificauit, ybi cū octoginta fratribus sanctissime degens miraculis claruit. Tandem febri correptus cū assidua oratione Christum, vt se reciperet, precaretur, discipulis acclamantibus, cur nos pater deseris? cur nos miseros derelinquis? Cōclamauit, domine, si adhuc populo tuo sum necessarius, non recuso laborem, fiat voluntas tua. Et dum hęc loqueretur, beatā animam efflauit tertio idus Nouēbris. Tu autem. ℟. O quātus luctus hominum, quanta precipue lamenta monachorum. ℣. Quia pium est gaudere Martino, et pium est flere Martinū ℟. Beati viri corpus vsq; ad locum sepulchri, hymnis canoris celestis turba prosequitur. ℣. Quia pium. ℟. Gloria patri. ℣. Quia pium.

¶ In iij. noctu. Ańa. Media nocte dñica sanctus decessit, cui celi ciues mox obuiant, multi audierunt voces in sublimi qui et vitro purior, lacte candidior, carne quoq; mō stratus est gemma sacerdotū. Psal. Q ñe quis habitabit. fo. 6. Ańa. Glorificari hominis viderunt gloriā, qui affuerunt, nam caro, quā cinis semper obtexerat, ita resplenduit vt quoddā resurrectionis decus et extincta proferret. Ps. Q ñe in virtute tua. fol. 9. Ańa. Adest multitudo monachorum, ac virginū, qui spirituali gloria precipue flebant, dum sentirent magis esse gaudendū, si rationem vis doloris admitteret. Psal. Q ñi est terra. fo. 14. ℟. Justus germinabit sicut lilium. p̄r nr.

¶ Alię iij. lectio. Euangelium cum homilia, vt in cōmuni vnius pontificis. fol. 557. ℣. vij. O vere beatū in cuius ore dolus non fuit neminem iudicans, neminē damnans. ℣. Nunq; in illius ore, nisi Christus, nisi pax, nisi miseri-

fericordia inerat. ℣. O virum ineffabilem, pietate misericordia, & charitate. ℟. Nunquã. ℣. viij. Oculis ac manibꝰ in celum semper intentus. ℟. Inuictum ab oratione spiritũ nõ relaxabat. ℣. Dum sacramenta offerret beatus Martinus, globus igneus apparuit super caput eius. ℟. Inuictũ. ℣. ix. Martinus Abrahe sinu letꝰ accipitur. ℟. Martinus hic pauper, & modicus celum diues ingreditur, hymnis celestibus honoratur. ℣. Martinus episcopus migrauit a seculo, viuit cum Christo gemma sacerdotum. ℟. Martinus hic. ℣. Gloria patri. ℟. Martinus hic. Te Deum laudamus. ℣. Non est inuentus. In laudi. Añia. Dixerunt discipuli ad beatum Martinũ cur nos pater deseris? aut cui nos desolatos relinquis? Inuadẽt enim gregẽ tuũ lupi rapaces. Psal. Laud. Dñical. Añia. Dñe si adhuc populo tuo sum necessarius nõ recuso laborem fiat voluntas tua. Añia. O virũ ineffabilẽ nec laboze victum, nec morte vicendũ, qui nec mori timuit, nec viuere recusauit. Añia. Oculis ac manibus in celum semper intẽtꝰ inuictũ ab oratione spiritũ nõ relaxabat. Alla. Alla. Añia. Martinus Abrahe sinu letꝰ excipitur, Martinus hic pauper & modicus, celum diues ingreditur, hymnis celestibus honoratur. Capitulum, vt supra.

Hymnus.

Martine pręsul optime
Salus nra, tu omniũ,
Fusis precamur vocibus,
Ostende nobis veniam.
O uile sancte nos tuum
Sumꝰ, quod hinc inethera
Leua pręcando quęsumus
Sũmis adherens cętibus,
Dum hoc manemꝰ sęculo
Vitę trahentes tenebras
Pęrte rogamus iugiter
Lapsus vitari pessimos
Sit trinitati gloria. vt supra. ℣. Ora pro nobis beate Martine. ℟. Ut digni.

Ad Benedt. Añia. O quãtus luctus hominũ, quãta pręcipue lamenta monachorum, ac virginũ quia pium est gaudere Martino, & pium est flere Martinum. Oratio vt sup.

Per horas dici Añę lau.

Ad Tertiam, Sextam, & Nonam, Capitulum, ℟. et ℣. vt in cõmuni vnius pontificis. Oratio vt supra.

In ij. vesp. Añę lau. psal. vt in communi Capitulum, vt supra. Allelula. ℣. Martinus hic pauper, et modicus celum

celum dines ingreditur, hymnis celestibus honoratur.

℣ Hymn. ℟ ℣. vt in j. vespe.

℣ Ad Magnif. Ant. O beatum virum cuius animam paradisus possidet vnde exultãt angeli, letantur archangeli, chorus sanctorum proclamat, turba virginum inuitat, manet nobiscum in eternũ. Oratio vt supra.

℣ Die xij. Emiliani presbyteri, ⁊ confessoris, omnia vt in communi vnius iusti, præter iiij. v. ⁊ vj. lectio.

Lectio iiij.

IN Tarraconensi prouincia, sanctus Emilianus curam agebat ouium, ⁊ vt mos solet esse pastorũ, citharam vehebat secum, ne desidia mens torperet ociosa, cumq; ad locum cælitus dispositum peruenisset, diuinus illico in eum irruit sopor, vertitq; summus ille opifex citharæ materiã in literarũ instrumenta, animumq; opilionis in diuinã transformauit contemplationem. Tu autem.

Lectio v.

EXpergefactus, cœlestẽ cœpit vitam meditari, ⁊ relinquens sæculum ad heremi loca tetendit, vbi Felicis cuiusdam heremitæ famulatui se subdens, ⁊ ab eo sanctæ conuersationis studia edoctus remeauit ad propria. Tu autem.

Lectio vj.

QVm autem sibi impedimento essent hominũ concursus, Disterij montis iuga conscendit. Quantas ibi dæmonum ludificationes, quasq; illorum tentationes superauerit, haud facile dixerim. Cum vero centesimum arctioris vitæ ageret annum pridie idus Nouembris fœlix migrauit ad dominũ, et in Vergegio tumulatur multis clarens miraculis. Tu autem.

℣ Die xiij. Britij episcopi cõfessoris, In primis vesp. Capitulum, vt in communi vnius pontificis. ℟. Sanctus Britius, vt infra post vj. lectio. Hymn. ⁊ ℣. vt in cõmu. Ad Magni. Ant. Trigesimo ordinationis sue anno. ij. Laud. Oratio.

HDiuina nos omnipotens Deus deprecatione sanctorum, et præcipue huius sancti confessoris tui atq; pontificis Britij intercessione quæsumus, ab omnibus aduersitatibus custodi, ⁊ cuius hodie debitum diem solennitatis cum lætitia

lętitia spirituali venera-
mur, sentiamus auxilium.
Per Dominum.

¶ Fiat cõme. de festo diei.
¶ Ad Complet. Ańa. Illo
quoq; negante. vt infra iij.
Laud. ¶ Ad Hunc dimitt.
Ańa. Respondens autem in-
fans iiij. Laudum.

¶ Ad Matut. Inuita. & om-
nia alia vt in cõmuni vnius
pontificis, prćter quę se-
quuntur. Lectio iiij.

BRitius cum adhuc iu-
uenis esset cor facile
sequebatur, & sanctissimo vi
ro Martino episcopo prć-
ceptori suo, multas ferebat
insidias. Quadam itaq; die
cum infirmus quidam san-
ctum quęreret Martinum,
Britius ad eum dixit, si de-
lirum illum quęris, prospi-
ce eminus, ecce sicut demęs
cęlum suspicit. Tu autem.
℟. Post excessum beati Mar-
tini episcopi. ℣. Beatus Bri-
tius cathedram episcopalem
suscepit. ℟. Postquã sanctus
Martinus episcopus virtute
conspicuus, migrauit a seculo
℣. Beatus Britius.

Lectio v.

QUmque pauper ille
quod petierat impe-
trasset, Britium diaconum
Martinus alloquitur. Non
ne ego Briti delirus tibi vi
deor? Abnegat Britius se
dixisse, sed vir Dei, nonne,
inquit, aures meę ad os tuũ
erant, cum hęc eminus lo-
quebaris? Adiecitq; obti-
nui a domino, vt post me ad
pontificatum accedas, ve-
rum noueris te in eo aduer
sa multa passurum. Tu aũt.
℟. Trigesimo ordinationis
suę anno oritur contra eum
lamentabile crimen, nam que
dam mulier que cubicularijs
vestimenta abluebat, cęnce-
pit, & peperit. ℣. Et omnẽ cri
mẽ super episcopum obiecit. ℟.
Sancto quoq; Britio iam
succedente in episcopatũ, mu
lier quedam in eadem ciuita-
te adulterij perpetrauit. ℣.
Et omne crimen.

Lectio vj.

BRitius magis Marti-
nũ deridebat, sed iux-
ta sanctiviri promissum epi
scopatui prćficitur, muta-
tur in alterum virum, ora-
tioni vacabat, & quamq; an
tea superbus esset, & vanus:
castus tamen habebatur in
corpore. Orditur nihilomi-
nus contra eum lamentabi
le crimen, & impudicitię ac-
cusatus, quod mulier linteo
rum lotrix filium enixa, ex
eo diceretur peperisse in-
fantem

fantem triginta natus dies adiurauit, vt coram omnibus diceret si ab eo fuerit generatus. Qui respõdens nõ es(inquit)tu pater meꝰ, Populis non credẽtibus, sed virum Dei lapidare volentibus, Romã petijt exulans, ꝛ dicẽs merito hęc patior, quod in sanctum Dei peccauerim. Sed deinde septimo anno, ad Turonicam sedem rediens, multis clarens miraculis quieuit in pace idibus Nouẽbris. Tu autem. ℟. Sanctus Britius satisfaciens populis prunas ardentes ab vrbe in birro suo deferens, et ante sepulchrũ beati Martini. ℘. Coram populo proiiciens, vestimentum eius inustũ apparuit. ℣. Amplexatꝰ quoꝙ in birro suo sanctꝰ Britiꝰ prunas vna cũ populorũ turba, ad sepulchrũ beati Martini perrexit easꝙ ibi proiecit. ℘. Gloriã. ℣. Gloria pri. ¶ In Laudi. Ant. Post excessum beatissimi Martini episcopi beatus Britius cathedram episcopalem suscepit. Psal. Laud. Dnica. Ant. Trigesimo ordinationis sue anno oritur contra eum lamẽtabile crimen, nã quedam mulier que cubicularijs vestimẽta abluebat, concepit, ꝛ pepe-rit, ꝛ omne crimen super episcopum obijciunt. Ant. Illo quoꝙ negante iussit afferri sibi infantem. Cumꝙ oblatus fuisset triginta ab ortu habẽs dies, ait ad eum Britius: adiuro te per Deũ, vt si ego te generaui coram cunctis edicas. Ant. Respõdens autẽ infans coram omni populo beato viro dixit, non es tu(inquit) pater meus. Ant. Beatus Britius satisfaciens populo, prunas ardẽtes ab vrbe in birro suo deferens, ꝛ ante sepulchrũ beati Martini coram populo proiecit, et vestimentum eius inustum apparuit.

¶ Ad Benedict. Ant. Populis autem non credentibus ꝛ ab episcopatu eum proiicientibus, Romam petijt flens, ꝛ exulans atque dicens, merito hec patior, quia peccaui in sanctũ Dei. Oratio vt supra.

¶ Per horas diei Antiꝙ lau.

¶ Omnia alia vt in cõmuni. Oratio vt supra.

¶ In ij. vesper. Antꝙ laudũ, psal. vt in communi.

¶ Pro cõmemoratio. Ant. ℣. ꝛ oratio, vt in j. vesper.

¶ Die xiiij. Quatuor coronatorum martyrum, omnia vt in cõmuni plurimorum martyrum, prꝛter orationẽ.

Oratio.

Presta

PRęsta quęsumus omnipotens Deus, vt qui gloriosos martyres, Castorium, Nicostratum, Symphorianum, Claudiũ, atq; Simpliciũ, fortes in sua cõfessione cognouimus, pios apud te in nostra intercessione sentiamꝰ. Per Dñm.

¶ Die xv. Eugenij Archiepiscopi martyris, omnia vt in cõmuni vnius martyris, prȩter orationem iiij. v. & vj. lectio. Oratio.

DEus, mundi auctor & rector, qui hodiernę festiuitatis diem beati Eugenij martyris tui atq; pontificis martyrio cõsecrasti, prȩsta populo tuo, vt cuius annua solennitate resultat obsequijs, eius suffragijs tuę pietatis cõsequatur auxilium. Per Dominum.

Lectio iiij.

POst martyrium apostolorum Petri, & Pauli, Clementis auctoritate ac benedictione, Gallię totius apostolatum Dionysius suscepit. Profectusq; cũ quã plurimis episcopis, ac diaconibus Arelatensium ciuitatẽ peruenit. Ibi cum prouincias inter sodales partiretur, & Lucianum ad Belouacẽses, Marcellũ ad Bituricẽses, alioſq; alio dimitteret, Eugeniũ Toletanis, qui sunt in Hispania, episcopum destinauit. Tu autem.

Lectio v.

QUi postquã Toletanã prouinciã ad Christũ, veramq; religionẽ conuertit, atq; exẽplo, verbo & miraculis satis cõfirmauit, cupiens videre Dionysiũ Galliã repetere cõtendit. Milliaria circiter quatuor ab vrbe Parisiorũ distabat, cũ in villa siue vico Diolo cõprehẽsus ab ethnicis Christianę pietatis insectatoribus, quod interrogatꝰ Christũ se colere dixit, quasi mali instituti magister interfectus est. Tu autem.

Lectio vj.

NEque occidisse satis grassatoribus impijs fuit, corpus in lacum ne a Christianis in honore haberetur prȩcipitatur, vbi multos annos latuit, non audentibus pijs extrahere. Nulla tamen temporis valuit diuturnitas illud corrumpere, nã cessante Ethnicorum atroci bello in Christianos, oraculo admonitus, Hercoldus quidam cum alijs Christianis corpus quasi recens

mor-

mortuum inuenit, et in monasterio sancti Dionysij sepeliuit, qui passus est decimo septimo kalendas Decembris. Tu autem.

¶ Die xvj. Bemq; martyr. omnia de cõmu. vni⁹ martyr.

¶ Die xvij. Aciscli, & Victorię martyrũ, omnia vt in cõmuni plurimorum martyrũ przęter iiij. v. & vj. lectio.

Lectio iiij.

QVm Dion przęses iniquus ęua cruciamenta, et mortem Christianis Cordubę indiceret, Aciscl⁹ & Victoria sunt ibi reperti, adeo strenui ac fortes in asserenda Christiana religione, vt ad przęsidẽ ducti, pro nihilo se habere principum iussa constanter przedicauerint. Tu aũt

Lectio v.

ADmiratus Dion, vos (inquit) estis qui sacra Deorum contemnitis & przęstam⁹ nos, ait Aciscius, Christo debitam seruitutẽ, non dęmonibus, aut surdis lapidibus. Erubuit przęses ob tam audax responsum, & in ima carceris eos retrudi iussit. Tu autem.

Lectio vj.

ALtera die producti, cum in caminũ ignis przęcipitarentur, ab angelis excepti, laudes diuinas personabant, in flumen proiiciuntur, saxis ingẽtibus ad colla ligatis, & vocem angelicã audiunt, vota sua a domino esse audita. Rotas iubet Dion afferri, ignem subrotis incendi, & oleum desuper infundi, sed prorumpẽs flamma plurimos ethnicorum peremit, deniq; sanctã Victoriam sagittis confici decimo quinto Kalendas Decembris. Tu autem.

¶ Die xviij. Romani martyris, omnia vt in communi vnius martyris, przęter vj. lectio.

Lectio vj.

QVm edictum nefariũ apud Antiochiã inuulgatum esset, vt omnes Christum abnegarent, aut varijs supplicijs interirẽt, sanctus Romanus pauentem Christianorum turbam ignitis sermonibus adeo cõfortauit, vt atrocissima quę q; pro Christo subeunda sibi proponerent. Quod iudex Asclepiades cõpertẽs multitudini parcẽs, Romanum tãquam seditionis auctorẽ grauiter cęsum, cum a fide auocari nequiret, gladio percuti iussit. Decimo quarto Kalendas Decembris. Tu autem.

¶ Die

℣ Die xix. Rufi episcopi, omnia vt in cõmuni vnius pontificis pręter vj. lectio.

Lectio vj.

RVfus discipulus apostoli Pauli, de quo idem apostolus ad Romanos xvj. mentionem facit, vnꝰ fuit ex septuaginta duobus discipulis Christi, qui ab eodem apostolo episcopus Thebarum ordinatus, prędicationis officium fideliter adimpleuit. Et plenus sanctitate, & virtutibus in pace quieuit, atque apud ipsam vrbẽ sepultus fuit vndecimo, kalendas Decembris. Tu autem.

℣ Die xx. Columbani abbatis, omnia vt in communi vnius iusti.

℣ Die xxi. Presentationis virginis Marię. In primis vesper. super psalm. Ąña. Fons hortorum redundans gratia, mundum replens cęli muneribus, mater Dei fecundans omnia, nos instaurans supernis sedibus, florens hortus mox ab infantia admirabilis fulsit virtutibus. psal. de eiusdem virgine. fol. 575.

Capitulum.

Eccl. c. 24. EGo quasi vitis fructificaui suauitatem odoris, & flores mei fructus honoris, & honestatis. ℟. Deo gratias. ℣. Omnes gentes. vt infra post ix. lectio. hym. Aue maris stella. fol. 578. ℣. Presentatio est hodie sancte Marie virginis. ℟. Cuius vita inclita cunctas illustrat ecclesias. Ad Magni. Ąña. Nouę laudis adest festiuitas grata mundo ac cęlicolis, qua beate Marie sanctitas tẽplo data est a parentibus vt oliue pinguis suauitas vberius redundet fructibus.

Oratio.

DEus, qui sanctam tuã genitricem tabernaculũ sancti spiritꝰ post triẽnium in tẽplo Dei presentari voluisti, pręsta quęsumus, vt qui eius presentationis festa recolimus, ipsius intercessione ad templum, qui Christus est, in cęlesti gloria pręsentari mereamur. Qui viuis et regnas, cum Deo patre. et dicatur per omnes horas.

℣ Ad Matut. Inuita. Vocis & vocibus laudantes dominum. ℣. Instemus laudibus virginis virginum. Psalm. Venite. fol. 1. Hym. Quẽ terra pontus. fol. 578.

¶ Hym. noctu. Ąña. In templo Dei gradibus terquinis erat aditus, quos compositis

gressibus, ascendit fulta celitus. ℣. O omine dñs noster. fol 3. Ana. Nihil insolentie virgo pretendebat, nam lux sapiētie in ipsa fulgebat. Psal. C eli enarant. fo. 8. ℣. Ex affectu simplici Deo famulatur, sed ex gestu supplici grata veneratur. Psal. O omini est terra. fol. 14. ℣. Diffusa est gratia. pater noster. Lectio j.

QVe est ista puella mater, et virgo semper Maria, fratres charissimi, que nūc mūdo ostensa quindecim gradus ascendens, hodie in templo a parentibus presentatur? Vnde processit, ad quid ascendit, et quante virtutis existat audiamus. Tu autē. ℟. Vente sancta fuit, et humilis omni splēdens ornatu gratie virgo pia, vnde sic nobilis. ℣. Thronus dignꝰ fit regis glorie. ℣. Thronus eburneus cum auro fulgido venter virgineus cū corde prouido. ℣. Thronus. Lectio ij. Ex libro Ambrosij libro ij. de virginibus.

SIt vobis tanquam in imagine descripta virginitas, vitaq; beate Marie de qua velut speculo refulget species castitatis, et forma virtutis. Hinc sumatis licet exēpla viuendi, vbi tanquā in exēplari magisteria expressa probitatis quid corrigere, quid effugere, quid tenere debeatis ostēdunt. Proinde discendi ardor nobilitas est magistri. Quid nobilius Dei matre? Quid splēdidius ea quā splendor elegit? Quid casti? ea que corpus sine corporis contagione generauit? Tu aūt. ℟. O quā puram, quam sanctā, decult matrē esse que Deum genuit, lacte quoq; vberū aluit. ℣. Strinxit vlnis, manibus tenuit. ℟. Tanto regi sit tam domestica, que vestiuit humana tunica. ℣. Strinxit vlnis.

Lectio iij.

QVid de cēteris eius virtutib⁹ loquar? Virgo erat non solum corpore, sed etiā mēte, que nullo doli ambitu syncerum adulteraret affectū. Corde humilis, verbis grauis, animi prudens, loquendi parcior, legendi studiosior, non in incerto diuitiarum, sed in prece pauperis spem reponēs. Intenta operi, verecunda sermone, arbitrum mentis solita non hominē sed Deū querere. Tu aūt. ℟. Ordo rectus seruatus nosciturr dū

Ma-

Marię in templo cōdītur, iam cōtēplans Deo perfruitur. ℟. Sic ad alta mēs eius rapitur. ℣. Illic vt sit Dei tunc mater dispōnitur. ℟. Sic ad alta. ℣. Gloria pri. ℟. Sic ad alta. ¶ In ij. noctur. Ańa. Omni virtute predita, totum dat ad hoc studium, vt Deo tota subdita, devotum det obsequiū. Psal. Eructauit. fol. 25. Ańa. Rex virtutum sibi mirabilem matrem fecit mitem ⁊ humilem, omni quoq; dote spectabilem. Psal. Deus noster refug. fol. 25. Ańa. Desponsata cor docile ad angelicolloquium mite prebet, ⁊ humile prompta dat obsequium. Psal. Fundamenta. fol. 44. ℣. Specie tua. Pater noster. Lectio iij.

NIhil totum in oculis, nihil in verbis procax, nihil in actu inverecundum: nō gestus fractior, nō incessus solutior, non vox petulantior, vt ipsa corporis species simulacrum fuerit mentis, figura probitatis. Bona quippe domus in ipso vestibulo debet agnosci, ac primo prętendat ingressu nihil intus latere tenebrarū: vt mens nostra nullis repagulis corporalibus impedita, tanquam lucerne lux intus posita foris luceat. Tu aūt. ℣. Eminente celi dulcedine stans in templo virgo reficitur. ℟. Eius quoq; mēs pulchritudine gratiarum ibi perficitur. ℣. Magna semper exercens opera, gratiora meretur munera. ℟. Eius quoq. Lectio v.

QUid ego exequar ciborum parsimoniam, officiorum redundantiam, alterum vltra naturā super fuisse, alterum pene ipsi naturę defuisse? Illic nulla intermissa tempora, hic congeminatos ieiunio dies? Cibus plerumq; obuius qui mortem arceret, non delicias ministraret. Mirare non potius cupiditas, quā necessitas fuit. Et tamen cum quiesceret corpus, vigilaret animus, qui frequēter in somnis aut lecta repetit, aut somno interrupta continuat, aut disposita gerit, aut gerenda prętiū ciat. Tu autē. ℣. Dies noctesq; mente ex Deo pendebat. ℟. Siue cibum virgo, seu somnum capiebat. ℣. Illam sanctus vsque spiritus fouebat. ℟. Siue cibū. Lect. vj.

TAlem hanc euangelista monstrauit, talem angelus reperit, talē spiri-

ritus sanctus elegit. Quid enim in singulis mozer, vt eam parētes dilexerint, ex tranei prędicauerint, quę digna fuit ex qua filius Dei nasceretur? Hęc ad ipsos ingressus angeli inucta domi in penetralibus sine comite, non enim comites fęminas desiderabat, quę bonas cogitationes comites habebat. Hęc est imago virginitatis. Talis enim fuit Maria, vt eius vnius vita omniū disciplina sit. Tu autem. ℟. Puriozem filius Dei carnis generationem reperire non potuit. ℣. Quam vt anīā virginis dedicaret. ℟. In qua esset immaculate castitatis sacrarium, et Dei templum. ℣. Quam vt. ℟. Gloria patri. ℣. Quam vt.

℣ In uij. noctur. Ańa. Virgo benedicta, et super omnes feminas que angelos vincis puritate, que omnes sanctos superas pietate. Psal. ℣ ātate. j. fol. 11. Ańa. Sicut in eua abundauit delictum, ita in Maria superabundauit plenitudo gratie. Psal. ℣ o minus regnauit, exult. fol. 46. Ańa. Animatum templum Dei excelsi quam Deus sic elegit ante mundi constitutionem. Psal. ℣ antate. ij. fol. 48. ℟. Adiuuabit eam pater noster. Lectio vij. Lectio sancti euangelij secundum Matthęum.

Liber generationis Jesu Christi filij Dauid filij Abrahā, Abraham genuit Jsaac, Jsaac autem genuit Jacob. Et reliqua. Homilia beati Gregozij papę. ca. 1.

Qrendum hic videtur cum tot patrum numerosa series intermittitur, cur eozum solummodo duozum Dauid ⁊ Abraham redemptoz noster esse dicitur filius, ⁊ non potius filij Jese, vel filius Obed, vel cęterozum deinceps in medio positozum. Tu autē. ℟. Arca Dei, in qua recondi tur manna cibus ethereus, quo plebs Dei reficitur. ℣. Est Marie venter virgineus. ℟. Thalamus regis glozie, quo iungitur ecclesie. ℣. Est Marie. Lectio viij.

Sed hęc quęstio facile soluitur, quia facta diuinitus vtriq; promissio recensetur, Abrahę quidem est dictum in semine tuo benedicentur omnes tribus terrę, quod exponens apostolus ait. Non dixit in seminib⁹ quasi multis, sed in semine tuo, quod est Christus

stus: quia enim Abrahã adhuc in pręputio positus credidit, pater gentium est vocatus. Tu autem. ℟. Mirabile Deus commertium, cum humano iniuit genere suum nobis donauit fastigium. ℣. Nostra dignans infirma sumere. ℟. Nam vt nostrum sanaret vitium, sic amoris dedit indicium. ℣. Nostra dignans.

Lectio ix.

QUid vero dictũ est de fructu ventris tui ponã super sedẽ tuã, quia igitur his duobus spiritualiter est promissus, non immerito vniuscuiusq; prępuc filius dicitur esse Christus. ℟. Omnes gentes arrẽdite ad tam pulchrum spectaculũ, Deo gratias agite qui sic dilexit populum. ℣. Marie formam sumite, que virtutis est speculum. ℟. Virgo sancta templo data, post facta est Dei templum, templum est plebs Deo grata Marie sequens exemplum. ℣. Marie formam. ℟. Hĩa pri. ℣. Marie formã. Te Deum laudamus. ℟. Presentatio est hodie. vt supra.

¶ In laud. Añia. Lauda felix ecclesia alme matris infantiam, cuius immensa gratia tibi parauit gloriam. Psal. Dominus regnauit. fol. 3. Añia. Templo Dei gaudet virgo dedicata a supernis ciuibus sepe visitata. Psal. Iubila. Deo fo. 10. Añia. Omnis eius actio in Deum tendebat, toto vite spatio meritum augebat. Psal. Deus meus es te. fo. 10. Añia. Quicquid egit, penitus est forma virtutis, et doctrina spiritus, et causa salutis. Cunti. Benedicite. fol. 11. Añia. Quãtum facultas sufficit laudent mentes pie. Nam omnis lingua deficit a laude Marie. Psal. Laudate dominum de cęlis. fol 11. Capitulum vt supra. Hymn. O gloriosa domina. fol. 580 ℟. Presentorio tua dei genitrix virgo. ℣. Gaudium annuntiauit vniuerso mundo.

¶ Ad Benedict. Añia. Benedictus virginis filius replẽs matrem misericordia, aduocatum dans hanc propitius, ne sit quisquam anceps deuenis. Oratio vt supra.

¶ Per horas diei Añę iam.

¶ Ad iij. vs. et ix. Capitulũ, vt supra. ℟. et ℟. vt in hora eiusdem virginis a purificatione vsque ad dominicam in passione. Ad ix. vltimus ℟. dicitur. Presentatio est hodie. vt in vesp.

¶ Jnij. vesper. Añę laud. psal. de beata virgine Capitulũ. vt supra. Alleluya. ℣. Presentatio glorioſe virginis Marie ex semine Abrahe orte de tribu Juda, clara ex stirpe Dauid. Hymn. ⁊ ℣. vt in primis vesper.

¶ Ad Magnifi. Añą. Olina fructifera, mater pietatis, fugans mundi scelera stella claritatis, per quę cuncta prospera dantur nobis gratis, nos tandem in ethera transfer cũ beatis. Oratio vt supra.

¶ Die xxij. Cecilię virginis ⁊ martyr. In primis vespe. pro commeratione. Añą. Sãcta Dei martyr beata Cecilia constanter tormenta denicir, nullis territa periculis in agone fortis cucurrit ad palmam, felixq; cũ Christo coronata triumphat. ℣. Diffusa est gratia. Oratio.

DEus, qui nos annua beatę Cęcilię virginis ⁊ martyris tuę solennitate lętificas, da vt quã veneramur officio, etiã pię conuersationis sequamur exẽplo. Per Dominum.

¶ Ad Matu. Jnui. ⁊ Hym. vt in cõi vnius virginis. fo. 560

¶ In j. noctu. Añą. Cecilia virgo Almachiũ exuperabat, Tiburtium, ⁊ Valerianum ad coronas vocabat. ℣. O ſie dñs noſter. fol. 3. Añą. Expanſis manib⁹ orabat ad dñm vt eam eriperet de inimicis. Psal. Cęli enarrãt. fol. 8. Añą. Cilicio Cecilia mẽbra domabat, Deũ gemitibus exorabat. Psal. Dñi est terra. fo. 14. ℣. Diffusa est gratia. Pater noſter. Lectio j.

CEcilia Romana virgo genere apprime nobili nata, euangeliũ semper ſuo corde gerẽs, ⁊ diuinis colloquijs intenta, crebra oratione ſuam dño virginitatẽ cõmendabat. Quã tamen parentes Valeriano nobili iuueni inuitã deſpõderũt. Quę licet ſuperne auratis veſtib⁹ tegeretur, ad carnem cilicio induta erat. Tu autẽ. ℟. Virgo gloriosa ſemper euãgeliũ Chriſti gerebat in pectore. ℣. Et neq; diebus neq; noctibus vacabat a colloquijs diuinis, ⁊ oratione. ℣. Cilicio Cecilia mẽbra domabat Deũ gemitibus exorabat. ℣. Et neq. Lectio ij.

QUam cum miro amore parẽtes proſequerentur incredibili certe ardore amabatur ab ſponſo. Ipſa tamen euidentibus indicijs quod ſolum Chriſtũ diligeret, nõ prodebat. Ad

uen-

uentante vero nuptiarum die sedens Cecilia dotem accepit, & cum omnia domi musicis cāticis, & tripudijs circunstreperent, Cecilia dño suam pudicitiam vt illi bātā seruaret orabat multis ieiunijs, et orationibus pręmissis. Tu aūt. ℣. Cantantibus organis Cecilia virgo soli domino decantabat, dicens. ℟. Fiat dñe cor meum immaculatum vt non confundar. ℣. Biduanis ac triduanis ieiunijs orans, suam dño pudicitiā cōmendabat dicēs. ℟. Fiat dñe. Lectio iii.

QOcte igitur nuptiarum cum sola cū Valeriano intra cubiculū esset spōsum obtestatur, ne quid impudice in se committat, amari enim se abangelo domini, qui illū indubitanter perditurus esset, si illam nō caste attingeret. Valerianus vero crediturum se Cecilię verbis respōdit, cū angelū ipsum videret. Quod cum Cęcilia affirmaret, fieri non posse, nisi Valerianꝰ baptizaretur, ad Urbanum pontificem, qui via Appia tertio ab vrbe milliario inter martyrum sepulchra latitabat, Valerianum misit hoc indicio, vt a pauperibꝰ Christianis qui stipē a prętereuntibus petebāt ad Urbanum introduceretur. Tu autem. ℣. Dñe Jesu Christe pastor bone, suscipe seminū fructus, quos in Cecilia seminasti, seminator casti consilij. ℟. Cecilia famula tua domine, quasi apis tibi argumento sa deseruit. ℣. Nam spōsum, quem quasi leonem ferocem accepit, ad te quasi agnum mā suetissimum destinauit. ℟. Cecilia. ℣. Glia pri. ℟. Cecilia. ℣. Antiphona. Dñe Jesu Christe seminator casti consilij suscipe seminum fructus quos in Cecilia seminasti. ℟. Eructauit. fo. 25. Ant. Beata Cecilia dixit ad Tyburtium, hodie fateor te esse meū cognatū, quia amor Dei te fecit esse contemptorē idolorū. ℟. Deꝰ nr refu. fol. 25. Ant. Fiat dñe cor meum, & corpus meū immaculatū, vt non confundar. ℟. Magnꝰ dñs. fo. 26. ℣. Specie tua. pr nr. Lect. iiii.

INuento itaq; Urbano qua ad illū causa a Cęcilia missus fuerit exponit. Urbanus vero prę gaudio lachrymans, orationemq; fundens, dñoq; gratias agēs, Valerianū baptizauit. Qui ad Ceciliam videns,

angelum eleganti supra humanū modum forma intra cubiculum cum Cecilia orātem inuenit, qui Cecilię, & Valeriano roseas coronas miri odoris imposuit, a quo etiā Valerianus impetrauit, vt Tyburtium fratrem quem maxime diligebat, ad fidē perduceret. Discedente autem ab eis angelo intempesta nocte, ecce Tyburtius cubiculū ingrediens rosarum mirā fragrantiam sentit, atq; a Cecilia fidei misteria edoctus deferri se ad Urbanum, vt baptizaretur orans, perductus ad illum, & baptizatus est. Tu autem. ℟. Caeciliam intra cubiculum orantem inuenit, & circa eam stantem angelum domini. ℣. Quem videns Valerian⁹ nimio timore corrept⁹ est. ℟. Angelus domini descendit de celo, et lumen refulsit in habitaculo. ℣. Quem videns. Lectio v.

QVos ob fidei confessionem Almachius vrbis prefectus capite postea puniuit. Eorum vero corpora Cecilia cum fidelibus tollens sepeliuit. Almachi⁹ autem cum facultates Valeriani, & Tyburtij apud Ceciliam esse putaret, capit illā iubet, Sed cum comperisset facultates in pauperes distributas, infrendens, Ceciliā quod Christiana esset, in suam domū adduci iussit, & balneorum flammis exuri. Verum cum integro die, et nocte adureretur illęsa permansit. Tu autem. ℟. Cilicio Cecilia membra domabat, Deum gemitibus exorabat. ℣. Almachium iudicem exuperabat, Tyburtium, et Valerianum ad coronas vocabat. ℟. Neque diebus neque noctibus vacabat a colloquijs diuinis, et oratione. ℣. Almachiū iudicem. Lectio vj.

AT vero Almachius carnifice misso, iussit caput illi⁹ amputari, quod tamē nec tertio quidē ictu perficere potuit carnifex, ac seminecem Ceciliam reliquit, quę triduo illo, quo superuixit, Christianos in fide roborans spiritum domino reddidit decimo kalēdas Decembris. Eius autem corpus sanctus Urbanus sepeliuit, & domū eiusdem ecclesiam nomine ipsi⁹ nuncupatam consecrauit. Tu autem. ℟. O beata Cecilia que duos fratres conuertisti, Almachium iudicem separasti. ℣. Urbanum episcopum

pum in vultu angelico demonstrasti. ℟. Beata es virgo gloriosa, ⁊ benedicꝰ sermo oris tui. ℣. Urbanum episcopum. ℟. Gloria patri. ℣. Urbanum. Cum ui, nocturn. Ant. Credimus Christum filium Dei verum Deum esse, qui talem possidet famulam. Psa. C ãtate. j. fo 46 Ant. Nos sciētes sanctum nomen omnino negare non possumus. Psal. Dñs regnauit, exultet. fo. 46. Ant. Tunc Valerianus perrexit ad antistitem, ⁊ signo quod acceperat inuenit sanctum Urbanum. Psal. C ãtate. ij. fol. 48. ℣. Adiuuabit eam Deus. Pater noster. Cum tres lectio. Euangeliū cum homilia, vt in communi vnius virginis. fo. 562 ℟. viij. Dum aurora finē daret Cecilia dixit, eia milites Christi abiicite opera tenebrarum. ℣. Et induimini arma lucis. ℣ Certamen bonum certastis, cursum consummastis, fidem seruastis, ite ad coronam vite, mandauit vobis dominus iustus iudex. ℣. Et induimini. ℟. viij. Cecilia me misit ad vos vt ostendatis mihi sanctum Urbanum. ℣. Quia ad ipsum habeo secreta que perferam. ℣. Tunc Valerianus perrexit ad antistitē ⁊ signo quod acceperat inuenit sanctum Urbanū. ℣. Quia. ℟. ix. Est secretum Valeriane quod tibi volo dicere, angelum Dei habeo amatorem. ℣. Qui nimio zelo custodit corpus meum. ℣. Si consiliis meis promittis te acquiescere, et permittes te purificari fonte perenni, ⁊ credas vnum Deum esse in celis viuum, et verum, poteris videre angelū domini. ℣. Qui nimio. ℟. Gloria patri. ℣. Qui nimio. C e Deum laudamus. ℣. Specie tua. ¶ Ad laudes. Ant. Virgo gloriosa semper euangelium Christi gerebat in pectore suo, nec̄ die bus, nec̄ noctibus a colloquijs diuinis, et oratione vacabat. Psa. Laudate Dñm. Capitul. Hym. ⁊ ℣. vt in cōt.

¶ Ad Benedi. Ańa. Dum auroza finembaret, beata Cecilia dixit, eia milites Christi abiscite opera tenebrarum, & induimini arma lucis. Alia, Alia, Alia. Oratio vt supza. ¶ Per horas dici Ańę lau. ¶ Ad iij. vj. et ix. Capitulum. ℟. et ℣. vt in communi. Oratio vt supza.

¶ In j. vesp. fiat cõme. sanctę Cęcilię vt heri.

¶ Die xxiij. Clementis papę martyr. In primis vesp. super psalm. Ańa. Oremus omnes j. Laud. fo. 535. psa. feriales: Capitulũ, vt in cõmuni vnius marty. fol. 548. ℣. Oremus omnes vt infra post vj. lectio. Hymn. et ℣. vt in cõmuni. Ad Magnifi. Ańa. O Clemẽs sitimus fontem in exilio relegati agnum Dei ora qui apparuit tibi vt nobis parcat, & se mitẽ ostendat.

Oratio.

DEus, qui nos annua beati Clemẽtis martyris tui atq; pontificis solemnitate lętificas, concede propitius, vt cuius natalitia colimus, virtutem quoque passionis imitemur. Per Dominum.

¶ Ad Cõplet. Ańa. Vidi supza mõtem. iij. Laud. ¶ Ad Huc dimittis. Ańa. De sub cuius pede. iiij. Laudum.

¶ Ad Matut. Jnuita. Adoremus regem inuisibilem. ℣. Qui Clementi martyri in mari condidit habitaculũ. ℟. Venite. fol. 1. Hymnus vt in communi.

¶ In j. noctur. Ańa. Disciplinam beati Petri apostoli, sanctus sequutus Clemens, tra mozum ornamentis pollebat, vt Judeis, & Gentilibus, & Christianis omnibus pariter complaceret. Psal. Beatus vir. fol. 2. Ańa. Virginẽ Domicellam Christo credentem Aurelianꝰ sponsam Domitiani principis neptem, sacro velamine voto integritatis consecrauit. Psal. Quare fremuerũt gentes. fo. 2. Ańa. Nã ex doctrina eius vxor Sisinij. Theodora nomine cõuersa ad dñm sedulũ exhibebat officium. Psal. Dñe quid multiplicati. fo. 2. ℣. Gloza, & honoze. ℟ nr. Lectio j.

CLemens patria Romanus, e regione Celij montis, qui vnus est ex illis septem collibus quos vrbs suo muro cõplexa est, tãtę sanctitatis fuit, vt beatus Petrus apostolorum princeps post se Clementẽ pontificẽ designaret. Tãtę pręterea modestię, & mãsuetudi-

tudinis, vt etiã a Gentilib⁹, ⁊ Judeis amaretur. Tu aũt. ℟. post Petrum primus Romane prefuit ecclesie Clemẽs episcopus, qui disciplinã beati Petri magistri sequutus, ita morum ornamẽtis pollebat. ℣. Ut Judeis, ⁊ Gentilibus, ⁊ omnibus Christianis populis cõplaceret. ℟. plurimis huiusce modi predicationũ floribus pollens tam Deo quã hominib⁹ rationabilibus charus erat. ℣. Ut. Lect. iij.

IPse aũt Clemens quã uis a beato Petro põtifex designatus fuisse mira modestia in honore pontificio, Linũ, ⁊ Cletum sibi prętulit, et tertius post Petrũ apostolicam rexit ecclesiã. In hac igitur dignitate tãtum abest, vt hominũ fauorem Christi religioni anteferret, vt graues etiã inimicitias, ⁊ odia primorũ vrbis ob fidei prędicationem incurreret, quando quidẽ Domicillã Domitiani Imperatoris neptẽ, Aurelianiq; potentissimi inuenis, ⁊ Heruę imperatoris amici spõsam sacro velamine cõsecrauit. Tu aũt. ℟. Virginem Domicillã sanctus Clemens Aureliani sponsam credentem Christo sacro velamine consecrauit. ℣. Uxorẽ quoq; Sisinnij Theodorã baptizatã proposit tũ castitatis profiteri edocuit. ℟. Sic factum est, vt nec Aurelianum, nec Sisinnium amicos imperatoris preful expauesceret, cuius ratio hec erat vt infidelibus displiceret ℣. Uxorem. Lectio iiij.

THeodorã quoq; Sisinnij viri cõsularis vxorẽ ad fidẽ cõuertit. Quã ad sacra mysteria aliquãdo eũtẽ in ecclesiã vsq; maritus insequut⁹ est, o ĩq; Gentilis ipse sacris mysteriis temere se ingerit, cęcus effect⁹ est, ⁊ intra ecclesiã ad Theodorã a seruis suis adduct⁹ beati Clemẽtis precibus lumẽ recepit, ⁊ cũ tota familia baptizatus est. Tu aũt. ℟. Eleuatis Clemens oculis in celũ cũ lachrimis orans dixit Dñe Jesu qui dedisti celorũ regni claues magistro meo, tu precipe vt aperiãtur hui⁹ hominis aures, ⁊ oculi. ℣. At vbi respõderũt credẽtes oẽs, Amẽ: illico aperti sunt Sisinnij aures, ⁊ oculi. ℟. Tu dixisti tuis Christe, quecũq; petieritis credẽtes cõsequemini, ⁊ tua promissio manet in secula seculorũ. ℣. At vbi. ℟. Alia pri. ℣. At. ℣. In ij. noct. Ant. Cũq; Clemẽs eleuatis oculis oraret

ad

ad dominū, illico apertisunt oculi, & aures Sisinnij. Psa. Cum inuocarem. fol. 78. Asa. Flente autem, & orante Theodora usq; ad vesperū apparuit ei Petrus, per te sanus erit inquiens vir tuus Sisinnius, vt impleatur hoc quod dixit frater meus Paulus, sanctificabitur vir incredulus per credulam mulierē. Psal. Ex erba mea. fol. 23. Asa. Cepit ad pedes Clemētis aduolui Sisinnius dicēs: gratias ago Deo vero omnipotenti qui me ideo cecauit, vt videam, ideo auditum tulit, vt audiam veritatem quā nesciens irridebam. Psalm. Domine dns noster. fo. 3. ℣. Posuisti dne. Pater noster.

Lectio iiij.

AT vero a Publio sacrorum gentilium comite excitata seditione aduersus Clementem, iussu Traiani a Tarquinio vrbis prefecto captus, cum sacrificare diis nollet, in insulam Pontiam, que in sinu Caietano est, relegatur. Vbi a duobus fere millibus Christianorum qui ob fidei confessionem ad fodienda metalla damnati illic erāt, magna lętitia, & lacrimis excipitur. Tu autem. ℣. Flenti autem, & oranti Theodore ad vesperum, apparuit ei petrus dicens per te sanus erit vir tuus Sisinnius. ℟. Ut impleatur hoc quod dixit frater meus paulus apostolus. ℣. Sanctificabitur enim vir infidelis, per mulierem fidelem. ℟. Ut impleatur.

Lectio v.

HAgebat glorioso rū cōfessorū labores aque difficultas, quā a sexto miliario suis sibi humeris portabant. Quorum laborem miseratus Clemēs, fusa oratione, agnum stantem supra collē vidit, qui dextero pede sublato quasi locū ostendebat. Quo accedens Clemens, leuiq; ictu locum percutiens, aque fontē affluentibus venis aperuit Christianorum multitudine cantante, fluminis impetus lętificat ciuitatem Dei. Tu autem. ℟. Cepit ad pedes Clemētis aduolui Sisinnio, & dicere gratias ago Deo vero omnipotēti qui me ideo cecauit vt videam. ℟. Ideo auditum tulit vt audiam veritatem quam nesciens irridebā. ℣. Putabam falsum esse quod verum est, sed gratia Dei purgatus est sensus meus a sordibus idolorū. ℟. Ideo auditū.

Lect.

Lectio vj.

TAnta vero fuit multitudo eorum qui miraculis, ⁊ sanctitate Clementis etiam in exilio positi cõuersa est, vt Traiani iussu alligata collo eius anchora in mare precipitat⁹ fuerit Nono Kalendas Decembris. Sed postea diuinit⁹ factũ est, vt recedente a litore maris plus tribus passuum millibus, Clemẽtis corpus inuentum sit a Christiano populo inhabitaculo marmoreo in modum templi fabricato. Anchoram quoq; iuxta corpus inuenerunt. Discipuli tamẽ eius a Deo admoniti corpus eius non illinc abstulerũt. Illud etiã admiratione dignum fuit, quod multis annis in illius festiuitate videbatur. Nam cedẽte in se mari locus vbi corpus iacebat, aquis nudabatur. Tu autẽ. ℟. Oremus omnes ad dominum Iesum Christum dixit sanctus Clemens, vt cõfessoribus suis fontis venas aperiat. ℣. Et de beneficijs eius gratulemur. ℣. Qui percussit in deserto Syna petram, ⁊ fluxerunt aque in abundantiam, ipse nobis laticem affluenter impartiatur. ℣. Et de beneficijs. ℣. Gloria patri. ℣. Et de beneficijs. ¶ In iij. noctur. Ant. Credidit ergo cum domo sua per Clementem Sisinnius, ⁊ baptizat⁹ est proximo pascha per quẽ ciues Romani, ⁊ amici regis Nerue, datis nominibus conuersi sunt ad dominũ. Psal. In domino cõfido. fol.5. Ant. Facta est Romani populi seditio magna de nomine Clementis hec dicendo: quid enim mali fecit? Aut quid boni non exercuit? Quicumq; a Clemente visitatus est egrotus saluus factus est. Psal. Domine quis habitabit. fo.6. Ant. Omnibus profuit, nulli vnquam nocuit, quicumq; ad eum tristis aduenit gaudens, ⁊ letus abscessit. Psal. Domine in virtute tua. fol.9. ℣. Magna est gloria eius. Pater noster.

¶ Alie iij. lectio. Euangelium cum homilia, vt in cõmuni vni⁹ martyris. ℣. vij. Orante sancto Clemente apparuit ei agnus Dei. ℣. De sub cuius pede fons viuus emanat, fluminis impetus letificat ciuitatem Dei. ℣. Cũque orationem complesset, et hinc inde circunspiceret vidit agnum stantem. ℣. De sub cuius. ℣. vij. Dedisti domine habitaculũ martyri tuo Clementi

menti in mari in modum templi marmorei angelicis manibus preparatū. ℟. Iter prebens populo terre, vt enarrēt mirabilia tua. ℣. Hoc Dñe ad laudem ⁊ gloriam nominis tui fieri voluisti. ℟. Iter prebens. ℣. ℣. O charitas summa pastoris, qui requirendo oues Dñici gregis exul efficitur pro patria regni celestis. ℟. O fides indeficiens antistitis qui meruit moriendo maris profunda aperire, ⁊ sibi tē plum̄a Deo conditum reperire. ℣. O spes certissima presulis qui de sub pede agni fontem sitientibus prebuit, ⁊ gentes per gyrum omnes ad Christum conuertit. ℟. O fides. ℣. Te Deum laudamus. ℣. Posuisti Domine.

¶ Ad laud. Ant. Oremus omnes ad Dominum Jesum Christum, vt cōfessoribus suis fontis venas aperiat. Psal. Laud. Dominicalib. Ant. Orante sancto Clemente apparuit ei agnus Dei. Ant. Vidi supra montem agnū stantem, de sub cuius pede fons viuus emanat Ant. De sub cuius pede fons viuus emanat, fluminis impetus letificat ciuitatem Dei. Ant. Orem⁹ omnes ad Dñm Jesum Christū vt ostendat nobis martyris sui corpus. Capitulū, Hymnus. et ℣. vt in comuni.

¶ Ad Benedict. Ant. Omnes gentes per gyrum crediderunt Christum Dominum. Oratio vt supra.

¶ Per horas diei Ant̄ tau.

¶ Ad iij. vj. ⁊ ix. Capitulū, ℣. et ℣. vt in cōmuni. Oratio vt supra.

¶ In ij. vesp. Ant̄ tau. psal. vnius martyris. Capitulū, vt supra. Ant. ℣. Posuisti dñe super caput eius coronam de lapide pretioso. Hymn. ⁊ ℣. vt in primis vesper.

¶ Ad Magn. Ant. Dedisti Dñe habitaculū martyri tuo Clementi in mari in modum templi marmoreī angelicis manibus preparatum iter prebens populo terre vt enarrēt mirabilia tua. Oro vt supra.

¶ Ad Completo. vt heri.

¶ Die xxiiij. Chrysogoni martyris, omnia de cōmuni vnius martyris, preter iiij. v. ⁊ vj. lectiones.

Lectio iiij.

QChrysogonū, eo quod Christianus esset, Diocletianus vinculis teneri iussit. Quē integro biennio quo in vinculis fuit Anastasia sanctissima fœmina suis sumptibus aluit. Tu autē.

Lectio v.

Sed

Sed cū Diocletianus ab Aquileia vrbe Carnorum Romam scripsisset, vt omnes Christiani qui vinculis tenebantur, interficerentur, Chrysogonum tamen ad se duci iubet. Tu autem. Lectio vj.

Is cum Diocletiano sisteretur, magnis pollicitis diis immolare suadebatur, respōdit autem Diocletiano, se vnicum Deum colere, mutaq; Deorum simulachra immūdorum spirituum sedes execrari, vnde Diocletiani iussu ad Aquas (Gradatas) id enim loco nomen erat) capite truncatur octauo Kalēdas Decēbris, cuius corpus a Zoilo presbytero, in sua domo sepultum est. Tu autem.

¶ Die xxv. Catherinę virginis, & martyris. In primis vesper. super psal. Āna. Virginis eximie Catherine martyris alme festa celebrare, da nobis rex pie Christe. Psal. reliales. Capitulum, vt in cōmuni vnius virginis. fo. 560. ℟. Virgo flagellatur. vt infra post vj. lect. Hymn.

Catherinę collaudemus
Virtutum insignia,
Cordis ei pręsentemus,
Et oris obsequia.
Vt per ipsam reportemus
Aequa laudum pręmia,
Fulta fide Catharina
Judicem Maxentium
Non formidat, lex diuina
Sic firmat eloquium,
Quod cōfutat ex doctrina
Doctores gentilium.
Post hęc blādis rex molit,
Virginem seducere,
Nec promissis emollitur,
Nec terreretur verbere.
Compeditur, custoditur,
Tetro clausa carcere,
Clausę lumē ne claudatur,
Illucet Porfirio.
Qui reginę federatur,
Fidei collegio,
Quorum fidem imitatur,
Ducentena concio.
Huius ergo concionis
Concordes constantia,
Vim mundanę passionis
Pari patientia,
Superemus vt cum bonis,
Lętemur in gloria. Amen.
℣. Ora pro nobis beata Catharina. ℟. Vt digni.

¶ Ad Magn. Āna. Inclita sācte virginis Catharine solēnia suscipiat alacriter pia mater ecclesia, aue virgo Deo digna, aue dulcis & benigna, ob cuius nobis gaudia, que possides cū gloria. Oratio.

Deus, qui dedisti legē Moysi in summitate montis

montis Sinai, et in eodem loco per sanctos angelos tuos corpus beatę Catharinę virginis, ⁊ martyris tuę mirabiliter collocasti, pręsta quęsumus, vt eius meritis ⁊ intercessione ad montem qui Christus est, valeam⁹ peruenire. Per eundē. ℭ Ad Matut. Inuita. Adoretur virginum rex per seculorum secula. ℘. Virgini qui Catharine contulit celestia. Psal. Venite exul. fol. 1.

Hymnus.

PAnge lingua gloriosę
Virginis martyrium,
Gemmę iubar pretiosę
Descendat in medium.
Vt illustret tenebrosę
Mentis domicilium,
Imminente passione,
Virgo hęc interserit,
Assequatur Jesu bone,
A te quod petiuerit,
Suo quisquis in agone
Catharinę meminit.
In hoc caput amputatur
Fluit lac cum sanguine,
Angelorum subleuatur,
Corpus multitudine.
Et Sinai collocatur,
In supremo culmine,
Hoc declarat, hoc explaMeritū virgineum, (nat,
Quod ex eius tūba manat
Incessanter oleum,
Cuius virtus omnis sanat
Doloris aculeum.
Vim doloris corporalis,
Vt hęc sanat vnctio,
Sic liquoris spiritalis
Mundet nos infusio
Et ęterno temporalis
Dolor cedat gaudio. Amē.
℣ In ſ. noctur. Ańa. Virgo sancta Catharina Grecię gemma, vrbis Alexandrie Costi regis erat filia. Psal. Dñe dñs nr. fol. 3. Ańa. Specie corporis decora nimis emicuit, sed fide pulchior sponso super no placuit. Psal. Celi enarrant. fol. 8. Ańa. Traditur ergo a patre doctoribus eximijs instruenda liberalibus studijs. Psal. Domini est terra. fol. 14. ℟. Diffusa est gratia. Pater noster.

Lectio ſ.

HAnc amaui, ⁊ exquisiui ab adolescentia mea, et quęsiui sponsam mihi eam assumere, ⁊ amator factus sum formę illius. Generositatem illius glorificat contubernium habēs Dei, sed ⁊ omnium dominus, dilexit illam. Tu autem. ℟. Nobilis ⁊ pulchra prudēs Catharina puella. ℘. Flagrat amore Dei, spernit vaga gaudia mūdi. ℟. Cui rex carne pater fuerat, reginaq; mater. ℘. Flagr. Sap. ca. 8.

Lect.

Lectio ij.

Doctrix enim est disciplinę Dei, et electrix operum illius. Et si diuitię appetuntur in vita, quid sapiētia locupletius, quę operatur omnia? Si autem sensus operatur, quis horum quę sunt magis quā illa est artifex? Et si iustitiam quis diligit, labores huius magnas habent virtutes. Tu autem. ℟. Martyriū fideles, libamina Cesaris horrens. ℣. Exclamat Christū preter quē nihil venerandum. ℟. Demonijs plena sunt hec, ait, idola muta. ℣. Exclamat.

Lectio iij.

Sobrietatem enim, et prudentiam docet, et iustitiam, et virtutē quibus vtilius nihil est in vita hominibus, ⁊ si multitudinem scientię desiderat quis, scit preterita, ⁊ de futuris estimat, scit versutias sermonum, ⁊ dissolutiones argumentorum, signa ⁊ monstra scit antequam fiant, ⁊ euentus temporum, et seculorū. Tu autem. ℟. Hec quinquagenos oratores superatos. ℣. Dirigit ad celum, aurum velut igne, probatos. ℟. Efficies restes fidei, quos percutit hostis. ℣. Dirigit. ℟. Gloria patri. ℣. Dirigit. ¶ In ij. noct. Ańa. Cum esset adhuc in annis virgo puerilibus, charis orbata parentibus mundi renuntiauit opibus. ℣. Cruciauit. fol. 25. Ańa Maxentius instat impius, cum idolorum cultibus puella voce libera hec sunt, clamat, demonia, et Jesum Christum predicat os virgineum. Psal. O deus noster refug. fol. 25. Ańa. Cesar electos conuocat, rhetores, et philosophos aduersus illam disputaturos, quos vincens virgo Christi fidem docuit, ⁊ martyres Deo dignos exhibuit. ℣. Magnus dominus. fol. 26. ℟. Specie tua. Pater nr. Lectio iij.

Catharina virgo Alexandrina claris natalibus orta, liberalibus disciplinis ab ineunte ętate, et sanctis moribus instituta, in eam sanctitatis ⁊ doctrinę magnitudinem euasit, vt annos nata decem et octo doctissimos etiam viros, et grauissimos superaret, tanto studio flagrans Christianę pietatis, vt cum Maxentij sęuitia multos Christianorum ad supplicia ad necem abstrahi animaduerteret, non dubitauerit ipsum adire eidemq; immanitatē

impietatemq; grauissimis, & doctissimis verbis impro perare. Tu autē. ℟. O quā felices per te sanctissima plu res. ℣. Quos iubet occidi pro Christo turbidus hostis. ℟. Cū duce pozfirio, fit mar tyr Cesaris vpoz. ℣. Quos iu bet.

Lectio v.

QVius sapientiā, & con stantiam demiratus Maxentius, asseruari eam iubet, & ex varijs regionib⁹ viros doctissimos conuoca ri, magno prǽmio propositō, si quis Catharinam con uicisset, & a religione Chri stianozum auertisset, quod longe secus euenit. Habi ta enim longa cū quinqua ginta, qui conuenerant, do ctissimis philosophis, di sputatione, omnes superatos ad Christi fidem cōuer tit, & sic in fide confirmauit, vt pro ea mozi non dubita uerint. Tu aūt. ℟. Impius hanc Cesar sisti iubet ante tri bunal. ℣. Hanc vt peruertat. sicut draco, vel leo cerrat. ℟. Illa manet constans neq; blā da, vel aspera curās. ℣. Hāc.

Lectio vj.

TVnc Maxentius ad blanditias conuersus magnis pollicitationib⁹ Catharinam aggreditur, quas cū virgo repudiasset, plum batis scuticis crudelissime cǽsa in carcerem obscurissi mum detruditur, & vndecim diebus continuis fame, & si ti cruciata, ad gladiozū rotam extrahitur excarnificā da, rota autem continuo ad ipsius prǽces confracta, et comminuta est. Quo mira culo multi sunt ad Christi fidem conuersi. Sed cū hǽc omnia supplicia magno a nimo diuina ope superas set, iubente Maxentio, cu ius erat obstinatus anim⁹, capite plectitur ad septi mum Kalendas Decēbris. Eius autem corpus in Si na mōte Arabiq; ministerio angelozū cōditum est. Tu autem. ℟. Uerbera virgo su bit, cruciāda fame religatur: carcere clausa manet lux celi ca fusa refulget. ℣. Fragrat odor, dulces cantāt celi agmi na laudes. ℟. Spōsus amat spōsam, saluator visitat illā. ℣. Fragrat. ℟. Ista pri. ℣. Fragr. ¶ In vij. noct. Ant. Glozio sam virginem tyrānus flagel lari imperat, & cruciandam fa me in carcerem retrudi, sed eā spōsus dulcissimarū cogita tionū cibo pascit. ℣. Cantate. Psal. Ant. Illa Deo dum agit gratias in tenebris lux

lux emicat, fragrat odor vincens balsama, adest cōcio angelica, lacero corpori celestia adhibens medicamina. ℣. Dñs regna. expul. fol. 46. Ant. Cum ceru virgineo adueniens saluator sponsus spōsam pie visitat, consolatur, et roborat cōstans esto, ait, filia tecum ego sum, nil paueas. Psal. Cantate. ii. fol. 48. ℣. Adiuuabit eā. Pr noster. ℭ Euangelij cū vitam usi. lect. vt in cōm. vnius virg. ℟. vii Horrēdo subdēda rotarū machinamento, virgo Deū clamat, de celis angelus adstat. ℣. Ecce repentinā dant plebs, roteq; ruinam. ℟. Tā quam Chaldeis quondam fornax bab ylonis. ℣. Ecce repē. ℟. viij Percussum gladio dat lac pro sanguine collū. ℣ Quā manus angelica sepeliuit vertice Sina. ℟. Membris virgineis olei fluit vnda salubris. ℣. Quam. ℟. ix. Ex eius tūba marmorea sacrū resudat oleū quo liniti sanāturceci. ℣. Surdis auditū redditur, debilis quisquis sospes regreditur. ℟. Cateruatim ruunt populi cernere cupiētes, que per eā fiunt mirabilia. ℣. Surdis. ℟. Gloria patri. ℣. Surdis. ℟. Ne Deū lau. ℣. Specie tua Ad laud. Ant. Passionem gloriose virginis Catharine plebs deuote celebret fidelis, que suis memores Deo cōmendat meritis, & iuuat beneficijs. Psal. Laud. Mistical. Ant. post plurima supplicia martyr alma ad decollandū est ducta ad celā tēdens oculos, collum submittit gladio ōnēs dat gloriā Deo. Ant. Expecto, pte gladium Jesu rex bone, tu meū in paradiso spiritū colloca pacatissimum, & fac miseri cordiā meā agentibus memoriam. Ant. Vox de celis insonuit, veni electa mea, veni intra thalamū sponsi tui, que postulas impetrasti, qui te laudant salui fiēt. Ant. Quia de notis laudibus tui memoriā virgo recolim⁹, o beata Catharina ora pro nobis quesumus. Capla vt supā. Hymn.

O Atharina mirabilis,
Atq; Deo amabilis,
Per omnia laudabilis,
Nobis succurre miseris.

Gressis nobis exulibus,
Tuum festum colentibus,
Et carentes virtutibus,
Nos subleua in cęlestibus.

De tuis sacris ossibus,
Manat liquor languētib⁹,
Curans eos languoribus,
Tuis orationibus.

Post triumphum martyrij
De portauerunt angeli,

In monte ſancto Sinai
Sic iuſſerat vox domini.
Q ue dum eras in ſęculo
Corde viuebas Domino,
Floze flozens virgineo,
Regis nitens in ſolio.
V nde virgo ſanctiſſima
Nos de mozte perpetua,
Salua prece aſſidua,
Per ſęculozū ſęcula. Amē.

℣. vt in veſper.

¶ Ad Benedict. Añs. Prudens ⁊ vigiláns virgo qualis es cum ſponſo illo qui te elegit de mundo, quam pulchra, quam mirabilis, quanta luce ſpectabilis inter Sion iuuenculas, ⁊ Hieruſalem filias thalamo gaudens regio cōiuncta Dei filio, Oratio vt in veſp.

¶ Ad horas diei Añę laud.

¶ Ad iij. vj. ⁊ ix. Capm, R. ⁊ ℣. vt in cōi. Oro vt ſupra.

¶ Ad ij. veſper. Añę laud. pſal. vt in communi. Capitulum, vt ſupra. Alia. ℣. Percuſſa gladio Catharina dat lac pro ſanguine collo, quam manus angelica ſepelit, Hymn. ⁊ ℣. vt in j. veſp.

¶ Ad Magn. Añs. Aue virginū gemma Catharina, aue ſponſa regis regum glozioſa, aue viui Chriſti hoſtia, tua venerantibus patrocinia impetrata non denegee ſuffragia.

Oratio vt ſupra.

¶ Die xxvj. Petri epiſcopi ⁊ martyris, omnia vt in communi vnius martyris, pręter vj. lect. Lectio vj.

PEtrus Alexandrinę vrbis epiſcopus Theoni integerrimo viro ſucceſſit, vir omni virtute cūmulat⁹, qui per vniuerſam Aegyptum velut lucifer quidam effulſit, duodecim annis epiſcopatum illius vrbis adminiſtrauit, tres ante perſecutionem quę Maximino imperatore ad orientem exorta eſt, reliquos in ipſa diuerſis tentationum generibus agitatus. Cumq; ſemper in omni agone perſecutionū poſitus magnum faceret in virtute, ⁊ ſanctitate profectum, vtilitati atq; inſtructioni eccleſię conſtantiſſime inſeruiebat. Cum igitur in omnē ſacerdotij curā die bus atque noctibus inſudaſſet nono perſecutionis anno, ſexto kalendas Decembris eiuſdem Maximini tempore martyrij coronam capitis obtruncatione promeruit. Tu autem.

¶ Die xxvij. Facundi ⁊ Primitiui martyrū, omnia vt in cōmuni plurimorū martyrum, pręter orationē, iij. v. ⁊ vj. lectio. Oratio.

MArtyrum tuorum dñe Facundi, & Primitiui nos festa lętificent, & quorũ celebramus meritum, experiamur auxilium. Per Dominum. Lectio iiij.

CUm principum Romanorum amens in Christianos furor incandesceret, Acticus quidam præ tor in Hispaniam missus ęuitiam plusquam ferinam in eos exercebat. Nam cum in Galeciam conuenire omnes edixisset ad sacrificandum, & sancti Facundus, et Primitiuus genere nobiles die cõstituto non affuissent, vinciri eos, sibiq; præsentari præcepit. Precibus primo tentantur, atque promissis: tũ minis terroribusq;, sed cum vtraq; contemnerent, tormenta sunt eis adhibita maiora, coniectiq; in carcerem, & oblatum a præside cibum respuẽtes in caminum ardentem mittuntur, diuinitus tamen seruati, incolumes euaserũt. Tu autem. Lectio v.

PRæsentaneum tũc eis propinari venenum, Acticus iubet. Quod sancti sumentes, quanuis (inquit) hac erat potione abstinendum, signo tamen crucis intrepidi hauriem⁹. Nihil eis venenum nocuit sed potius reddidit alacriores. Tu autem. Lectio vj.

SPeratis deniq; cruciatibus ethnicus quidam in media clamauit turba, se duas videre coronas ab angelis deferri, & capitibus martyrum imponi. Iratus præses capita (inquit) quibus imponuntur amputentur, ne sit locus coronis. Quod factũ est quinto Kalendas Decembris prope flumen Ceia vocatum, vbi postea monachorum sancti Benedicti insigne constructum est cœnobium quo sanctorum corpora etiam nũc maximo venerantur honore. Tu autem.

¶ Die xxviij. Felicitatis martyris continentis, omnia vt in communi continẽtium, præter orationem, illij. v. & vj. lectio. Lectio illij.

FElicitas martyr Romę sub Antonino principe passa est, agente Publio vrbis præfecto. Hęc fuit mater sanctorum septẽ fratrum martyrũ, quos omnes vna cum matre ad suggestionem pontificum idolorum Antoninus imperator detentos, Publio vrbis

prefecto tradidit, ad deorũ sacrificia cõpellendos. Tu autem. Lectio v.

CUm autem Felicitas nec blandimentis alli ci, nec terroribus frãgi posset: quin potius filios, vt in Christi confessione persisterẽt, hortaretur. Jussit eam prefectus alapis cedi, deinde in carcere per menses quatuor, & dimidium macerari. Tu aũt. Lectio vi.

POstremo eam adduci fecit, & in perseuerãtia Christiani nominis decollari, nono Kalendas Decembris. Cuius corpus a Christianis iuxta filiorũ corpora Romę sepultũ est. Hanc beatam mulierẽ vocat Gregorius plusquã martyrem, quia fuit octies martyr, septies in septem filijs, & vnij. in proprio corpore. Tu aũt

Die xxix. Saturnini episcopi & martyris, omnia de communi vnius martyris, preter orationem, iiij. v. et vj. lectio. Oratio.

OMnipotens sempiterne Deus, qui hunc diẽ in beati Saturnini martyris tui atque pontificis solennitate consecrasti, cõcede propitius, vt cuius martyrij gloriam predicamus in terris consortes fieri mereamur in celis. Per Dominum. Lectio iij.

SAturnini Tolosę vrbis preclarę episcopi tanta sanctitas fuit, vt ad eius presentiam dęmonum responsa apud Tolosates cessarent, quanuis frequentibus sacrificijs eorum taciturnitas interpellaretur. Cognito demum, quod ad Saturnini Christianorum episcopi presentiã deorũ responsa cohiberetur, diligẽti indagine illũ perquirunt. Tu autem. Lectio v.

QUem cum non inuenirent accidit, vt Saturninus a domo sua paruulã ecclesiã, quo Christiani cõueniebãt, preteret, meditũq; Capitolium intercederet, quo conspicato quidam ex plebe clamauit, Ecce Saturninum, qui & Deos nõstros et eorum sacra contemnit. Tauro ergo ligatis pedibꝰ trahatur, paratus namq; erat ferocissimꝰ taurus ad victimam, cũ hęc plebeius ille vociferaretur. Tu aũt. Lectio vj.

PLebs vero sacrilega hanc vocem, excipiens taurũ funibus ligat, & qui a tauri tergo trahebatur, fune

ne Saturninū vincit. Actū deinde taurum acribus stimulis, z clamoribus a superiori capitolij parte in plana precipitat. Collisō ergo capite, cerebroq; excussō, corporeq; lacero sanctissimam animam Saturninus transmisit in cēlū tertio kalendas Decembris. Cuius corpus in eadē Tolosa magnifica ex lapide basilica sepultum maxima omniū veneratione colitur. Tu aūt.

¶ Eadem die vigilia sancti Andree apostoli, pro nona lectione. Euangelium cum homilia vt sequitur.

Lectio ix.

Lectio sancti euangelij secundum Joannem.

Ca.1. IN illo tempore, stabat Joannes, z ex discipulis eius duo. Et respiciens Jesum ambulantem dicit. Ecce agnus Dei. Et audierunt eū duo discipuli loquētem, et sequuti sunt Jesum. Et reliqua.

Homilia venerabilis Bedę presbyteri.

TAnta, ac talis est scripturę diuinę sublimitas, vt nō solum verba quę a sanctis vel ab ipso dño dicta referuntur, sed etiā circūstantię rerum, quę simpliciter positę videntur, spiritualib⁹ sint plenę misteriis. Ecce enim narrante euāgelista, fratres charissimi, audiuimus quia stabat Joannes, z ex discipulis ei⁹ duo, z respiciens Jesum ambulantem dixit. Ecce agnus Dei, statimq; cognouimus, immo iam notum ad memoriam reuocauimus, quare Jesum precursor suus agnū Dei vocauerit. Quia videlicet eum pręceteris mortalibus singulariter innocentem, hoc est ab omni peccato mundum nouit. Tu aūt.

¶ Die xviij. Angeli custodis ciuitatis, caparum, Ad primas vesper. super psal. Ańa. Angelum virtutis sue emisit dominus ex Sion qui liberauit ciuitatem nostrā de medio inimicorum suorum. Psal. ferialeꝫ. Capitulum.

HAec dicit dñs de rege Assirioꝝ: nō ingredietur vrbē hanc, nec mittet in eā sagittam, nec occupabit eā clypeus, nec circundabit eam munitio. ℟. Deo. ℣. Immitter angelum. vt infra post ij. lect. Hymnus.

4. Re gum. c. 19.

TUbi Chre splēdor pfis
Vita virtus cordium
In conspectu angelorum,
Votis, voce psallimus,

Alternantes concrepando
Melos damus vocibus.
Collaudamus venerãtes,
Omnes cęli milites,
Sed precipue custodem,
Urbis, regni populi,
Qui cõcessus abs te pręsul
Nos custodit perpetim.
Quo custode pocul pelle,
Rex Christe pissime,
Omne nefas inimici,
Mundo corde ꝛ corpore:
Paradiso redde tuo,
Nos sola clementia.
Gloriam patri melodis
Personemus vocibus,
Gloriã Christo canamus,
Gloriam paracleto,
Qui Deus trinus ꝛ vnus,
Extat ante sęcula. Amẽ. ℣. Angelis suis Deus mandauit de te. ℟. Vt custodiãt te in omnibus vijs tuis.

Ad Magn. Ant. Super muros tuos Hierusalẽ posui custodes: qui die ac nocte non cessabunt magnificare nomen dñi: quia fecit mihi magna qui potens est, ꝛ sanctum nomen eius. Psal. Magnifi.

Oratio.

Omnipotens ꝛ misericors Deus: qui angelicam custodiam homini regnis, prouinciis, ꝛ ciuitatibus contulisti: concede propitius vt noster pręsul, ꝛ custos angelus tuus sanctus nos ab instantibus periculis corporis, ꝛ animę, ꝛ futuris aduersitatib⁹ protegat, ꝛ defendat. Per Dominũ.

℣. Ad Matut. Inuita. Veni te adoremus saluatorem omnium. ℟. Qui nobis ad custodiam deputauit angelũ. Psal. Venite exultemus. fol. 1.

Hymnus.

O Christe sanctorum, decus angelorum,
Rector humani, generis et autor,
Nobis eternum, tribue benignus,
Scandere cęlum.
Angelus custos vigilanter vrbem.
Seruet vt nostrã petimus precantes:
Pellat eruminas, pariterq; nostros
Dirigit actus.
Hinc Dei nostri, genitrix Maria,
Totus ꝛ nobis chorus angelorum,
Semper assistat, simul et beata.
Concio tota.
Qui restet hoc nobis deitas beata
Patris, ac nati, pariterq; sancti,
Spũs, cui⁹ reboat in omni

Gloria

Gloria mundo. Amen.

℣ In noctur. Ańa. Dirige dñe per angelum tuum viam nostram: et scuto fortitudinis tue protege seruos tuos. Ps. Verba mea. fol. 21. Ańa. Minuisti domine hominē paulominus ab angelis: sed eorū custodia visitasti eum, ⁊ in periculis multis memor eius fuisti. Psal. Domine dña noster. fol. 3. Ańa. Tu domine seruabis, ⁊ custodies nos per angelum tuum ab omni prava generatione: quia in circuitu nostro impij ambulant inimici. Psal. Saluum me fac. fol. 5. ℣. Angelis suis Deus mandauit de te. ℟. Ut custodiāt te in omnibus vijs tuis. Pater noster. Lectio j.

EXcitat profecto fratres charissimi humanam mentem in laudē creatoris tantorum beneficiorū liberalis exhibitio. Nec valet a laudibus abstinere, cum contempletur diuinā largitatem suis necessitatibus non deficere. Quis enim cogitare queat diuinam illam erga genus humanum charitatem, ⁊ diligentiam: cui non fuit satis hominem in tam nobili cōdidisse natura: nisi eum miris auxilijs, ⁊ adminiculis subleuasset? Tu autem. ℟. Angelis suis Deus mandauit de te. ℟. Ut custodiant te in omnibus vijs tuis. ℣. In manibus portabunt te ne forte offendas ad lapidem pedē tuum. ℟. Ut. Lectio ij.

QVerat enim diuina prouidētia hominem Sathanica suggestione prostratum, ac mortifero illo antiquoq; veneno sauciatū, multipliciq; hoste vndiq; infestatum: ideo de angelico suffragio atq; cōsortio sibi statuit prouidendum. Mandauit quippe Deus (vt inquit prophetа) angelis suis vt custodiant hominem in omnibus vijs suis: ne forte in hac formidabili peregrinatione offendat ad lapidē pedē suum. Tu autem. ℟. Immittet angelum suum dominus in circuitu timentium eum. ℟. Et de omnibus tribulationibus suis eripiet eos. ℣. Clamauerunt iusti ⁊ dominus exaudiuit eos, ⁊ misit angelum suum. ℟. Et.

Lectio iij.

QVis enim per callem huius mundi securus tentaret incedere: vbi inimici nostri tam visibiles quam inuisibiles tot scandala, vt offendamus abscōdunt: tot

laqueos, vt rapiamur exte dunt, nisi sanctos angelos in tutores, et custodes desuper nobis crederem⁹ esse concessos: Tu autem. ℟. Super muros tuos Hierusalem posui custodes. ℣. Qui tota die ac nocte non cessabūt laudare nomen Domini. ℟. Predicabunt populis fortitudinem meam, z annuntiabunt gentibus gloriam meam. ℣. Qui. ℟. Gloria patri. ℣ Qui. ¶ Inuisuectur. Añā. Custodi nos domine vt pupillā oculi sub vmbra alarum tuarum protege nos. Psal. ℣ xaudi Deus iustitiā. fol. 6. Añā. Mitte nobis domine auxilium angelicum de sancto, z de Sīō suere ciuitatem nostrā. Ps. ℣ xaudiat te. fol. 9. Añā. Qui tribulant nos inimici nostri infirmati sunt, z ceciderunt, quia dominus protexit nos per angelum suum in abscōdito tabernaculi sui. Ps. O ominus illuminatio. fo. 15. ℣. Dirige nos dñe per angelum tuum. ℟. Quoniam tu es saluator noster. pater noster. Lectio iiij.

HI sunt profecto ciues beati illius supernę ciuitatis Hierusalē, quę sursum est mater nostra, omnes in ministerium missi, propter eos qui hereditatem capiunt salutis, vt eos liberent ab inimicis, vt custodiant in omnibus vijs suis, confortēt, moneāt, doceāt, orationes quoque offerant in conspectu diuinę maiestatis. Tu autem. ℟. Misit dominus angelum suum, et conclusit ora leonum. ℣. Et non nocuerunt mihi. ℟. Misit dominus misericordiā suā et fortitudinem suā, animam meam liberauit de medio catulorum leonum. ℣. Et.

Lectio v.

QUi quidem angeli diligunt homines ciues suos, per quos suę ruinę scissuras vehementi charitate z affectu expectant restaurari. Ideo nō metuit, immo profecto gaudent, in illa ęterna beatitudine nos semper secum habere consortes. Nam ingēti cura vigilantięq studio, z solicitudine adsunt nobis omnibus horis, z locis prouidentes, z succurrentes omnibus necessitatibus, z periculis nostris. Tu autem. ℟. Muro tuo inexpugnabili circuncinge nos domine. ℣. Et armis tue potentie protege nos. ℟. Emitte dñe angelum tuum, qui custodiat nos in omnibus

bus visis nostris. ℣. Et armis.

Lectio vj.

ET ja ergo fratres charissimi tantorum beneficiorum non immemores hos beatissimos, quos tam charissimos Deus sibi demonstrat, intercessores ac propitios habere conemur, precipue autem eum qui nostri regni, et ciuitatis ad custodiam diuinitus datus est. Cuius hodie festa celebramus, mysteria summa cum deuotione veneremur. Tu autem. ℣. Expugna domine impugnantes nos. ℟. Et libera nos de inimicis nostris. ℣. Fiant vie illorum tenebre, et angelus domini persequens eos. ℟. Et. ℣. Gloria patri. ℟. Et.

℣n iij. nocturn. Ant. Immisit angelum suum dominus in circuitu timentium eum, et de multis tribulationibus eripuit eos. ℣. Psal. B enedicam dominũ. fol. 18. Ant. Adorate dominum omnes angeli eius, quoniam dominus custodit animas seruorũ suorum, ⁊ de manu peccatoris liberabit eos. Psal. D ominus regnauit, etul. fol. 46. Ant. Benedicite domino omnes angeli eius, et notas nobis facite vias eius, ⁊ libera te ab interitu vitam nostram. Psal. B enedic anima. fol. 49. ℣. Mitte domine angelum tuũ de celis. ℟. Qui custodiat, et illuminet nos. pater noster.

Lectio sancti euangelij secundum Matthęum.

Lectio vij.

IN illo tempore defuncto Herode, angelus dñi apparuit in somnis Joseph in Egypto, dicens: surge, ⁊ accipe puerum, ⁊ matrem eius, ⁊ vade in terram Israel, mortui sunt enim qui quærebãt animam pueri. Et reliqua. ca. 2.

Homilia Origenis.

ANgelus domini per somnium apparuit Joseph. Qualis angelus? Ille ipse qui ⁊ ad Mariam destinatus fuerat Gabriel, ille annuntiare venit, qui ad Zachariam in templo locutus est. Tu aũt. ℟. Deus omnipotens edificator, ⁊ custos Hierusalẽ ciuitatis superne, mitte angelum tuum. ℣. Ut custodiat regnum, et locum istum cum omnibus habitatoribus suis. ℣. Conuerte domine faciem tuam super populum tuum, et visita nos per angelum tuum. ℟. Ut custodiat.

Lect.

Lectio viij.

IPse & nunc per somnū ostendit se Joseph sanctus angelus Gabriel. Ipsi enim iniūctum fuerat, et commendatum generationis Dominicę sacramētū. Propterea & digne Gabriel appellat⁹ est, quod interpretatur fortitudo Dei. ℣. Regnum & ciuitatem istā circunda domine: & angeli tui custodiant muros eius. ℟ Et exaudi populum tuum cū misericordia. ℣. Auertatur dominue furor tuus ab hoc regno⁊ ciuitate tua. ℟. Et.

Lectio ix.

ILlius namq; incarnationis sacramētum cōmendatum habebat, qui veniebat ad debellandas potestates aereas. Iste etiam angelus ad illos bene vigilitantes pastores venit, et domini generationem eisdē annuntiauit. Tu autem. ℣. Benedic anima mea domino. ℟. Domine Deus magnificatus es vehementer. ℣. Qui facis angelos tuos spiritus, & ministros tuos ignem vrentē. ℟. Domine. ℣. Gloria patri. ℟. Domine. Te Deum laudamus. ℣. Adorate dñm. ℟. Omnes angeli eius.

℣ In laud. Ańa. Indnit angelus princeps noster fortitudinem, & precinxit se virtute, & firmauit ciuitatem nostram que non cōmouebitur ab inimicis nostris. Psal. Dñs regnauit. fol. 10. cum reliquis Dominicalium. Ańa. Jubilate deo omnes ciues eius, & scitote quoniam dñs, qui fecit nos, ipse custodiet, et liberabit nos. Ańa. Ad te domine de luce vigilat angelus princeps, & custos noster super ciuitatem istam, ideo inimici nostri in vanum quesierunt expugnare eam. Ańa. Benedicant Dominum omnes angeli eius, repellant a nobis omnes potestates aduersas. Ańa. Laudate dñm omnes angeli eius, & alligate inimicos nostros in compedibus, et omnes impugnatores nostros in manicis ferreis. Capitulum, et Hymn. vt in j. vespe. ℣. Immittet angelus dñi in circuitu timentiū eum. ℟. Et eripiet eos de manu inimicorum suorum.

Ad Benedict. Ańa. Benedictus dominus, qui per angelum salutis visitauit plebem & ciuitatem nostram, & liberauit eā de manu omnium, qui oderunt nos. Psalm. Benedictus. Oratio ad omnes horas vt supra.

℣ Per

¶ Per horas diei Añe lau. ℂ Ad iij. Capitulum, Hec dicit Dñs. vt supra. ℟. Expugna domine. vt supra post vj. lectionē. ℣. Angelis suis Deus mādauit de te. ℟. Ut custodiant te in omnibus viis tuis. Oratio vt supra.

¶ Ad vj. Capitulum, vt sup. ℟. Dirige nos dñe. ℣. per angelum tuum. ℣. Quoniam tu es saluator noster. ℣. per. ℣. Gloria patri. ℟. Dirige. ℣. Angelus domini. vt infra. ℂ Ad ix. Capitulum vt sup. ℟ Angelus domini. ℣. Nobis assistat. ℣. Et custodiat nos in omnibus viis nostris. ℣. Nobis. ℣. Gloria patri. ℟. Angelus. ℣. Adorate dominū. ℟. Omnes angeli ei⁹. ℂ Ad ij. vesper. Añe laud. Psal. Dixit dominus. fo. 68. Inuaui oculos meos. fol. 70. Nisi dominus. fo. 71. Confiteor. fol. 74. Lauda Hierusalē. fo. 77. Capitulū et Hymn. vt sup. Alleluya. Princeps huius familie, tuorum memor seruorū apud thronum clementie presenta preces eorum, a morbo pestilentie preseruans vitam illorū. ℣. vt in primis vesp. Ad Magni. Añe. Muro tuo angelico, et inexpugnabili circunda domine ciuitatem istā, et armis tue potentie protege eam, et fac potentiā in brachio tuo, vt dispergas aduersarios nostros. Psal. Magnificat. Oratio vt supra.

ℂ Incipit cōmune sanctorum per anni circulū, secundum consuetudinem almę sanctę ecclesię Compostellanę, primum in natali vni⁹ vel plurimorum apostolorum. Ad vesper. super psal. Añe. Laudemus viros gloriosos. iiij. Laud. psal. feria.

Capitulum.

Fratres, iam nō estis hospites, et aduenę, sed estis ciues sanctorum, et domestici Dei, superędificati super fundamentum apostolorum, et prophetarum. ℟. Deo gratias. Eph. ca. 2.

Aliud Capitulum.

Fratres, scimus, quoniā diligentibus Deū omnia cooperantur in bonum, his qui secundum propositum vocati sunt sancti. ℟. Deo grās. ℟. Vos estis lux hui⁹ mundi, vt infra, post vj. lectio. Ad Rom. 8.

Hymnus.

Exultet cęlum laudib⁹,
Resultet trīa gaudijs:
Apostolorum gloriam,
Sacra canunt solennia.
Vos sęcli iusti iudices,
Et vera mundi lumina,

Votis

Votis precamur cordiũ,
Audite preces supplicum.
Q. ui celũ verbo clauditis,
Seraſque eius soluitis:
Nos a peccatis omnibus,
Soluite iussu quesumus.
Quorũ precepto subditur,
Salus, & languor omnium:
Sanate egros moribus,
Nos reddẽtes virtutibus.
Vt cum iudex aduenerit,
Christus in fine seculi:
Nos sempiterni gaudij,
Faciat esse compotes.
Deo patri sit gloria,
Eiusque soli filio,
Cum spiritu paracleto,
In sempiterna secula. Amen. ℣. Annuntiauerunt opera Dei. ℟. Et facta eius intellexerunt.

¶ Ad Magnif. Ant. Dum steteritis ante reges, et presides, nolite premeditari, qualiter respondeatis, dabitur enim vobis in illa hora, quid loquamini. Oratio vt in die.

¶ Ad Completoriũ. Ant. Tollite iugum meum super vos quia mitis sum, et humilis corde. Psalm. Cum inuocarem. cum ceteris psalm. Ad Nunc dimittis. Ant. Jugum enim meum suaue est, & onus meum leue, dicit Dominus.

¶ Ad Matu. Inuita. Gaudete, exultate. ℣. Quia nomina vestra scripta sunt in celis Psal. Venite exultemus. fol. 1. Illud in vita. Regem apostolorum dominum. ℣. Venite adoremus. Venite exultemus.

Hymnus.

AEterna Christi munera
Apostolorum gloriã,
Laudes canentes debitas
Lętis canamus mentibus.
Ecclesiarum principes,
Belli triumphales duces:
Cęlestis aulę milites,
Et vera mundi lumina.
Deuota sanctorum fides,
Inuicta spes credentium,
Perfecta Christi charitas,
Mundi triumphat principem.
In his paterna gloria,
In his voluntas spiritus,
Exultat in his filius,
Cęlum repletur gaudijs.
Te nunc redemptor quęsumus,
Vt ipsorum consortio,
Jungas precãtes seruulos
In sempiterna secula. Amen.

¶ Ad nocturno. Ant. In omnem terram, exiuit sonus eorum, et in fines orbis terre verba eorum. Psalm. Cęli enarrant. fo. 8. Ant. Cla-

Clamauerunt iusti, et dominus exaudiuit eos. Psalm. Benedicam dominum. fo. 18. Ant. Constitues eos principes super omnem terram, memores erunt nominis tui domine. Psalm. Eructauit. fol. 25. ℟. In omnem terram exiuit sonus eorum. ℣. Et in fines orbis terre verba eorum. Pater noster.

Lectio j.

Ex Augustino.

APostolicę dignitatis gloriam, tanto impensius decet nos recolere, quanto eam ampliori soliditate, et magis familiari electione constat eminere, dicente Domino: Quodcumque ligaueritis super terram, vel solueritis, sic ligatum, vel solutum, in cęlo permanebit. Tu autem. ℣. Ecce, ego mitto vos, sicut oues in medio luporum, dicit dominus. ℟. Estote ergo prudentes, sicut serpentes, et simplices, sicut columbe. ℟. Tradent enim vos in conciliis, et in synagogis suis flagellabunt vos. ℟. Estote.

Lectio ij.

HUiuscemodi ergo ligationem, vt non incurramus toto mentis affectu cauere debemus, nec a via veritatis, quam ordo nobis apostolicus insinuat, diuerso tramite aberremus. Tu autem. ℣. Tollite iugum meum super vos, dicit dominus, et discite a me, quia mitis sum, et humilis corde. ℟. Jugum enim meum suaue est, et onus meum leue. ℟. Venite ad me omnes qui laboratis, et onerati estis, et inuenietis requiem animabus vestris. ℟. Jugum.

Lectio iij.

SI autem fides vestra titubat, super doctrinam apostolicam gradum sistat, ipsi enim columnę sunt, de quibus propheta testatur, ego confirmaui columnas eius. Tu autem. ℣. Dum steteritis ante reges, et presides, nolite cogitare quomodo, aut quid loquamini. ℟. Dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini. ℟. Cum autem inducent vos in synagogas, et ad magistratus, nolite solliciti esse, qualiter respondeatis. ℟. Dabitur enim. ℟. Gloria patri. ℟. Dabitur enim.

℣ In ij. nocturn. Ant. Principes populorum, congregati sunt

sunt cum deo abrahã. ℣. Omnes gẽtes. fo. 26. Añia. Dediſti hereditatem timentibus nomen tuum dñe. ℣. Gaudi deus depze. fol. 31. Añia. Annunciauerunt opera dei: & facta eius intellexerũt. ℣. Gaudi deo oratione. fol. 31. ℣. Constitues eos ꝓncipes super omnem terrã. ℟. Memores erunt nominis tui dñe. pater noster.

Lectio uij.

Onfirmat dñs columnas terrę, cũ eos ꝓelegit, quorum doctrina catholica eccleſia inter mũda nos tumultus, tanquam domus ventorum cõcuſſa turbinibus, firmiſſimis tamen columnis ſubnixa, nõ ignobili vigore nititur. Tu aũt. ℟. Nimis honorati ſunt amici tui deus. ℣. Nimis confortatus eſt principatus eorum. ℣. Non ſunt loquele, nec ſermones, quorum non audiantur voces eorum. ℣. In omnem terrã.

Lectio v.

Pręconia igitur eorum non minimo cultu ſunt exequẽda, quia hi ſunt, qui ꝓmi ſalutis ętern̄ hauſtũ humano generi ꝓpinauerunt. Tu autẽ. ℟. Non ſunt loquele, nec ſermones, quorum nõ audiantur voces eorum. ℣. In omnem terrã exiuit ſonus eorum, & in fines orbis terre verba eorum. ℣. Nimis honorati ſunt amici tui deus, nimis confortatus eſt principatus eorum. ℣. In omnem.

Lectio vj.

His itaq; robur ſanctę eccleſię exordium cępit, & per incremẽtum iuſtitię, vſque in finem ſęculi, eorum patrocinijs contra ſpirituales nequitias prętualebit. Quotieſcũq; nos aduerſa oppꝛimunt, ad eorum tutelam eſt recurrendũ, quos ſemper interceſſores habere merebimur, ſi totis viſceribꝰ pietatis, quod docuerunt, amplectamur. Tu autem. ℟. Vos eſtis lux huius mundi, dicit dominus. ℣. Qui in patiẽtia veſtra poſſidebitis animas veſtras. ℣. Et ego diſpono vobis, ſicut diſpoſuit mihi pater meus regnũ, vt edatis, & bibatis ſuper menſam meam in regno meo. ℣. Qui. ℟. Gloria patri. ℣. Qui. ℭ In uꝰ. nocturn. Añia. Exaltabuntur cornua iuſti. Alleluya. ℣. Confitebimur. fol. 37. Añia. Lux orta eſt iuſto. Alleluya. Rectis corde letitia, alleluya. ℣. Domini regnauit, exul. fo. 46. Añia. Cuſtodiebant teſtimonia

nis eius, ꝛ precepta eius. Alleluya. Psal. Dominus regnauit irascantur. fol.48. ℣. Nimis honorati sunt amici tui Deus. ℟. Nimis confortatus est principatus eorum. pater noster.

¶ Post septuagesima vero vsque ad pascham, in tribus nocturno dicuntur sequentes antiphone. Ant. Tollite iugũ meũ super vos, quia mitis sum, et humilis corde. Psal. Cõfitebimur. fo37 Ant. Jugum enim meũ suaue est, ꝛ onus meum leue, dicit dominus. Psal. Dominus regnauit. fo46. Ant. Beati pacifici, beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. Psalm. Dominus regnauit, irascãtur. fo48. ℣. Nimis honorati sunt. vt supra. pater noster.

Lectio sancti euangelij secundum Joannem.

c.15. In illo tempore, dixit dominus Jesus discipulis suis. Hoc est preceptum meum, vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos. Et reliqua. Homilia beati Gregorii pape. Lectio vij.

Quam cuncta sacra eloquia Dominicis plena sint preceptis, quid est, quod de dilectione, quasi de singulari mãdato, dominus dicit ꝛ Hoc est preceptum meum, vt diligatis inuicem. Nisi, quia omne mandatum de sola dilectione est, ꝛ omnia vnum preceptum sunt: quia quidquid precipitur, in sola charitate solidatur. Tu autẽ. ℣. Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam. ℟. Quoniã ipsorum est regnum celorũ. ℣. Beati pacifici, beati mundo corde. ℟. Quoniam.

Lectio viij.

Ut enim, multi arboris rami ex vna radice prodeunt: sic multe virtutes ex vna charitate generantur. Hec habet aliquid viriditatis ramus boni operis, si non maneat in radice charitatis. Tu autẽ. ℣. Beati eritis, cum maledixerint vobis homines, ꝛ persecuti vos fuerint, et dixerint omne malum aduersum vos, mentientes propter me. ℟. Gaudete, ꝛ exultate, quoniam merces vestra copiosa est in celis. ℣. Cũ vos oderint homines, ꝛ cum separauerint vos, et exprobrauerint, et ejecerint nomen vestrum, tanquam malũ, propter filium hominis. ℟. Gaudete.

Lectio ix.

Recepta igitur dominica, et multa sunt, et vnum: multa, per diuersitatem operis vnum: in radice dilectionis, qualiter autem ista dilectio sit tenenda ipse insinuat, qui in plerisq; scripturę suę sententijs, et amicos iubet diligi in se, et inimicos propter se. Tu autē. ℟. Hoc est preceptū meū, vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos, maiorē charitatē nemo habet, quā vt animā suā ponat quis pro amicis suis. ℣. Vos amici mei estis, si feceritis que ego precipio vobis, dicit dñs. ℟. Vos aūt dixi amicos, quia omnia quecūq; audiui a pre meo, nota feci vobis. ℣. Vos. ℟. Glia pri. ℣. Vos.

¶ Aliud euangelium cū sua homilia, cum opus fuerit.

Euangeliū secundū Lucā. c.10. In illo tempore, dixit Jesus discipulis suis. Ecce, ego mitto vos, sicut agnos inter lupos. Et reliqua. Homilia beati Ambrosij episcopi. Lect. vij. Ecce, ego mitto vos, sicut agnos inter lupos. Contraria sunt ista sibi animalia, vt alia ab alijs deuorentur. Sed bonus pastor lupos gregi suo timere non nouit, ideoq; isti discipuli nō in prędam, sed ad gratiā diriguntur. Tu autem.

Lectio viij.

Solicitudo enim pastoris boni efficit, vt lupi in agnos audere nihil possint. Lupi, quid significare videantur, debemus aduertere. Tu autem.

Lectio ix.

Estię nempe sunt, quę insidiantur ouilibus, circa pastorales caulas vertantur, habitacula domorū intrare non audent, somnū canum, absentiam, aut desidiam pastorum explorant. Tu autem. Te Deū laudamus. ℣. ante Laud. Constitues eos principes super omnem terram. ℟. Memores erunt nominis tui dñe. Deus in adiutorium.

¶ In Lau. Ańa Hoc est preceptum meum, vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos. Ps. Dñs regna. fol.10. Ańa. Maiorē charitatem nemo habet, quam vt animā suam ponat quis pro amicis suis. ℣. Jubilate. fo.10. Ańa. Vos amici mei estis, si feceritis, que precipio vobis, dicit dñs. Psal. Deus Deus. fo.10. Ańa. Laudemus viros gloriosos, qui vicerunt regna mūdi. Alia. Cant. Benedicite.

fol. 11. Añia. In patientia ve
stra possidebitis animas ve
stras. Psal. Laudate dñm
de cęlis. fo. 11. Capitulum,
Hymn. ꝛ ps. vt in vesper.
℣ Ad Benedict. Añia. Ecce
ego mitto vos, sicut oues in
medio luporũ, dicit dñs, esto
te ergo prudẽtes, sicut serpen
tes, ꝛ simplices sicut columbe
Oratio vt supra.
℣ Per horas diei Añę lau.
℣ Ad iij. vj. et ix. Capitulũ,
vt supra. Ad iij. ℟. In om
nem terram, ℣. Exiuit sonus
eorum. ps. Et in fines orbis
terre verba eorum. ℣. Exiuit
℟. Gloria patri. ℟. In omnẽ,
℣. Constitues eos. vt infra.
Oratio vt supra.
℣ Ad vj. ℟. Constitues eos
principes. ℣. Super omnem
terram. ps. Memores erunt
nominis tui domine. ℣. Su
per. ps. Gloria patri. ℟. Cõ
stitues. ps. Nimis honorati
sunt. vt infra. Oro vt sup.
℣ Ad ix. ℟. Nimis honora
ti sunt. ℣. Amici tui Deus. ℟.
Nimis confortatus est princi
patus eorum. ℣. Amici. ps.
Gloria patri. ℟. Nimis ho
norati. ps. Annuntiauerunt
opera Dei. ℟. Et facta eius
intellexerũt. Oratio vt sup.
℣ In ij. vesper. Añia. Jurã
uit dominus, ꝛ non penitebit
eum, tu es sacerdos in eternũ
Psal. Dixit dñs. fol. 68.
Añia. Potens in terra erit se
mẽ eius, generatio rectorum
benedicetur. Psalm. Beatus vir. fol. 68. Añia. Lollocet eum dominus cum princi pibus populi sui. ps. Laudate pueri. fol. 68. Añia. Diruptisti dñe vincula mea, tibi sacrificabo hostiam laudis. Psa. Credidi propter. fo. 70. Añia. Cõfortatus est principatus eorũ, ꝛ honorati sunt amici tui Deus. ps. O quã probabili. fo. 74. Capitulũ vt supra. Alla. ps. Permanus autem apostolorum fiebant signa, et prodigia multa in plebe. Alla. ps. Nimis honorati sunt amici tui Deus, nimis confortatus est principatus eorum.
℣ In festis euangelistarum Alla. ps. Primus ad Sion dicet, ecce adsum, et Hierusalẽ euangelistam dabo. Hym. et ℣. vt in j. vesper.
Ad Magn. Añia. Estote fortes in bello, ꝛ pugnate cũ antiquo serpẽte, ꝛ accipietis regnũ decoris. Alla. Oro vt supra
℣ Ad Completor. vt heri.
℣ In natali vnius martyris super psal. Añia. Qui sequitur me. ij. Laud. psal. feriat.

Capitulum.

Eccl. 31. 14. BEatus vir, qui in sapientia morabitur, et qui in iustitia meditabitur, et in sensu cogitabit circunspectionē Dei. ℣. Deo gratias. ℣. Domine preuenisti eum. vt infra post ij. lectio.

Hymnus.

MArtyr Dei qui vnicū
Patris sequēdo filiū,
Victis triūphas hostibus,
Victor fruens celestibus.
Tu precatus munere,
Nostrum reatum dilue,
Arcens mali contagium,
Vitę remouens tędium.
Soluta sunt tam vincula,
Tui sacrati corporis,
Nos solue vinclis sęculi,
Amore filij Dei.
Deo patri sit gloria,
Eius quę soli filio,
Cum spiritu, paracleto,
Et nunc, et in perpetuum.
Amen. ℟. Gloria et honore coronasti eum domine. ℣. Et constituisti eum super opera manuum tuarum.

¶ Ad Magnif. Ańa. Beatus vir, qui suffert tēptationē, quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronā vitę, quā repromisit Deus diligentibus se. Alleluya. ℟ius. Iste sanctus, pro lege Dei sui certauit vsque ad mortem, et a verbis impiorum non timuit, fundatus enim erat supra firmā petram. Pro vno martyre, non pontificis.

Oratio.

HEsto quęsumus dńe supplicationib⁹ nr̄is, vt qui ex iniquitate nostra, reos nos esse cognoscimus beati N. martyris tui intercessione liberemur. Per Dominum. Alia oratio.

Oratio.

PRęsta quęsumus omnipotens Deus, vt qui beati N. martyris tui natalitia colimus, intercessione eius in tui nominis amore roborem⁹. Per Dominū. Si fuerit martyr, et pōtifex

Oratio.

INfirmitatem nostrā respice omnipotēs Deꝰ, et quia pōdus proprię actionis grauat, beati N. martyris tui, atque pontificis, intercessio gloriosa nos protegat. Per Dominum.

¶ In Matut. Inuitat. Regē regum, dominum venite adoremus. ℣. Quia ipse est corona sancti N. martyris. Psal. Venite exultemus. fol. i.

Hymnus.

DEus tuorum militū,
Sors, et corona, prę-
mium,
Laudes canētes martyris,
Ab

Absolue nexu criminis.
Hic nempe mundi gaudia,
Et blandimenta noxia,
Caduca rite deputans,
Peruenit ad celestia.
Quas cucurrit fortiter,
Et fultulit viriliter,
Pro te effundes sanguinē,
Aeterna dona possidet.
Ob hoc precatu suplici,
Te possimus pijssime,
In hoc triumpho martyris
Dimitte noxam seruulis.
Laus, & perennis gloria,
Deo patri, & filio
Sancto simul paracleto,
In sempiterna secula. Amē

℣. Iustus ut palma florebit. ℟. Sicut cedrus libani multiplicabitur.

Ad Matutinum Inuitatorium. Christum regem martyrum venite adoremus.

Hymnus. Iam lucis orto sidere.

℣. Gloriabuntur sancti in gloria. ℟. Letabuntur in cubilibus suis.

Ad Primam. ℣. Beati qui habitant. ℟. Quoniam in seculum seculi laudabunt te.

Ad Tertiam. ℣. Beatus vir qui timet dominum. ℟. In mandatis eius cupit nimis.

Ad Sextam. ℣. Beatus vir qui inuentus est sine macula. ℟. Et post aurum non abiit.

Ad Nonam. ℣. Beatus vir qui suffert temptationem. ℟. Quoniam cum probatus fuerit accipiet coronam vite.

Ad Vesperas. Antiphona. In lege domini fuit voluntas eius die, ac nocte. Psal. Beatus vir. fol. 2. Ant. Predicans preceptum domini, constitutus est in monte sancto eius. Psal. Quare fremuerunt. fol. 2. Ant. Voce mea ad dominum clamaui, & exaudiuit me de mōte sancto suo. Psal. Domine quid multiplicati. fo. 2. ℣. Gloria, & honore coronasti eum domine. ℟. Et constituisti eum super opera manuum tuarum. Pater noster, Sermo sancti Augustini episcopi. Lectio j.

Insignis diei gloriam, dilectissimi, magnificis laudibus efferētes, beatissimi martyris. R. merita celebramus, qui contra hostiles impetus grassantis inimici, clypeo diuinę virtutis obtectus, digne est omnipotentis Dei claris laureis coronatus, et deuotis laudum gaudijs insignium triumphorum. Tu autem. ℟. Iste sanctus pro lege Dei sui certauit vsq; ad mortem, et a verbis impiorum non timuit. ℣. Fundatus enim erat supra firmam petram. ℟. Vndiquaque regio septus, nullatenus est ab aduersarijs superatus. ℣. Fundatus.

Lectio ij.

Qui Jesu Christi baiulans crucem, eius vestigia secutus, intrepidū pectus consecrando vulneribus prodidit propter vitam, vt mortem cupiditas mortis effugeret, & vitę dānū glorię, lucra repararent. Tu autem. ℟. Domine preuenisti eum in benedictionib⁹ dulcedinis. ℣. Posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso. ℟. Vitam petijt a te & tribuisti ei longitudinē dierum, in seculum seculi. ℣. Posuisti. Lectio iij.

Hunc namq; martyrem sanctum, celis concinem terra nostra trāsmisit,

ob hoc quoque multiplici exultatione gaudem⁹, quia nobis, acquisitus est, quem Deus probauit. Tu autem. ℟. Posuisti domine super caput eius coronam de lapide pretioso. ℣. Uitam petijt a te, & tribuisti ei longitudinē dierum in seculum seculi. ℟. Desiderium anime eius tribuisti ei, & voluntate labiorum eius non fraudasti eum. ℣. Uitam. ℟. Gloria patri. ℣. Uitam.

¶ In ij. nocturn. Ant. Filij hominum, scitote, quia dominus sanctū suum mirificauit. ℣. Cum inuocarem. fol. 78. Ant. Scuto bone voluntatis tue coronasti eum domine. Psal. Uerba mea. fol. 21. Ant. In vniuersa terra. Gloria, et honore coronasti eum domine. Psal. O omine dominus noster. fol. 3. ℟. posuisti dñe super caput eius. ℣. Coronam de lapide pretioso. Pater nr. Lect. iiij.

IN sepulchro igitur teguntur ossa, apud Deū autem, illius sunt premia. Nos sancto agonistę debemus reuerentiam: Christus vero floridam prębet coronam. Ergo laudabiliter de beneficijs Dei plebs fideliter muniatur, vt martyris suffragia habeat in cęlo, cuius pignora tenet in sepulchro. Tu autē. ℟. Hic est vere martyr, qui pro Christi nomine sanguinē suum fudit. ℣. Qui minas iudicum nō timuit, nec terrene dignitatis gloriam quesiuit, sed ad celestia regna peruenit. ℟. Fuit enim in eo, aduersus persecutionem mundi, Christiani pectoris infatigata constantia. ℣. Qui minas.

Lectio v.

O Martyris gloria laudanda, in qua idē athleta iugiter floret vt palma, & digne Deo indefessa laudis offert munera. In cuius corde ita nominis Christi perfecta mansit alacritas, & spes remunerationis vt quantum ardoris sibi videret, & passionis imminere cumulum, tantum se arbitraretur maioris triumphi gloria coronādum. Tu autem. ℟. Gloria, et honore coronasti eum domine. ℣. Et constituisti eum super opera manuum tuarum. ℟. posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso. ℣. Et constituisti. Lectio vj.

TAta enim ingestimabilē pietatis eius affectum gerebat, vt de pęnis omnibus triumpharet. Intrepidus

dus ergo sententiam iudicis sequentis expectans, (non dilatatione enim, sed consummatione exanimis) victoriam cõsummauit. Tu autem. ℣. Iste sanctus digne in memoria veritur hominum, quia ad gaudium trãsiit angelorum, quoniam in hac peregrinatione solo corpore constitutus, cogitatione, et auditate. ℟. In illa eterna patria conuersatus est. ℣. Vinculis carnis absolutus talentum sibi creditum domino suo duplicatum reportauit. ℟. In illa. ℣. Gloria patri. ℟. In illa.

℣ In uig. noctur. Ant. Iustus dominus, et iustitiam dilexit, equitatem vidit vultus eius. Psal. In domino cõfido. fol. 5. Ant. Habitabit in tabernaculo tuo, requiescet in monte sancto tuo. ℣. Domine quis habitabit. fol. 6. Ant. posuisti domine super caput eius, coronam de lapide pretioso. ℣. Domine in virtute tua. fol. 9. ℣. Magna est gloria eius, in salutari tuo. ℣. Gloriam, et magnum decorem impones super eum. Pater noster.

Lectio sancti euangelij secundum Ioannem.

Lectio vij.

IN illo tempore, dixit Iesus discipulis suis, c. 12. et turbis Iudeorum. Amẽ amen dico vobis, nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet, si autem mortuum fuerit, multũ fructum affert. Et reliqua.

Homilia beati Augustini episcopi.

HOc literam ita est, quia granum tritici, siue etiam cuiuslibet seminis, nisi satũ in terra prius mortuum fuerit, non viuificabitur, dicente apostolo: Insipiens, tu quod seminas, non viuificabitur, nisi prius moriatur: spiritualiter autem granum frumenti dominus seipsum dicit, qui est verus panis. Qui alibi dicit, ego sum panis viuus qui de cęlo descendi. Tu autem. ℣. Stola iucunditatis induit eum dominus. ℟. Et coronam pulchritudinis, posuit super caput eius. ℣. Beatificauit illum in gloria, et circũcinxit eum zona iustitie. ℟. Et coronã. Lect. viij.

ISte ergo panis viuus in terram cecidit, per incarnationis mysterium, quia cum esset inuisibilis, factus est visibilis, passus, et

mortuus, & sepultus est, ac resurrexit, fructificauit in populo Judęorum, & plurimũ in populo gẽtium, quia mortificatur in infidelitate Judęorum, & multiplicatur in fide gentium. Tu autem. ℟. Honestum fecit illum dominus, & custodiuit eũ ab inimicis, & a seductoribꝰ tutũ? est eum. ℣. Et dedit illi claritatem eternam. ℟. Descenditq; cum illo in foueam, & in vinculis non dereliquit eum. ℣. Et dedit illi.

Lectio ix.

EXhortãs autem dominus fideles adsectanda vestigia passionis suę, dicit, qui amat animam suã, perdet eam. Hoc duobus modis intelligi potest. Qui amat, perdet, idest, si amas, perdes, si cupis vitam tenere in Christo, noli mortem timere pro Christo. Item alio modo. Qui amat animam suam, perdet eam. Noli amare in hac vita, ne perdas in ęterna vita. Hoc autẽ, quod posterius dixi, magis habere videtur euangelicum sensum. Tu autẽ. ℟. Corona aurea super caput eius. ℣. Expressa signo sanctitatis, gloria honoris, et opus fortitudinis. ℟. Stola iucunditatis induit eum dominus, & coronam pulchritudinis posuit super caput eius. ℣. Expressa. ℟. Alia pri. ℣ Expressa.

Aliud euangelium secundũ Bartheum.

IN illo tempore, dixit Jesus discipulis suis. Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, et tollat crucem suam, & sequatur me. Et reliqua. ca. 6.

Homilia beati Gregorij papę. Lectio vij.

QUia dominus, ac redemptor noster, nouus homo venit in mundum: noua præcepta edidit mundo. Vitę etenim nostrę veteri in vitijs enutritę contrarietatem apposuit nouitatis suę. Quid enim vetus, quid carnalis homo nouerat, nisi sua retinere, aliena rapere si posset, concupiscere si non posset? Tu autem.

Lectio viij.

SEd cęlestis medicus, singulis quibusq; vitijs obuiantia adhibet medicamẽta. Nã sicut arte medicinę, calida frigidis, frigida calidis curantur: ita dñs noster contraria apposuit medicamenta peccatis, vt lubricis continentiam, tenacibus largitatem, iracũdis

dis mansuetudinem, elatis præciperet humilitatē. Tu autem. Lectio ix.

QErte, cum se sequentibus noua mandata proponeret, dixit. Nisi quis renūtiauerit omnibus quę possidet, non potest meus esse discipulus. Ac si aperte dicat, qui per vitam veterē aliena cōcupiscitis, per nouę conuersationis studium etiā vīa largimini. Tu aūt. Te Deum laudamus. ℣. Posuisti domine super caput eius. ℟. Coronam de lapide pretioso.

℣ In laud. Ant. Qui me cōfessus fuerit coram hominibus, confitebor, et ego eum coram patre meo. Psal. O fīs regnauit. fol. 10. Ant. Qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitę, dicit dominus. Psal. Iubilate. fol 10. Ant. Si quis mihi ministrauerit, honorificabit eum pater meus, qui est in celis, dicit dñs. Psal. Deus deus. fol. 10. Ant. Si quis per me introierit, saluabitur, et pascua inueniet, dicit dominus. Cant. Benedicite. fol. 11. Ant. Volo pater, vt vbi ego sum, illic, et minister meus sit. Psalm. Laudate dominum de cęlis. fo. 11. Capitulū, et hymnus, vt in vesper. ℣. Stola iucunditatis induit eum dñs. ℟. Coronam pulchritudinis posuit super caput eius.

℣ Ad Benedict. Ant. Iste est qui pro lege Dei sui morti se tradidit, non dubitabit morti, ab iniquis interfectus est, et in eternum viuit cū Christo, agnum sequutus est, et inuenit palmam. Oratio vt supra, per omnes horas dicī Antę laud. Capitulū, vt supō.

℣ Ad iij. vj. et ix. ℟. Gloria, et honore, p̄. Coronasti eum domine. ℣. Et constituisti eum super opera manuum tuarum. p̄. Coronasti. ℟. Gloria patri. p̄. Coronasti. ℣. Gloria, et honore coronasti eum domine, et posuisti super eum coronam de lapide pretioso. Oratio vt supra.

℣ Ad vj. ℟. Posuisti domine. p̄. Super caput eius. ℣. Coronam de lapide pretioso. p̄. Super. ℣. Gloria patri. p̄. Super. ℟. Magna est. Oratio vt supra.

℣ Ad ix. ℟. Magna est gloria eius. p̄. In salutari tuo. ℣. Gloriam, et magnum decorem impones super eum. p̄. In salu. ℣. Gloria patri. ℣. Stola iucunditatis induit eū dominus. ℟. Et coronam pul

chritudinis posuit super ca-put eius.

℣ Ad ij. vesp. Ańa. Virgam virtutis tue emittet dominus ex Sion, dominare in medio inimicorum tuorum. Psalm. Dixit dominus dño meo. fol. 68. Ańa. Potens in terra erit semen eius, generatio rectorum benedicetur. Ps. Beatus vir. fol. 65 Ańa. Collocet eum dominus cum principibus populi sui. Ps. Laudate pueri. fol. 68. Ańa. Dirupisti domine vincula mea, tibi sacrificabo hostiã laudis. Psal. Credidi propter. fol. 70. Ańa. Euntes ibant, & flebant, mittentes semina sua. Psal. In conuertendo. fol. 71. Capitulum, vt supra. Alia. Ps. posuisti domine super caput eius coronam de lapide pretioso. Alia. Ps. Letabitur iustus in dño, & sperabit in eo, et laudabuntur omnes recti corde. Hymnus, & ps. vt in primis vesp.

℣ Ad Magnific. Ańa. Hic est vere martyr, qui pro Christi nomine sanguinem suum fudit, qui minas iudicum non timuit, nec terrene dignitatis gloriam quesiuit, sed ad celestia regna feliciter peruenit. Oratio vt supra.

℣ In natali plurimorum martyrum. Ad vespe. super psal. Ańa. Justorum anime j. Laud. psal. feriales.

Capitulum.

Iusti autem, in perpetuum viuent, et apud dominum est merces eorum, et cogitatio illorum apud altissimum. ℟. Deo gratas. Aliud capitulũ, Sap. 5.

Sancti per fidem vicerunt regna, operati sunt iustitiam, adepti sunt repromissiones in Christo Jesu domino nostro. ℟. Deo gratias. ℟. Lauerunt stolas suas. vt infra post nonam lectionem. Heb c. 11.

Hymnus.

Sanctorum meritis inclyta gaudia
Pangamus socij, gestaque fortia,
Nam gliscit animus promere canticis,
Victorũ genus optimum.
Hi sunt, quos retinens mũdus inhorruit,
Ipsum nam sterili flore peraridum
Spreuere penitus, tegq; secuti sunt,
Rex Christe bone celitus.
Hi pro te furias, atque ferocia,
Calcarunt omnia, scquaq; verbera,

Cessit

Cessit his lacerans fortiter vngula,
Hec carpsit penetralia.
Quę dentur gladijs more bidentium,
Non murmur resonat, non querimonia.
Sed corde tacito mens bene conscia
Conseruat patientiam.
O uę vox, quę poterit lingua retexere,
Quę tu martyribus munera przparas,
Rubri nam fluido sanguine laureis
Vitantur bene fulgidis.
O esumma deitas vnaq; posci mus,
Vt culpas abluas, noxia subtrahas,
Despacę famulis, nos quoque gloriam
Percũcta tibi sęcula. Amẽ
℣. Letamini in domino, & exultate iusti. ℣. Et gloriamini omnes recti corde.

¶ Ad Magnific. Vsq. Gaudent in celis anime sanctorũ, qui Christi vestigia sunt secuti, et quia pro eius amore sanguinem suum fuderunt, ideo cum Christo exultant in eternum. Oratio.

Presta quęsumus omnipotens Deus, vt qui beatorum martyrum tuorum. N. et. N. natalitia colimus, a cunctis malis immi nentibus, eorum intercessionibus liberemur. Per Dominum. Oratio.

Deus, qui nos concedis sanctorum martyrũ tuorum. N. et. N. natalitia colere, da nobis, in ęterna beatitudine de eorũ societate gaudere. Per dominum. Oratio.

Presta domine quęsumus, precibus nostris cum exultatione prouentum, vt sanctorum martyrum tuorum. N. et. N. quorum diem passionis annua deuotione recolimus, etiã fidei constantiam subsequamur. Per Dominum.

¶ Ad Competor. Vsq. Vade sanctis meis. vt infra. Ad nonam. Ad Nunc dimittis Vsq. Isti sunt qui venerunt ex magna tribulatione, et lauerunt stolas suas in sanguine agni.

¶ Ad Matut. Inuitat Regem martyrum dominum. ℣. Venite adoremus. Psal. Venite exultemus. fol. 1.

Aliud Inuit. Mirabilem Deum in sanctis suis. ℣. Venite adoremus collaudantes. Psal. Venite. fol. 1.

Hymnus.

Aeter-

Aeterna Chri munera,
Et martyrũ victorias,
Laudes canentes debitas,
Letis canamus mentibus.
Terroꝛe victo ſeculi,
Penisq; ſpretis coꝛpoꝛis,
Boꝛtis ſacrę compendio,
Vitam beatam poſſident.
Traduntur igni martyꝛes,
Et beſtiarum dentibus,
Armata ſęuit vngulis,
Toꝛtoꝛis inſani manus.
Nudata pendent viſcera,
Sãguis ſacratus funditur:
Sed permanẽt immobiles,
Vitę perennis gratia.
Te nũc redẽptoꝛ quęſumꝰ
Vt martyꝛum conſoꝛtio,
Jungas pręcãtes ſeruulos
In ſempiterna ſęcula. Amẽ

℣ In ſ. noctur. Ant. Secus decurſus aquarum plantauit vineam iuſtoꝝ, & in lege domini fuit voluntas eoꝝ. Ps. Beatus vir. fol. 2. Ant. Tanquam aurum in fornace probauit electos dominus, et quaſi holocauſta accepit eos in eternum. Pſal. Quare fremuerũt. fol. 2. Ant. Si coram hominibus tormenta paſſi ſunt, ſpes electoꝝ eſt immoꝛtalis in eternum. Ps. Domine quid multipli. fo. 2. ℣. Letamini in domino. vt ſupꝛa. pater noſter.

Sermo beati Auguſtini de ſanctis. Lectio i.

QSalmus qui cantatur domino, videtur ſanctis martyꝛibus conuenire, ſed ſi membꝛa Chriſti ſumꝰ, ſicut eſſe debemus, ad omnes nos pertinere intelligamus, qui ſeminant in lacrymis, in gaudio metent. Euntes ibant, & flebant, mittentes ſemina ſua, venientes autem, venient cum exultatione, poꝛtantes manipulos ſuos. Tu autem. ℟. Abſterget Deus omnem lacrymam ab oculis ſanctoꝝ, et iam non erit amplius, nec luctus, nec clamoꝛ, ſed nec vllus doloꝛ. ℣. Quoniam priora tranſierunt. ℟. Non eſurient, nec ſitient amplius, et non cadet ſuper illos ſol, nec vllꝰ eſtus. ℣. Quoniam. Lectio ii.

QVo euntes, & vnde venientes? quid ſeminãtes in lacrymis? Quę ſunt ſemina? Qui manipuli? Euntes in moꝛtem, venientes a moꝛte. Euntes naſcẽdo, venientes reſurgendo, ſeminantes opera bona, metentes mercedem ęternam. Tu autem. ℟. Viri ſancti, gloꝛioſum ſanguinẽ, effuderunt pro domino, amauerũt Chriſtum in vita ſua, imitati ſunt eum in moꝛte ſua. ℣. Et ideo coꝛonas

nas triumphales meruerunt. ℟. Unus spiritus, ⁊ una fides erat in eis. ℣. Et ideo.

Lectio iij.

SEmina ergo nra sunt, quicquid boni fecerimus, manipuli nostri, quod in fine recipiemus. Si ergo bona semina, bona sunt opera, quare seminantur in lacrymis, cum hilarem datorem diligat Deus? Hic primum videre charissimi, quomodo, maxime ad beatos martyres verba ista pertineant. Tu autem. ℟. Salus autem iustorum a domino, et protector eorum est in tempore tribulationis, et adiuuabit eos dominꝰ, et liberabit eos. ℣. Et eruet eos a peccatoribus, ⁊ saluabit eos, quia speraverunt in eo. ℣. Et clamauerunt ad dominum, cum tribularentur, et de necessitatibus eorum liberabit eos. ℟. Et eruet eos. ℣. Gloria patri. ℟. Et eruet.

℣ In iij. noctu. Ant. Immanis etiam pro Christo in suis corporibus pertulerunt tormenta, ⁊ ideo percipere meruerunt immarcessibilē eterne glorie coronā. Psal. Domine quis habitabit. fo. 6. Ant. Sancti qui in terra sunt eius, mirificauit omnes voluntates suas inter illos. Psal. Conserua me. fo. 6. Ant. Sancti lapidibus, et verberibus experti, insuper et vinculis, et carceres, lapidati sunt, secti sunt, tentati sunt, ⁊ in occisione gladij mortui sunt pro dño. Psal. Domine in virtute tua. fol. 9. ℣. Exultent iusti in conspectu Dei. ℟. Et letentur in letitia. Pater noster.

Lectio iij.

NUlli enim tantum impenderunt, quantum illi, qui seipsos impenderūt sicut dicit apostolus Paulus. Et ipse impendar pro animabus vestris, impendent, enim se ipsos confitendo Christum, ⁊ impendo in eius adiutorio quod dictū est. Ad mensum magnani sedisti, scito, quod talia te oportet preparare. Tu autē. ℟. Uerba carnificum non timuerunt sancti Dei, mortem pro Christi nomine. ℣. Ut heredes fierent in domo dñi. ℣. Tradiderunt corpora sua propter Deum ad supplicia. ℟. Ut heredes.

Lectio v.

QUę est magna mensa, nisi vnde accipimus corpus Christi, ⁊ sanguinē? Quid est scito, quoniam talia oportet te preparare, nisi

si quod beatus Joannes exposuit, sicut Christus animã suam, pro nobis posuit, sic & nos debemus animas nostras pro fratribus ponere. ℣. Tu autem. ℟. Tradiderunt corpora sua propter Deũ ad supplicia. ℣. Et meruerunt habere coronas perpetuas. ℣. Lauerunt stolas suas, et candidas eas fecerunt in sanguine agni. ℟. Et meruerunt.

Lectio vi.

Ecce quantum sancti martyres impenderũt sed nunquid perierunt, quãdo securitatem a domino etiam de capillo acceperunt? Perit manus, vbi nõ perit pilus? Perit caput vbi non perit capillus? vbi non perit palpebra, perit oculus? Hec ergo accepta magna securitate, seipsos impenderunt. Operibus ergo bonis seminemus, dum tempus est, dicente apostolo. Qui parce seminat, parce & metet. Tu autem. ℣. O veneranda martyrum gloriosa certamina, qui in suis corporibus pro Christo immania pertulerunt tormenta. ℟. Et ideo percipere meruerunt immarcessibilem eterne glorie coronam. ℣. Despecta namque presentis vite luce, cõtemptoq; suorũ corporũ cruciatu seuientem mundum Dei pro honore vicerunt. ℟. Et ideo. ℣. Gloria pri. ℟. Et. ¶ In iij. nocturn. Ãna. Ecce merces sanctorum copiosa est apud Deum. Ipsi vero mortui sunt pro Christo: et viuũt in eternum. Psal. Gaudete iusti. fol 18 Ãna. Tradiderunt corpora sua propter Deum ad supplicium, vt heredes fierent eterne vite. Psal. Benedicam dominũ. fol. 18. Ãna. Viri sancti gloriosum sanguinem fuderunt pro Christo, ideo coronas triphales meruerunt. Psalm. Quos venerunt. fol. 39. ℣. Justi autem in perpetuum viuent. ℟. Et apud dominum merces eorum. Pater nr.

Lectio sancti euangelij secundum Lucam. c. 21.

In illo tempore, dixit Jesus discipulis suis. Cum audieritis prelia, et seditiones, nolite terreri. Oportet primum hec fieri, sed nõdum statim finis. Et reliqua. Homilia beati Gregorij pape.

Lectio vii.

Dominus, ac redemptor noster perituri mundi precurrentia mala denuntiat, vt eo minus perturbent

turbent venientia, quo fuerint prescita. Minus enim iacula feriunt, quę preuidentur, et nos tolerabilius mala mundi suscipimus, si contra hęc per prescientię clypeum munimur. Tu autem. ℟. Isti sunt sancti, qui despecta presentis vite luce. ℣. Contemptoq; suorum corporum cruciatu, sęuientem mundum Dei pro honore vicerunt. ℟. Immania enim pro Christo in suis corporibus pertulerunt tormenta. ℣. Contemptoq.

Lectio viij.

Hęc enim dicit. Cum audieritis prelia, et seditiones, nolite terreri. Oportet enim primum hęc fieri, sed nondum statim finis. Pensanda sunt verba redemptoris nostri, per quę nos aliud interius, aliud exterius passuros esse, denuntiat. Tu autem. ℟. Coronauit eos dominus corona iustitie. ℣. Quia passi sunt pro domino, et secuti sunt eum. ℟. Amauerunt Christum in vita sua imitati sunt eum in morte sua. ℣. Qui passi.

Lectio ix.

Ut ergo nos indicet interius, exteriusque turbari aliud nos fatetur ab hostibus, aliud a fratribus perpeti: sed his malis prequenientibus quia non statim finis sequatur, adiungit: surget gens contra gentem, et regnum aduersus regnum, et terremotus magni erunt per loca, et pestilentię, et fames, terroresque de celo, et signa magna erunt. Tu autem. ℟. Lauerunt stolas suas, et candidas eas fecerunt. ℣. In sanguine agni. ℟. Isti sunt qui venerunt, ex magna tribulatione, et lauerunt stolas suas. ℣. In sanguine. ℟. Gloria patri. ℣. In sanguine.

Aliud euangelium secundum Matthęum.

In illo tempore: videns ca. 5. Jesus turbas, ascendit in montem. Et cum sedisset, accesserunt ad eum discipuli eius, et aperiens os suum, docebat eos. Et reliqua.

Homilia beati Augustini episcopi.

Lectio x.

Si queritur quid signi ficet mons, bene intelligitur, significare maiora precepta iustitię, quia minora erant, quę Judęis data sunt. Tu autem.

Lect.

Lectio viij.

QUia tamē Deus per sanctos prophetas, ⁊ famulos suos secundum ordinatissimam distributionē tēporum, dedit minora pręcepta populo, quem timore adhuc alligari oportebat: et per filium suum maiora, populo quē charitate iam liberare cōuenerat. Tu autem.

Lectio ix.

QUm autem maiora, maioribꝰ, minora, minoribus dantur, ab eo dantur, qui solus nouit, cōgruē tem suis temporibus genēri humano exhibere medicinam. Tu autem. ℣. Deū laudamus. ℟. Exultabunt sancti in gloria. ℣. Et letabuntur in cubilibus suis.

¶ In laud. Ańa. Justorum animę in manu Dei sunt, ⁊ nō tanget illos tormentum malitię. Psal. Dominus regnauit. fol. 10. Ańa. Lauerunt stolas suas. Et candidas eas fecerunt, in sanguine agni. Psalm. Jubilate. fol. 10. Ańa. Reddet Deus mercedem laborum sanctis suis, et deducet illos in via mirabili. Psal. Deus Deus meꝰ. fol. 10. Ańa. Martyres dñi, dñm benedicite in eternum. Cant. Benedicite fol. 11. Ańa. Martyrum chori, laudate dñm in excelsis. Psal. Laudate dominum. fo. 11. Capitulum, vt supra.

Hymnus.

O Ex gloriose martyrū,
Corona cōfitentium,
Qui respuentes terrea,
Perducis ad cęlestia.

Aurem benignā protinus
Appone nostris vocibus,
Trophęa sacra pangimus,
Ignosce, quod delinquimꝰ.

Qui vincis in martyribus,
Parcendo confessoribus,
Tu vincei nostra crimina,
Donando indulgentiam.

Deo patri sit gloria.

℣. Corpora sanctorum in pace sepulta sunt. ℟. Et nomina eorum viuent in eternum.

¶ Ad Benedict. Ańa. Isti sunt sancti, qui pro Dei amore immo hominum contempserunt. Christi martyres in regno eterno exultant cum angelis, o quam pretiosa est mors sanctorum qui assidue assistunt ante dñm, ⁊ ab inuicem non sunt separati. Oratio vt supra.

¶ Ańę laudum per horas diei nisi ad nonam.

¶ Ad iij. vj. et ix. Capitulū, vt supra. Ad iij. ℣. Letamini in dño. ℟. Et exultate iusti. ℣. Et gloriamini omnes recti

recti corde. ℣. Et exulta. ℟. Gloria patri. ℟. Letamini. ℣. Exultent iusti. vt infra. Oratio vt supra.

℣ Ad vs. ℟. Exultent iusti. ℣. In conspectu Dei. ℟. Et delectentur in letitia. ℣ In cõspectu. ℟. Gloria patri. ℟. Exultent. ℣. Justi autem. vt infra. Oratio vt supra.

℣ Ad ix. Ant. Vabo sanctis meis locum nominatum in regno patris mei. Dicit dominus. Psal. Mirabilis. fol. 66. ℟. Justi autem. ℣. In perpetuum viuent. ℟. Et apud dominum est merces eorum. ℣. In perpetuũ. ℟. Gloria patri. ℟. Justi autem. ℣. Corpora sanctorum in pace sepulta sunt. ℟ Et nomina eorum viuẽt in eternum. Oratio vt supra.

℣ In ii. vespe. Ant. In consilio iustorum, & congregatione magna opera dñi. Psalm. Cõfitebor tibi. fo. 65. Ant. Collocet eos dominus cum principibus populi sui. Psa. Laudate pueri. fol. 68. Ant. Pretiosa in conspectu domini mors sanctorum eius. Psalm. Credidi propter. fol. 70. Ant. Euntes ibant, et flebant mittentes semina sua. Psal. In conuertẽdo. fol. 71. Ant. Justi confitebuntur nomini tuo, & habitabunt recti cũ vultu tuo. Psa. Eripe me domine. fol. 75. Capitulum, vt supra. Alia. ℣. Sancti tui domine benedicent te, gloriam regni tui dicent. Alia. ℣. Isti sunt qui venerunt ex magna tribulatione, & lauerunt stolas suas in sanguine agni. Hymn. & ℣. vt in primis vesper.

℣ Ad Magnif. Ant. Martyres Christi inter acerrimos dolores spe gaudentes, in tribulatione orabant dominum, & dicebant. Vindica domine sanguinem nostrum, & libera nos ab homine iniquo, & doloso. Oratio vt supra.

℣ Ad Completor. vt heri.

℣ In natali vnius confessoris pontificis. Ad vespe. super psal. Ant. Amouit eũ dominus, & ornauit eum, stolã glorie induit eũ. psal. ferial.

Capitulum.

Ecce sacerdos magnꝰ, qui in diebus suis placuit Deo. Et inuentus est iustus, & in tempore iracundię factus est reconciliatio. ℟. Deo gratias. Si fuerit doctor videlicet, Gregorius, Ambrosius, Augustinus, et Hieronymus. Caplm. Eccl. 44.

Optaui, & datus est mihi sensus, inuocaui, et Sap. 7.

venit in me spiritus sapientię, ꝛ prępposui illam regnis, ꝛ sedibus, et diuitias nihil esse dixi in comparatione illius. ℣. Deo. ℣. Ecce vir prudens. vt infra post tertiam lectionem.

Hymnus.

ISte confessor domini sacratus,
Festa plebs cuius celebrat per orbem,
Hodie lętꝰ meruit secreta
Scandere cęli.

Qui pius, prudens, humilis, pudicus,
Sobrius, castus, fuit et quietus,
Vita dum prędens vegetauit eius,
Corporis artus.

Ad sacrum cuius tumulū frequenter
Membra languentum modo sanitati,
Quolibet morbo fuerint grauata,
Restituuntur.

Vnde nunc noster chorus in honorē
Ipsius, hymnum canit hūc libenter,
Vt pijs eius meritis iuuemur,
Omne per ęuum.

Sit laus illi decus, atque virtus,
Qui supra cęli residens cacumen,
Totius mundi machinam gubernat,
Trinus, ꝛ vnus. Amen.

℣. Amauit eum dominus, et ornauit eum. ℟. Stolam glorie induit eum.

Ad Magnif. Ant. Similabo eum viro sapiēti, qui edificauit domū suā supra petrā. Si fuerit doctor de supradictis, dicatur ad Magnif. sequens. Ant. In medio ecclesie aperuit os eius, ꝛ implenit eum dominus spiritu sapientie, ꝛ intellectus, stolā glorie induit eum. Alla. alla. alla.

Oratio.

OAquęsumus omnipotens Deus, vt beati: N. confessoris tui, atq; pontificis, veneranda solennitas, ꝛ deuotionē nobis augeat, ꝛ salutem, Per Dñm.

Oratio.

PReces nostras quęsumus domine, clemēter exaudi, ꝛ interueniente beato. N. confessore tuo, atq; pōtifice, supplicationes nostras placatus intēde. Per Dominū. Si fuerit doctor.

Oratio.

ECclesiam tuam domine benignus illustra, vt beati. N. confessoris tui, atque

atque pontificis, & doctoris illuminata doctrinis, ad dona perueniat sempiterna. Per Dominum.

℣ Ad Comple. Ant. Amauit eum. vt supra in vesper. Ad Nunc dimit. Ant. Serue bone. v. Laud.

℣ Ad Matut. Inuita. Regem cõfessorum dominum. ℟. Uenite adoremus. Psal. Uenite exultemus. fol. I.

℣ Aliud Inuitator. in duplicibus confessorum. Confessorum regem adoremus. ℟. Qui celestis regni meritum, & gloriam contulit sancto suo. Psalm. Uenite exultemus. fol. I.

Hymnus.

REx gloriose præsulũ,
Corona confitentium
Qui respuentes terrea,
Perduces ad cœlestia.
Aurem benignã protinus,
Appone nostris vocibus,
Trophea sacra pangimus,
Ignosce quod delinquim⁹,
Tu vincis in martyribus,
Parcendo confessoribus,
Tu vince nostra crimina,
Donando indulgentiam.
Deo patri sit gloria. etc.

℣ In 1. nocturn. Ant. Beatus vir, qui in lege domini meditabitur, voluntas eius permanet die ac nocte, & omnia que cumque fecerit semper prosperabuntur. Psal. Beatus vir. fol. 2. Ant. Beatus iste sanctus, qui confisus est in domino, predicauit preceptum domini, constitutus est in mõte sancto eius. Psal. Quare fremuerunt. fol. 2. Ant. Innocentem exaudiuit dominus sanctum suum, dominus exaudiuit eum, et constituit eum in pace. Psal. Cum inuocarem. fol. 78. ℣. Amauit eum dominus, et ornauit eum. ℟. Stolã glorie induit eum. Pater noster.

Sermo sancti Fulgentij episcopi. Lectio j.

DE quis nostrum sollos apostolos dispensatores a domino factos officij spiritualis existimaret, apostolus Paulus episcopos quoque dispensatores ostendit, dicens: Oportet episcopum sine crimine esse, sicut Dei dispensatorem. Tu autem. ℟. Euge serue bone, et fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam. ℣. Intra in gaudiũ domini tui. ℟. Domine, quinque talenta tradidisti mihi. Ecce alia quinque superlucratus sum. ℣. Intra.

Lectio ij.

ET Petrus apostolus vos estis, inquit, genꝰ electum, regale sacerdotiũ, gens sancta, populus acquisitionis, vt virtutes annuntietis eius, qui de tenebris vocauit vos in admirabile lumen suum. Tu autẽ. ℟. Ecce sacerdos magnus, qui in diebꝰ suis placuit Deo. ℣. Ideo iureiurando fecit illum dominus crescere in plebem suam. ℟. Benedictionẽ omnium gentium dedit illi, et testamentum suum confirmauit super caput eius. ℣. Ideo.

Lectio iij.

SErui patris familias, dispẽsatores sunt, mẽsuram tritici, quam erogarent, acceperunt. Quam ergo mensuram Christus nũcupat, ipsam, fidei mensurã Paulus appellat, vt cognoscant pontifices non aliud esse spiritualem triticum, quã Christianę fidei venerabile sacramentum. Tu autem. ℟. Ecce vir prudens, qui edificauit domum suam supra petram, in cuius ore non est inuentus dolus. ℣. Quia Deꝰ elegit eum in sacerdotem sibi ℟. Ecce vere Israelita, in quo dolus nõ est. ℣. Quia. ℣. Gloria patri. ℣. Quia.

℣ In ij. nocturn. Psa. Leten tur omnes qui sperant in te domine, quoniam tu benedixisti iusto, scuto bone voluntatis tue coronasti eum. Psal. Verba mea. fol. 21. Psa. Domine dominus noster, quã admirabile est nomen tuum in vniuersa terra, quia gloria, et honore coronasti sanctum tuũ: ⁊ constituisti eum super opera manuum tuarum. Psal. Domine dñs noster. fo. 3. Psa. Justus dominus, ⁊ iustitiam dilexit, equitatem vidit vultus eius. Psal. In dño confido. fol. 11. ℟. Justum deduxit dñs per viam rectã. ℣. Et ostendunt illi regnum Dei. pater noster.

Lectio iiij.

HUius tritici mensurã, vobis in nomine dñi damus, quoties illuminati dono gratię spiritualis, secundum gloriam vere fidei disputamus, ⁊ eandem tritici mensurã per dominicos dispensatores accipitis, cũ quotidie per Dei famulos verbum salutis auditis. Tu autem. ℟. Juravit dominus ⁊ nõ penitebit eum. ℣. Tu es sacerdos in eternum, secundum ordinem Melchisedech. ℟. Dixit dominus dño meo, sede a dextris meis. ℣. Tu es sacerdos.

Lectio v.

PLuuia est sanctę prędi cationis cultura Dei, infusio gratię spiritualis, Deus itaque przecepto nos compluit, adiutorio colit. Dum pluit, terrā nostri cor dis irrigat, dum vero colit, spinas cupiditatis mundanę exstirpat. Hęc est, fratres, catholicę fidei, vera sanaq; doctrina. Hęc mensura tritici, de qua domini, et redemptoris est pascenda familia. Tu autem. ℟. Elegit eum dominus, ꝛ excelsum fecit illum, ꝛ statuit ei testamentum eternum, et circuncinxit eum zona iustitie. ℣. Et induit eum coronam glorie. ℣. Glorificauit illum in conspectu regum, et ostendit illi gloriam suam. ℣. Et induit.

Lectio vj.

EX hac vobis quantum dominus tribuit, damus, ipsumq; dominum iugiter exoramus, vt ꝛ nos, ꝛ vos in timore gratię suo pascere dignetur auxilio. Hoc ergo diuina misericordia operetur in omnibus nobis, vt nos, quos voluit, et pastores esse, ꝛ dispensatores, fideles faciat, ꝛ prudentes, vos quoque faciat obedientes, et humiles. Per Christum dominum nostrū. Amen. Tu autem. ℟. Ecce vere Israelita, in quo dolus non est inuentus, qui probatus, repertus est, sacerdos magnus. ℣. Juxta ordinem Melchisedech. ℣. Statuit ei dñs Deus testamentum sempiternum, ꝛ dedit illi sacerdotium magnum. ℣. Juxta. ℣. Gloria patri. ℣. Juxta.

¶ In uj. noctur. Ańa. Dñe, iste sanctus habitabit in tabernaculo tuo, operatus est iustitiam, ꝛ requiescet in monte sancto tuo. Psal. Domine quis habitabit. fo. 6. Ańa. Vitam petijt a te, ꝛ tribuisti ei domine gloriam, et magnū decorē imposuisti super eum: posuisti in capite eius coronā de lapide pretioso. Psalm. Domine in virtute. fol. 9. Ańa. Hic accipiet benedictionem a domino, ꝛ misericordiā a Deo saluatori suo, quia hec est generatio querentium dominum. Psal. Domini est terra. fo. 14. ℣. Justus germinauit sicut lilium. ℟. Et florebit in eternum ante dominum. Pater noster.

Lectio sancti euangelij secundum Lucam.

Lectio vij.

IN illo tempore, dixit Jesus discipulis suis. Sint lumbi vestri przcincti, c. 12.

et lucerne ardentes in manibus vestris. Et reliqua. Homilia beati Gregorij pape.

SAncti euangelij, fratres charissimi, aperta est vobis lectio recitata. Sed ne aliquibus ipsa eius planities alta fortasse videatur, eam sub breuitate transcurrimus, quatenus eius expositio, ita nescientibus fiat cognita, vt tamen scientibus nõ sit onerosa. Tu autem. ℣. Posui adiutorium super potentem, & exaltaui electum de plebe mea. ℟. Manus enim mea, auxiliabitur ei. ℣. Inueni Dauid seruum meum, oleo sancto meo vnxi eum. ℟. Manus.

Lectio viij.

QVia viris luxuria in lumbis sit, fœminis in vmbilico testatur dñs, quia de diabolo ad beatũ Job loquitur dicẽs. Virtus eius in lũbis eius, & fortitudo illius in vmbilico vẽtris eius. Tu autem. ℣. Veritas mea, et misericordia mea, cũ ipso. ℟. Et in nomine meo exaltabitur cornu eius. ℣. Manus enim mea auxiliabitur ei, et brachium meum confortabit eum. ℟. Et in nomine.

Lectio ix.

A Principali igitur sexu, lumborũ nomine luxuria designatur, cum dominus dicit. Sint lumbi vestri precincti, lumbos enim precingimus, cum carnis luxuriam per continentiam coarctamus. Tu autẽ. ℣. Sint lumbi vestri precincti, & lucerne ardẽtes, in manibus vestris, et vos similes hominibus expectantibus dominum suum. ℟. Quando reuertatur a nuptijs. ℣. Vigilate ergo, quia nescitis, qua hora dñs vester venturus sit. ℟. Quando. ℣. Gloria patri. ℟. Quando.

Sequitur euangelium Secundum Matthæum.

Lectio vij.

IN illo tempore: dixit Jesus discipulis suis, parabolam hãc. Homo qui dã peregre proficiscens, vocauit seruos suos: & tradidit illis bona sua. Et reliqua. Homilia beati Gregorij pape

c.25.

LEctio sancti euãgelij, fratres charissimi, solicite nos cõsiderare admonet, ne nos, qui plus cæteris in hoc mundo accepisse aliquid cernimur, ab auctore mundi inde grauius iudicemur, cum enim augentur dona, rationes etiam crescunt

ca.5

cunt donorum. Tanto ergo esse humiliorꝫ, atque ad seruiendum promptiorꝫ quisqꝫ debet ex munere, quanto se obligatiorem esse conspicit in reddenda ratione. Tu autem.

Lectio viij.

ECce homo qui peregre proficiscitur, seruos suos vocat, eisqꝫ ad negotia talẽta partitur. Post multum vero temporis positurus rationẽ reuertitur, bene operantes pro apposito lucro remunerat, seruum vero a bono opere torpentẽ damnat. Tu autem.

Lectio ix.

QVis itaque homo iste est, qui peregre proficiscitur, nisi redemptor noster, qui in ea carne quam assumpserat, abiit in cęlum? Carnis enim locus propriꝰ terra est, quę quasi ad peregrina ducitur, dum per redemptorem nostrum in cęlo collocatur. Tu autem.

Si fuerit doctor dicatur sequens euangelium. Euangelium secundũ Matthęũ.

ca. 5. IN illo tempore, dixit Jesus discipulis suis, vos estis sal terrę, quod si sal euanuerit, in quo salietur. Et reliqua. Homilia beati Gregorij papę.

SAncti apostoli, appellãtur sal, quia per illos cõditur genus humanum. Si autem nos sumus sal, condire mẽtes fidelium debemus. Vos igitur qui pastores estis, pensate, quia Dei animalia pascitis, de quibus profecto animalibus Deo per psalmistam dicitur, animalia tua habitabunt in ea. Tu autem.

Lectio viij.

ET sępe videmus, quod petra salis animalibus brutis ponitur, vt ex eadẽ salis petra lambere debeãt, et meliorari. Quasi ergo inter bruta animalia petra salis, debet esse sacerdos in populis. Tu autem.

Lectio ix.

QVrare namqꝫ sacerdotẽ necesse est, quę singulis dicat, vnumquemqꝫ qualiter moneat: vt quisquis sacerdoti tũgitur, quasi ex salis tactu, ęternę vitę sapore condiatur. Sal etenim terrę non sumus, si eorda audientium non condimus. Quod profecto condimentum ille veraciter proximo impendit, qui prędicationis verbum non subtrahit. Tu autem. Te Deum laudamus.

℣. Non est inuentus similis illi. ℟. Qui conseruaret legem Excelsi.

¶ In laud. Ant. Ecce sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit Deo, et inuentus est iustus. Psal. Dominus regnauit. fol. 10. Ant. Beatus ille seruus, quem cum venerit dns, inuenerit vigilantem. Psal. Jubilate. fol. 10. Ant. Fidelis seruus, et prudes, quem constituit dns super familiam suam. Psal. Deus Deus meus. fol. 10. Ant. Sacerdotes Dei benedicite dnm, serui dni hymnum dicite Deo nostro. Cant. Benedicite. fol. 11. Ant. Serue bone et fidelis, intra in gaudium dni tui. Psal. Laudate dominum. fol. 11. Capitulum, et hymnus, vt supra in vespe. ℣. Justus vt palma florebit. ℟. Et sicut Cedrus Libani multiplicabitur.

¶ Ad Benedict. Ant. Sint lumbi vestri precincti, et lucerne ardentes in manibus vestris, et vos, similes hominib⁹ expectantibus dnm suū, quando reuertatur a nuptijs. Oratio vt supra, Alie Laud. dicuntur per horas diei, nisi ad ix. Ad iij. vj. et ix. Capitulum, vt supra. Ad iij. ℟. Amauit eum dns. p. Et ornauit eum. ℣. Stola glorie induit eum. p. Et ornauit. ℣. Gloria patri. ℟. Amauit. ℣. Justum deduxit. vt infra. Oratio vt supra.

¶ Ad vj. ℟. Justum deduxit dns, p. per viam rectam. ℣. Et ostendit illi regnum Dei. p. per viam. ℣. Gloria patri. ℟. Justum deduxit. ℣. Justꝰ germinabit. vt infra. Oratio vt supra.

¶ Ad ix. Ant. Amauit eum dns, et ornauit eū, stola glie induit eum. ℟. Justus germinabit. p. Sicut lilium. ℣. Et florebit in eternum, ante dominum. p. Sicut. ℣. Gloria patri. ℟. Justus germinabit. ℣. Justus vt palma. vt supra. Oratio vt supra.

¶ Ad ij. vesper. Ant. Jurauit dns, et nō penitebit eum, tu es sacerdos in eternū. Psal. Dixit dns. fol. 68. Ant. Potens in terra erit semen eius, generatio rectorum benedicetur. Psal. Beatus vir. fol. 68 Ant. Collocet eū dns cum principibus populi sui. Psal. Laudate pueri. fol. 68 Ant. Dirupisti dne vincula mea, tibi sacrificabo hostiam laudis. Psal. Credidi propter. fol. 70. Ant. Venientes autem venient cum exultatione

tatione, portantes manipulos suos. Psal. In conuertendo. fol. 71. Capitulum, vt supra. Alla. ℣. Justus germinabit, sicut lilium, et florebit in eternum ante dñm. Alleluya. ℣. Inueni Dauid seruum meum, oleo sancto meo vnxi eum. Hymn. ⁊ ℣. vt in primis vesper.

¶ Ad Magnific. Añia. Similabo eum. vt supra. Si fuerit doctor. Añia. In medio ecclesie vt in primis vespe. Oratio vt supra.

¶ Ad Completor. vt heri.

¶ In natali vnius iusti vel abbatis. Ad vesper. super psal. Añia.

vt supra, in officio vnius pontificis. Psal. feriales.

Capitulum.

Eccl. c. 39. IUstus cor suum tradidit ad vigilandum diluculo, ad dominum qui fecit illum, ⁊ in cōspectu altissimi deprecabitur. ℟. Deo gratias. Si fuerit abbas.

Capitulum.

Eccl. c. 45 DIlectus Deo, ⁊ hominibus, cuius memoria in benedictione est, similem eum fecit in gloria sanctorum, ⁊ magnificauit eum in timore inimicorum, ⁊ in verbis suis mōstra placuit. Deo gratias. ℟. Justus germinabit. vt infra, post iij. lectio. Hymn. ⁊ ℣. ⁊ Añia. Ad Magnific. vt in alio officio.

Oratio.

DEus, qui nos beati, N. confessoris tui annua solennitate lętificas, cōcede propitius, vt cuius natalitia colimus, per eius ad te exēpla gradiamur. Per Dominū. Si fuerit abbas.

Oratio.

INtercessio nos quęsumus domine, beati. N. abbatis cōmendet, vt quod nostris meritis non valem⁹ ei⁹ patrocinio assequamur. Per Dominū. Alia oratio.

Oratio.

EXcita quęsumus dñe, in ecclesia tua spiritū, cui beatus. N. abbas seruiuit, vt eodem nos repleti studeamus ⁊ amare quod credidit, et opere exercere quod docuit. Per Dñm.

¶ Ad Completor. Et Nunc dimittis. Añia. vt in alio officio vnius pontificis.

¶ Ad Matut. Inuitat. Regem confessorum dñm. ℣. Venite adoremus. Psal. Venite exultemus. fol. 1.

¶ Inuitator. in duplicibus vt in officio vnius pōtificis. Hym. Per gloriosę prędulū vt supra in alio off. fo. 550.

℣ In j.noct. Aſſę pſal.ꝛ ℟. vt in j.noct.vnius pōtificis. Pſ nr. Sermo ſancti Bernardi. Lectio j.

GAudete in dño dilectiſſimi,qui inter cōtinua ſuę pietatis beneficia,indulſit beatū. ℟. mūdo,cui⁹ multi ſaluarētur exēplo.Tu, ℣. Beatus vir,qui inuētus eſt ſine macula,qui poſt aurum nō abiit,nec ſperauit in theſauris pecunie. ℘. Ideo ſtabilita ſūt bona illius in dño. ℣. potuit enim tranſgredi,ꝛ nō eſt trāſgreſſus,facere mala,et non fecit. ℘. Ideo. Lectio ij.

ITerum dico gaudete, quod ſublat⁹ de medio appropiauit Deo,vt multo plures ei⁹ interceſſione ſaluētur. Habet ex hominib⁹ cui hominū peccata donet, miſericorſ,ꝛ miſerator dñs. Tu aūt. ℣. Juſtum deduxit dñs per vias rectas,ꝛ oſtendit illi regnū Dei,ꝛ dedit illi ſcientiā ſanctorū. ℘. Honeſtauit illū in laboribus ſuis. ℟. Magnificauit illū in cōſpectu regū, ꝛ oſtendit illi gloriam ſuam. ℘. Honeſtauit. Lectio iij.

HAbet tēpus,ꝛ locū intercedēdi pius,ꝛ miſericors aduocatus,ꝛ quidē, locū quietū,ꝛtempus feriatum. Interris viſus eſt, vt eſſet exēplo,in cęlū leuatus eſt,vt ſit patrocinio.Tu aūt ℣. Juſtus germinabit ſicut lilliū. ℘. Et floxebit in eternū ante dñm. ℟. plātatus in domo dñi,in atrijs dom⁹ dei nr̄i. ℘. Et flo. ℣. Glia. pr̄i. ℘. Et flo. ℣ In ij.noct. Aſſę pſal. ꝛ ℣. vt in ij.noct.vnius pontificis. pater nr̄. Lectio iiij.

HJc inſtruxit ad vitā illic inuitat ad gloriā. Factus eſt mediator ad regnū,qui fuit incitator ad opus.Tu aūt. ℣. Jurauit dominus. vt ſupra in officio pōtificis. Lectio v.

BOnus mediator,qui ſibi iam poſtulās nihil, totū in nos tranſferre deſiderat,ꝛ ſupplicātis affectū, et ſupplicationis fructum. Quid enim quęrat ſibi,qui nullius eget? Tu autē. ℣. Elegit eum dñs. vt ſupra in prędicto officio. Lect.vj.

OMinus cōſeruat eū, et viuificat eū in gloria. Nihil illi deerit, in loco paſcuę collocato. Hęc dies glorioſę migrationis eius, dieſlętitię cordis eius,exultem⁹,rlętemur in ea. Tu autem ℣. Juſtus vt palma floxebit,ſicut cedr⁹ Libani multiplicabitur,plantatus in domo

mo dñi. ℣. In atrijs domus Dei nostri florebit. ℟. Gloria, et diuitie in domo eius, et iustitia eius manet in seculū seculi. ℣. In atrijs. ℟. Gloria patri. ℣. In atrijs.

℄ In iij. noctu. Añę psal. et ℟. vt in iij. nocturn. prędicti officij pontificis. Pater nr. Lectio sancti euangelij secundum Lucam.

c.II. IN illo tempore, dixit dominus Jesus discipulis suis. Nemo lucernam ascendit, & in abscondito ponit, nec sub modio, sed super candelabrum, vt qui ingrediuntur, lumen videant. Et reliqua. Ex commẽtat. Bedę presbyteri.

OE ipso dominus hęc loquitur, ostendens, & si supra dixerit, nullum generationi nequam nisi signum Jonę dandum, nequaquam tamen lucis suę claritatem fidelibus occultandam. Ipse quippe lucernã accendit, qui testam humanę naturę flamma suę dignitatis impleuit. Tu autem. ℣. Posui adiutorium. vt sup. in alto officio. Lect. vij.

QUam profecto lucernam nec credentibus abscondere, nec sub modio ponere, hoc est, sub mensura legis includere, vel intra vnius Judeę gẽtis terminos voluit cohibere, sed super cãdelabrũ inquit, vt qui ingrediuntur, lumẽ videãt. ℣. Veritas mea. vt supra.

Lectio ix.

QAndelabrum, ecclesiã dñs dicit, qui lucernã superposuit, quia nostris in frõtibus fidem suę incarnationis affixit, vt qui ecclesiam fideliter ingredi voluerint, lumẽ veritatis palam queant intueri. Tu autem. ℣. Sint lumbi vestri precincti, et lucerne ardentes in manibus vestris, et vos similes hominibus expectantibus dominum suum. ℣. Quando reuertatur a nuptijs. ℟. Ergo per vigiles cuncti vigilate fideles, dum dñs tardat, ne latro subripiat. ℣. Quãdo. ℟. Gl'ia patri. ℣. Quando. Te Deum laud. ℟. Non est inuentus. vt supra.

℄ Ad lau. Añã. Justum deduxit dñs, per viam rectam, & ostẽdit illi regnũ Dei. Psal. Laud. Dominicalis. Añã. Beatus ille seruus, quem cum venerit dominus, et pulsauerit ianuam, inuenerit vigilantem. Añã. Fidelis seruus, et prudens, quem constituit dominus super familiam

missã suam. Ãña. Serui dñi dñm benedicite in eternum. Alia. Serue bone, et fidelis intra in gaudium dñi tui. Capitulum vt supra. Hymnus. Iste confessor. vt in alio officio. ℣. Justus, vt palma florebit. ℟. Sicut Cedr⁹ Libani multiplicabitur.

¶ Ad Benedict. Ãña. Euge serue bone, & fidelis, quia supra pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam, dicit dñs. Oratio vt supra.

¶ Per horas diei Ãñę laudis ad nonam.

¶ Ad iij. vj. & ix. Capitulum vt supra ℣. ℣. Ãña. ad nonam, vt in prędicto officio vnius pontificis. Oratio ad omnes horas vt supra.

¶ In j. vespe. Ãñę et psal. vt in alio officio vnius pontificis. Capitulum vt supra Alia cum ℣. vt in alio officio. Hymn. & ℣. vt in j. vesp.

¶ Ad Magnif. Ãña. Simi labo eum. vt in alio officio, Alia Ãña. Domine, quinque talenta tradidisti mihi, ecce alia quinque superlucratus sum. Oratio vt supra.

¶ Ad Completor. vt heri.

¶ In natali vnius virginis & martyris simul, vel virginis tantum.

¶ Ad vesp. super psal. Ãña. Veni sponsa Christi, accipe coronam quam tibi Dñs preparauit in eternum. psal. feriales. Capitulum.

FRatres qui gloriatur in domino glorietur, non enim qui seipsum commendat ille probatus est, sed quē Deꝰ cōmēdat. 2. Corint. c. 10. ℟. Deo. ℣. Regnūmūdi. vt infra post vj. lectio. Hymnus.

VIrginis proles, opifexq; matris,
Virgo quem gessit: peperit q; virgo,
Virginis festum canimus trophęum,
Accipe votum.

Hęc tua fygo duplici beata
Sorte, dum gestit fragilē domare
Corporis sexum, domuit cruentum
Corpore seclum.

Vnde nec mortē, nec amica mortis,
Seua pœnarum genera pauescens,
Sanguine fuso, meruit secreta
Scandere cęli.

Huius obtentu Deus alme nostris
Parce iam culpis vitia remittens,
Quo tibi puri resonemus almum,

Pectoris

Pectoris hymnum.
O loria pſi, genitęq; proli,
Et tibi compar vtriusque semper,
Spiritus alme Deus vnus omni
Tempore ſęcli. Amē. ℣. Diffusa est gratia in labijs tuis. ℟. Propterea benedixit te Deus in eternum.

℣ Ad Magnificat. Ant. Virgo prudentissima, quo progrederis quasi aurora valde rutilans, filia Sion, tota formosa, et suauis es pulchra vt luna, electa vt sol. Si fuerit virgo tantum oratio.

Oratio.

DEus, qui nos annua beatę. ℟. virginis tuę solennitate lętificas, cōcede propitius, vt eius ad tuemur meritis, cuius castitatis irradiamur exemplis. Per Dominum.

Vnius virginis, & martyris.

Oratio.

DEus, qui inter cętera potentię tuę miracula, etiam in sexu fragili victoriam martyrij contuliſti concede propitius, vt qui beatę. ℟. virginis, & martyris tuę natalitia colimus, per eius ad te exempla gradiamur. Per Dominum.

Alia oratio. Oratio.

INdulgentiam nobis quęsumus domine, beata. ℟. virgo et martyr implorет, quę tibi grata semper extitit, & merito castitatis, & tuę professione virtutis. Per Dominum.

℣ Ad Matut. Inuita. Virginum regem adoremus. ℟. Qui celestis regni meritum, et gloriam cōtulit sanctæ suę. Ps. Venite exul. fo. 1.

Hymnus.

IEsu corona virginum
Quē mater illa cōcipit
Quę sola virgo parturit,
Hęc vota clemens accipe.
Qui pascis inter lilia,
Septus choris virginum,
Sponsas decorans gloria,
Sponsisq; reddens pręmia.
Quocūq; pergis, virgines
Sequuntur, atque laudibus
Post te canentes curſitāt:
Hymnosq; dulces personāt.
Te deprecamur largius,
Nostris adauge sensibus
Nescire prorsus omnia
Corruptionis vulnera.
Deo patri sit gloria,
Eiusque soli filio,
Cum spiritu, paracleto
In sempiterna ſęcula. Amē

℣ In 1. nocturn. Ant. Ornatā monilibus filiam Hierusalem dominus concupiuit. Psal. Domine dominus noſter,

fol.

fol. 3. Ant. Dum esset rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem suauitatis. Psal. Celi enarrant. fo. 8. Ant. Hec est que nescíuit thorum indelicto, habebit fructum in respectione animarum sanctarū. Psal. Nī est terra. fol. 14. ℣. Diffusa est gratia in labijs tuis. ℟. Propterea benedixit te Deus in eternum. Pater noster.

Sermo beati Ambrosij epi scopi. Lectio j.

QVam in toto mundo virgineus flos Marię immarcessibiles coronas in nectat, eo vsque integritas perseuerauit ad palmā, vt in puellis trophęum sanctitatis arriperet, et illę per vestigia matris virginis ad cęlestem thalamum peruenirent. Tu aūt. ℟. Diffusa est grā in labijs tuis. ℣. Propterea benedixit te Deus in eternum. ℣. Dilexisti iustitiam, et odisti iniquitatē. ℣. Propterea. Lectio ij.

QVsti virgines, folā virginem Mariā matrem luminis subsequātur. Huius pedisequa. M. virgo magnum de se pudicitię excitauit exemplum, cū virginitatem prętulit vitę, fide potius armata quam ferro. Despexit denique blandientem, et renuit minātem, incendium intēdit, et ridet. Tu autem. ℟. Dilexisti iustitiam, et odisti iniquitatē. ℣. Propterea vnxit te Deus Deus tuus oleo letitie. ℟. Propter veritatem, et mansuetudinē, et iustitiam. ℣. Propterea.

Lectio iij.

QVescit amare aliquid quod transit, et dum nimis virginitatem diligit, nec flammas, nec carnifices metuit, non de elegantia corporis humani, placere studebat, quia timebat de fęditate animę domino displicere. Habat intus perfidem suę menti candorem, tanto studēs displicere carnalibus, quanto Christo cō placere. Tu autem. ℟. Veni electa mea, et ponam in te thronum meum. ℣. Quia concupiuit rex speciem tuam. ℣. Audi filia, et vide, et inclina aurem tuam. ℣. Quia. ℣. Gloria patri. ℣. Quia.

℣ In nocturno Ant. Specie tua, et pulchritudine tua intende prospere, procede, et regna. Psalm. Exultauit. fol. 25. Ant. Adiuuabit eā Deus vultu suo, Deus in medio eius non commouebitur. ℣. Ēus noster refu. fo.

25.

25. Aña. Veni electa mea, et ponam in te thronum meū dicit dominus. Psalm. Magnus dominus. fol. 26. ℣. Specie tua, et pulchritudine tua. ℟. Intēde prospere, procede, et regna. Pater noster.

Lectio iij.

DAbat intus per fidē suę menti candorē, pulchritudinem excolebat animę, et quātum studebat, vt animam suam faceret pulchram, tantum in suam animam erubescebat, se esse formosam. Tu autem. ℟. Specie tua, et pulchritudine tua. ℣. Intende prospere, procede, et regna. ℣. Diffusa est gratia in labijs tuis, propterea benedixit te Deus in eternum. ℣. Intende.

Lectio v.

VEni iam virgo ad thalamum, quem quęsisti, et pro amore sponsi gladiū percussoris admitte, vt spōsam te virginitas immaculata comprobet, et martyrem confessio probata cōsignet. Tu autem. ℟. propter veritatem, et mansuetudinem, et iustitiam. ℣. Et deducet te mirabiliter dextera tua. ℣. Specie tua, et pulchritudine tua, intēde prospere, procede, et regna. ℣. Et deducet.

Lectio vj.

HElix caterua virginum, quibus studium est, tuę sequi confessionis vestigia. Habebunt tecum coronam in cęlo, quę tecum superauerunt inimicum in mundo. Itaque, o splendida virgo, pulchra Dei filia, et omnibus angelis grata, vt nostri memineris dignerisque quibus possumus precibus exoramus, vt nobis ille tribuat peccatorum indulgentiam, qui tibi tuorum laborum, tradidit palmam, et coronam. Tu autē. ℟. Regnum mundi, et omnem ornatum seculi contempsi propter amorem domini mei Jesu Christi. ℣. Quem vidi, quem amaui, in quo credidi, et sperani. ℣. Eructauit cor meum verbū bonum, dico ego opera mea regi. ℣. Quē vidi. ℟. Gloria patri. ℣. Quē vidi. In iij. nocturn. Aña. Pulchra es, et decora filia Hierusalem, terribilis vt castrorum acies ordinata. Psal. Cantate dño. fo 46 Aña. In odore vnguentorum tuorū curremus, adolescētule dilexerūt te nimis. ℣. Oīs regna. exul. fol. 46. Aña. Veni spōsa Chri accipe coronā, quā tibi dñs preparauit in eternū.

℣. Al.

Psal. Cãtate domino. ij. fol. 48. ℣. Adiuuabit eam Deus vultu suo. ℟. Deus in medio eius non cõmouebitur. pater noster.

Lectio sancti euangelij secundum Matthęum.

Lectio vij.

c. 13. IN illo tempore, dixit Jesus discipulis suis parabolã hanc. Simile est regnum cęlorum thesauro abscondito in agro. Et reliqua. Homilia beati Gregorij papę.

REgnum cęlorum fratres charissimi, idcirco terrenis rebus simile dicitur, vt ex his quę animus nouit, surgat ad incognita quę non nouit, quatenus exemplo visibilium se ad inuisibilia rapiat, et per ea quę vsu didicit, quasi cõfricatus incalescat, vt per hoc quod scit notum diligere, discat et incognita amare. Tu autem. ℟. Si fuerit virgo et martyr dicatur. Veni sponsa Christi, accipe coronã quam tibi dominus, preparauit in eternum. ℣. Pro cuius amore sanguinem tuum fudisti, et cum angelis in paradisum introisti. ℟. Dilexisti iustitiam, et odisti iniquitatem, propterea vnxit te Deus, Deus tuus. ℣. Pro cui⁹. ℟. Si fuerit virgo tantum. ℟. Accinxit fortitudine lumbos suos, et roborauit brachium suum. ℣. Ideo lucerna eius non extinguetur in sempiternum. ℟. Adiuuabit eam Deus vultu suo, Deus in medio eius non cõmouebitur. ℣. Ideo lucerna.

Lectio viij.

ECce enim regnum cęlorum thesauro abscondito in agro comparatur, quem qui inuenit homo, absondit, et pre gaudio illius vadit, et vẽditvniuersa quę habet, et emit agrum illum. Qua in re hoc quoque notandum est, quod inuentus thesaurus absconditur, vt seruetur, quia studium cęlestis desiderij a malignis spiritibus custodire nõ sufficit, qui hoc ab humanis laudibus nõ absondit. Tu autem. ℟. Offerentur regi virgines dño, post eam proxime eius. ℣ Offerentur tibi in letitia et exultatione. ℟. Pulchra es vt luna, electa, vt sol, species tua suauis, et decora, intende prospere, procede, et regna. ℣. Offerentur tibi.

Lectio ix.

IN presenti etenim vita, quasi in via sumus, qua ad patriam pergimus, maligni

maligni autem spiritus iter nostrum, quasi quidam latrunculi, obsident. Depręda ri ergo desiderat, qui thesaurum publice in via portat. Hoc autem fratres dico, non vt proximi nostri opera nostra bona nō videāt cum scriptum sit, videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum, qui in cęlis est, sed vt per hoc, quod intus agimus, laudes exterius nō quęramus. Tu autem. ℟. Quinque prudentes virgines, acceperunt oleū in vasis suis cum lampadib⁹. ℣. Media autē nocte, clamor factus est, ecce sponsus venit, exite obuiam ei. ℣. Moram autem faciente sponso, dormitauerunt omnes, et dormierūt. ℘. Media autem. ℣. Gloria patri. ℘ Media abt. ℣ e Deum laudamus. ℣. Specie tua, et pulchritudine tua. ℟. Intende prospere, procede, et regna.

℄ In laud. Añā. Hec est virgo sapiens, et vna de numero prudentium. ℣. Psal. ℣ ñs regnauit. fo. 10. Añā. Hec est virgo sancta atque gloriosa, quia dominus omnium dilexit eam. ℣. ℣ ubilate. fol. 10. Añā. Media nocte clamor factus est, ecce spōsus venit, exite obuiam ei. ℣. Psal. ℣ e Deus meus. fol. 10. Añā. Prudentes virgines aptate lampades vestras, ecce sponsus venit, exite obuiam ei. Cant. ℬ enedicite. fol. 11. Añā. Tunc surrexerunt omnes virgines ille, & ornauerūt lampades suas. ℣. Psal. ℐ ubilate deo omnis terra. fol. 11. Capitulum, & ℍymn. vt supra in ſ. vesper. ℟. Afferentur regi virgines domino. ℟. Post eam proxime eius afferentur tibi in letitia, et exultatione. ℄ Ad Benedi. Añā. Simile est regnum celorum sagene misse in mare, et ex omni genere piscium congreganti, quam cum impleta esset, educentes et secus littus sedentes, elegerunt bonos in vasa sua, malos autem foras miserunt. ℴratio vt supra in vesp.

℄ ℙer horas diei Añę laū. ℄ Ad iij. vj. & ix. Capitulū, vt supra. Ad iij. ℟. Diffusa est gratia. ℘. In labiis tuis. ℣. Gloria patri. ℟. Diffusa. ℣. Specie tua. vt infra ℴratio vt supra.

Ad vj. ℟. Specie tua. ℘. Et pulchritudine tua. ℣. Intende, prospere, procede, & regna ℘. Et pul. ℣. Gloria patri. ℟. Specie tua, et. ℣. Adiunabit eā. vt infra. ℴratio vt sup.

Ad ips. ℣. **Adiuuabit eam.** ℟. **Deus vultu suo,** ℣. **Deus in medio eius non cõmouebitur.** ℟ **Deus.** ℣ **Gloria patri.** ℟. **Adiuuabit eam.** ℣. **Afferentur regi.** vt in laudib. Oratio vt supra.

¶ In ij. vesper. Ant. Laud. Psal. **Dixit dñs domino.** fol. 68. Psal. **Beati quorum.** fol. 68. Psal. **Exaltabo te.** fol. 70. Psalm. **Nisi dñs.** fol. 71. Psal. **Memento domine Dauid.** fol. 72. Capitulũ, vt supra. Alia. ℣. **Specie tua, & pulchritudine tua: intende prospere, procede et regna, alleluya.** ℣. **Veni sponsa Christi, accipe coronã quam tibi dñs preparauit in eternum.** Hymn. et ℣. vt in primis vesper. Si fuerit festũ duplex dicatur ad Benedictus. Ant. vt in primis vesp. Sin aliter dicatur pro cõm. sequens. Ant. **Hec est virgo sapiens, quam dñs vigilãtem inuenit.** Oratio vt supra.

¶ In natali plurimorũ virginum. Ad vesp. super psal. Ant. **In odorẽ vnguentorum tuorum curremus, adolescẽtule dilexerunt te nimis.** Psal. feriales. Capitulum.

1. Corint. ca. 7 FRatres, de virginib⁹ præceptum domini nõ habeo, consilium autem do, tanquam misericordiã consecutus a domino, vt sim fidelis. ℟. Deo gratias. ℣. Audiui vocem. vt infra post vj. lect. o. Hymnus.

ESto sanctarũ virginũ
Christũ laudem⁹ dñm
Qui sacris dat virginibus,
Gaudere cum cęlestibus.
℣ ludentes vero virgines
Suas ornantes lampades,
Adueniente domino,
Occurrunt ei cum gaudio.
℣ ętetur orbis inclyta
Ecclesia catholica,
Et meritum virgineum,
Pium extollat canticum,
℣ uncti ląetemur hodie,
Dantes vocem ląetitię,
Sub virginum tripudio,
Et castitatis gaudio.
℣ eo patri sit gloria,
Proli sit semper gratia,
Virtus sit sancto flamini,
In sempiterna sęcula. Amẽ
℣ Adducentur regi virgines domino. ℟. Post eam proxime eius, afferentur tibi in lętitia, et exultatione.

¶ Ad Magnificat. Ant. Virgines sancte Dei intercedite pro nobis, vt scelerum veniam per vos mereamur accipere.

Oratio.

OEus, qui nos beatarum virginum tuarũ. ℣. et. ℟. annua solẽnitate lę-

lętificaſ, cōcede propitius, vt quarū natalitia colimus per earum ad te exempla gradiamur. Per Dominū. Alia oratio. Oratio.

OMnipotens sempiterne Deus, da nobis in festiuitate sanctarum virginum, ⁊ martyrum tuarū. R. et. R. congrua deuotione gaudere, vt potentiam tuā in earum passione laudātes earum interuētu perpetuū percipiamus auxiliū. Per Dominum.

℣ Ad Complet. Aña. Media nocte. ſ. Laud. Ad Hunc dimittis. Aña. Tunc surrexerunt. iiij. Laud.

℣ Ad Matu. Inuita. Agnū sponsum virginum. ℣. Venite adoremꝰ, dūm Jesum Chm. ℟ Aliud Inuitatoz. Regem virginum dominum. ℣. Venite adoremus. Psal. Venite exult. fol. 1. Hymn. Iesu corona virginum. vt supra. In natali vnius virginis.

℣ In ſ. nocturn. Aña. Simile est regnum celorū decem virginibus, que accipientes lampades suas, exierunt obuiam sponso, et sponse. Psal. Oñe domin⁹ noster. fo. 3. Aña. Quinq; aūt ex eis erant fatue, et quinque prudentes. Psal. Cęli enarrant. fo. 8. Aña. Quinq; fatue acceptis lampadibus non sumpserunt oleum secum, prudētes vero virgines acceperunt oleum in vasis suis cum lampadibus. Psa. Oñi est terra. fo. 14. ℟. Media nocte clamor factꝰ est. ℣. Ecce sponsus venit, exite obuiā ei. Pater noster. Ex sermone expſ. sancti Augustini, de verbis Domini.

Lectio ſ.

QVoniam sanctarū virginum venerandū natalem celebraturi sumus, dignum est, vt mēte nostra ab omni fęce mundi purgata, et a maligna fraude aliena, oleum bonę operationis nos habeamus, ne forte in die retributionis terribiliter audiamus, ite potius ad vendentes, ⁊ emite vobis. Tu autem. ℣. Adducentur regi virgines post eam proxime eius. ℣. Afferētur tibi in letitia, ⁊ exultatione. ℟. Vultū tuū deprecabūtur oēs diuites plebis, filie regū in honore tuo. ℣. Afferētur. Lect. ij.

ET quę paratę erāt, intrauerūt cū eo ad nuptias, ⁊ clausa est ianua. Cū tibus aūt illis, venit spōsus ideſt, inclinātibus se illis in ea quę foris sunt, et solitis gaudere quęrentibus, quia

gaudia interna non nouerant, venit ille qui iudicat. Tu autem. ℟. Vultũ tuum deprecabuntur omnes diuites plebis, adducentur regi virgines post eam proxime eius. ℣. Afferentur tibi in letitia, & exultatione. ℟. Adducentur in templum regi dño. ℣. Adducentur. Lect. iij.

ET que parate erant, ideſt, quibus bonũ coram Deo teſtimonium conſciẽtia perhibebat, intrauerunt cũ eo ad nuptias, ideſt vbi munda anima ſempiterno Dei verbo fęcunda copulatur. Tu autem. ℟. Media nocte clamor factus eſt. ℣. Ecce ſponſus venit, exite obuiam ei. ℟. Prudentes virgines aptate lampades veſtras. ℣. Ecce ſpõſus. ℟. Gloria patri. ℣. Ecce ſponſus.

℣ In ij. nocturn. Añia. Date nobis de oleo veſtro, dixerunt fatue virgines, quia lãpades noſtre extinguuntur. Pſal. Eructauit. fol. 25. Añia. Reſponderunt prudentes virgines dicẽtes, ne forte nõ ſufficiat nobis, et vobis, ite potiꝰ ad vendentes, & emite vobis. Pſal. Deus noſter refug. fol. 25. Añia. Dum autem irent emere, venit ſponſus, et que parate erant intrauerũt cum eo ad nuptias, et clauſa eſt ianua. Pſal. Magnus dominus. fol. 26. ℟. Prudentes virgines aptate lampades veſtras. ℣. Ecce ſponſus venit, exite obuiam ei. Pater noſter. Lectio iiij.

QUauſa eſt ianua, ſcilicet receptis illis, qui ſunt in angelicam vitam immutãdi, omnes enim inquit reſurgemus, ſed nõ omnes immutabimur. Tu autem. ℟. Feliciter virgines vincũt mundum. ℣. Que poſt victoriam vinci non nouerunt. ℟. Beate de prelio redeunt ante hoſtem victrices moriẽdo deuincunt. ℣. Que poſt.

Lectio v.

QUauſus erit aditꝰ regni cęlorum, nõ enim poſt iudicium patet prece, aut meritorũ locus. Tu autem. ℟. Innumerabilis virginum chorus, ſpreta liberorum propagine, veneratione eſt dignus. ℣. Dum ſpõſo qui in celis eſt perenni merito, actu, et habitu, applicari maluit. ℟. Ecce florentem mundũ, deſpectis eiꝰ operibꝰ calcauerunt. ℣. Dum ſponſo.

Lectio vj.

SI ſapere in cordis palato poſſit, quid admirationis habet, quod dicitur,

tur, venit sponsus: quid dulcedinis intrauerũt cum eo ad nuptias? quid amaritudinis, & clausa est ianua? Tu autem. ℟. Audiui vocem de celo, venientem, et dicentem, omnes virgines sapientissime ℣. Oleum recondite in vasis vestris, dum sponsus aduenerit. ℣. Media nocte clamor factus est ecce sponsus venit, exite obuiã ei. ℣. Oleum. ℣. Gloria patri. ℣. Oleum.

℣ In ui. noct. Ant. Nouissime venerunt, & relique virgines dicentes, domine domine, aperi nobis. Psal. Cantate domino. i. fo.46 Ant. At ille respõdens ait, nescio vos, vigilate itaque, quia nescitis diem, nec horã. Psal. Dñs regna. exul. fol.46. Ant. In celis gaudent virgines, et decantant canticũ nouum ante thronum Dei, quia notum fecit dominus salutare suum. Psal. Cantate. ij. fo.48. ℣ Tunc surrexerunt omnes virgines ille. ℟. Et ornauerunt lampades suas. pr nr.

Lectio sancti euangelij secundum Matthęum.

Lectio vij.

c.25. IN illo tempore, dixit Jesus discipulis suis parabolam hãc. Simile est regnum cęlorum decem virginibus quę accipientes lãpades suas exierunt obuiã sponso, & sponsę. Et reliq. Homilia beati Gregorij papę.

SAepe vos, fratres charissimi, admoneo prauа opera fugere, mundi huius inquinamẽta deuitare, sed hodierna die sancti euãgelij lectione compellor dicere, vt & bona quę agitis, cum magna cautela timeatis. Tu autem. ℟. Simile est regnum celorum, decem virginibus, que accipientes lampades suas. ℣. Exierunt obuiam sponso, et sponse. ℣. Quinque, ex eis erant fatue, et quinq; prudentes. ℣. Exierunt. Lectio viij.

QUE per hoc quod a vobis recte geritur, fauor, aut humana gratia requiratur, ne appetitus laudis subrepat, et quod foris ostenditur, intus a mercede euacuetur. Tu autem. ℟. Afferentur regi virgines domino post eam proxime eius. ℣. Afferentur tibi in letitia, & exultatione. ℣. Pulchra es, vt luna, electa, vt sol, species tua suauis, et decora, intende prospere, procede, & regna. ℣. Afferentur. Lectio ix.

ECce enim redemptoris voce decem virgi-

nes,z omnes dicuntur virgines,z tamen intra beatitudinis ianuam non omnes sunt receptę. Quia earum quędam dum de virginitate sua gloriam foris expetunt,in vasis suis oleum habere noluerunt.Tu autem. ℟. Quinque prudentes virgines acceperunt oleum in vasis suis cum lampadibus. ℣. Media autem nocte,clamor factus est,ecce spōsus venit exite obuiam ei. ℟. Moram autem faciente sponso, dormitauerunt omnes,et dormierūt. ℣. Media autem. ℟. Gloria patri. ℣. Media autē. ℟. Te Deū laudamus. ℟. Prudetes virgines , aptate lampades vestras. ℟. Ecce sponsus venit,exite obuiam ei.

℔ In laud. Añe. Media nocte clamor factus est,ecce spōsus venit,exite obuiā ei. ℣. Dominus regnauit. fo.10 Añe. Prudētes virgines, aptate lampades vestras. Ecce spōsus venit exite obuiam ei. Psalm. Jubilate. fol.10. Añe. Tunc surrexerunt omnes virgines ille , et ornauerunt lampades suas. Psal. Deus Deus meus. fo.10. Añe. Virgines domini dominum benedicite in eternum. Cant. Benedicite. fol.11. Añe. Virginū chori laudate dominum in excelsis. Psal. Laudate Dominum. fol. 11. Capitulum,Hymnus,z ℣. vt supra,in primis vesp. ℔ Ad Benedict. Añe. Similе est regnum celorum decem virginibus,que accipiētes lampades suas, exierunt obuiam spōso,et sponse. Oratio vt supra.

℔ Per horas dicit Añę laudum,nisi ad nonam.

℔ Ad iij. vj. z ix. Capitul ℣, vt supra. Ad iij. ℟. Media nocte. ℣. Clamor factus est. ℟. Ecce sponsus venit , exite obuiam ei. ℣. Clamor. ℟. Gloria patri. ℟. Media nocte. ℣. Prudentes virgines. vt infra Oratio vt supra. Ad vj. ℟. Prudentes virgines. ℣. Aptate lampades vestras. ℟. Ecce sponsus venit,exite obuiam ei. ℣. Aptate. ℟. Gloria patri. ℟. Prudentes. ℟. Tunc surrexerunt. vt infra. Oro vt supra. Ad ix. Añe. Fatue autem sapientibus dixerunt,date nobis de oleo vestro,quia lampades nostre extinguuntur. ℟. Tunc surrexerunt. ℣. Omnes virgines ille. ℟. Et ornauerunt lampades suas. ℣. Omnes. ℟. Gloria patri. ℟. Tunc. ℟. Adducentur regi. vt supꝝ. z oro.

℔ In

¶ In ij. vesper. prima. Ańa. Media nocte. ij. Laud. Psal. Dixit dominus. fo. 68. ij. Ańa. Prudentes. ij. Laudū. Psal. Laudate pueri. fo. 68. iij. Ańa. Tunc surrexerunt ij. Laud. Psal. Ętatus sum. fo. 70. iij. Ańa. Fatue autem. vt supra ad ix. Psal. Nisi dñs ędificā. fo. 72. v. Ańa. Virginum chori, v. Laud. Ō. Memēto dñe Dauid. fo. 71. Capitulum, vt supra. In duplicibus tā iam. Ańa. vj. Adducentur regi virgines dño, posti eā proxime eius afferētur tibi in letitia. Hymn. & v. vt in j. vesp. In duplicibus. Ad Magnif. Ańa. vt in primis vesper. In simplicibus, pro cōmemor. Ańa. Quinque prudentes virgines acceperunt oleū in vasis suis cum lāpadibus, media autem nocte clamor factus est: Ecce sponsus venit exite obuiam ei. Oratio vt supra. In duplicibus ad Cōpletorium, vt heri.

¶ In natali continentium. Si fuerit festum duplex, ad vesper. super psal. Ańa. Inuenta bona margarita vēdit omnia sua, & comparauit eam. Psal. feriales, & si fuerit nouem lectionum incipiatur a capitulo.

Capitulum.

Mulierem fortem, quis proinueniet? Procul, et de vltimis finibus pretium eius, confidit in ea cor viri sui, et spolijs nō indigebit, reddet ei bonum, & non malum omnibus diebus vitę suę. ℟. Deo gratias. ℣. Regnum mundi. vt supra, in oblatio vnius virginis post vltimam lectionem. Pro. 31 ca. 31

Hymnus.

IEsus ab ore omnium,
Collaudetur fidelium,
Qui fecit mentem fęminę,
Constantem in certamine.
Honorauit miraculis
Eam, nam a periculis
Multos saluauit dñs,
Huius beatę precibus.
Hanc oremus suppliciter,
Vt nos iuuet salubriter,
Ne damnemur cū impijs,
Nos in aduentu iudicis.
Presta pater ingenite,
Jesu cū sancto pneumate,
Vt eius sanctis meritis,
Cęli fruamur gaudijs. Amen. ℣. Adiuuabit eā Deus vultu suo. ℟. Deus in medio eius non commouebitur.

¶ Ad Magnif. Ańa. Veni sponsa Christi, accipe coronam quam tibi dominus preparauit in eternum.

Oratio.

TOtorum corda fidelium, Deus miserator illustra, et beate. R. precibus gloriosis, fac nos prospera mundi despicere, et cœlesti semper consolatione gaudere. Per Dominum.

℣ In Natuti. Inuita. Laudemus Deum nostrum. ℣. In confessione beate. R. Psal. Venite exultemus. fol. 1.

Hymnus.

QUum sydus emicuit
Error vetus conticuit,
Nouo splendore rutilat.
Plebs nouas laudes tubis
In cui⁹nūc præconia, (lat.
Linguam soluat ecclesia,
Nouam præconijs gloriam,
Promat sperando veniam.
O ies solennis agitur,
Dies salutis colitur,
In quo spes quę promittit,
Hac attestante redditur,
O sancta Dei famula,
Cœlo regnans per sęcula,
Apud Deum nūc veniam,
Nobis poscas, et gratiam.
Præsta pr ingenite. vt sup.

℣ In 1. noctur. Ant. O quā pulchra est casta generatio, cum claritate. Psal. O ne dns noster. fol. 3. Ant. Leua eius sub capite meo et dextera illius amplexabitur me. Psal. Cœli enarrāt. fol. 8. Ant. Reuertere reuertere Sulamitis, reuertere reuertere, vt intueamur te. Psal. O si est terra. fo. 14. ℣. Diffusa est gratia. vt in officio vnius virginis. Pater noster.

Sermo Ambrosij. Lect. 1.

BEne accidit fratres, vt quoniam tribus libris superioribus de virginum laudibus deseruimus: viduarum tractatus incideret. Nec enim inhonoras debuimus præterire, et a virginum præconio separare, quas apostolica sententia, cum virginibus copulauit, iuxta quod scriptum est, et mulier inupta, et virgo cogitat quę sunt Domini, vt sit sancta corpore, et spiritu Tu autem. Sex prima Responsoria de cōmuni vnius virginis. Lectio 1.

QUodam modo enim magisterium virginitatis, viduarum valescit exemplis, quę cum viro castum cubile custodiunt, documento virginibus sunt integritatem Deo esse seruādam. Et propemodum nō inferioris virtutis est eo abstinere coniugio, quod aliquando delectauerit: quā coniugij oblectamenta nescire. Tu autem.

Lectio ij.

IN vtroque fortes, vt eas, & coniungij nõ pẽ niteat, cui fidem seruent, et coniugalia oblectamenta non alligent, ne videantur infirmę quę sibi adesse non possunt. Tu autem.

¶ In iij. noctur. Ańa. Specie tua, et pulchritudine tua, intende prospere, procede, et regna. Psã. Eructauit. fo. 25. Ańa. Adiuuabit eã Deꝰ vultu suo. Deꝰ in medio eiꝰ nõ cõmouebitur. Psal. Deus noster. fol. 25. Ańa. Simile est regnum celorum homini negociatori querenti bonas margaritas, inuenta vna pretiosa margarita dedit omnia sua, et comparauit eam. Psal. Magnus dominus. fol. 26. ℣. Specie tua. vt supra in officio vniꝰ virginis. Pater noster. Lectio iiij.

IN hac ipsa tamen virtute premia sunt reposita libertatis, mulier enim vincta est quanto tempore vir eius viuit, quod si dormierit vir eius libera est, cui vult nubat, tantum in domino. Beatior autẽ erit si sic permanserit, secũdum meum consilium dico, puto enim quod et ego spiritum Dei habeam. Tu autem.

Lectio v.

EVidenter igitur expressit apostolus, quid interesset, cum aliam vinctam esse dixerit, aliã beatiorem esse memorauerit. Idq; nõ tam ex suo iudicio quam diuini spiritus docuit infusione depromptum, vt celestis ista non humana sententia videretur. Tu autem.

Lectio vj.

QVid vero illud, quod temporibus iis quibꝰ fames omne genus vrgebat humanum, Elias ad viduam destinatus est: et vide quemadmodum propria singulis gratia reseruetur. Angelus ad virginem, prophera ad viduam. Adde, quod Gabriel ille, hic Elias: vt ex angelorum, & prophetarum numero prestantissimi principes videantur electi. Tu autem.

¶ In iij. noctu. Ańa. Nigra sum, sed formosa filie Hierusalem, ideo dilexit me rex, et introduxit me in cubiculum suum. Psal. Cãtate. ſ. fo. 46 Ańa. Unguẽtum effusum nomen tuum, ideo adolescentule dilexerũt te nimis. ℣. Dominus regnauit, exul. fol. 46. Ańa. Veni sponsa Christi, accipe coronam quam tibi dñs preparauit in eternũ.

Ps. Cātate. ij. fo. 48. ℟. Adiuuabit eā Deꝰ vultu suo. ℣. Deus in medio eius non commouebitur. Pater noster. Lectio sancti euangelij secundum Matthæum.

Lectio vij.

c.13. IN illo tempore, dixit Jesus discipulis suis, parabolam hāc. Simile est regnum cælorum thesauro abscondito in agro. Et reliqua. Homilia beati Hieronymi presbyteri, ex commentariis.

THesaurus iste in quo sunt thesauri sapiētię, ⁊ sciētię abscōditi, aut Dei verbū est, qui in carne Christi videtur abscōditus, aut sanctę scripturę, in quibus reposita est notitia saluatoris, quem cū quis in eis inuenerit, debet omnia istius mundi emolumenta cōtemnere, vt illum possit habere quem reperit. Tu autē. ℟. Ornatam monilibus filiā Hierusalem, dñs concupiuit. ℣. Et videntes eā filie Sion beatissimam predicauerunt, dicētes, vnguentum effusum nomen tuum. ℟. Omnis gloria eius filie regis ab intus infimbriis aureis circumamicta varietate. ℣. Et videntes.

Lectio viij.

QVod autem sequitur, quem cum inuenerit homo abscondit, idcirco dicitur, non quod hoc de inuidia faciat, sed quod timore seruantis, ⁊ nolentis perdere, abscondat in corde suo, quē pristinis prętulit facultatibus. Tu autem. ℟. Induit me dñs vestimento salutis, ⁊ indumento iustitie circumdedit me. ℣. Et tanquam sponsam decorauit me corona. ℟. Tradidit auribus meis inestimabiles margaritas, ⁊ circundedit me vernantibus, atque coruscantibus gemmis. ℣. Et tanquā. Lectio ix.

ITerū simile est regnū cælorum homini negociatori quęrenti bonas margaritas. Bonę margaritę quasquerit institor, lex, et prophętę sunt. Audi Marcion, audi Manichęe, bonę margaritę sunt lex, et prophętę, ⁊ notitia veteris instrumenti. Una autē est pretiosissima margarita, scientia saluatoris, ⁊ sacramentum passionis illius, et resurrectionis arcanum. Tu autem. ℟. Audi filia ⁊ vide, ⁊ inclina aurem tuam, et obliuiscere domū patris tui, quia concupiuit rex speciem tuam. ℣. Quoniam ipse est dominus

Deus

Deus tuus. ℣. Induet me dominus vestimento salutis, ℟ indumento iustitie circundabit me. ℣. Quoniã. ℣. Gloria patri. ℣. Quoniam. ℟. Deum laudamus. ℣. Specie tua, et pulchritudine tua. ℟. Intende prospere, procede, et regna.

¶ In laud. Añia. Dum esset rex in accubitu suo nardus mea dedit odorem suauitatis Psal. Laud. Dñical. Añia. In odorem vnguentorum tuorum curremus, adolescentule dilexerunt nimis. Añia. Iam enim hyems trãsijt, imber abijt, ℟ recessit. Añia. Veni electa mea, et ponam in te thronum meum, quia concupiuit rex speciem tuam. Añia. Inuenta bona margarita dedit omnia sua, ℟ comparauit eam. Capitulum, Hymn. ℟ ℣. vt supra in vesper.

¶ Ad Benedict. Añia. Simile est regnum celorum sagene misse in mare, ℟ ex omni genere piscium congreganti, quam cum impleta esset educentes, ℟ secus litus sedentes elegerunt bonos in vasa sua, malos autem foras miserũt. Oratio vt supra.

¶ Per horas diei Añę lau. ¶ Ad Tertiam, Sextam, et ix. Capitulũ, vt supra, resp. et vers. de communi vnius virginis. Oratio vt supra.

¶ In ij. vespe. Añę laudum psal. de communi vnius virginis, Capitulum, vt supra. Alleluya. ℣. Veni sponsa Christi. vt in cõmuni vnius virginis, Hymn. et ℣. sicut in primis vesper.

¶ Ad Magn. Añia. Inuenta bona margarita, dedit omnia sua, et comparauit eam. Oratio, vt in primis vespe.

¶ Incipit officiũ cõmune sanctorũ occurrentiũ tẽpore paschali, vbi non assignatur proprũ, vel eius parte. Circa quod nota sequẽtia.

¶ Primo. Tẽpus paschale, siue resurrectionis dicitur a die sancto paschę, vsq; ad primas vesperas Trinitatis exclusiuę.

¶ Secundo, omnia necessaria in festiuitatibus occurrentibus infra tempus paschale, quę hic non specificantur sumuntur de communi alterius temporis secundum qualitatem festorum, siue apostolorum, siue martyrum. etc. Prout requirit sanctus, vel sancta de quibus celebratur.

¶ Tertio, in omnib⁹ quę ex cõi alterius temporis assumũtur. Vbi locus exposcit semper

semper addendum est in fine **Alla.** Sed versi. Matutinales, resp. & versi. per horas diei, & benedicamus domino dicuntur in fine cum duplici **Alleluya.**

¶ Nota preterea, quod in festis de quibus agitur per resurrectionem. Dicuntur tres lectiones tantum, quãuis in kalẽdario plures adscripte sint, eritq; prima lectio euangelium, cum prima de expositione eius. In alijs duabus legitur tota hystoria festi. Si non habuerit propria legenda, dicentur tria de expositione euangelij.

¶ Ad vesp. super psa. Añe. **Alla, alla, alla, alla, alla, alla.** Psal. feria. Capim.

Sap. 5. Stabũt iusti in magna constantia, aduersus eos qui se angustiauerunt, & abstulerunt labores eorũ. ℣. **Deo gratias.** ℟. **Lux perpetua.** vt infra post ij. lect. cum gloria patri. Hymn. et ℣s. de communi alterius tẽporis prout fuerit festum.

¶ Ad Magnific. Añe. **Filie Hierusalem, venite, & videte martyrem cum corona, qua coronauit eam dominus, in die solẽnitatis, & letitie. Alla, alleluya.** Oratio propria de festo, vel in alio communi.

¶ Ad Completo. Añe. **Lux perpetua.** ℣. Laud. Ad Hũc dimittis. Añe. **Sancti, et iusti.** iij. Laud. Oratio. **Ut isti quesumus dñe.** vt in Cõpletorio. fol. 79. c. 15.

¶ Ad Matu. Inuita. **Alla.** **In sanctis gloriosus est Deus.** Venite adoremus, alleluya. Ps. **Venite exul.** fo. i. Hymnus, vt in communi alterius temporis.

¶ Tres psal. dicũtur, prout fuerit festũ. Videlicet apostolorum martyrum, vnius martyris, confessorum, vel virginum. Et in die Dñica si de festo agitur, & in feria iij. & feria v. dicũtur psalmi primi noctur. cum ℣s. ipsius noctur. In feria iij. & feria vj. dicuntur psal. iij. noctur. de alio communi cum suo ℣s. & in feria iiij. & sabbato, dicuntur psal. iij. noctu. cũ suo ℣s. vt prenotata sunt in alijs communibus.

¶ In noctur. Añe. **Stabũt iusti in magna constantia, aduersus eos qui se angustiauerunt. Alla.** Psal. **Q.** Añe. **Ecce quomodo cõputati sunt, inter filios Dei, et inter sanctos sors illorum est. Alleluya.** Psal. **Q.** Añe. **In velamento clamabũt sancti tui**

dñe.

dñe. Alla,alla,alla. ℣. N. ℟. N. Pater noster.

Lectio sancti euangelij secundum Joannem.

Lectio j.

c.15. IN illo tempore, dixit Jesus discipulis suis. Ego sum vitis vera,et pater meus agricola est. Et reliqua. Homilia beati Augustini episcopi.

ISte locus euangelicꝰ fratres, vbi se dñs dicit vitem,ꝛ discipulos suos palmites, secundum hoc dicit,quod est caput ecclesię, nosque membra eius, mediatoꝛ Dei ꝛ hominũ,homo Christus Jesus. Vniꝰ quippe naturę sunt vitis, ꝛ palmites, propter quod cum esset Deus,cuius naturę nõ sumus, factus est homo vt in illo esset vitis humana natura, cuius ꝛ nos homines palmites esse possemꝰ. Tu autem. ℟. Pretiosa in cõspectu domini,alleluya. ℣. Mors sanctorum eius,alleluya. ℟. Custodit dominus omnia ossa eorum,vnum ex eis non conteretur. ℣. Mors. Hoc ℟. sentiet. Pretiosa in cõspectu domini. dicatur tantum in festiuitatibus plurimorum martyrum, in aliis vero festiuitatibus loco illius dicitur sequens. ℟. Beatus vir qui metuit dominum, alleluya. ℣. In mandatis eius cupit nimis. Alleluya,alleluya, alleluya. ℣. Gloria, ꝛ diuitie in domo eius, et iustitia eius manet in seculũ seculi. ℣. In mandatis. Lectio ij.

QUid est ergo ego sum vitis vera? Nunquid addens vera,hoc ad eandẽ vitẽ retulit, vnde ista similitudo trãslata est? Sic enim dicitur vitis per similitudinem, nõ per proprietatem, quemadmodũ dicitur ouis, agnus,leo,petra,lapis angularis,ꝛ cętera huiusmodi,quę magis ipsa sunt vera,ex quibus dicuntur istę similitudines,non proprietates,sed cũ dicit, ego sum vitis vera,ab illa vtique se discernit, cui dicitur, quomodo conuersa es in amaritudinem vitis alienę? Hã quo pacto est vitis vera, quę expectata est vt faceret vuas,fecit autẽ spinas. Tu autẽ. ℟. Lux perpetua lucebit sanctis tuis domine. ℣. Et eternitas temporum, alleluya,alleluya. ℣. Letitia sempiterna super capita eorũ, gaudium, et letitiam obtinebunt. ℣. Et eternitas.

Lectio iij.

Ego

EGo sum inquit vitis vera, ⁊ pater meus agricola est, omnem palmitem in me non ferentem fructum tollet eum, et omnem qui fert fructum purgabit eum, vt fructum plus afferat. Nunquid vnum sunt vitis, ⁊ agricola? Secundum hoc ergo Christus vitis, secundum quod ait, pater maior me est. Secūdum id autem quod ait, ego et pater vnum sumus, ⁊ ipse agricola est, nec talis quales sunt qui extrinsecus operando exhibēt ministerium, sed talis vt det etiam intrinsecus incrementum. Nam neque qui plantat est aliquid, neq; qui rigat, sed qui incrementum dat Deus. Tu autem. ℟. Filie Hierusalem venite ⁊ videte martyrem cum corona, qua coronauit eum dñs. ℣. In die solennitatis, et letitie, alla, alla. ℣. Quoniam cō fortauit seras portarum tuarum benedixit filijs tuis inte. ℣. In die. ℣. Gloria patri. ℣. In die. ℣ e Deum laud. ℣. de cōmu. vnde fuerit festū.

¶ In laud. Aña. In celestibus regnis sanctorum habitatio est, alleluya. Et in eternū requies eorum, alla. Psalm. Laud. Dominicalis. Aña. Sancti tui domine, florebunt sicut lilium, alleluya. Et sicut odor balsami, erunt ante te, alleluya. Aña. Sancti, et iusti in domino gaudete, alleluya. Vos elegit Deus in hereditatem sibi, alleluya. Aña. Spiritus, et anime iustorum hymnum dicite Deo nostro, alleluya, alleluya. Aña. Lux perpetua lucebit sanctis tuis domine, et eternitas temporum, alleluya. Capitulum. ℣ tabunt iusti. vt supra. Hymn. et ℣. de alio cōmuni prout fuerit festum.

¶ Ad Benedict. Aña. In ciuitate Dei resonāt organa sanctorum, alleluya. Et angeli decantant hymnum, ante sedem Dei, alleluya. Oratio de festo aut de alio communi.

¶ Per horas dici Aña. Ad ix. Aña. Lux perpetua lucebit. v. Laud, Ad omnes horas Capitulū. vt supra. ℟. et ℣. vt in alio cōmuni. Oratio vt supra.

¶ In ij. vesp. Aña laud. psal. de cōmu. prout fuerit festū. Capitulū, vt supra. Si fuerit festū duplex dicitur. Alla: ℣. Confitebuntur celi mirabilia tua dñe, ⁊ veritatē tuam in ecclesia sanctorum. Hymnus, ⁊ ℣. vt in primis vesp.

¶ Ad Magnificat. Aña. In ciuitate

uitate domini clara resonant iugiter organa sanctorū, alla. Ibi cinamomum, ⁊ balsamum odor suauissim⁹ qui ante Deū pertinet, ibi angeli, ⁊ archangeli hymnum nouum decantāt ante sedē Dei, alla, alla, alla, Oratio vt supra.

¶ In officio cōmemorationis beati Jacobi Tebedęi apli, quod in feria v. per totum annum recitatur, vide regulā generalē, in j. vespe. Capitulum. Fratres iam non estis hospites. vt in cōmuni apostolorū. fo543 ℟. Sācte Jacobe. vt in festo Julij. post vj. lect. fo436 Hym. Exultet cęlū. vt in cōmuni ℣. Ora pro nobis beate Jacobe. ℟. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

¶ Ad Magn. Ant. O beate Jacobe omnium corde ore voce cantande, o patrone singularis amabilis, intercede pro nobis ad dñm. Oro.

BEati apostoli tui Jacobi, nos dñe quęsum⁹ continua oratione custodi, vt eiusdem suffragantibus meritis ecclesia dirigatur, quo patrono, ⁊ principe gloriatur. Per Dominum.

Fiat cōmemoratio de festo dicti, deinde de festo currēti ⁊ cōmemo. consuete. fo.

¶ Ad Copietor. Et hunc dimittis. Ant, vt in predicto festo. fol.447.

¶ Ad Matut. Jnuitato. vt in dicto festo. Hymn. Aeterna Christi munera. vt in communi. fol545 dicatur vnus tantum noctur.

¶ In noctur. Ant. psal. ⁊ vt in primo noctur. predicti festi. Lectio j.

Lectio sancti euangelij secundum Matthęum.

IN illo tēpore, accessit ad dominū Jesum, mater filiorum Tebedęi cum filijs suis, adorans, ⁊ petens aliquid ab eo. Et reliqua. c.20.

Homilia sancti Joannis Chrysostomi.

AUdiamus hęc, ⁊ intelligamus nos Christiani, vt quādo aliquid petim⁹ a Deo, ⁊ nō impetramus, nō frāgatur fiducia nostra, nec cadat spes nra a Deo, vt de cętero desperemus de misericordia eius, quia nec fratrū istorū fracta est fiducia, aut cecidit spes, cū nō impetrasset. Quid enim, si nō expedit nobis accipere quod petimus, sicut nec illis expediebat? quanuis autem putas te spiritualem rem petere secundum Deum, et dignam impetratione, tamen

tamen si nõ impetraueris, grauiter ferre non debes, nam Jacobus, et Joannes spiritualem, z dignam Deo se petere existimabãt, tamẽ reprobata est petitio eorũ, z inutilis iudicata. Tu aũt. ℟. Apostolus Christi Jacobus. vt in dicto festo post primam lectionem.

¶ Alię duę vltimę lectio. dicantur de miraculis sancti Jacobi infra positę, z sic in qualibet feria quinta, quando agitur de cõmemo. sancti Jacobi, eas prosequẽdo vsque dum finiantur, z sic dicũtur per totum annum, exceptis diebus annotatis in regula generali.

¶ Incipit miraculum sancti Jacobi Zebedęi apostoli contra Sarracenos.

¶ Alia feria v. Lect. ij.

FEcerunt igitur in antiquis temporibus, circa destructionem Hispanię a Sarracenis factam, Rege Roderico regnante, quidam nostri antecessores pigri, negligentes, desides, et inertes Christianorum principes, quorum vtique fidelibus non sunt facta imitanda. Tu autem. ℟. Discipulus domini apostolus. vt in festo post quintam lectionem.

Lectio iij.

HI (quod relatione non est dignum) ne Sarracenorum infestationibus in quietarentur, constituerũt eis nefandos redditus de se annuatim persoluendos, centũ videlicet puellas excellẽtissimę pulchritudinis, quinquaginta de nobilibus Hispanię, quinquaginta vero de plebe. Tu autem. ℟. Sancte Jacobe. vt in dicto festo post vj. lectionem.

¶ Alia feria v. Lect. ij.

PRoh dolor, z exemplũ posteris non obseruandum pro pactione pacis tẽporalis, z transitorię tradebatur Christianitas captiua luxurię Sarracenorum explendę. Tu autem. ℟. vt supra post ij. lectionem.

Lectio iij.

PRincipum semine nos producti, ex quo Dei misericordia regni suscepimus gubernaculum, diuina inspirante benignitate prędicta nostrę gentis opprobria cogitauimus abolere: ac de tam digna cogitatione perficienda cõmunicauimus consiliũ, primo archiepiscopis, z episcopis, abbatibus, z religiosis viris, post modum vero vniuersis nostri

stri regni principibus. Tu autem. ℟. vt supra.

¶ Alia feria.v. Lect.ij.

HAccepto tādem sano, & salubri consilio, dedimꝰ apud Legionem legē populis, & posuimus cōsuetudines per vniuersas nostri regni prouincias obseruandas, deinde vniuersi nostri regni principibus edictum commune dedimus, quatenus quosq; tam nobiles, quam ignobiles, tā milites, quā pedites ab extremi nostri regni finibus euocarent, & vsque ad constitutū diē facerent, vt in expeditionem essent congregati. Tu autem. ℟. vt supra.

Lectio iij.

HArchiepiscopos, & episcopos, abbates, religiosos viros vt interessent rogauimus, quatinus eorū orationibus nostrorum augmentaretur per Dei misericordiam fortitudo. Tu autem. ℟. vt supra.

¶ Alia feria.v. Lect.ij.

QOmpletum est itaq; imperium nostrum, et relictis ad excolendas terras tātummodo debilibus, & ad bellandum minus idoneis: congregati sunt in expeditione cęteri, non de nostro imperio sicut solent inutti, sed Deo ducente per Dei amorem spōtanei. Tu aūt. ℟. vt supra. Lect.iij.

QVm his ego rex Ramamirus, de misericordia Dei potius, quam de gētis nostrę multitudine confidens, peragratis interiacentibus Tiris iter vnum exercitus direxi in Nagerā, ac deinde declinaui in locū qui nūcupatur Aluela. Tu autem. ℟. vt supra.

¶ Alia feria.v. Lect.ij.

ITerim ante Sarracenī nostrum aduentum, fama prędicone; cognoscentes, omnes citra marini in vnū congregati sunt. Trāsmarinis, & per literas, & nūtios insuū auxilium conuocatis, inuaserūt nos in multitudine graui, et in manu valida. Tu autem. ℟. vt supra. Lectio iij.

QVid plura? Quod sine lachrymis non recordamur, peccatis exigentibus, multis ex nostris corruētibus percussi, & vulnerati versi fuimus in fugā, & cōfusi peruenimus in collem qui Clauigio nuncupatur, ac ibi in vna mola congregati, totam fere noctem in lachrymis, & orationibus

consumpsimus ignorantes ex toto, quid in die essemus acturi. Tu autē. ℟. vt supē.

℣lia feria v. Lect. iij.

INterea somnus arripuit me regē Ranamirum cogitantē multa in auxilium de periculo nostrę gentis Christianę. Sāctus Jacobus Hispanorum protector, corporali specie mihi se presentare dignatus est. Quem cum interrogassem cum admiratione quisnam esset, apostolus Dei, beatum Jacobum se esse cōfessus est. Tu autem. ℟. vt supra.

Lectio iij.

QUmque ad hoc verbum vltra quam dici potest, obstupuissem. Beatus apostolus ait. Nūquid ignorabas, quod dominus meus Jesus Christus alias prouincias alijs fratribus meis apostolis distribuens, totam Hispaniam meę tutelę per sortem deputasset, ⁊ meę cōmisisset protectioni, ⁊ manu propria manum meam astringens confortare, inquit, et esto robustus, ego enim ero tibi in auxilium, et mane superabis in manu Dei Sarracenorum, a quibus es obsessus innumerabilem multitudinem. Multi tamē ex tuis quibus iam parata est ęterna requies, sunt instanti pugna pro Christi nomine martyrij corōnam suscepturi, et ne per hoc detur locus dubitationi, ⁊ vos, ⁊ Sarraceni videbitis me constanter in albo equo, dealbata veste grandi specie, maximum vexillum album deferētem. Tu autem. ℟. vt supra.

℣lia feria v. Lect. iij.

SUmmo igitur mane facta peccatorum vestrorum confessione, accepta pęnitentia, celebratis Missis, et accepta dominici corporis, ⁊ sanguinis cōmunione, armata manu, ne dubitetis euadere Sarracenorū acies, inuocato nomine Dei, ⁊ meo, pro certo enim noueritis eos esse in ore gladij ruituros. Tu autem. ℟. vt supra.

Lectio iij.

ET his dictis euanuit a conspectu meo visu desiderabilis Dei apostolus. Ego autem pro tanta, et tali visione vehementer somno excitatus, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, ⁊ religiosis viris seorsum vocatis quicquid mihi fuerat

fuerat reuelatum cum lachrymis, et singultibus, et nimia contritione cordis, eodē ordine propalaui. Tu autem. ℣. vt supra.

℣ Alia feria v. Lect. iij.

Illi ergo orationi prouoluti, Deo, et apostolo pro tam admirabili consolatione gratias egerunt innumerabiles, deinde rem administrare, prout nobis fuerat reuelatū, festinarūt. Armata itaque, et ordinata nostrorum acie, venimus cum Sarracenis in pugnā, et beatus Jacobus Dei apostolus apparuit sicut promiserat vtrisq; instigando, et in pugnam animando nostrorum aciem, Sarracenorum vero turbas impediendo, et diuerberando. Quod quam cito nobis apparuit, cognouimus visum, apostoli promissionem esse cōpletam, et de tam preclara visione exhilarati, nomen Dei, et apostoli in magnis vocib⁹, et nimio cordis affectu inuocauimus dicentes. Adiuua nos sancte Jacobe, quę quidem inuocatio ibi tūc post prolata profecto fuit per Hispaniam, per Dei gratiā non in vanum. Tu autem. ℣. vt supra. Lectio iij.

Q Onamque die corrue runt circiter septuaginta millia Sarracenorū. Tunc etiam eorum euersis munitionibus eos insequēdo, ciuitatē Taleforam cepimus, et Christianę religioni subiecimus. Tantum igitur apostoli miraculū post inopinatam victoriam considerantes, deliberauimus statuere patrono, et protectori nostro beatissimo Jacobo donum aliquod in perpetuum permāsurum. Statuimus ergo per totam Hispaniam, ac vniuersibus partibus Hispanorū, quascunque Deus sub apostoli Jacobi nomine dignaretur a Sarracenis liberare, iussimus obseruandum. Tu autem. ℣. vt supra.

℣ Alia feria v. Lect. iij.

Q Vatenus de [illegible]mo quoq; iugo boū singulę mensurę de meliori fruge ad modum primitiarum, et de vino similiter ad victum canonicorū in ecclesia beati Jacobi commorantium annuatim ministris eiusdē ecclesię in perpetuum persoluerentur. Tu autem. ℣. vt supra. Lectio iij.

Q Onceſſimus etiam, et similiter cōfirmamus

in perpetuum, quod Christiani per totam Hispaniã in singulis expeditionibus de eo quod a Sarracenis acquisiuerint ad mensurã portionis vni⁹ milititis glorioso patrono nostro Hispaniarum protectori beato Jacobo fideliter attribuant. Tu aũt. ℟. vt supra.

℣ In feria. v. Lect. ij.

HAec omnia donatiua vota, et oblationes sicut superius diximus, per iuramentũ nos omnes Christiani Hispanię promisim⁹ annuatim ecclesię beati Jacobi, ꝛ damus pro nobis, et successoribus nostris canonice in perpetuum obseruãda. Tu autem. ℟. vt supra.

Lectio vi.

QEtim⁹ ergo pater omnipotens ęterne Deus. quãtinus, intercedentibus meritis beati Jacobi, ne me mineris iniquitatum nostrarum, sed sola misericordia tua nobis prosit indignis, ea quę ad honorem tuum beato Jacobo apostolo tuo dedimus, ꝛ offerimus de eis quę per te, ꝛ ipso opitulante acquisiuim⁹, nobis ꝛ successoribus nostris proficiãt ad remedium animarum, et per eius intercessionẽ nos recipere digneris cum electis tuis in ęterna tabernacula. Qui in trinitate perfecta viuis, ꝛ regnas in sęcula sęculorum. Amen. Tu autẽ. ℟. vt supra. ℣ Deũ laudamus. fol. 9. ℟. Constitues eos principes. In laudibus Ant̃, psal. vt in prędicto festo. Capitulum, Hymn. ꝛ ℟. vt supra in vesper.

℣ Ad Benedi. Ant̃. O quã ta sanctitate, ꝛ gratia, beatus Jacobus refulget in celis. Qui virtute Dei tanta miracula agit in terris, null⁹ enim est qui enarrare queat quanta beneficia tribuit petẽtibus se toto corde. Oratio. Deus qui beati apostoli tui Jacobi. vt supra. Fiat cõmemo. de festo currenti, deinde commemorationes consuete.

℣ Per horas diei Ant̃ę laudum, Capitulum, ad omnes horas vt supra. Resp. ꝛ ℣. vt in communi apostolorũ. Oratio vt supra.

℣ In ij. vesper. Ant̃, laudũ, psal. de apostolis. Post benedicamus, fiat cõmemor. beati Jacobi per Ant̃. O venerande Christi apostole Jacobe propagator Dei plorum preceptorum, plebis tue vota suscipe, ac pro nobis apud dominum intercedere dignare.

℟ Fiat

℣. et oratio vt in j. vespe.

¶ Officium beatę Marię quod dicitur in ij. iij. et iiij. Sabba. Aduẽtus nisi in eis occurrat aliquod festum duplex, aut aliqua octaua, vel vigilia natalis domini.

¶ Ad primas vesp. Capitulum. ℟. Hymn. z ℣. vt in j. vesp. Festi beatę Marię de ✠ fo. 297 Ad Magn. Ańa Spiritus sanctus in te descẽdet Maria, ne timeas habebis in vtero filiũ Dei. Alia. Oratio. Deus qui de beatę Marię. vt in dicto offi. fol 297 Fiat commemoratio de festo diei. Deinde de festo currenti, z cõme. cõsuete. fo. 584

¶ Ad Complet. Et Nunc dimittis. Ańę, vt in dicto festo de ✠. Ad Matut. Inuitatorio. Hymn. Ańa. psal. ℟. vt in ij. nocturno. eiusdem festi.

Lectio sancti euangelij secundum Lucam.

ca. 1. In illo tẽpore. Missus est angelus Gabriel a Deo, in ciuitatem Galileę, cui nomẽ Nazareth: ad virginem desponsatã viro cui nomen erat Joseph, de domo Dauid, z nomẽ virginis Maria, Et reliq. Ex beato Bernardo super missus est.

Quę est virgo tam venerabilis, vt salutetur ab angelo, tã humilis, vt de sponsata sit fabro? pulchra permixtio virginitatis, et humilitatis, nec mediocriter placet Deo illa anima in qua, z humilitas cõmendat virginitatem, z virginitas exornat humilitatem. Tu autẽ ℟. Missus est. vt in dicto offitio post j. lectio.

Lectio ij.

Sed quanta putas veneratione digna est, in qua humilitatem exaltat fęcunditas, et partus consecrat virginitatem? Audis virginem, audis humilem, si non potes virginitatem humilis, imitare humilitatem virginis, laudabilis virtus virginitas, sed magis necessaria humilitas. Tu autem. ℟. Aue Maria. vt in predicto officio post ij. lectio.

Lectio iij.

Respexit humilitatem ancillę suę Deus, potius quam virginitatem. Et si placuit ex virginitate, tamen ex humilitate cõcepit, vnde constat quia etiam vt placeret virginitas, humilitas pculdubio fecit. Quid dicis virgo superba? Maria virginem se oblita, gloriaturve humilitate z tu negligendo humilitatem, blã

dixis tibi de virginitate? Tu autem. ℟. Quomodo in me fiet hoc: vt in dicto officio, post tertiam lectio. Te Deum laudamus. ℣. Beatā me dicent omnes generationes. ℟. Quia.

¶In laudi. Añę pſal. Capitulum, ℣ Hymnus, et ℣. vt in dicto officio de ℣.

¶Ad Benedict. Aña. Quomodo fiet iſtud angele Dei? Quia virum in concipiendo non pertuli? Audi Maria virgo, ſpiritus ſanctus ſuperueniet in te, ℣ virt⁹ Altiſſimi obumbrabit tibi. Oratio. ℣ e⁹ qui de beatę Marię. vt in dicto officio. Fiat cōmemoratio feſti currētis, deinde cōmemorationes conſuetę.

¶Per horas dici Añę lau.

¶Ad ij. vj. ℣ ix. Capitulum ℣. et ℣. vt in dicto feſto de ℣. Oratio ad omnes horas, vt ſupra.

¶In ij. veſper. Añę laudū, pſal. de beata virgine. Poſt Benedicamus, commemoratio beatę Marię. Aña, ℣, ℣ oratio, vt in primis veſp.

¶Cętę minores beatę Marię dicende per totum aduētum vſque ad primas veſp. beatę Marię de ℣. excluſiue niſi in duplicibus, ℣ in octa octaua cōceptionis eiuſdem, ℣ in ſabbatis, quando de ea fit officium. Quę incipiuntur a Completorio Sabbati ante primam Dominicam aduentu Dñi.

¶Ad Completor. Aña. Ex quo facta eſt vox ſalutationis tue in auribus meis, exultauit infans in vtero meo, Alleluya. Pſal. ℣ ſque quo domine. fol. 5. ℣ udica me Deus. fol. 15. ℣ epe expugnauerūt me. fol. 72. ℣ omine non eſt exaltatū. fol. 72. Capitulum.

Ecce virgo concipiet, ℣ pariet filium, ℣ vocabitur nomē eius Emanuel, butyrum, ℣ mel comedet, vt ſciat reprobare malum, et eligere bonum. ℟. Deo gratias. Hymn. ℣ irgo ſingularis. vt in Hymno. ℣ ue maris ſtella. fo. 375. ℟. Spiritus ſanctus ſuperueniet in te. ℟. Et virtus Altiſſimi obumbrabit tibi. Ad Nunc dimittis. Aña. Ecce ancilla dñi, fiat mihi ſecundum verbum tuum. Oratio.

Gratiam tuam quęſumus dñe, mentibus noſtris infunde, vt qui angelo nuntiante Chriſti filij tui incarnationem cognouimus, per paſſionem eius, et crucem, ad reſurrectionis gloriam

riã perducamur. Per eundem Dominum nostrum Jesum Christum filium tuum, qui tecũ viuit, et regnat, in vnitate spiritus sancti Deꝰ Per omnia. ℣. Dominus, vobiscum. ℟. Et cum spiritu ℣. Benedicamꝰ dño. ℟. Deo. ¶ Ad Matut. Inuitat. Aue Maria gratia plena, dominus tecum. ℣. Benedicta tu in mulieribus. Psal. Venite exultemus. fol. 1. Hymn. Quẽ terra pontus. fol. 57.

¶ Die Dominica. Feria iij. et v. in noctur. Aña. Missus est Gabriel angelus, ad Mariam virginem desponsatã Joseph. Psal. Domine dñs noster. fol. 3. Qui enarrãt. fo. 8. Domini est terra. fo. 14. ℣. Spiritus sanctus superueniet in te. ℟. Et virtus altissimi obumbrabit tibi. Pater noster. Et ne nos inducas. ℟. Sed libera nos a malo. ℣. Ora pro nobis sancta Dei genitrix. ℟. Ut digni efficiamur promissionibus Christi. Ad primã lectio. Tube domine benedicere. ℟. Sancta Dei genitrix, sit nobis auxiliatrix. Amẽ. Ad ij. lectio. Tube domine benedicere. ℟. Sancta Maria virgo virginũ intercedat pro nobis ad suum filiũ. Amẽ. Ad iij. lect. Tube dñe. ℟. Sancte Marie intercessio fiat peccatorũ nostrorum remissio. Amen.

¶ Feria iij. et vj. In noctur. Aña. Ne timeas Maria inuenisti gratiam apud Dominum. Ecce concipies, et paries filium, alleluya. Psal. Exultauit. fol. 25. Deus noster refugium. fol. 25. Fundamẽta eius. fol. 44. ℣. Spiritus sanctus. vt supra. Pater noster. ℣. Sancta Dei genitrix. Virgo semper Maria. ℟. Intercede pro nobis ad dominum Deum nostrum. Ad j. lectio. Tube domne benedicere. ℟. Virginis filius sit nobis pius, et propitius. Amen. Ad ij. lectionẽ. Tube domne benedicere. ℟. Deleat nostra crimina, qui natus es de virgine Maria. Amen. Ad iij. lect. Tube dñe. ℟. Castitatem mentis, et corporis, tribuat nobis filius Marie virginis. Amen.

¶ Feria iij. et sabbato, in noctu. Aña. Dabit ei dñs, sedẽ Dauid pris eiꝰ, et regnabit in domo Jacob in eternũ. Psal. Quãtate. fo. 46. Dñs regi exult. fol. 46. Quãtate. ij. fo. 48. ℣. Spiritus sanctus. vt supra. Pr nr. ℟. Speciosa facta es, et suauis. ℟. In delitijs tuis sancta Dei genitrix

Ad j. lectio. Jube dñe. ℟. Nos cum prole pia benedicat virgo Maria. Amen. Ad ij. lectio. Jube dñe. ℟. Stella Maria maris nos culpis mundet, ⁊ moris. Ad iij. lect. Jube dñe. ℟. Nos ad regna patris ducat Christus prece matris. Amen.

Lectio j.

Esai. ca. 7 Locutus est dominus ad Achaz dicens, pete tibi signū a dño Deo tuo in profundum inferni, siue in excelsum supra, et dixit Achaz: non petam, ⁊ nō tentabo dominū. Et dixit. Audite ergo dom⁹ David. Nū quid parum vobis est molestos esse hominib⁹, quia molesti estis, ⁊ Deo meo? Propter hoc dabit dominus ipse vobis signum. Ecce virgo concipiet, ⁊ pariet filiū, ⁊ vocabitur nomē ei⁹ Emanuel, butyrum, ⁊ mel comedet, vt sciat reprobare malum, ⁊ eligere bonū. Tu aūt. ℟. Missus est Gabriel angelus ad Mariam virginem desponsatam Joseph. Nuntians ei verbum, ⁊ expauescit virgo de lumine, ne timeas Maria, inuenisti gratiā apud Dominum. Ecce concipies, ⁊ paries. ℣. Et vocabitur Altissimi filius. ℟. Dabit ei dñs Deus sedē David patris ei⁹, ⁊ regnabit in domo Jacob in eternum. ℣. Et vocabitur.

Lectio ij.

Esai. c. 11. Egredietur virga de radice Jesse, ⁊ flos de radice eius ascender, ⁊ requiescet super eum spiritus dñi, spiritus sapientię, ⁊ intellectus, spiritus consilij, ⁊ fortitudinis, spiritus scientię, ⁊ pietatis, ⁊ replebit eū spiritus timoris dñi. Tu aūt. ℟. Aue Maria, gratia plena ℣. Dñs tecum. ℟. Benedicta tu inter mulieres, ⁊ benedictus fructus ventris tui. ℣. Dñs tecum.

Lectio iij.

Esai. c. 11. Non secundum visionē oculorum iudicabit, nec secundum auditum aurium arguet, sed iudicabit cum iustitia pauperes, ⁊ arguet in equitate pro māsuetis terrę, ⁊ percutiet terrā virga oris sui, et spiritu labiorum suorum interficiet impium, ⁊ erit iustitia cinguli lumborum eius, ⁊ fides cinctorium renū eius. Tu autem. ℟. Quomodo in me fiet hoc, quoniam virum non cognosco, dixit angelus ad Mariā, spiritus sanctus in te descendet, ⁊ virtus Altissimi obumbrabit tibi. ℣. Et quod nascetur ex te sanctum vocabitur filius Dei. ℟. Ne timeas

Maria

Maria, inueniſti gratiã apud dñm. ℣. Et quod. ℟. Gloria pri. ℣. Et quod. ℟. Egredietur virga de radice Jeſſe. ℣. Et flos de radice eius aſcẽdet. ℭ Ru laud. Ãna. Prophete predicauerunt naſci ſaluatorẽ de virgine Maria. Pſal. Laud. Dominicalis, Capitulum, vt ſupra. Hymnus. O gloriosa dña. fol. ℟ v ℟. Rorate celi deſuper, & nubes pluant iuſtum. ℣. Aperiatur terra, & germinet ſaluatorem. Ad Benedi. Ãna. vt in precedenti officio. Oro.

O Eus, qui de beatę Marię virginis vtero, verbum tuum angelo annũtiãte carnẽ ſuſcipere voluiſti, preſta ſupplicibus tuis, vt qui vere eam Dei genitricem credimus, eius apud te interceſſionib⁹ adiuuemur. Per eundem.

Ad primam. Hymnus.

Emẽto ſalutis auctor
Quod nri quodã cor
Ex illibata virgine, (poris
Naſcẽdo formã ſumpſeris.
Maria mater gratię
Mater miſericordię,
Tu nos ab hoſte protege,
Et hora mortis ſuſcipe.
Gloria tibi domine,
Qui natus es de virgine
Cum patre, & ſancto ſpiritu
In ſempiterna ſęcula. Amẽ
Ãna. Beata es Maria que credidiſti, perficientur in te, ea que dicta ſunt tibi a dño, alla. Pſ. Deus in nomine tuo. fol. 58. Confitemini dño. fol. 51. Laudate dñm omnes gentes. fol. 70. Capitulũ, vt ſupra. ℟. Aue Maria gratia plena. ℣. Dñs tecũ ℣. Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus vẽtris tui. ℣. Dñs. ℟. Gloria patri. ℟. Aue Maria. ℣. Spiritus ſanctus. vt infra. Oratio vt ſupra.

ℭ Ad iij. Hymn. Memẽto ſalutis auctor. vt ſupra. Ãna. Beatam me dicent omnes generationes quia ancillam humilem reſpexit Deus. Pſal. Ad dominum cum tribularer. fol. 70. Leua oculos meos. fol. 70. Letat⁹ ſum. fo. 70. Capitulum, vt ſupra. ℟. Spiritus ſanctus. ℣. Superueniet in te. ℟. Et virtus Altiſſimi obumbrabit tibi. ℣. Super. ℟. Gloria patri. ℟. Spiritus ſanctus. ℣. Angelus domini. ℟. infra. Oratio vt ſupra.

ℭ Ad vj. Hymnus. Memento. vt ſupra. Ãna. Dabit ei dñs ſedẽ Dauid patris eius, & regnabit in eternum. Pſ. Ad te leuaui. fol. 71. Diſi

quia dñs. fol. 71. Qui cõfidunt in dño. fol. 71. Capitulum. vt supra. ℟. Angelus domini. ℣. Nuntiauit Marie. ℟. Et concepit de spiritu sancto. ℣. Nuntiauit. ℟. Gloria patri. ℟. Angelus dñi. ℣. Spiritus sanctus in te descēdet. vt infra. ℣ o vt supra. Ad ix. Hymn. Memento: vt supra. Ańa. Antequã conuenirent inuenta est Maria, habẽs in vtero de spiritu sancto, alleluya. Psal. In conuertendo. fol. 71. Dixit dominꝰ. 71. fo. Beati omnes. fol. 72. Capitulum, vt supra. ℟. Spiritus sanctus. ℣. In te descender Maria. ℟. Ne timeas habebis in vtero filium Dei. ℣. Ante. ℟. Gloria patri. ℟. Spiritus sanctus. ℣. Roraste cęli desuper. vt in laudi. Oratio vt sup.

¶ Ad vesper. Ańa. Missus est Gabriel angelus ad Mariam virginem desponsatam Joseph Psal. Dixit dominus. fol. 68. Laudate pueri. fol 68. Letatus sum. fol. 70. Nisi dominus. fol. 71. Lauda Hierusalē. fol. 77. Capitulum. vt supra. Hymn. Aue maris stella. fol. 78 ℟. Angelus domini nuntiab it Marie. ℣. Et concepit de spiritu sancto.

¶ Ad Magni. Ańa. Spiritus sanctus in te descēdet Maria, ne timeas habebis in vtero filium Dei, alla. Oratio. Deus qui, vt supra.

¶ Ad Completor. vt supra.

¶ Officiū beatę Marię virginis, quod recitatur in sabbatis ab octaua epiphanię exclusiue, vsq; ad purificationē eiusdē virginis exclusiue, nisi in eis occurrat aliquod festū duplex, quod dicitur tempore infantię.

¶ In j. vespe. Capitm.

Ad Tit. ca. 3.

Apparuit benignitas et humanitas saluatoris nri Dei, nō ex operibus iustitię quę fecimus nos, sed secundū suā misericordiam saluos nos fecit. ℟. Deo. ℟. Continetin gremio. vt infra post iij. lect. Hymn.

O Omꝰ pudici pectoris
Templū repēte fit Deo
Intacta nescius virum
Verbo concepit filium.
Enixa est puerpera
Quem Gabriel prędixerat
Quem matris aluo gestiēs
Clausus Joannes senserat.
Maria mater gratię
Mater misericordię
Tu nos ab hoste protege
Et hora mortis suscipe.
Gloria tibi domine,
Qui natus es de virgine

Cum

Cum patre, ꝛ sancto spiritu In sempiterna ſęcula. Amē

Hęc duobus versiculis concludūtur ympni ad omnes horas, quando fit officium manus beatę Marię. ℣. Benedictus qui venit in nomine domini. ℟. Deus dominus, et illuxit nobis.

℣ Ad Magnif. Añia. Gaudeamus omnes fideles, saluator noster natus est in mūdo, hodie processit proles magnifici generis, ꝛ perseverat pudor virginitatis. Oratio.

DEus qui salutis ęterne, beatę Marię virginitate fęcunda, humano generi pręmia pręstitisti, tribue quęsum⁹, vt ipsam pro nobis intercedere sentiam⁹ per quā meruimus auctorē vitę suscipere, dñm nostrū Jesum Christū filium tuū, qui tecum viuit, ꝛ regnat.

Fiat cōmemo. de festo diei, ꝛ de festo occurrēti, deinde cōmemorationes consuere.

¶ Ad Cōpleto. Añia. Virgo hodie fidelis, ꝛ si verbum genuit incarnatum, virgo mānsit, ꝛ post partum, quam laudantes omnes dicimus, benedicta tu in mulieribus. Psal. Cum inuocarem. fol. 78. cum alijs sequentibus. Ad Nūc dimit. Añia. Virgo verbo cōcepit, virgo permānsit, virgo peperit regē omnū regū. Oratio. Illumina quęsumus domine. fol.

℣ Ad Matu. Jnui. Christū natum dñm. p. Venite adoremus. Psal. Venite. fol. Hym. Oīm⁹ pudici. vt supdicatur tantū vnus noctu. Añia. Exultabūt omnia ligna siluarū, ante faciem dñi, quoniam venit. Psal. Cantate ſ. fol 46 Añia. Ecce iā venit plenitudo temporis in quo misit Deus filium suū in terris, natum de virgine, alleluya. Psal. Dñs regnauit, exult, fol. 46. Añia. In tacta virgo Deū nobis genuit teneris indutum mēbris quē lactare meruit, omnes ipsum adorem⁹ qui venit saluare nos. Psal. Estate. ij. fol. 48. ℣. Parvulus natus est nobis: ℟. Et filius datus est nobis. Pater noster. Lectio ſ.

Lectio sancti euangelij secundum Lucam.

In illo tempore pastores loquebantur ad inuicem dicentes trāseamus vsque ad Bethlehem, et videamus hoc verbum quod factum est, quod fecit dominus, et ostendit nobis. Et reliqua. Homilia sancti Joannis Chrysostomi. ca. 2.

Maria

MAria autem conserua bat omnia verba hęc cõferẽs in corde suo. Quid vult hoc quod dicit conferens? debuit dicere ponẽs in corde suo. Debuit dicere considerabat in corde suo, & notabat sibi. Aliquid dicit conferens in corde suo. Tu autem. ℟. O regem celi cui talia famulantur obsequia, in stabulo ponitur qui continet mundum. ℣. Jacet in presepio, & in nubibus tonat. ℟. Ipse est sub quo curuantur cardines terreq; tremuit omnis militia celorum. ℣. Jacet

Lectio ij.

QUoniam sancta erat, et sanctas scripturas legerat, et sciebat prophetas, recordabatur quod angelus Gabriel sibi dixerat, illa quę dicta sunt in prophetis. Cum his videbat conferẽs in corde suo si staret, spiritus sanctus superueniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi, propterea quod nascetur de te sanctum vocabitur filius Dei. Tu autem. ℟. Nescíens mater virgo virum peperit sine dolore salutem seculorum. ℣. Ipsum regem angelorum, sola virgo lactabat vbere de celo pleno. ℟. Domus pudici pectoris, templum repente fit Deo, in tacta nescíens virum verbo cõcepit filium. ℣. Ipsum.

Lectio iij.

HOc Gabriel dixerat. Prędixerat Esaias. Ecce virgo concipiet, & pariet. Hoc legerat, illud audierat, videbat iacentẽ puerũ, videbat in presepio puerum vagientem, iacentem Dei filium: suum filium, vnũ filium videbat iacentem, et conferebat quę audierat, quęq; legerat, cum his quę videbat. Quia illa conferebat in corde suo, & nos tractemus in corde nostro. Tu autem. ℟. Continet in gremio celum terrãq; regentem, virgo Dei genitrix. ℣. Quem enixa est numine plena, Eternumque vita fernans sine labe pudorem. ℟. Virgo Dei genitrix, quem totus non capit orbis, in tua se clausit viscera factus homo. ℣. Quẽ enixa. ℟. Gloria patri. ℣. Quẽ enixa. ℟. Deũ laudamus.

℟. Dies sanctificatus illuxit nobis. ℣. Venite gentes, et adorate Dominum.

℣. In laud. Ant. & psal. vt in circumcisione Dñi, Caplm vs. supra. Hymn. Enixa est puerpera. vt in hymn. Domus pudici. In vespe. fo. 577. ℟.

℣. Notum fecit dominus salutare suum. ℟. Ante conspectum gentium revelauit iustitiã suam. Ad Benedi. Ãña. Genuitpuerpera regem cuius nomẽ eternum, sic gaudia matris habens, cum virginitatis honore, nec primam similem visa est, nec habere sequentem. Oratio. ☩ eus qui salutis ęternę. vt supra. Fiat cõme. de festo currenti, deinde cõmemor. consuete.

¶ Per horas diei Ãñę lau. ¶ Ad iij. vj. z ix. ℟. et ℣. vt in sequenti officio. Oratio. ☩ eus qui salutis ęternę. vt supra.

¶ Iniſ. vesper. Ãñę. laudũ, psal. de beata virgine. Post Benedicamus. Fiat cõme. beatę Marię. Ãña. ℣. z oratio vt in primis vesper.

¶ Note minores beatę Marię virginis, quę dicũtur ab octaua epiphanię excluſiue, vsque ad purificationẽ eiusdem virginis, nisi in duplicibus. Ad Matu. Inuit. et Hymn. vt in precedenti officio. ¶ Die Dominica. Feria iij. z v. in noctur. Ãña. In sole posuit tabernaculum suum, z ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo. Psalm. ☩ ie Dñs noster. fol. 3 ¶ ęli enarrant. fo. 8. ☩ ñi est terra. fo. 14. ℟. Benedictus qui venit in nomine dñi. ℣. Deus dñs, z illuxit nobis. Pater nr̃. Feria iij. z vj. in noctur. Ãña. Speciosus forma pre filijs hominum diffusa est gratia in labijs tuis Ps. ☩ ructa. fol. 25. ☩ eus noster refugiũ. fo. 25. ☩ fundamenta. fo. 44. ℣. vt supra. Feria iij. et Sabbato in noct. Ãña. Exultabunt omnia ligna syluarũ ante faciem dñi quoniã venit. Psal. ¶ ãtate. j. fol. 46. ☩ ñs regnauit, exul. fo. 46. ¶ antate. ij. fol. 48. ℣. vt supra.

¶ ℣. z benedic. vt in officio minorũ ad ductus. Lect. j.

Apparuit gratia Dei saluatoris nostri, omnibus hominibus, erudiẽs nos, vt abnegantes impietatem, z sęcularia desideria sobrie, z iuste, z pie viuamꝰ in hoc sęculo. Expectãtes beatam spem, et aduentum glorię magni Dei, z saluatoris nostri Jesu Christi. Tu autem. ℟. vt in precedenti officio. Lect. ij. Pau. ad Tit. 2.

Multipharię multisq; modis olim Deus loquens patribus in prophetis, nouissime diebus istis locutus est nobis in filio, quem constituit hęredẽ vniuersorum, Ad Heb. ca. 1

uersorum, per quem fecit, ꝛ sęcula. Tu autem.

Lectio vij.

Luc. 2. PAstores loquebantur ad inuicem dicentes. Transeamus vsq; in Bethleem, ꝛ videamus hoc verbum, quod factū est, quod fecit dominus, et ostendit nobis. Et venerūt festinantes, ꝛ inueneruut Mariam, ꝛ Joseph, et infantem positum in pręsepio. Tu autem. ℣. Dies sanctificatus. vt in precedenti officio.

℣ In laudi. Asia. O admirabile comertium creator generis humani, animatū corpus sumęs de virgine nasci dignatus est, et procedens homo sine semine largitus est nobis suam deitatem. Psal. Laud. Dominicalium, Capitulū, Hymnus, ꝛ ℣. vt in precedenti officio.

℣ Ad Benedict. Asia. Mirabile misterium declaratur, hodie innouantur nature, Deus homo factus est, id quod fuit permansit, ꝛ quod nō erat assumpsit, non commistionē passus, nec diuisionem. Oratio. O eus qui salutis ęternę. vt in precedenti officio. Et dicetur per omnes horas. Ad primā, Hymnus. ℳ emēto salutis author. fo. 575. Asia. Quando natus est ineffabiliter de virgine, tunc implete sunt scripture, sicut pluuia in vellus descēdisti, vt saluum faceres genus humanū. Te laudamus Deus noster. Psal. vt in prima, in horis mnozibus aduentus. Capitulum, vt supra. ℟. Uerbum carō factum est. p. Et habitauit in nobis. ℣. Et vidimus gloriam eius, gloriā quasi vnigeniti a patre. p. Et habitauit. ℣. Gloria patri. ℟. Uerbum caro factum est. ℟. Puer natus est nobis. ℟. Et filius datus est nobis. Ad ij. Dominus. ℳ emēto salutis. Asia. Rubum quem viderat Moyses incombustum, conseruatam agnouimus tuam laudabilem virginitatem Deigentrix intercede pro nobis. psal. vt in tertia aduentus. Capitulum. ℟. ꝛ ℣. et oratio, vt in precedenti officio.

℣ Ad vj. Hymnus. ℳ emento salutis. vt supra. Asia. Germinauit radix Jesse, orta est stella ex Jacob, virgo peperit saluatorem. Te laudamus Deus noster. Psal. vt in vj. in horis mnozibus aduentus. fol. 575. Capitulum. ℟. ℣. et oratio. vt in precedenti officio. Ad ix. Hymnus. ℳ emento salutis. Asia.

Ecce

Ecce Maria genuit nobis salvatorem, quem Joannes videns, exclamauit dicens, Ecce Agnus Dei, Ecce qui tollit peccata mundi, alleluya. Psalm. vt in nona in horis minoribus aduentus, Capitulum. ℟. ℣. et oratio, vt in precedenti officio.

¶ Ad vespe. Ant. **Nesciens mater virgo virum peperit sine dolore saluatorem seculorum, ipsum regem angelorũ sola virgo lactabat, vbere de celo pleno.** Psalm. de beata Maria, Capitulum, Hymnus. ℣. Ant. Ad Magnific. et oratio, vt in precedenti officio. ¶ Ad Completor. Ant. vt in precedenti officio. Psal. vt in Completor. in horis minoribus aduentus. fol. 573. Capitulum, vt supra. Hymnus. **Nixa est puerpera.** vt in Hymn. **Vo mus pudici.** fol. 575. vt supra. ℣. Ant. Ad Nunc dimittis vt in precedẽti offi.

¶ Incipit officium beatę Marię virginis, quod recitabitur omnibus Sabbatis in quibus non occurrat festum duplex, nec octaua, a purificatione eiusdem virginis exclusiue, vsq; ad Dominicam in passione exclusiue, et ab octaua Corporis Christi exclusiue, vsque ad primam Dominicam aduentus Domini, exclusiue.

¶ In j. vesper. Capitu.

BEata es Maria quę Dñm portasti creatorem mundi, genuisti qui te fecit, et in eternum permanes virgo. ℟. Deo gratias. ℣. Post partum virgo. cum Gloria patri. vt infrà post primam lectio.

Hymnus.

AVe maris stella,
Dei mater alma,
Atque semper virgo,
Felix cęli porta.
Sumens illud aue
Gabrielis ore,
Funda nos in pace,
Mutans Euę nomen.
Solue vincla reis,
Profer lumen cęcis:
Mala nostra pelle,
Bona cuncta posce.
Monstra te esse matrem,
Sumat per te preces
Qui pro nobis natus
Tulit esse tuus.
Virgo singularis,
Inter omnes mitis,
Nos culpis solutos,
Mites fac, et castos.
Vitam præsta puram
Inter para tutum,
Vt videntes Jesum,
Semper collętemur.

Sit

Sit laus Deo patri,
Summo Christo decus
Spiritui sancto,
Tribus honor vnus. Amē.

℣. Elegit eam Deus, et prę elegit eam. ℟. Habitare eā fecit, in tabernaculo suo.

¶ Ad Magn. Ant. Descendi in hortum meum, vt viderem poma conuallium, & inspicerem, si floruissent vinee, et germinassent mala punica reuertere, reuertere, Sulamitis, reuertere, reuertere, vt intueamur te. Oratio.

Concede nos famulos tuos quęsumus domine Deus perpetua mentis, & corporis sanitate gaudere, & gloriosa beatę Marię semper virginis intercessione a presenti liberari tristitia, & eterna perfrui lętitia. Per Dominum.

Fiat cōmemo. de festo diei e de festo currenti, deinde cōmemorationes cōsuetę.

¶ Ad Completo. Ant. Sancta Dei genitrix virgo semper Maria, intercede pro nobis ad dominum Deum nostrum. Psal. Cum inuocarē. fol. 78. Cum aliis sequentibus Ad Hunc dimit. Ant. Sub tuum presidium confugimus sancta Dei genitrix, nostras deprecationes, ne despicias in necessitatibus, sed a periculis cunctis libera nos semper virgo benedicta. Ora. Illumina quęsumus dne. fo.

¶ Ad Matut. Inuitat. Regem virginis filium. ℣. Venite adoremus. Psal. Venite exultemus. fo. I. Hymn.

Quem terra, pontus ęthera.
Colunt, adorant prędicant
Trinam regētem machinā
Claustrum Marię baiulat.

Cui luna sol, & omnia
Deseruiunt per tempora,
Perfusa cęli gratia
Gestant puelle viscera.

Beata mater munere,
Cuius supernus artifex,
Mundū pugillo continēs,
Vetris sub arca clausus est.

Beata cęli nuntio,
Fecunda sancto spiritu,
Desideratus gentibus
Cuius per aluum fusus est.

O maria mater gratię
Mater misericordię,
Tu nos ab hoste protege,
Et hora mortis suscipe.

Gloria tibi domine,
Qui natus es de virgine
Cum patre & sancto spiritu
In sempiterna sęcula. Amē

His duabus versiculis concluduntur hymni ad omnes horas, quando officium matutinum fuerit de beata virgine,

Ad

z in eius festi, z octauis nisi in Epiphania. ℟ Quemadmodum stella. ℣ Virgo tantum dicatur nocturn. Ant. Pulchra es, z decora filia Hierusalem, terribilis vt castrorum acies ordinata. Psal. ℭ antate. i. fol. 46. Ant. In odorem vnguentorum tuorum curremus, adolescentule dilexerunt te nimis. Psal. ℑ ominus regnauit, exult. fo. 46. Ant. Laude Maria virgo cunctas hereses sola interemisti in vniuerso mũdo. Psal. ℭ antate. ii. fol. 48. Psal. Adiuuabit eã Deus vultu suo. ℣ Deus in medio eius non cõmouebitur. Pater noster. Et ne nos.

Lectio j.

Lectio sancti euangelij secundum Lucam.

ca. 1 IN illo tempore: Exurgens Maria, abijt in montana cum festinatione in ciuitatẽ Juda. Et intrauit in domũ Zacharię, z salutauit Elisabeth. Et reliq. Homilia venerabilis Bedę presbyteri.

LEctio quam audiuimus sancti euangelij z redemptionis nostrę nobis semper veneranda primordia prędicat, z salutaria semper imitandę humilitatis remedia cõmendat. Nam quia peste superbię attractum genus humanum perierat, decebat, vt medicamentum humilitatis quo sanaretur prima mox incipientis salutis tẽpora prętenderent. Et quia per temeritatẽ seductę mulieris, mors in mundum introierat, congruum fuit, vt indicium vitę reuertentis, mulieres se deuotę humilitatis inuicem, ac pietatis pręuenirent obsequijs. Tu autẽ. ℣ Post partum virgo. ℟ Inuiolata permansisti. Psal. Dei genitrix intercede pro nobis. ℟ Inuiolata.

ℭAllę duę vltimę lectiones sumantur de infra positis quolibet Sabbato quãdo recitatur officium matutinum beatę virginis Marię decantur duę, easq; prosequẽdo, vsque dum finiantur. Bernardus de laude virginis Marię. Lectio ij.

O Alma virgo Maria, tanto cunctis angelorum spiritibus, omnibusq; electorum animabus, in cõspectu Dñi Dei nostri gloriosior, quanto ab ipso merutisti fieri beatior, obsecramus lachrymosis suspirijs, vt nunc ad gemitum nostri mœroris aurem inclines ma

gnifica pietatis. Et nos si quidem peccatores pro innumerabilibus delictis infernale supplicium meruimus, vbi nullatenus penitẽtię datur locus. Quoniam quidem aliquando fidẽ dño nostro promisimus, sed male viuendo hactenus mentiti sumus. Tu autẽ. ℟. Candida virginitas paradisi cara colonis, arctus cõclusus florẽti cespite vernans. ℣. Cui merito mundus celebrat preconia totus. ℣. Que meruisti dñm, pro generare sunm. Ipsa suo nato nos reddat floꝛida virgo. ℣. Cui.

Lectio iij.

SUrge beata Maria misericoꝛditer actura pro nobis, surge, amplecte re vestigia redemptoꝛis, da preces pro nobis, quib⁹ cernis esse offensos oculos conditoꝛis, cęcos coꝛdium oculos terge, atque semitã iustitię ostende, oꝛãdo a nobis vitia subtrahe, atque sancta plantaria virtutum nobis insere. Impetra cursum, qui consequitur supernum bꝛauium. Tu autem. ℟. Aue festiua ferculi Salomonis conuiua regis aurea transcendens trieliia, pro agni occisione martyꝛ purpurea mente. ℣. pro gratia benedictionis argenteis suffulta columnis. ℣. Monte Libano magis candida virgo, o quam terribilis in oꝛdine charitatis transis, per medias Hierusalem filias. ℣. pro gratia. ℣. Gloria patri. ℣. pro gratia.

Alio sabbato. Lect. iij.

O Sacratissima virgo Maria, q nos quia credimus quod virgo mater sis Dei, credẽdo sentiamus quod pro nobis deprecaris, iuxta petentium vota impetrata assequaris. Et quia nos confitemur te Deũ peperisse, q hominem: gaudeamus per te nobis aduenisse salutem. Tu autẽ. ℟. vt supꝛ. Idem Bernardus, de laude virginis Marię.

Lectio iij.

SAcrosanctam venerabilis Dei genitricis Marię memoriam cõgrue diuinis laudibus catholica frequentat ecclesia, quia eius sine intermissione salutari indiget auxilio. Hã reuerentia quę matri defertur, illi etiam, qui talem fecit, vt virgo, q mater esset, exhibetur. Tu autẽ. ℟. vt supꝛ.

Alio sabbato.

Lectio iij.

O pere-

O Pereprętium quippe est, vt intentis celebrę tur laudibus in terris, cui officiosissimę angeli famulantur in cęlis. Nam, et si eam ille pręcipuus Gabriel humiliter salutauit in terris, quanto magis super cęlis exaltatam, et vt ita dicam in throno Dei collocatam, nunc cum sanctis omnibus honorat laudibus dignissimis. Tu autem. ℟. vt supra. Lectio iij.

Hęc sola, cui nulla virgo potest comparari, quia tanta est, vt quanta sit non possit enarrari. Hanc sancti expectabant patriarchę, hanc sancti prędicebāt prophetę, omnesque quos spiritus sanctus attigerat optabant videre. Tu autem. ℟. vt supra.

Alio sabbato. Lectio ij.

Hęc tanta, sanctaq; regia virgo digno exigit venerari prędicio, cuius constat mundus salsatus suffragio. Hęc inquam est fenestra cęli, aurora solis ęterni, ianua paradisi, et veri arca propitiatorij. Hęc est ergo Domina regum, decus mulierum, gemma virginum, lux sęculorū, congratulatio angelorum, consolatio miserorum, refugium peccatorum, omniū que prędparatio credentiū. Tu autem. ℟. vt supra.

Lectio iij.

Quidquid ergo boni mundus habet, ab illa habet ex qua salutis nostrę initium manat. Hęc nobis suis semper subuenire dignetur pijs, sacrisq; precib', vt a vitijs purificatos omnibus, secum consedere, et exultare donet in cęlestibus, quę filium suum, immo dominum nostrum ex intemeratis protulit visceribus qui viuit & regnat Deus per infinita sęculorum sęcula. Amen. Tu autem. ℟. vt supra. Te Deum laudamus.

℣. Sancta Maria mater Christi. ℟. Intercede pro nobis ad dominum Deum nostrum.

¶ In laudib. Ant. Beata es Maria que credidisti, perficientur in te, que dicta sunt tibi a domino, alleluya. Ps. Dñs regna. decozē. fo. 10. Ant. Beatam me dicent omnes generationes, quia ancillam humilem respexit Deus. Ps. Iubilate Deo. fo. 10. Ant. Speciosa facta es, et suauis in delicijs tuis sancta Dei genitrix. Psalmus. Deus Deus meus. fo. 10.

Ańa. Antequā conuenirent, inuenta est Maria, habens in vtero de spiritu sancto, alla. Canti. B enedicite. fol. 11. Ańa. Ex quo facta est vox salutationis tue in auribus meis exultauit in gaudio infans in vtero meo, alla. Psal. L audate dominū de cęlis. fol. 11. Capitulum.

Ecclī. 24. EGo quasi vitis fructificaui suauitatem odoris, & flores mei fructus honoris, & honestatis. ℟. Deo gratias. Hymnus.

O Gloriosa Dominą,
Excelsa supra sydera,
Qui te creauit prouide,
Lactasti sacro vbere.
Q uod Eua tristis abstulit
Tu reddis almo germine,
Intrent vt astra flebiles
Cęli fenestra facta es.
V u regis alti ianua,
Et porta lucis fulgida,
Vitam datam per virginē,
Gētes redēptę plaudite.
M aria mater gratię, vt supō
G loria tibi dńe. vt supra.

℣. Benedicta tu in mulieribus. ℟. Et benedictus fructus ventris tui.

CAd Benedict. Ańa. Beata Dei genitrix Maria virgo perpetua, templum domini, sacrarium spiritus sancti, sola sine exemplo placuisti femina Jesu Christo. Ora pro populo interuenī pro clero, intercede pro deuoto femineo sexu. Oratio. C oncede nos famulos tuos. vt in vesper. Fiat cōmemoratio de festo currenti, deinde cōme. consuetę.

CVesper horas diei Ańę laudum, Ad iiij. vj. & ix. Capitulum. C go quasi. vt in laud.

CAd iij. ℟. Ora pro nobis. ℣. Sancta Dei genitrix. ℣. Ut digni efficiamur promissionibus Christi. ℣. Sancta. ℣. Gloria patri. ℟. Ora pro nobis. ℣. Sancta Dei genitrix. vt infra. Oratio vt supō.

CAd vj. ℟. Sancta Dei genitrix. ℣. Virgo semper Maria. ℣. Intercede pro nobis ad dominum Deum nostrum. ℣. Virgo. ℣. Gloria patri. ℟. Sācta Dei genitrix. ℣. Speciosa. vt infrā. Oō vt supō.

CAd ix. ℟. Speciosa facta es. ℣. Et suauis. ℣. In delitijs tuis sancta Dei genitrix. ℣. Et suauis. ℟. Gloria patri. ℟. Speciosa. ℣. Post partū virgo inuiolata permansisti. ℟. Dei genitrix intercede pro nobis. Oratio vt supra.

CIn ij. vesper. Ańę laudū, psal. de beata virgine. Post benedicamus. Fiat cōmemoratio beatę Marię. Ańa. Sācta Maria virginum pissima,

ma,

ma, suscipe vota seruulorum assidua, lapsos erige, errãtes corrige, trementes corrobora, pusillanimes confortа, vt tibi semper referamus laudes, quam Dei summi colimꝰ genitricem. ℣. et oratio. vt in primis vesper.

¶ Horę minores beatę Marię virginis, qui dicũtur omnibus diebus post purificationẽ eiusdem virginis vsq; ad nonam in Sabbato ante Dominicam in passione, et a octaua Corporis Christi exclusiue, vsque ad vesperas in Sabbato ante dominicam primam aduẽtus dñi nisi in duplicibꝰ, vel aliqua octaua vel in Sabbatis in quibus de ea fit maius offi.

¶ Ad Matut. Inui. Hymn. vt in precedenti officio, die Dominica. Feria ij. et v. in noctur. Ant. Benedicta tu in mulieribus, et benedictus fructus ventris tui. Psalm. Dñe dominus noster. fol. 3. Celi enarrant. fol. 8. Dñi est terra. fol. 14. ℣. Diffusa est gratia in labijs tuis. ℟. Propterea benedixit te Deus in eternum. Pater noster. ℣. et benedictiones, vt in officio beatę Marię in aduentu domini. Feria iij. et vj. in noctur. Ant. Specie tua, et pulchritudine tua, intende prospere, procede, et regna. Psal. Exurgat Deus. fol. 25. Deus noster refugium. fol. 25. Fundamẽta eius. fol. 44. ℣. vt sup. Pater nr̃. Feria iiij. et Sabbato in noctur. Ant. Pulchra es, et decora filia Hierusalem, terribilis vt castrorum acies ordinata. Psal. Cantate. j. fol. 40. Dominus regnauit exultet. fol. 46. Cãtate. ij. fol. 48. ℣. vt sup. Pater noster. ℣. et benedictiones vt in minore officio, ad aduentus Domini.

Lectio j.

In omnibus requiem quęsiui, et in hereditate Dominimorabor. Tunc precepit, et dixit mihi creator omnium, et qui creauit me, requieuit in tabernaculo meo, et dixit mihi. In Jacob inhabita, et in Jsrael hereditare, et in electis meis mitte radices. Tu autem. ℟. Deo gratias. ℟. Sancta et immaculata virginitas quibus te laudibus efferam nescio. ℣. Quis quem celi capere non poterant, tuo gremio cõtulisti. ℟. Benedicta tu in mulieribus, et benedictus fructꝰ ventris tui. ℣. Quia. Eccl. 24.

Lectio ij.

DEus qui virginalem aulā beatę Marię in qua habitares eligere dignatus es, da quęsumus vt tua nos defensione munitos, iocundos facias tuę interesse commemorationi. Qui viuis, ℣ regnas.

℣ Ad ix. Hymn. Memento salutis auctor, fo. 57 Ant. Pulchra es, ℣ decora filia Hierusalem, terribilis vt castrorū acies ordinata. Psalm. vt in ix. in minori officio aduentus. fol. 573. Capitulum.

Ibi-dem. QVasi cedrus exaltata sum in libano, ℣ quasi cypressus in monte Sion, quasi palma exaltata sum in Cades, et quasi plātatio rosę in Jerico. ℟. Deo gratias. ℟. Speciosa facta es. ℣. Et suauis. ℟. Inuelitijs tuis sancta Dei genitrix. ℟. Et suauis. ℟. Gloria patri. ℟. Speciosa. ℟. Post partū virgo inuiolata permansisti. ℟. Dei genitrix intercede pro nobis. Oratio.

HAmulorū tuorum quę sumꝰ domine delictis ignosce vt qui tibi placere de actibus nostris non valemus, genitricis filij tui domini nostri Jesu Christi intercessione saluemur. per eundem dominum.

℣ Ad vesper. Ant. Beata mater, ℣ innupta virgo gloriosa regina mūdi, intercede pro nobis ad dominum. Psalm. de beata virgine. Capitulū Hymnus, et ℟. vt in precedenti officio.

℣ Ad Magnif. Ant. Virgo Maria non est tibi similis nata in mundo inter mulieres, flores vt rosa, oles sicut lilium, Ora pro nobis sancta Dei genitrix Oratio.

QVoncede nos famulos tuos (quęsumus dne Deus) perpetua mentis, et corporis sanitate gaudere, ℣ gloriosa beatę Marię semper virginis intercessione a presenti liberari tristitia, et eterna perfrui lętitia. Per Christum dnm nostrum.

℣ Ad Completo. Ant. Sancta Dei genitrix virgo semper Maria intercede pro nobis ad dnm. Psal. vt in officio minori aduentus. fo. 573. Capitulum.

SIcut cinamomum, et balsamū aromatizās odorem dedi quasi myrrha electa dedi suauitatē odoris. ℟. Deo gratias. Hym. Virgo singularis. ℟. Elegit eam Deus. Ad Hunc diem. Ant. Sub tuum presidium confugimus sancta Dei Ibi-dem.

genit-

genitrix, nostras deprecationes ne despicias in necessitatibus, sed a periculis cunctis libera nos semper virgo benedicta. Oratio.

Concede quęsum⁹ omnipotēs ⁊ misericors Deus fragilitati nostrę pręsidium, vt qui sanctę Dei genitricis, et virginis Marię memoriam agimus, intercessionis eius auxilio, a nostris iniquitatibus resurgamus. Per eundem.

¶ Officium beatę Marię virginis, quod recitabitur, in omnibus sabbatis, a primo sabbato post Dominicā in albis, vsq; ad sabbatū ante Dominicam Trinitatis, nisi in eis occurrat aliquod festum duplex, vel octaua, seu vigilia Pētecostes. Omnia dicantur de officio beatę Marię vt in sabbatis a purificatione vsque ad Dominicam in passione prętera hic expressa.

¶ Et nota quod Asię ⁊ responsoria maiores finiūtur cum simplici, alla. Sed versiculi Matutinales responsoria, ⁊ versiculi, per horas diei, ⁊ benedicamus domino dicuntur in fine cum duplici, alla. Sabbato in primis vesper. Capitulum, ⁊ responsoria, vt in prędicto officio. Hymnus.

Qui astę parētis viscera,
Pęna torquentur aspera,
Dū Jesum quē cōceperat,
Sic cruciari viderat.

Illum ligant crudeliter
Lędunt, cruentant acriter
Hęc audientes anxię
Matris crescunt angustię

Qui dū ad mortē ducitur,
Hūc mater tristis sequitur
Pect⁹ perfundens fletib⁹
Nimis furens verberibus,

In crucem dum extēditur
Videns mater eū, moritur,
Nullus dolor amarior,
Nam nulla prole charior,

Cruentant vultū virginis,
Guttę fluentis sanguinis,
Dum staret sub supplicio,
Languens pro dulci filio,

Penetrat matris viscera
Dolor filij tam aspera,
Dū clamans tradit spiritū,
Mundū reformās perditū,

Te crucifixum colimus,
Et toto corde poscimus,
Vt nos sanctorum cętibus
Coniungas in celestibus,

Quęsumus auctor, etc.

℣. Post partum virgo inuiolata permansisti, alla, alla. ℟. Dei genitrix intercede pro nobis, alleluya, alleluya.

¶ Ad Magni. Ant. Regina

celi letare, alla, quia quē meruisti portare, alla, alla, resurrexit sicut dixit, alla, ora pro nobis rogamus, alla. ℣o. Interueniat quęsumus dñe Jesu Christe apud tuam sanctam clementiam nunc & in hora mortis nostrę pissima virgo Maria mater, tua cuius sacratissimam animam in hora benedictę passionis tuę dolozis gladius pertransiuit, et in glozioissima resurrectione tua ingens gaudium lętificauit. Qui viuis.

Fiat commemoratio de festo diei, & de festo currenti, deinde cōmemora. cōsuetę. ¶ Ad Matut. Inuitat. Alla. Regem virginis filium a morte resurgentē. p. Uenite adoremus, alleluya. Psal. Uenite exultemus. fol. j.

Lectio j.

Lectio sancti euangelij secundum Joannem.

c.19. In illo tempore stabat autem iuxta crucē Jesu mater eius, et sozor matris eius Maria Cleophe, et Maria Magdalenę. Et reliqua. Homilia beati Ambrosij episcopi.

Maria mater dñi ante crucē stabat filij, nullus me hoc docuit nisi sanctus Joannes euangelista, mundum alij concussum in passione domini conscripserunt, eclipsim tenebris obductum, refugisse solem, in paradisum latronem scilicet post piam confessionem receptū. Joānes docuit quod alij non docuerunt, quemadmodum in cruce positus matrem appellauerit. Tu autem. Lectio ij.

Curis putauit quod victori suppliciozum pietatis officia matri exhibebat, quam quod regnum cęleste donabatur vitę ętern. Nā si religiosum est, quod latroni donatur vita, multo vberiozis pietatis est, quod a filio mater tanto affectu honozatur. Ecce, inquit, filius tuus, ecce mater tua. Tu autem. Lectio iij.

Stabatur de cruce Christus: inter matrē, atq; discipulum diuidebat pietatis officia, cōdebat dominus nō solum publicum, sed etiam domesticum testamentum. Et hoc eius testamentum significabat Joannes dignus tanto testatore testis. Bonum testamentum non pecunię sed vitę ętern. Quod non atramento scriptum est, sed spiritu

Dei

Dei viui. Tu autem. ℟. Deo gratias.

¶ Ad Benedict. Ant. Alla. Sancta Dei genitrix, alleluya, pro nobis intercede, alleluya, alleluya. Oro vt sup. Fiat commemoratio de festo currenti, deinde commemorationes consuete.

℣ In ij. vespe. pro cõmemoratione, Ant. ℣. ℟. Oratio vt in primis vesperis.

℣ Cõmemorationes cõsuete, que vicãtur a feria vj, inclusiue post octaus Corporis Christi ad Natiuit. vsq; ad vigiliam beate Marie de Natiuitate inclusiue, et post octaus Epiphanie inclusiue vsque ad sabbatum ante Ramis in passione Dñi inclusiue exceptis festis duplicibus, et octauarijs alicuius sancti.

℣ Cõmemor. sancti Jacobi Zebedei. Ant. Sãcte Jacobe apostole Dei preciose, ade sto nostris precibus pius, et propitius. ℣. Ora pro nobis beate Jacobe. ℟. Ut digni.

Oratio.

BEati apostoli tui Jacobi nos dñe quesumꝰ continua oratione custodi, vt eiusdem suffragantibus meritis ecclesia dirigatur quo patrono, et principe gloriatur.

℣ Cõmemoratio apostolorum Petri et Pauli. Ant. Petrus apostolus, et paulus doctor gentium, ipsi nos docuerunt vias tuas domine. ℣. In omnem terram exiuit sonus eorum. ℟. Et in fines orbis terre.

Oratio.

PRotege domine populum tuum, et apostolorum Petri, et Pauli patrocinio cõfidentem perpetua defensione conserua.

Cõmemor. sancti Jacobi Alphei apli. Ant. O candor perpetue castitatis bone operarie doctor veritatis, homo lucis glorie, flamen charitatis, in eterna requie nos tunge beatis. ℣. Justus vt palma florebit. ℟. Sicut Cedrꝰ Libani multiplicabitur.

Oratio.

OEus, qui iustum apostolum tuum Jacobum perpetue castitatis flore candidatum ecclesie tue primum episcopum, et tui operis vicarium preesse voluisti, concede quesumus, vt ita apud te sit pro nobis perpetuus intercessor sicut tui mysterij extitit primus exequutor, et doctor.

¶ Cõmemor. omniũ sanctorũ. Ant. Omnes sancti Dei

orate

orate pro nobis semper ad dominum. ℣. Exultent iusti in conspectu Dei. ℟. Et delectentur in letitia. Oratio.

TRibue quęsumus dñe omnes sanctos tuos, iugiter orare pro nobis, et eos semper clemẽter digneris audire.

¶ Cõmemoratio pro pace. Ańa. Da pacem dñe in diebꝰ nostris, quia non est alius qui pugnet pro nobis nisi tu Deꝰ noster. ℣. Fiat pax in virtute tua. ℟. Et abundantia.

Oratio.

DEus a quo sancta desideria, recta consilia, et iusta sunt opera, da seruis tuis illam quam mũdus dare non potest pacẽ vt et corda nostra mandatis tuis dedita, et hostium sublata formidine tẽpore sint tua protectione trãquilla. Per do.

¶ Cõmemorationes ad vesper. tempore quo supra.

¶ Cõmemoratio beati Iacobi Zebedei. Ańa. O beate Iacobe omnibꝰ corde, ore, voce cantande, o patrone singularis amabilis intercede pro nobis ad dñm. ℣. Ora pro nobis beate Iacobe. vt supra.

Oratio.

PRotector in te sperantiũ Deus familiã tuam propitius respice, et per beatum apostolum tuum Iacobum a cunctis eam aduersitatibus potentię tuę brachio defende.

¶ Cõmemoratio apostolorum Petri et Pauli. Ańa. Gloriosi principes terre, quomodo in vita sua dilexerũt se, ita et in morte non sunt separati. ℣. Annuntiauerunt opera Dei. ℟. Et facta eius intellexerunt. Oratio.

DEus cuius dextera beatum Petrũ apostolum ambulantẽ in fluctibus ne mergeretur erexit, et coapostolum eius Paulum tertio naufragãtem de profundo pelagi liberauit, exaudi nos propitius, et concede vt amborum meritis ęterne tatis gloriam cõsequamur.

¶ Cõmemo. Iacobi Alphei. Ańa. Vi, et ore vas in Matut.

¶ Cõmemoratio omniũ sanctorũ. Ańa. Sancti Dei omnes intercedere dignemini p nostra omniumq; salute. ℣. Letamini in dño, et exultate iusti. ℟. Et gloriamini.

Oratio.

UT tibi domine placere possimus, omnium sanctorum tuorum meritis adiuuemur, et precibus.

¶ Commemoratio pro pa-

ce

ee. Añia. et ℣. vt in Matut.

Oratio.

DEꝰ auctor pacis, et amator charitatis quē nosse viuere, cui seruire regnare est, protege ab omnibus impugnationibus supplices tuos, vt qui in defensione tua confidimus, nullis hostilitatis armis timeamus. Per Dominum.

¶ Commemorationes consuetę quę dicūtur a feria ij. post Dominicam in Albis ad Matut. vsq; ad Dñicam sanctę Trinitatis, nisi in festis duplicib⁹, et octauarijs.

¶ Cōmemoratio de cruce. Añia. Crucifixus surrexit a mortuis, redemit nos sanguine suo, alla. ℣. Dicite in nationibus, alla, alla. ℟. Quia dñs regnauit a ligno, alleluya alleluya.

Oratio.

DEus, qui per vnigeniti tui tuum ęternitati nobis aditū deuicta morte reserasti, vota nostra quę preueniendo aspiras, etiam adiuuando prosequere.

¶ In Dñicis diebꝰ dicitur. Deus qui hodierna die, per vnigenitum tuum, etc.

¶ Cōmemoratio beatę Marię. Añia. Alla. Sancta Deigenitrix, alla, alla, Intercede pro nobis, alla, alla. ℣. Post partum virgo inuiolata permansisti, alla, alla. ℟. Deigenitrix intercede pro nobis, alleluya alleluya.

Oratio.

DEꝰ, qui de beatę Marię virginis, vtero verbum tuum angelo nuntiante carnē suscipere voluisti, pręsta supplicibus tuis, vt qui eam Deigenitricē credimus, eius apud te intercessionibus adiuuemur.

¶ Cōmemoratio beati Jacobi Zebedęi. Añia. Alla, Jacobe apostole, alla, pro nobis intercede, alla, alla. ℣. Ora pro nobis beate Jacobe, alla, alla. ℟. Vt digni efficiamur promissionibus Christi. alla, alla. Oratio. Beati apostoli tui Jacobi. vt supra in cōmemoratio. Matut. fol. 584

¶ Cōmemoratio apostolorum Petri et Pauli. Añia. Alla, ego sum vitis vera, alla, et vos palmites, alla, alla, ℣. In omnem terram, exiuit sonus eorum, alla, alla. ℟. Et in fines orbis terre verba eorū, alla, alla. Oratio. Protege domine populum tuum. vt supra. fol. 584.

¶ Cōmemoratio Jacobi Alphęi. Añia. Alla, qui manet in me, ego in eo hic fert fructū multū, alla, alla. ℣. Justus vt palma florebit, alla, alla. ℟.

Sicut

Sicut cedrus libani multiplicabitur, alla, alla. Oratio.

Deus, qui iustum apostolum tuum Jacobū vt supra. fol. 584

¶ Cōmemoratio omnium sanctorum. Ańa. Alla. In celestibus regnis sanctorum habitatio est, alla, & in eternū requies eorū, alla, alla. ℣. Exultēt iusti in cōspectu Dei, alla, alla. ℟. Et delectentur in letitia, alla, alla. Oratio. Tribue quęsumus, vt supū. fo 584

¶ Cōmemoratio pro pace. Ańa. Pax vobis ego sum, alla nolite timere, alla, alla. ℣. Fiat pax in virtute tua, alla, alla. ℟. Et abūdantia in turribus tuis, alleluya, alleluya. Oratio. Deus a quo sancta desideria. vt supra. fol. 584.

¶ Cōmemorationes cōsuetę, quę dicūtur omnibus diebus ad vespe. a feria ij. post Dominicam in Albis inclusiue vsque ad Dñicam, sanctę Trinitatis exceptis festis duplicibus, & octauarijs.

¶ Cōmemoratio de cruce. Ańa. Crucē sanctam subijt, que infernum confregit, accincrus est potentia surrexit die tertia, alleluya. ℣. et oratio vt in Matut. fol. 584

¶ Cōmemoratio beatę Marię. Ańa. Regina celi letare, alla, quia quē meruisti portare, alleluya, alleluya, resurrexit sicut dixit, alleluya, ora p nobis rogamus, alleluya, alleluya. ℣. post partum virgo. vt supra.

Oratio.

Concede nos famulos tuos quęsumus dñe Deus perpetua mentis, et corporis salute gaudere, et gloriosę beatę Marię semper virginis intercessione a presenti liberari tristitia, et eterna perfrui lętitia.

¶ Cōmemoratio beati Jacobi Tebedęi Ańa. & ℟. vt in cōmemo. Matu. huius tēporis. Oratio Protector in te sperantium Deus. fol. 584

¶ Cōmemoratio apostolorum Petri & Pauli Ańa. vt in Matut. ℣. Annuntiauerunt opera Dei, alleluya, alleluya. ℟. Et facta eius intellexerunt, alleluya, alleluya. Oratio. Deus cuius dextera. vt supra. fol. 584.

¶ Cōmemoratio beati Jacobi Alphęi. Ańa. ℣. & oro. vt supra in Matut. fo 585.

¶ Cōmemoratio omnium sanctorum. Ańa. Sancti tui dñe florebunt sicut liliū, alleluya, et sicut odor balsami erunt ante te, alleluya. ℣. Letamini in dño, & exultate iusti alleluya,

alleluya, alleluya. ℣. Et gloriamini omnes recti corde, alleluya, alleluya. Oratio. Ut tibi dñe placere possimus. vt supra. fol.544.

¶ Commemoratio pro pace. Asia. et ℣s. vt in Matut. fol.554 oratio, vt in Matu. post octaua Corporis Chri

¶ Officium sancte Crucis. Ad Matuti. Domine labia mea aperies. ℣. Et os meum annunciabit laudem tuam. Deus in adiutorium meum intende. ℣. Domine ad adiuuandum me festina. Gloria patri et filio, etc. ℣. Sicut erat in principio. etc.

Hymnus.

PAtris sapientia veritas diuina,
Deus homo captus est hora matutina,
A nocis discipulis cito derelictus
A Judeis traditus, venditus, & afflict⁹. Asia. Adoramus te Christe, & benedicimus tibi, quia per crucem tuã redemisti mundum. ℣s. Miserere nostri Jesu benigne. ℣. Qui passus es clementer pro nobis. ℣s. Domine exaudi orationem meam. ℣. Et clamor. ℣. Dominus vobiscũ. ℣. Et cum spiritu.

Oratio.

OOmine Jesu Christe fili Dei viui pone passionem, crucem, et mortem tuam inter iudicium tuum, et animas nostras, nunc et in hora mortis nostre, et largire digneris viuis gratiam, et misericordiam, defunctis requiem, et veniam ecclesie tue pacem, et veram concordiam, et nobis peccatoribus vitam, et gloriam sempiternam. Qui viuis et regnas, cum Deo patre.

¶ In fine cuiuslibet horarum. ℣. Gloriosa Christi passio. ℣. Collocet nos in perenni gaudio. Amen.

¶ Ad primam. Deus in adiutorium meũ. etc. ℣. Domine ad adiuuandum. etc. Gloria patri et filio. etc. ℣. Sicut erat. etc.

Hymnus.

HOra prima, ducũt Jesum ad Pilatum,
Falsis testimonijs, multum accusatum,
In collo percutiunt manibus ligatum,
Cultum Dei conspuunt lumen cęli gratum. Asia. & ℣s. & Oratio vt supra.

¶ Ad iij. Deus in adiutorium. vt in prima.

Hymnus.

Crucis

CRucifige clamitãt hora tertiarum,
Illusus induitur veste purpurarum,
Caput eius pungitur corona spinarum,
Crucem portat humeris ad locum pœnarum, Ant. ℣. et oratio, vt in prima.

℣ Ad vl. Deus in adiutoriũ vt supra. Hymnus.

HOra sexta Jesus est cruci cõclauatus,
Et est cum latronibus pendens deputatus,
Pœ tormentis sitiẽs, felle saturatus,
Agnus crimen diluens, sic ludificatus, Ant. et ℣. et oratio, vt supra.

℣ Ad ix. Deus in adiutorium, etc. Hymnus.

HOra nona Dñs Jesus expirauit,
Eli clamãs, animam patri commendauit,
Latus eius lãcea miles perfozauit
Terra tunc contremuit, et sol obscurauit. Ant. ℣. et oratio vt supra.

℣ Ad vespe. Deus in adiutozium. Hymnus.

DE cruce deponitur hora vespertina
Fortitudo latuit in mente diuina,
Talem mortem subiit vitę medicina
Deu coronã glozię iacuit supina. Ant. ℣. et oratio, vt supra.

℣ Ad Completozium. Cõuerte nos Deus salutaris noster. Deus in adiutozium Hymnus.

HOra completozij datur sepulturę,
Corpus Christi nobile spes vitę futurę
Conditur aromate, cõplentur scripturę
Jugis sit memozię mozs hęc mihi curę, Ant. ℣. et oratio vt supra.

Recomendatio.

HAs horas canonicas cũ deuotione tibi Christe recolo pia ratione, vt qui pro me passus es amoris ardore, sis mihi solatiũ in mortis agone. Amen.

℣ Hozę sancti spiritus quas composuit Benedictus papa. Ad Matut. Domine labia mea aperies. Et os meũ annuntiabit. Deus in adiutozium. Domine ad adiuuãdũ. Gloria pri. Sicut erat. Ant. Veni sancte spiritus reple tuozum corda fidelium, et tui amoris in eis ignem accende. ℣. Sancti spiritus adsit nobis gratia. Amen.

Hymn.

Hymnus.

NObis sancti spiritus
gratia sit data,
De qua virgo virginū fuit
obumbrata,
Cum per sanctum angelū
fuit salutata,
Verbum caro factū est vir
go fecūdata.
℣. Domine exaudi oratio-
nem meam. Et clamor. Domi
nus vobiscum.

Oratio.

OMnipotens sempiter
ne Deus, da nobis il-
lam sancti spiritus gratiā,
quam discipulis tuis in die
sancto Pentecostes trans-
misisti. Qui viuis & regnas
cum Deo patre.

℣ Ad j. Deus in adiutoriū
meum. etc. ℣. Veni Sancte
spiritus. vt supra. ℣. San-
cti spiritus.

Hymnus.

DE virgine Christus fi
lius fuit natus
Crucifixus, mortuus, atq; tu
mulatus,
Resurgens discipulis fuit
demonstratus,
Et ipsis cernentibus in cę-
los eleuatus. Oratio vt
supra.

℣ Ad iij. Deus in adiuto-
rium meum. etc. vt supra.
Ańa. Veni sancte spiritus.
℣. Sancti spiritus. vt su-
pra. Hymnus.

CUm Sanctū spiritū
Deus delegauit
In die Penthecostes filios
firmauit,
Et de linguis igneis ipsos
inflammauit,
Relinquere orphanos illos
denegauit. Oratio vt
supra.

℣ Ad v. Deus in adiutoriū
meum. etc. Ańa. & ℣. vt su-
pra. Hymnus.

SEptiformem gratiam
Tūc acceptauerūt.
Quare idiomata cuncta co
gnouerunt,
Ad diuersa climata mundi
perrexerunt,
Et fidem catholicam tunc
prędicauerunt. Oratio
vt supra.

℣ Ad vj. Deus in adiutoriū
meum, etc. Ańa. & ℣. vt su-
pra. Hymnus.

SPiritus paraclit⁹ fuit
appellatus,
Donum Dei, charitas, fons
viuificatus,
Spiritalis vnctio, ignis in-
flammatus,
Septiformis gratię cha-
tisma vocatus. ℣. Emit-
te spiritū tuum, & creabūtur &
renouabis faciem terre. Ora-
tio vt supra.

¶ Ad vesper. Deus in adiutorium meum. etc. Ańa. vt supra.

Hymnus.

O Exterę Dei digitus,
virtus spiritalis,
Nos defendat, ꝛ eruat ab omnibus malis,
Vt nobis non noceat dęmõ infernalis.
Protegat, nutriat, et foueat sub alis. ℣. Emitte spiritum. vt in ix. Oratio vt supra.

¶ Ad Completor. Conuerte nos Deus. Deus in adiutũ. Ańa. vt supra.

Hymnus.

Spiritꝰ paraclitus, nos velit iuuare,
Gressus nostros dirigere, ꝛ illuminare,
Vt cum Deus venerit omnes iudicare,
Nos velit ad dexteram suã appellare. ℣. Emitte spiritum. vt supra. Oratio vt supra.

Recomendatio.

Has horas canonicas cũ deuotione tibi Sãcte spiritus pia ratione dixi, vt nos visites inspiratione, vt viuamus iugiter eęli portione. Amen.

¶ Officium defunctorum secundum morem Almę ecclesię Compostellanę dicendum est precise in feria iiij. Cinerum, et diebus feriatibus a Dominica in passione, vsque ad feriam iiij. hębdomadę sanctę inclusiue quando officium fit de feria. Et tunc dicetur vnus nocturnus cum laudibus, et vespe. cum oratione. Fidelium Deus. etc. Et nocturn. erit sicut fuerit dies. Et in fine cuiuslibet psalm. dicetur. Requiem eternam dona eis domine. ℟. Et lux perpetua luceat eis.

¶ Ad vesper. Ańa. Placebo domino in regione viuorum. Psalm. Dilexi quoniam. fol. 69. Ańa. Hen me quia incolatus meus prolongatus est. Psalm. Ad dominum cum tribularer. fol. 70. Ańa. Dominus custodit te ab omni malo, custodiat animam tuam dominus. Psalm. Leuaui oculos. fol. 70. Ańa. Si iniquitatem obseruaueris domine, domine quis sustinebit. Psal. De profundis. fol. 72. Ańa. Opera manuum tuarum domine ne despicias. Psalm. Confiteb. fol. 74. ℣. A porta inferi. ℟. Erue domine animas eorum.

¶ Ad

℣ Ad magnificandum. Audiui vocem de celo dicentem mihi, beati mortui qui in domino moriuntur. Pater noster Et ne nos inducas in tentationem. Sed libera nos a malo. Psalm. Lauda anima mea Dominum. fol.77. ℣. A porta inferi. Domine exaudi orationem meam, et clamor. Dominus vobiscum. Et cum spiritu.

Oratio.

DEus, qui nos patrem, et matrē honorare precepisti miserere clementer animabus parentum nostrorum, eorumque omnia peccata dimitte, nosque eos in eterne claritatis gaudijs, fac videre. Per Dominum.

Oratio.

DEus, qui inter apostolicos sacerdotes famulos tuos pontificali, seu sacerdotali fecisti dignitate vigere, presta quesumus, vt eorum quoque perpetuo aggregentur consortio. Per Dominum.

Oratio.

DA nobis quesumus domine, vt animam famuli tui sacerdotis quam de huius seculi eduxisti laborioso certamine, sanctorum tuorum cetui tribuas aggregari. Per Dominū.

Oratio.

DEus, cui proprium est misereri semper, et parcere, propitiare animę famuli tui, et omnia eius peccata dimitte, vt mortis vinculis absolutus transire mereatur ad vitā. Per Dominum.

Oratio.

QUesumus domine pro tua pietate miserere animę famulę tuę, et a contagijs mortalitatis exutam in eternę saluationis partem restitue. Per Dominū.

Oratio.

INclina domine aurem tuā ad preces nostras, quibus misericordiā tuam supplices deprecamur, vt animas famulorum tuorum, quas de hoc seculo migrare iussisti in pacis ac lucis regione constituas, et sanctorum tuorum iubeas esse consortes. Per Dñm.

Oratio.

QUesta quesumus domine, vt animę famulorum tuorum, quorum anniuersarium die celebramus omnium peccatorum purgatę contagijs indulgentiam pariter, et requiem ca-

piant sempiternam. Per Dominum.

Oratio.

DEus venię largitor, et humanę salutis amator, quęsumus clementiam tuam. vt nostrę congregationis fratres, propinquos, amicos, et benefactores, qui ex hoc sęculo transierunt, beata Maria semper virgine intercedente, cū omnibus sanctis tuis, ad perpetuę beatitudinis consortium peruenire concedas. Oratio.

FIdelium Deus omnium conditor, et redemptor, animabus famulorum, famularumq; tuarū remissionem cunctorum tribue peccatorum, vt indulgentiam quam semper optauerunt, pijs supplicationibus consequantur. Qui viuis, et regnas cum Deo patre. Dominus vobiscū. Et cū spiritu tuo. Requiescant in pace. Amen.

¶ Ad Matutinum Inuitator. Regem cui omnia viuunt. ℣. Venite adoremus. ℟. Venite, exultemus. fol. 1.

¶ Finit. noctur. Psa. Dirige domine Deus meus in conspectu tuo viam meam. ℣. Verba mea. fol. 21. Psa. Conuertere domine, et eripe animam meam. Quoniam non est in morte qui memor sit tui Psalm. Domine ne in furore tuo. fol. 38. Psa. Ne quando rapiat, vt leo animam meam, dum non est qui redimat neque qui saluum faciat. Psalmus. Domine Deus meus.. fol. 3. ℣. A porta inferi. ℟. Erue.

Lectio j.

PArce mihi domine nihil enim sunt dies mei. Quid est homo quia magnificas eum, aut quid apponis erga eum cor tuum? Visitas eum diluculo, et subito probas illum. Vsquequo non parcis mihi, nec dimittis me, vt glutiam saliuam meam? Peccaui. Quid faciam tibi, o custos hominū? Quare me posuisti contrarium tibi, et factus sum mihi metipsi grauis? Cur non tollis peccatum meum, et quare non auferis iniquitatem meam? Ecce nunc in puluere dormiam, et si mane me quęsieris non subsistam. ℟. Credo quod redemptor meus viuit, et in nouissimo die de terra surrecturus sum. ℟. Et in carne mea videbo Deum saluatorē meū. ℟. Reposita est ergo hec spes mea

Job. c. 7.

mea in sinu meo quia rursus circũdabor pelle mea. ℟. Et

Lectio ij.

Job. c. 10. TEdet animam meam vitę meę, dimittam ad uersum me eloquiũ meum. Loquar in amaritudine animę meę dicam Deo. Noli me condemnare. Indica mihi cur me ita iudices. Nunquid bonum tibi videtur si calumnieris, et opprimas me opus manuum tuarũ, et consilium impiorum adiuues? Nunquid oculi carnei tibi sunt, aut sicut videt homo, et tu vides? Nunquid sicut dies hominis dies tui, aut anni tui sicut humana sunt tempora, vt quęras iniquitatem meam, et peccatum meum scruteris? Et scias, quia nihil impium fecerim, cum sit nemo qui de manu tua possit eruere. ℟. Qui Lazarum resuscitasti a monumento fetidum. ℣. Tu eis domine dona requiem, et locum indulgentie. ℟. Qui venturus es iudicare viuos et mortuos, et seculum per ignem. ℣. Tu eis.

Lectio iij.

Ibidem. MAnus tuę domine fecerunt me, et plasmauerunt me totum in circuitu, et sic repente precipitas me? Memento quęso quod sicut lutum feceris me, et in puluerem reduces me. Nonne sicut lac mulsisti me, et sicut caseum me coagulasti. Pelle, et carnibus vestisti me, ossibus, et neruis compegisti me, vitam, et misericordiam tribuisti mihi, et visitatio tua custodiuit spiritum meum. ℟. Domine quando veneris iudicare terram, vbi me abscondam a vultu ire tue. ℣. Quia peccaui nimis in vita mea. ℟. Delicta mea paueſco, et ante te erubesco, dum veneris iudicare, noli me condemnare. ℣. Quia.

℣. In j. noctur. Ańa. In loco pascue ibi me collocabit. Psal. Dominus regit me. fol. 14. Ańa. Dilecta iuuentutis mee, et ignorantias meas ne memineris domine. Ps. Ad te domine leuaui. fol. 14. Ańa. Credo videre bona domini in terra viuentium. Psal. Dominus illuminatio mea. fol. 16. ℣. Delicta iuuentutis mee.

Lectio iiij.

QUantas habeo iniquitates et peccata, scelera mea, et delicta ostende mihi. Cur faciem tuam abscondis, et arbitraris me inimi Job c. 13.

inimicū tuū? Cōtra folium quod vento rapitur ostendis potentiam tuam, et stipulam siccam persequeris. Scribis enim contra me amaritudines, et consumere me vis peccatis adolescentię meę. Posuisti in nervo pedem meum, ꝛ observasti omnes semitas meas, et vestigia pedum meorum considerasti. Qui quasi putredo consumēdus sum, ꝛ quasi vestimentum quod comeditur a tinea. ℣. Heu mihi domine quia peccavi nimis in vita mea, quid faciam miser, vbi fugiā nisi ad te, Deus meus miserere mei. ℟. Dum veneris in novissimo die. ℣. Anima mea turbata est valde, sed tu domine succurre ei. ℟. Dum.

Lectio v.

Job. 4. Homo natus de mulie re brevi viuens tempore, repletur multis miseriis. Qui quasi flos egreditur, ꝛ conteritur, ꝛ fugit velut vmbra, et nunquam in eodem statu permanet. Et dignum ducis super huiusce modi aperire oculos tuos, ꝛ adducere eum tecū in iudicium? Quis potest facere mundū de immundo conceptum semine, nonne tu qui solus es? Breves dies hominis sunt, numerus mēsium eius apud te est, constituisti terminos eius, qui pertransiri non poterunt. Recede paululum ab eo, vt quiescat donec optata veniat, et sicut mercenarij dies eius. ℣. Ne recorderis peccata mea domine, ℟. Dum veneris tu iudicare seculum per ignem. ℣. Dirige domine Deus meus in conspectu tuo viam meam. ℟. Dum veneris.

Lectio vj.

Job. 14. Quis mihi hoc tribuat vt in inferno protegas me, et abscondas me donec pertranseat furor tuus, et constituas mihi tempus in quo recorderis mei? Putas ne mortuus homo rursum viuet? Cunctis diebus quibus nunc milito, expecto donec veniat immutatio mea. Vocabis me, ꝛ ego respondebo tibi. Operi manuū tuarum porriges dexteram. Tu quidem gressus meos dinumerasti, sed parce peccatis meis. ℣. Libera me domine de vſs inferni qui portas ereas confregisti, et visitasti infernum, et dedisti eis lumē. ℟. Ut viderent te qui erant in penis tenebrarū. ℣. Clamantes ꝛ dicentes ad venisti redēptor mundi. ℟. Ki.

℣ In iij. noctur. Ańa. Complaceat tibi domine vt eripias me domine ad adiuuandum me respice. Psalm. Exspectans. fol. 23. Ańa. Sana domine animam meam, quia peccaui tibi. Psal. Beatus vir, qui intelligit. fol. 22. Ańa. Sitiuit anima mea ad Deum viuum, quãdo veniam et apparebo ante faciem domini. Psal. Quemadmodum desiderat. fol. 24. ℣. Audiui vocem.

Lectio vij.

Job. 17. Spiritus meus attenuabitur, dies mei breuiabuntur, ⁊ solum mihi superest sepulchrum. Nõ peccaui, et in amaritudinibus morabatur oculus meus. Libera me domine, ⁊ pone me iuxta te, ⁊ cuiusuis manus pugnet cõtra me. Dies mei transierunt, cogitationes meę dissipate sunt torquentes cor meum. Noctem verterunt in diem, et rursum post tenebras spero lucem. Si sustinuero infernus domus mea est, et in tenebris straui lectulum meum. Putredini dixi: Pater meus es, mater mea et soror mea vermibus. Vbi est ergo nũc prędstolatio mea, et patientia mea, tu es enim Deus meus. ℣. Peccantẽ me quotidie, et non me penitentem, timor mortis conturbat me. ℟. Quia in inferno nulla est redemptio, miserere mei Deus et salua me. ℣. De profundis clamaui ad te domine, domine exaudi vocem meam. ℟. Quia in inferno.

Lectio viij.

Pelli meę consumptis carnibus adhęsit os meum, et derelicta sunt tantummodo labia circa dentes meos. Miseremini mei, miseremini mei, saltem vos amici mei, quia manus domini tetigit me. Quare persequemini me sicut Deus, ⁊ carnibus meis saturamini? Quis mihi tribuat, vt scribãtur sermones mei? Quis mihi det, vt exarentur in libro stilo ferreo, ⁊ plumbi lamina, vel celte sculpantur in silice? Scio enim quod redemptor meus viuit, et in nouissimo die de terra surrecturus sum, et rursus circundabor pelle mea, et in carne mea videbo Deum saluatorem meum. Quem visurus sum ego ipse, et oculi mei conspecturi sunt, ⁊ nõ alius, reposita est ergo hęc spes mea in sinu meo. Job 19. ℣. Die secundũ actũ meum

noli me iudicare, nihil dignū in cōspectu tuo egi. ℟. Ideo deprecor maiestatem tuam, vt tu Deus deleas iniquitates meas. ℣. Tibi soli peccaui, et malum coram te feci. ℟. Ideo.

Lectio ix.

Job. 10. QVare de vulua eduxisti me, qui vtinam consumptus essem ne oculus me videret. Fuissem quasi non essem de vtero trāslatus ad tumulum. Nunquid non paucitas dierum meorum finietur breui. Dimitte ergo me domine, vt plangam paululūdolorem meū, antequam vadam, & non reuertar ad terram tenebrosam, et opertam mortis caligine. Terram miserię, et tenebrarum, vbiumbra mortis, et nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat. ℟. Libera me domine de morte eterna in die illa tremenda. Quando celi mouēdi sunt et terra, dum veneris iudicare seculū per ignem. ℣. Dies illa, dies ire, calamitatis, et miserie, dies magna, & amara valde. ℟. Quando. ℣. Requiē eternam dona eis domine, et lux perpetua luceat eis. ℟. Quando. ℣. In memoria eterna erunt iusti.

¶ In laudib. Ańa. Exultabunt domino ossa humiliata. Psalm. Miserere mei, fol. 21. Ańa. Exaudi domine orationem meam, ad te omnis caro veniet. Psal. Te decet hymnus. fol. 33 Ańa. Me suscipiat dextera tua domine. Psalm. Deus Deus. fol. 10. Ańa. Eruisti domine animam meā ne periret. Psal. Ego dixi. fol. 28. Ańa. Omnis spiritus laudet dominum. Psalm. Laudate dominum. fol. 11. ℣. Audiui vocem de celo dicentem mihi. ℟. Beati mortui qui in domino moriuntur.

¶ Ad Benedict. Ańa. Ego sum resurrectio, et vita qui credit in me etiam si mortuus fuerit viuet, et omnis qui viuit, et credit in me non morietur in eternum. Pater noster. Et ne nos. Sed libera nos. Psal. De profundis. fol. 17. ℣. Aporta inferi. Et terminantur horę cum orationibus, vt in vesper.

¶ Canticum graduū dicendum est tantūmodo in diebus quib⁹ officiū defunctorum dicitur, & sic incipitur. Sancti spiritus adsit nobis gratia. Amen.

¶ Et primo dicuntur quinque psalmi p⁹ defunctis si

℣ Gloria patri, et in fine vltime psalmi dicitur. Requiem ęternam dona eis domine. Et lux perpetua. Psal. Ad dominum cum tribularer. fol. 70. Psalm. Leuaui oculos meos. fol. 70. Psal. Lętatus sum. fol. 70. Psal. Ad te leuaui oculos. fol. 71. Psalm. Nisi quia dominus. fol. 71. Kyrie eleyson. Christe eleyson, kyrie eleyson. Pater noster. Et ne nos, ℟. Sed libera nos. ℣. A porta inferi. ℟. Erue domine. ℣. Domine exaudi. ℟. Et clamor. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu.

Oratio.

ABsolue quęsumus domine animas famulorum famularumq; tuarũ ab omni vinculo delictorũ vt in resurrectionis gloria, inter sanctos, et electos tuos resuscitati respirent. Per Christum.

℣ Deinde dicuntur quinq; psalmi pro congregatione, et in fine cuiuslibet, dicitur Gloria patri. Psal. Qui confidunt in domino. fol. 71. Psal. In conuertendo dominus. fol. 71. Psal. Nisi dominus ędi. fol. 71. Psalm. Beati omnes. fol. 72. Psal. Sępe expugnauerunt. fol. 72. Kyrie eleyson, Christe eleyson, kyrie eleyson. Pater noster. ℣. Et ne nos. ℟. Sed libera nos. ℣. Memento nostri domine in beneplacito populi tui. ℟. Visita nos in salutari tuo. ℣. Memento congregationis tue. ℟. Quam creasti ab initio. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

Oratio.

DEus, cui proprium est misereri semper, et parcere, suscipe deprecationem nostram, et nos famulos tuos quos delictorum catena constringit miseratio tuę pietatis absolnat. Per Christum.

℣ Deinde dicũtur alij quinq; psalmi pro rege, et familiaribus, et in fine cuiuslibet dicitur Gloria patri. Psal. De profundis. fol. 72. Psal. Domine nõ est. fol. 72. Psalm. Memento domine Dauid. fol. 72. Psal. Ecce quam bonum. fol. 73. Psal. Ecce nunc. fo. 79. Kyrie eleyson, Christe eleyson, kyrie eleyson. Pater noster. ℣. Et ne nos. ℟. Sed libera nos. ℣. Domine saluum fac regem. ℟. Et exaudi nos in quacunq;

die inuocauerim⁹ te. ℣. Saluos fac seruos tuos, et ancillas tuas. ℟. Deus meus sperantes in te, ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum.

Oratio.


PRætende domine misericordiam tuam famulis, et famulabus tuis, dexteramq; cęlestis auxilij, vt te toto corde perquirãt, et quę digne postulant assequantur. Per dominum. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu. ℣. Benedicamus dño. ℟. Deo gratias.


Laus Deo.

SALMANTICAE.

Excudebat.
Matthias Gastius.

1569




CESSIT
RIA VI
VICTO-
CTIS.